This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

878.4
JD76

LELAND·STANFORD·JVNIOR·VNIVERSITY

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

TOMUS DECIMUS QUINTUS,

CONTINENS

VARIAS DISSERTATIONES,

DEDICATIONES ET PRAEFATIONES.

PARS PRIOR.

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS DECIMUS QUINTUS. PARS PRIOR.

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXVII.

878.4
JD76

LELAND·STANFORD·JVNIOR·VNIVERSITY

144753

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

TOMUS DECIMUS QUINTUS,

CONTINENS

VARIAS DISSERTATIONES,

DEDICATIONES ET PRAEFATIONES.

PARS PRIOR.

morarunt; cujus nullam etiam mentionem fecit ipsum Vallae Epitaphium, quod mater superstes, vel alius ejus nomine, filio defuncto posuit, et inferius integrum dabo: quum tamen, Patricii honorem in aliorum inscriptionibus sepulchralibus non omitti, doceant exempla a Gentilio loc. laud. relata. Tituli denique librorum, in quibus Valla *Patricius Romanus* dicitur, non ab ipso profecti, sed postea ab his, qui ejus opera in lucem ediderunt, interpolati vel additi esse possunt. Certe illorum plerique iis verbis concepti sunt, ut ipsi commode tribui nequeant. Praefatio Elegantiarum hac inscriptione ornatur: *Laurentii Vallae, Patricii Romani, et de lingua Latina bene meriti, in sex Elegantiarum libros elegans et docta admodum praefatio.* In initio singulorum librorum Antidoti in Poggium non tantum *Patricius Romanus,* sed etiam pari modo *de lingua Latina bene meritus* fuisse dicitur. In capite praefationis in libros de Voluptate ac de vero Bono *Vir Clarissimus* appellatur. (* v. Cl. Baudis in Differt. qua exhibet praeparationem ad Analysin monogrammatum Impp. et Regum Germ. §. 18. p. 23.) Jam vero laudationes hae, *de lingua Latina bene meritus, elegans et docta admodum praefatio, Vir Clarissimus,* sine gloriosa ac putida sui jactatione ab ipsius Vallae manu esse nequeunt, easque propterea auctores habere alios credibile est; quibus similiter *Patricii Romani* titulus adscribi potest; immo eo magis debet, quod in aliorum Vallae librorum inscriptionibus omittatur. *Patriciorum* autem nomine intelligi, quorum majores in consilium vel senatum civitatis, in quem solis ferme Nobilibus aditus patebat, allecti fuerunt, docuit Gentilius de Patric. lib. IV. cap. V. Hoc sensu, *Patricius Romanus* lingua Francorum per *Gentilhomme Romain,* vel *Noble Romain* reddendum esse, docuit Clariss. de la Monnoye in Notis ad Baillet. Jugem. des Savans

878.4
JD76

LELAND·STANFORD·JVNIOR·VNIVERSITY

lam lib. I. Antid. in Pogg. pag. 273. In addiscendis Graecis usus est institutione Aurispae et Rinutii, qui ad gradum Secretariorum Apostolicorum evecti *discipulo Valla gloriati sunt, ut Valla invicem ipsis praeceptoribus.* Valla ibid. lib. IV. pag. 335. 339. et in Praefat. lib. II. Elegant. Sub his aliisque magistris tantopere profecit, ut vix pubescens in Doctorum sui temporis notitiam pervenerit, et *cum Poggio omnibusque* Martini V. *Secretariis de facundia certaverit:* quo jam tempore *de Comparatione Ciceronis Quintilianique conscripsit*, et *Florentiam ad Carolum* Aretinum *misit.* Vide Vall. ibid. pag. 352. et lib. IV. Recrimin. in Facium pag. 621. In eadem materia se postea etiam exercuit Jo. Ant. Campanus, Episcopus Aprutinus; cujus de hoc argumento Epistola, ad Antonium Moretum scripta, exstat inter ejus Epistolas ac Poëmata, cura Viri Celeberrimi Jo. Burch. Menckenii recusa, pag. 550. Opusculum illud Vallae num adhuc in bibliothecis supersit, dicere nequeo; sed inter opera ejus, quae junctim Basileae anno CIↃ IↃ XL. prodierunt, non reperitur. Postea tanti semper Quintilianum fecit, ut eum aut parem Ciceroni, aut majorem statuerit; quod adductis ex Valla testimoniis probat, sed simul refellit Florid. Sabin. Apolog. in ling. Lat. Calumniat. pag. 11. De veneratione, qua Valla Quintilianum prosecutus est, etiam infra dicendi locus erit.

Circa id tempus obiit Melkion Scribanus, Vallae avunculus, quem Martini V. Secretarium fuisse docui. *Eo defuncto, Secretariatum petivit* Valla, *quatuor et viginti natus annos: quod ne impetraret, obstitisse* credidit *Poggium, semper bonorum incrementis adversum, a quo se apud Martinum accusatum* dicit, *tamquam ceteros Secretarios, utique in illo flore aetatis, contemturus esset. Post aliquot tamen dies ad summum Pontificem a Cardinali Sancti Eustachii deductus est: qui, etsi junior, quam pro au-*

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

TOMUS DECIMUS QUINTUS,

CONTINENS

VARIAS DISSERTATIONES,

DEDICATIONES ET PRAEFATIONES.

PARS PRIOR.

terfectus est. Vide Anonymi Diaria Neapolitana apud Murator. tom. XXI. Rer. Italic. Script. pag. 1103. et 1111. et Collenut. lib. VI. Histor. Neapol. pag. 427. et 435. Per tempus autem, quo Petrus Infans Cajetam advenit, intelligi annum MCCCCXXXV. exeuntem, vel initium sequentis, adeoque Vallam jam ante ejus adventum, Mediolano relicto, in regnum Neapolitanum migrasse, inde colligo, quod Valla dicto loco tradat, eodem tempore, quo Petrus Infans Cajetam venit, ibidem etiam Antonium Panormitam fuisse, et Barthol. Facius lib. V. Hist. sui temp. pag. m. 149. referat, quum, urbe Cajeta in potestatem redacta, Petrus Infans consultaret, utrum ad fratrem Alphonsum in Liguriam pergeret, an Cajetae subsisteret, Antonium Panormitam praesertim suasisse, ut, alio ad fratrem misso, ipse Cajetae maneret. In regnum suum adventantem Vallam optime excepit Alphonsus, *eumque publice conductum Rhetoricam legere jussit:* quo tempore Antonium Panormitam, summa gratia ac favore apud Regem Alphonsum florentem, licet *eo plus quindecim annis natu grandior foret,* attamen *annum et eo amplius, quoad amici fuerunt, auditorem habuit; qui etiam se quidem ceteros omnes docuisse, a Valla autem doctum esse, praedicare solitus est.* Vide Vall. lib. IV. Recrim. in Facium pag. 624. Refert autem Hanckius de Script. rer. Roman. lib. II. part. I. pag. 116. insuper Vallam ipsum Alphonsum Regem, jam annos quinquaginta natum, anno MCCCCXLIII. quo tempore, urbe Neapoli universoque regno in potestatem redacto, Renato Andegavensi inde ejecto, et pace cum Eugenio IV. Pontifice Romano inita, ab hostibus externis quies erat, literas Latinas docuisse. Ipse etiam Valla testatur lib. IV. Recrimin. in Facium pag. 627. *illud tempus*, quo libros in Facium scribebat, *indicio esse, quantum sibi Rex cum ceteris tribueret; nullum enim esse diem, quo nos Rex, spectante*

pro-

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS DECIMUS QUINTUS. PARS PRIOR.

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXVII.

non permissuram illum abire, priusquam aut pacem cum hostibus faceret, aut administrationem civitatis relegaret ad cives: at illum maluisse Urbem deserere, dissimulato habitu, uno fugae comite, quam civibus gratificari, justa et aequa petentibus. Hanc autem Romanorum adversus Eugenium IV. rebellionem, ejusque ex urbe Roma fugam in annum MCCCCXXXIV. conferunt Poggius lib. VII. Hist. Florent. pag 303. Blondus Flav. Dec. III, lib. VI. in princ. Platin. in Vit Pontif. pag. m. 677. et Orderic. Rainald. in Annal. Eccles. ad dict. ann. §. 9. Sextus itaque ab ea annus est annus MCCCCXL. quo Valla dudum in regno Neapolitano consederat; quem jam ante annum MCCCCXXXVI. verisimiliter in eo fuisse vidimus. Declamationem illam circa id tempus scriptam esse, inde etiam colligo, quod in eadem non tantum Eugenii, sed etiam Felicis, pag. 772. his verbis meminerit. *Hoc loco libet vos, qui nuperrime defuncti estis, convenire, Pontifices Romani, et te, Eugeni, qui vivis, cum Felicis tamen venia. Cur donationem Constantini magno ore jactitatis, frequenterque vos ultores erepti imperii quibusdam regibus principibusque minamini, et confessionem quamdam servitutis a Caesare, dum coronandus est, et nonnullis aliis principibus extorquetis? veluti ab rege Neapolitano atque Siciliae.* Per Felicem autem intelligendus est Amadeus hujus nominis octavus, olim Sabaudiae Dux, qui a concilio Basileensi, postquam Eugenio dignitatem abrogasset, die V. Novembris anni MCCCCXXXIX. Pontifex Romanus electus, et die XVII. ejusdem mensis confirmatus, postea Felicis V. nomen adoptavit. Inter principes autem, qui huic Felici adhaeserunt, fuisse regem Alphonsum, patet ex pace, quam postea anno MCCCCXLIII. cum eo iniit Eugenius IV. Ea enim inter reliqua, teste Facio lib. VIII. Hist. suo temp. gestar. pag. m. 241. convenit: *Alphonsus Eugenii auctoritati se subjiciat: etc. Sacerdotio praeditos, sub con-*

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS DECIMUS QUINTUS. PARS PRIOR.

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXVII.

bis Romae Episcopo dedicavit. In Campania, adeoque in regno Alphonsi Neapolitano, Vallam Homeri Iliada oratione prosaïca in sermonem Latinum transtuliſſe, colligo ex ejus lib. IV. Recrimin. in Facium pag. 622. Quum enim Facius objeciſſet, eum versionis Homericae auctorem non eſſe, sed aliam *vetustiorem, quae jam supra centesimum annum Florentiae fuit, et in Nicolai bibliotheca visa est, paucis quibusdam permutatis, pro sua venditare*; ut haec verba falsi convinceret, inter alia ipsum interrogavit, *utrum eamdem in Campania habuerit? si vero, utrum commodato accepisset, quum Neapolim veniret? an*, quum ibidem degeret, *per literas impetrasset?*

Neapoli, vel certe in regno Alfonsi Neapolitano, degens Valla insuper edidit sex Elegantiarum linguae Latinae libros. In Praefatione enim libri quinti inter alia queritur, *tertium jam sibi et prope quartum annum agi peregrinanti semper, et per omnia maria terrasque volitanti, proxima etiam aestate, et quidem tota, militiam experto:* additque, *se nescire, utrum honestiore, an magis necessaria caussa fecerit.* Haec poſtrema verba captans poſtea Poggius, *se scire* fatetur, *Vallam necessitate edendi Regem Arragonum secutum esse.* Vide Vallam lib. II. Antid. in Pogg. pag. 298. Quum autem insuper Poggius prima verba jactantiae argueret, Valla sui defendendi cauſſa inter alia respondit, *se pugnis navalibus ad insulam Inariam et alibi interfuisse, non sine vitae periculo; se multarum expeditionum clarissimi Regis Alphonsi comitem fuisse, et tot proelia vidisse, in quibus de salute quoque sua agebatur; se denique Salerni pro incolumitate Monasterii, cui praeerat germanus, ad quem visendum post multos annos eo cum triremi trajecerat, fortissime dimicasse, locumque tutatum esse.* Vide Vallam lib. I. Antid. in Pogg. pag. 273. His libris conscribendis

contemtionem ejus adducturos desperantes, ut, quum ipsi libro non possent, at certe vero ejus parenti nocerent, in vulgus spargere non dubitarunt, *Elegantiarum libros* non Vallam auctorem habere, sed *olim in Germania fuisse repertos; quodque scripti essent literis fugientibus et fatiscentibus, vix certis cognitum indiciis tandem fuisse, Asconii Pediani esse opus.* Vide Vossium lib. I. de Histor. Latin. cap. XXVII. Ex eodem fonte promanavit, quod Ald. Manutius in epistola anni CIↃIↃII. ad Marcum Musurum de Orthographia Statiana, quam ipsi Statio a se edito subjunxit, refert, *se puerum Romae, quum Domitium audiret, intellexisse, Laurentium Vallam bonam partem Elegantiarum suarum accepisse ex M. Fabii Quintiliani libris XII. Elegantiarum: quos,* verum sub nomine Asconii Pediani, *se eo tempore percupidum ex Gallia exspectare,* ibidem addidit. Vide de la Monnoye ad Baillet. Jugemens des Savans tom. II. part. III. pag. 70. Licet autem in Praefatione lib. III. Elegant. veteris aevi JCtos maximis laudibus adfecerit, quum tamen undetriginta ultimis lib. VI. Elegant. capitibus quasdam eorum definitiones et vocabulorum interpretationes carpere ausus sit, id ferre non potuit insignis ille sui temporis JCtus Andreas Alciatus; qui, Valla jam per septuaginta, et quod excurrit, annos mortuo, anno CIↃIↃXXIX. veterum JCtorum defensionem libro IV. de Verbor. Significat. suscepit: contra quem anno CIↃIↃXXXVIII. Vallam vindicavit Franc. Floridus Sabinus in libro de Juris civilis Interpretibus: quemadmodum vicissim anno CIↃIↃLXXVI. Anonymus, sub his literis I. C. P. I. C. A. latens, veterum JCtorum caussam egit. Quorum omnium conatus sub titulo *Opusculorum variorum de Latinitate veterum Jurisconsultorum* anno CIↃIↃCCXI. junctim edidit, adjectis etiam Animadversionibus suis, Vir Clarissimus Car. Andr. Dukerus, collega sanctissimis muneris et non

fucatae amicitiae vinculis mihi conjunctissimus: qui in Praefatione addita, literis illis *Jacobum Capellam Parisiensem Juris Consultum Auctorem* indicari, probabili conjectura suspicatur, et, quid de omnium eorum scriptis sentiendum sit, tum ibidem, tum ad singula ferme capita ostendit.

Quum nondum ex regno Alphonsi Neapolitano migrasset, edidit libros tres Dialecticarum disputationum, quos *libros Repastinationum* vocat Annotat. in Error. Antonii Raudensis pag. 616. Quae enim se libro Repastinationum primo docuisse ibidem testatur, reperiuntur lib. I. Dialect. cap. IV. Certe eos jam composuerat, quum libros Elegantiarum in lucem emitteret; verum adhuc premebat. In Praefat. enim libri III. Elegant. testatur, *se in libris de Dialectica ostendere, ob hoc maxime Philosophos errare, quod loquendi facultate caruerunt, eosque libros se jam editurum fuisse, nisi amici Elegantias potius edere coëgissent.* Eosdem tamen, quod tum distulit, paullo post, antequam Neapoli discederet, publicavit. Nam quum in iis decem Praedicamenta sive, ut Quintilianus vocat, decem Elementa negasset, et ad tria redegisset, id ei Neapoli adhuc degenti inter alia ab Inquisitore haereticae pravitatis crimini datum est. Vide Vall. lib. IV. Antid. in Poggium pag. 361. Praeterea quum Facius objecisset, libris de Dialectica *plura prope errata inesse, quam verba,* ei respondens Valla idem sibi contigisse gloriatus est, quod Livio: cujus unius videndi caussa Gaditanus ex ultimis Hispaniarum finibus Romam venerat. Similiter enim *ex urbe Ferraria perdoctum quemdam Neapolim, non regionis ex omni orbe terrarum amoenissimae, non urbis celeberrimae, non Regis inlustrissimi, sed videndi et adloquendi Laurentii gratia venisse, quum propter alia opera, tum propter hos ipsos Dialecticae et Philosophiae libros.* Vide Vallam lib. IV. Recrim. in Facium. pag. 625.

In eodem regno Neapolitano degenti Vallae data est legitima caussa adgrediendi Antonium Raudensem. Inter eum et Vallam exigua olim intercesserat familiaritas; qua tamen fretus Antonius commentarium de Imitatione nondum a se editum Vallae legendum obtulerat: is vero quaedam in eo a se primum inventa deprehendit, quae Antonius ex discipulis Vallae audita pro suis venditabat, Valla vero iterum sibi vindicare conatus est, et postea Elegantiis inseruit. Vide Vallae Praefat. lib. II. Elegant. et Annotat. in Errores Anton. Raudens. pag. 412. Hunc deinde Raudensis librum, post Vallae Elegantias in lucem emissum, et Mediolano ad Regem Alphonsum, qui tum Baroli agebat, dono missum, quum Valla Joannis Alzinae rogatu perlegisset, et non tantum, quae furto sibi sublecta esse antea auctori indicarat, reliquis immixta, verum se etiam ab hoc manifesto fure in ultimum ludi literarii locum dictatorio supercilio relegatum vidisset, justissima indignatione accensus librum in errores ejus, quos plurimos et illo etiam seculo pudendos commiserat, Annotationes continentem edidit, ac Joanni Lucinae, Alphonsi Regis Secretario, inscripsit. Hunc librum non tantum post Elegantias linguae Latinae, sed etiam post Dialecticen conscriptum esse, illud indicio est, quod in eo saepe libros Dialecticarum Disputationum laudarit, et Antonium Raudensem ad eos remiserit. Vide pag. 394. 412. 416. et alibi.

In aula adhuc Regis Alphonsi moratus, disputationem a se scriptam ipsi obtulit, huic tomo ultimo Livii insertam, qua late disquisivit, *Duo Tarquinii, Lucius et Aruns, Prisci Tarquinii filiine, an nepotes, fuerint.* Eam autem demum absolvit post diem VI. Julii anni CIↃ CCCC XLII. quo tempore Rex Alphonsus Neapolim in potestatem suam redegit, ut testis est Pandulph. Collenut. lib. VI. Hist. Neapol. pag. 444. Nam hoc tempus disputationi

illi subnotavit Valla, *Neapoli pridie Nonarum Decembrium*. Quin et ibidem non tantum eam se regi obtulisse, sed et composuisse refert Valla Confut. prior. in Bened. Morandum pag. 454. In hac disputatione, Lucium et Aruntem Tarquinii Prisci non filios, sed nepotes fuisse, multis argumentis adversus Livium probare conatus est. Id quum postea Facius objiciens crimini verteret, quod ne Livio quidem pepercisset, Livium errare potuisse respondit; quumque aliquoties etiam a quibusdam veterum scriptorum erroris accusatum fuisse ostendisset, insuper subjunxit, sibi disputationem illam componenti in mentem non venisse, ut adderet, Florum in eadem Tarquiniorum historia a Livio dissentire, ejusque testimonium se adhuc disputationi inserturum. Quibus verbis digitum intendit ad locum Flori lib. I. cap. VII. quo refert, Superbum regnum, non *paternum*, sed *avitum*, quod a Servio tenebatur, rapere, quam exspectare, maluisse, eoque indicavit, Superbum Prisci non filium, sed nepotem fuisse. Vide Vall. lib. IV. Recrim. in Facium pag. 628. Id etiam, quod promiserat, postea praestitit. Exstiterunt enim exemplaria hujus disputationis, quibus Valla sententiam auctoritate Flori confirmavit; quale olim Bononiae possedit Nicolaus Perottus, qui ipsi Vallae aequalis, et familiaritate junctus id Bened. Morando ostendit. Ex eodem etiam Valla Morandum, quum diceret, ipsum nullius auctoritate nisum, sola sua voluntate, Livium damnasse, falsi convicit. Vide Vallae Confutat. prior. in Morand. pag. 448. Hinc constat, primam hujus disputationis editionem, ex qua reliquae propagatae sunt, procuratam esse ad exemplar hac additione destitutum. In edita enim disputatione nulla consentientis Flori mentio occurrit. Postea Valla, cum Poggio in arenam descendens, ut adversarius eo *magis indignaretur, ac livore rumperetur, gloriari voluit, se nuper apud Dionysium Hali-*

carnasseum, quem numquam antea viderat, legisse, omnes, praeter nescio quem unum, historicos rerum Romanarum errasse, dicentes Tarquinium Superbum fuisse filium Prisci; quem nepotem fuisse multis ac necessariis argumentis Dionysius *docebat: quorum argumentorum bonam partem ipse excogitarat, ut prope se possit, quantum ad acumen ingenii pertinet, Dionysio comparare, ac Livio praeponere.* Vide Vall. lib. 4. Antid. in Pogg. pag. 345. et similia in Confut. priore in Benedict. Morandum pag. 448. et 454. ubi etiam *jurat, se Dionysium sex amplius annos ab editione Disputationis suae numquam in hac parte legisse, neque ab aliis quippiam de hoc loco audisse, et suo solius ingenio fretum ea disputasse.*

Inter Vallam porro, in eodem adhuc Alphonsi regno ac comitatu haerentem, et Antonium Panormitam ac Bartholomaeum Facium tantae exarserunt inimicitiae, ut posterior Vallam edito libro publice adgressus sit; cui deinde respondens ea occasione Emendationes in Livium, saepissime a viris doctis, et a me etiam in hac editione recusas, publici juris fecit. Doctissimo Regum Alphonso solemne erat, ut mox a prandio, nisi graviora regni negotia invitum alio avocarent, in conventu aulicorum omnis generis, quos mensa exceperat, ceterorumque amicorum, quibus, ut adesse possent, permiserat, veteris scriptoris librum ab aliquo literatorum, quos circa se plures habebat, praelegi juberet. Inter legendum vero non ipse modo de his, quae audiebat, sententiam dicere, aut de vero verborum sensu quaestiones proponere amabat; sed omnibus etiam, qui lectioni intererant, sive medici, sive jurisperiti, sive viri militares forent, eamdem potestatem indulgebat, ut pro facultate, qua quisque pollebat, quotiesque materia succurrebat, dicerent, quidquid sentirent, non tantum de genuino scriptoris intellectu, sed etiam si quid in verbis corruptum manus emen-

datricis auxilio indigere existimarent; quibus vel Rex, vel lector, rem ad examen revocans, respondere conabatur. Qua re factum est, ut vel decem interdum legentem interfati fuerint, isque potius auditorem, quam lectorem, agere debuerit. Nihil vero Regi jucundius, nihil magis ex voluntate accidere potuit, quam si, erudita quaestione proposita, vel ipse respondens acumen ingenii exserendi, vel ex aliorum responsis aliquid addiscendi occasionem habuisset. Vide Vallam lib. IV. Recrim. in Facium pag. 593. et 600. Id si ex voto successisset, Rex solito hilarior bellaria, in mensam inlatorum reliquias, inter omnes dividebat, et interdum sua manu lectori vinum miscebat. Vide Vallam lib. I. Recrim. in Facium pag 464. et Mongitorii Bibl. Sicul. in voc. *Antonius Panormita* pag. 56. Ex doctis vero, qui in aula Alphonsina degebant, primo plerumque legendi partes Antonio Panormitae datae sunt; quae tamen postea etiam Laurentio Vallae, quum is se in amicitiam ac familiaritatem regiam insinuasset, interdum inpositae fuere. Inter hos olim aliquod amicitiae vinculum intercesserat; quod quidem primo Papiae (in qua urbe Panormitam degisse, quum ipse ibidem Rhetoricam docebat, Valla indicat lib. IV. Recrim. in Facium pag. 630.) ruptum, postea vero aliquo modo redintegratum est. Verum gratia haec male sarta denuo rescissa est, quum Valla se in regnum Neapolitanum recepisset: qui jam a Cajeta, antequam adhuc Alphonsus Neapolim expugnarat, id est ante annum CIↃ CCCCXLII. se Panormitam sibi inimicissimum expertum fuisse testatur lib. IV. Antid. in Pogg. pag. 342. Hinc Valla, qui ingenio acriori vel etiam mordaci erat, neque pati poterat, ut a quoquam contemneretur, vel alius sibi praeferretur, ut injurias, quibus se subinde a Panormita adfici credebat, ulcisceretur, vel, quemadmodum ipse lib. IV. Recrim. in Facium pag. 593.

prae se tulit, ut *regis voluntati seu voluptati inserviret, nonnumquam, quum lectioni adesset*, quaestiones inter legendum Panormitae proponebat, et respondere ac nodos dissolvere conantem erroris arguebat. Hujus generis fuerunt contentiones de usu vocis *Leontini*, et num apud Livium lib. XXIII. cap. XXXV. §. 3. vulgata lectio *statutum sacrificium* servanda, an in *statum* mutanda foret. Vide Vall. lib. I. Recrim. in Facium pag. 464. quis sensus foret locutionis *pedibus ire in sententiam*, ibid. lib. IV. pag. 594. quid sibi vellent verba Juvenal. Sat. VIII. vs. 247. *nodosam vitem vertice frangere*, ibid. pag. 596. Plura similium concertationum exempla occurrunt in Vallae Emendationibus Livianis. Vide ad Livii lib. XXIV. cap. XXXI. §. 7. cap. XLII. § 7. et alibi. Ex his quum Valla, ipso Rege ceterisque auditoribus fatentibus, plerumque superior discederet, et Panormita videret, se ipsi eruditione inparem esse, aliam adversario vices rependendi rationem speculatus est, et tandem se commodam ejus occasionem nactum credidit. Inter doctos, qui in aulam Alphonsi confluxerant, erat Bartholomaeus Facius, *quem*, teste Jovio in Elogiis Vir. Doct. pag. 197. *Alphonsus Rex, verae gloriae cupidus, ideo liberali stipendio conduxerat, ut res suae bello gestae, quae erant absoluto scriptore dignissimae, posterorum memoriae mandarentur.* Inter hunc et Vallam tanta olim intercesserat familiaritas, ut libros nondum editos invicem recognoscendos dare, et alter alterius censurae committere non dubitarent: quae deinde non parum inminuta est, quum Valla resciviset, *Facium libellum nondum satis detextum et purgatum, quem ad ipsum miserat, ut, quid de veritate disputationis illius existimaret, diceret, et, si dissentiret, rationes, quae ad dissentiendum inducerent, aperiret, ad inimicum Panormitam detulisse, communique consilio describendum curasse, ne ipsi, quod*

peccasset, emendare integrum foret. Vide Vall. Recrimin. in Facium lib. 1. pag. 461. 462. Quum postea Facius audivisset, Vallae ab Alphonso gesta patris Ferdinandi Regis Arragoniae scribendi curam mandatam esse, eum in historia, licet diversa, quam sibi data foret, versari aegre tulit, ac tandem ex semulatione et invidia se arctissime professo ejusdem hosti Panormitae junxit. Interim Valla tres libros de Vita Ferdinandi, quos scribere jussus erat, inpenso tantum duorum mensium spatio, composuit, eosque prius, quam emendasset, manu librarii raptim descriptos Regi tradidit, ut, quum res paternas ipse ex omnibus maxime notas haberet, si quid perperam narratum offendisset, vel omissum animadvertisset, mutari, demi, addi curaret; ea conditione, ut, si Rex recensuisset, et adprobasset, ipse deinde opus suum politius limaret, eique ultimam manum inponeret. Quum autem Panormita Vallam libros illos Alphonso tradidisse rescivisset, opus ejus, inscio rege, qui non multis post diebus Neapoli discesserat, frequenterque illis mensibus ab urbe absfuit, proditione bibliothecarii, cujus custodiae commissum erat, adeptus est, idque complures per dies diligenter a Facio domi suae examinari, et, si quid erratum animadvertisset, studiose adnotari curavit; ut tandem Vallae, a quo se in lectione pomeridiana apud Regem toties pessime habitum esse dolebat, paria referre, et inlatas injurias ulciscendi commodam opportunitatem invenire posset; quam etiam brevi se invenisse credidit. Quodam enim die, contentione de vera Livii scriptura inter se et Vallam apud Regem iterum orta, eaque longius procedente, Panormita indignatione accensus exclamavit: *Hic, qui me, qui codices, qui Priscianum reprehendit, plus quam quingenta vitia in historiis suis admisit: tot enim Facius collegit.* Ex his verbis opus, quod soli Regi crediderat, aliis proditum esse intel-

dicaret. Ceterum Valla non omnes, quas ibidem proposuit, emendationes solius feliciſſimi ingenii acumini acceptas retulit; sed, ut de vera Livii manu et scribarum depravatione sibi conſtare poſſet, nonnumquam etiam alios codices in consilium vocandos ac consulendos censuit. Certe *quorumdam codicum* lectionem memorat ad Livii lib. xxii. cap. xii. §. 4. similiter *cetera exemplaria*, eaque diſtinguit a *regio*, *quod Florentiae emendatum est*, ad lib. xxii. cap. li. §. 2.

Neapoli non tantum his simultatibus ab aemulis agitatus viciſſim eosdem exagitavit, sed etiam inimicorum insidiis in praesentiſſimum vitae periculum incidit. Quum enim vir animi acerbioris, et linguae inmodice liberae eſſet, ac non modo hominum quorumcumque suo tempore viventium, quorum plerique minus eleganter Latine rudere verius, quam loqui, soliti erant, barbariem paſſim feſtivis jocis ac salibus inrideret, verum etiam varias cum juris et civilis et canonici, ac praesertim Theologiae doctoribus et Monachis lites exerceret, eorumque ſtupendam in disciplina, quam quisque profitebatur, ignorantiam quovis tempore, quavis occasione conspiciendam ac ridendam praebere adfectaret, omnes eos sibi infenſiſſimos reddidit: qui sollicite speculari coeperunt, num idonea inlatis contumeliis ulciscendis opportunitas daretur. Hanc se adeptos rati Vallam, quasi minus recte de multis religionis Chriſtianae capitibus sentientem, apud Judicem ecclesiaſticum, quem suarum partium eſſe noverant, detulerunt. Quum igitur ab eo adeſſe juſſus, et de quibusdam interrogatus opiniones, quas animo inbiberat, damnare recusaret, quia nullius adhucdum erroris convictus erat, haec illi, quemadmodum interpretabantur, inpietas et in ea tuenda pervicacia ultricibus flammis expianda fuiſſet; niſi partim ipse,

qui

qui in hoc extremo discrimine constitutus ad dirissimi supplicii cogitationem labascere incipiebat, confitendo se matri Ecclesiae in omnibus consentire, vitae consuluisset; partim regia Alphonsi auctoritas ipsum ex conjuratorum et innocentis sanguinem sitientium hostium faucibus eripuisset. Omnem gestae rei scenam ejusque caussas ipse nobis ingenue narravit Valla lib. IV. Antidoti in Pogg. pag. 351. Miror itaque Ordericum Rainaldum, Henricum Spondanum, Bzovium, et alios, qui hanc Vallae tragoediam tanti aestimarunt, ut eamdem annalium ecclesiasticorum monumentis intexerent, accusationis Laurentianae capita ex unius maledicentissimi, et simul hostis acerrimi, Poggii Bracciolini Invectivis petiisse, et ne verbo quidem unico meminisse eorum, quibus Valla in Antidoti libris calumniis ejus respondit: praesertim quum ex Invectivis Poggianis excerpta potius contineant, quorum Valla Romae a Poggio accusatus, quam quorum Neapoli a Judice ecclesiastico damnatus est; et capita damnationis justius et aequius colligenda fuissent ex ipsius pro se et contra calumniatores ad Eugenium IV. Pontificem Maximum Apologia, quae inter opera ejus typis descripta superest, et concinno ordine non tantum accusationem, sed etiam defensionem Vallae exhibet. Neque his contenti iidem historici, eorumque exemplo alii, insuper ex memoratis Poggii Invectivis retulerunt, hac demum lege Vallam ex infesti judicis potestate elapsum esse, ut non tantum objectos errores ejuraret, et se eos ejuraisse chirographo suo confiteretur, sed etiam crimen commissum luens vinctis manibus per claustra Praedicatorum virgis corriperetur: sive, ut Bzovius inquit, *in Praedicatorum regio S. Dominici coenobio Neapolitano, in quo Inquisitor degebat, manibus revinctis ductus per claustra, scapulas scopis caedenda praeberet.* Ex his eorum narrationibus verum esse videtur, Val-

lam invitum ac metu mortis coactum, non vero vi veritatis victum, quae errorum nomine objecta erant, ejurasse. Ipse enim Valla testatur in Apolog. contra Calumniator. pag. 796. se ab inimicis adactum fuisse, ut, interposito jurejurando, confiteretur, se errori sibi versa, quae vel voce, vel scripto disseminarat, ex animi sententia revocare. Praeterea lib. IV. Antid. in Pogg. pag. 361. adventu quorumdam procerum, qui se ab Rege missos, ut injuste oppresso auxilium ferrent, significabant, *absolutionem sibi more confessorum factam esse.* Denique in Apolog. contra Calumn. pag. 797. *ipsum Regem sibi vel dedisse, vel supervacuam duxisse absolutionem.* Quod autem ad additam virgarum castigationem adtinet, eam nullus adversariorum, praeter Poggium, hostium acerbissimum, umquam objicere sustinuit. Ipse quidem Valla ibid. pag. 800. testatur, *se satis abundeque poenarum dedisse;* at simul etiam lib. IV. Antid. in Pogg. pag. 362. constanter negat, se virgis caesum fuisse: eamque poenam hoc argumento falsi convincere conatur, *Regem se postea honoribus, beneficiis, familiaritate sua, ita ut ejus praeceptor esset, prosecutum fuisse:* quod non fecisset, si tamquam de religione male sentiens ignominia tam insigni notatus esset. Et sane, si Neapoli crimen virgis luisset, quo tandem praetextu inimici, et praesertim eorum dux et antesignanus, unus de majoribus natu et dignitate Episcopus, cujus verum nomen Caïphae adpellatione Valla dissimulat, eum postea Romae apud Eugenium IV. Pontificem Romanum ejusdem criminis accusare, et instare potuissent, ut absenti et inaudito poenam inrogaret? unde et Valla, scripta Apologia, se apud eumdem Eugenium defendere coactus est. Neque convenit inter scriptores de tempore, quo Valla in has calamitates incidit. In annum Christi CIↃCCCCXLVII. referunt Bzovius in Annal. Eccles. ad eum ann. §. 20.

et Spondanus in Continuatione Annal. Baronii ad eum ann. §. 10. In annum potius praecedentem CIↃCCCCXLVI. Ordericus Rainaldus in Annal. Eccles. ad d. ann. §. 9. Horum priorum sententia nullo modo ſtare poteſt. Quum enim adversarii Vallam ex inpuris ac sceleſtis manibus suis creptum vidissent, neque se, Alphonso Rege, qui cauſſae cognitionem ad se evocarat, judicium exercente, Vallam nocentem probaturos sperare poſſent, omiſſa accusatione Neapolitana, Eugenium IV. adierunt, et *ab eo postularunt, ut ipse eum nocentem sine probationibus statuere, et inaudito poenam inrogare vellet.* Vide Vall. Apolog. contra Calumniator. pag. 797. Haec deinde inimicorum rabies Vallam permovit, ut, scripta ad eumdem Eugenium Apologia, capita, circa quae peſſime sentire accusatus erat, ipsi exponere, ac defendere conaretur. Jam vero, Eugenium die XXIII. Februarii anno CIↃCCCCXLVII. obiiſſe, inter omnes conſtat. Quod enim Platina mortem ejus in annum CIↃCCCCXLVI. conferat, vel ipsius, vel operarum errore accidit; aut inde fieri exiſtimandum eſt, quod non annum vel a nativitate Chriſti, vel a Kalendis Januariis, sed ab incarnatione Chriſti, vel a feſto adnunciationis B. Virginis numerare inceperit. His consequens eſt, Vallae accusationem primo Neapolitanam apud Judicem ecclesiaſticum, deinde Romanam apud Pontificem Maximum, per aliquod tempus ante Eugenii mortem peractam, in annum CIↃCCCCXLVII. cujus initio Eugenius deceſſit, conferri non poſſe. Utrum vero cum Rainaldo annus CIↃCCCCXLVI. calamitati Vallae adsignandus sit, quemadmodum neque adfirmare, ita neque negare audeo. Quum enim Rex Alphonsus, qui, quo tempore Valla indigna hoſtium accusatione opprimebatur, Neapoli degebat, usque ad finem ejusdem, vel usque ad initium sequentis anni in illa urbe subſtiterit, aliqua anni CIↃCCCCXLVI. parte superiore in

utrumque judicium pertracta esse potuit. Omnem laborem ab aliis, non modo virgis castigati, ut existimat L'Enfant. in Histor. Bell. Hussit. et Concilii Basileens. lib. XXII. pag. 204. verum etiam errorum accusati laboriosam esse credidit Elias du Pin in Bibl. scriptr. Eccles. tom. XII. pag. 94. qui, si ipsius Vallae scripta ea, quae debuerat, adhibitione evolvisset, se recte quidem castigationem, non vero accusationem ejus, in dubium vocare posse, sponte animadvertisset.

Postquam ex hoc periculo elactatus esset, sive expertam inimicorum malignitatem veritus, sive alia causa permovente, non diu in regno Neapolitano remansit. Alphonsus, foedere cum Eugenio IV. et Philippo duce Mediolanensi de bello Florentinis inferendo inito, hieme illa, quae media fuit inter annum CIↃ.CCCCXLVI. et sequentem ex regno progressus, per Latinos Tibur cum exercitu venit. Ad quam urbem quum otiosus consideret, interim Eugenius anno CIↃ.CCCCXLVII. die XXIII. Februarii Romae obiit; eique substitutus est Nicolaus quintus eodem anno, pridie Nonas, sive die sexto, Martii, ut Platina et Rainaldus testantur, vel Nonis Martiis, id est septimo ejus mensis die, ut Spondanus existimat, non vero die quinto Maji, ut refert L'Enfant. lib. XXII. Hist. Bell. Hussitici. et Concilii Basileens. pag. 201. Ad eum, diutius ibi in castris morantem, contulit se Valla, et multos menses legens praeceptorem Regis egit. Postea Kalendis Septembribus inde moventi comes exstitit expeditionis adversus Florentinos. Verum quum praecipite jam autumno propter assiduos imbres vix amplius in castris durare posset, suadente ipso Alphonso, ab illo digressus eodem die, quo montis Castelli obsidionem (de qua vide Facium lib. IX. Histor. sui temp. pag. 315) re infecta solvebat, Neapolim rediit. Dum vero Rex, bello

occupatus, diutius in regni metropolim redire moratur, interim Valla, cui opera amicorum, inter quos numerandus est Cardinalis Nicenus, (vide Vall. lib IV. Antid. in Pogg. pag. 340.) sive, quo nomine notior est, Bessarion, Nicolaus quintus summus Pontifex, si in patriam redire vellet, non adspernandam conditionem pollicebatur, eam amplecti decrevit. *Rebus* itaque *suis et decem doliis vini in navem inpositis, ipse cum uno famulo et tribus equis terrestri itinere Romam profectus est*, ut eo lares transferret: *in quam urbem se venisse* refert *vestibus et coccineis et sericis et auro ornatum.* Vide Vallam ibid. pag. 354.

In patriam redux Valla, annuo stipendio donatus a Nicolao, ejus jussu Thucydidem Latine vertit, *qui* postea ipsi, quum opus absolutum traderet, quinquaginta aureos papales sua manu dedit. Vide Vallam lib. IV. Antid. in Pogg. pag. 335. Interpretatio haec Latina hodie supereſt, aliquoties typis descripta; de qua quid senserint eruditi, videri possunt Praefationes Henr. Stephani et Joann. Hudsoni in Thucydidem, non longe post principium. Postquam Thucydidem Latine loqui docuisset, aliud ipsi *opus e Graeco transferendum delegavit idem Nicolaus, quod*, quo tempore Antidoti in Poggium libros edebat, nondum ad finem perduxerat, et, *ut eum ab atrocissima ejus protegeret insectatione, intermittere coactus est.* Vide ibidem pag. 326. Id non aliud fuisse videtur, quam Herodoti Historiae. Verum morte occupatus incepto operi ultimam manum imponere nequiit. *Ut hunc Historiarum principem Latine redderet, Valla etiam rogatus erat a Rege Alphonso, quum ejus salutandi gratia se aliquando Neapolim contulisset, et de rebus Persarum ac Graecorum, quas Herodotus diligentissime complexus est, multus inter eos sermo esset exortus. Eo deinde*

mortuo Rex libros eos, ut erant, Roma ad se deferendos curavit, et in bibliotheca sua diligenter adservari jussit: unde protractos Joannes Jovianus Pontanus non diu postea cum aliis communicavit. Vide ejus epistolam, quae tomo III. operum Pontani adjecta est pag. 380. De hac interpretatione videndum est judicium Henr. Stephani in Prolegom. Herodot. pag. 28. ed. Jungerm.

Dum his Graecorum primariis historieis Latine reddendis Valla animum advertit, insuper etiam discipulos sibi parandi, eosque voce instituendi occasionem quaesivit. Eo tempore omnium Rhetorum doctissimus habitus Georgius Trapezuntius, Secretarii Apostolici dignitate auctus, Rhetoricam, salario publice accepto, Romae docebat. Is, invidia erga Latinos ductus, (ipse natione Graecus erat) operam dare solebat, ut quavis occasione Quintilianum incesseret, ejusque meritis ubique obtrectaret. Hanc injuriam ei inlatam ferre non potuit Valla, qui, ut antea vidimus, adhuc juvenis dissertationem de Comparatione Ciceronis et Quintiliani scripserat, ejusque libros tanta assiduitate legerat, ac relegerat, ut *se ipsum prope ad verbum tenere* testetur lib. I. Recrimin. in Facium pag. 477. quin et vir factus tantopere semper admiratus est, ut adfirmaverit, *neminem posse neque Quintilianum intelligere, nisi Ciceronem optime teneat, nec Ciceronem probe sequi, nisi Quintiliano pareat, neque umquam fuisse quempiam eloquentem post Quintilianum, nec esse posse, nisi qui se totum arti ejus formandum imitationique tradiderit.* Vide Vall. lib. I. Antid. in Pogg. pag. 266. censuerit insuper, *exactissimam antiquorum Latinitatem et elegantiam a M. Cicerone et M. Fabio Quintiliano praecipue observatam, duobus luminibus atque oculis quum omnis sapientiae, tum vero eloquentiae Latinae.* Vide Vall. lib. I. de

Elegant. cap. XIII. Partim igitur ut contumeliam, qua eum adfici dolebat, vindicaret, partim ut pluribus viris artis oratoriae ſtudiosis, a quibus ad Rhetoricae praecepta tradenda incitabatur, et qui jam tum cum aliquot Cardinalibus egerant, ut ad ludum aperiendum pari cum Trapezuntio salario conduceretur, morem gereret, sponte Rhetoricam profiteri; ac Quintilianum defendere incepit, idque clam summo Pontifice, quem non libenter auditurum sciebat, aut se aliis rebus, quam interpretationi, vacare, aut Trapezuntio, suo praesertim Secretario, negotium exhiberi. Vide Vall. lib. IV. Antid. in Pogg. pag. 348. Cum eo igitur dimidium annum Quintiliani cauſſa contendit; sed, quum anno sequenti Trapezuntius ab inſtitutione deſiſtere, quam contendere, maluiſſet, cum eodem in gratiam rediit. Vide Vall. ibid. pag. 335. Hoc aemulato amoto, artis oratoriae docendae provinciam, lautis annuis conſtitutis, a summo Pontifice accepit, et in Quintiliano exponendo ac vindicando diutiſſime desudavit. Vide Vall. ibid. lib. II. pag. 287. et Poggium Invect. in Vall. pag. m. 21.

Duplici hac provincia, hiſtoricis Graecis juſſu Nicolaï Latine vertendis, et Rhetoricam publice docendo, non adeo omne sibi tempus eripi Valla experiebatur, quin otium adhuc supereſſet: quod ne iners periret, id partim libris antea editis retractandis, partim novis conscribendis inpendit. Vallae adhuc Neapoli degentis libros Elegantiarum linguae Latinae editos fuiſſe, supra vidimus. Eo tempore *hos libros absolutos cognoscendos miserat ad Joannem Lucinam, Alphonsi Regis Secretarium, et Joannem Aurispam: quorum posterior, priori absente, et inscio Valla, eos publicavit*, neque satis cavit, ut emendate prodirent. Vide Vall. Annotat. in Anton. Raudens. pag. 391. Eos igitur nunc, quum Romam

migrasset, non modo emendavit ac recensuit, verum insuper auxit; et, quum prior editio, utpote se inconsulto in lucem protrusa, nulli nuncupata foret, hanc secundam editionem Joanni Tortellio Aretino, Cubiculario Apostolico, Theologorum facundissimo, dedicavit. Ipsa haec dedicatio Vallae etiam nunc operis principio adposita exstat. Et quidem eadem dedicatio testatur, *ad sex Elegantiarum libros totidem accessisse, ejusdem germanaeque materiae, et quasi semissi semissem additum explere assem lucri.* Quibus verbis Valla indicare videtur, se sex libris olim editis hac secunda editione sex novos addidisse: et tamen non plures, quam sex, Elegantiarum libri hodie noti sunt. Videant igitur, quaeso, Viri Docti, quibus bibliothecas per Italiam, et praesertim quae Romae sunt, adeundi occasio datur, num alibi adhuc plures Vallae Elegantiarum libri inediti lateant. Ei autem opinioni forte aliquam verisimilitudinem conciliare potest rumor, olim a Vallae invidis in vulgus sparsus, cum ex totidem, sive duodecim, Asconii Pediani Elegantiarum libris bonam partem Elegantiarum suarum hausisse, de quo jam supra egi. Ceterum secundam hanc editionem non Neapoli, sed Romae, emissam esse, inde certum fit, quod in dedicatione ei addita non modo memoret, ac multis laudet *summum Pontificem Nicolaum V.* verum etiam eumdem Nicolaum interdum *de literis secum aliove quo erudito conloqui* testetur. Jam vero Valla, vivo adhuc Eugenio IV. Neapoli digressus, eo non rediit, nisi ut lares mutaturus, quae Neapoli reliquerat, Romam transferri curaret: quo tempore secundae huic editioni parandae et emittendae otium non erat. Hinc patet, nonnihil lapsum esse Jac. Philippum Bergomensem, qui in Chron. lib. XV. pag. 382. refert, Vallam *Elegantiarum libros EX NEAPOLI AD JOANNEM TORTELLIVM amicissimum dedisse.*

Praeterea Romam reversus Valla tandem perfecit alibi inceptas Annotationes in Novum Testamentum, sive, ut ipse vocare solitus erat, *opus de Collatione Novi Testamenti*, quia, ut titulus hodie ei adpositus interpretatur, *ex diversorum utriusque linguae codicum collatione* constat. Hoc opus, quum adhuc in regno Neapolitano degeret, componere adorsus est, et quidem postquam simultates inter ipsum et Antonium Panormitam renatae essent. Vide Vall. lib. IV. Antid. in Pogg. pag. 342. Quo tempore vero Neapoli in Antonium Raudensem scribebat, ejus jam meminit, et *libros Interpretationis Novi Testamenti* vocavit. Vide Annotat. in Raudens. pag. 421. Sed, licet jam Neapoli quasdam ex hoc opere decerptas particulas amicis ostenderit, attamen id Romae demum ad finem perduxit, et diligentiori lima expolivit; perfectum vero nihilominus diu adhuc privati musei septis continuit, sed interim vel universum, vel maximam ejus partem variis amicis, quibusdam Ecclesiae Romanae Cardinalibus, et ipsi Nicolao V. summo Pontifici exhibuit, qui non tantum illud multis laudarunt, sed etiam subinde institerunt, ut tandem edere vellet, quoniam sacrae scripturae intelligendae utilissimum esse judicarent. Verum eorum precibus ipsum nondum cessisse inde constat, quod, quum Antidotum in Poggium scriberet, Poggium, opus editum esse dicentem, mendacii arguerit, eique urgenti, ut ergo publicaret, responderit, id nondum per alias occupationes sibi integrum esse. Vide Vall. lib. I. Antid. in Pogg. pag. 270. et lib. IV. pag. 339. et 340. Postea librum publicasse et permisisse videtur, ut descriptus in bibliothecis servaretur. In quarum tenebris, etiam post inventam artem typographicam, delituit, donec Erasmus, Lutetiae Parisiorum degens, eumdem anno cIↃ IↃ IV. ex pervetusta bibliotheca eruerit, et anno sequenti in eadem urbe edi curaverit. Vide Erasmi Epist. CIII. Exem-

plar, ex quo Erasmus nobis editionem illam paravit, destitutum fuisse videtur aliqua ipsius Vallae praefatione, neque ea in aliis postea publicatis editionibus obvia est. Ipse tamen Valla ei prooemium addidit, et ex eo quaedam laudavit locis modo memoratis. Quum autem Valla in hoc opere vulgatam codicis Graeci interpretationem Latinam, cujus Hieronymus auctor esse dicitur, libere carperet, et in ea plures errores, vel ab ejus auctore, vel a librariis commissos, ostenderet, adversarii istius operis caussa multas lites ipsi excitarunt, et infandas in eum calumnias jecerunt: etiam eo tempore, quo illud nondum editum ne viderant quidem, sed tantum articulos quosdam ab aliis recenseri audierant. Sed strenue illis aliquoties ipse Valla respondit, nec minus Erasmus in posteriore parte Epistolae nuncupatoriae, qua illud opus, quum ederet, Christophoro Fischero, Protonotario Apostolico ac pontificii juris doctori, dedicavit. Eadem etiam exstat inter Epistolas Erasmi num. CIII. Insignis maxime est maledicentia, qua Poggius in Invectiva in Vallam fide Antonii Panormitae refert, eum Panormitae, *a quo ad coenam invitatus temeritatis, quod Hieronymum reprehenderet, damnabatur, respondisse, se sibi etiam adversus Christum spicula reservasse.* Quamvis autem Valla Poggio et Panormitae, quod satis erat, responderit lib. IV. Antid. pag. 340. ejusdem tamen Panormitae fide calumniam hanc postea iterum retulerunt Jo. Jovianus Pontanus lib. I. de Sermone cap. XVIII. eorumque testimonio fidem habens Vossius de Rhetor. Nat. et Constit. cap. VI. nulla facta mentione argumentorum, quibus Valla se defendere, et Panormitae ac Poggii narrationes falsi convincere conatus est. Quum postea auctoritate concilii Tridentini vulgata Veteris et Novi Testamenti interpretatio sessione ejus IV. quae tempore Paulli III. Pontificis Romani die VIII. Aprilis anno CIↃIↃXLVI. habita

eſt, adprobata fuerit, Vallae in Novum Teſtamentum Annotationes ex manibus hominum jam excutiendae erant. Haec igitur cauſſa exſtitit, cur, quum Paullus IV. Pontifex tredecim annis poſtea, sive anno CIↃIↃLIX. Indicem librorum prohibitorum conficiendi et edendi negotium Inquisitoribus dediſſet, ab his censoribus Vallae Annotationes damnatae fuerint. Vide Miraeum in Auctar. de Script. Eccles. cap. CDXIX.

Inter libros, quos Valla Romae novos conscripsit, numerandi sunt, quibus se adversus aemulos defendere coactus eſt. Nam et hic, aeque ac Neapoli, quosdam adversarios expertus eſt, qui praeclaram, quam sibi nactus erat, famam malevolis ac lividis oculis adspicientes, ejusque nomen meritis suis obſtare exiſtimantes, ipsum inmerentem quovis praetextu adgreſſi sunt. Inter eos primo loco memorandus est Poggius Florentinus; qui, quo tempore Valla Romam reversus eſt, jam diu in aula pontificia floruerat, inimicitiis, quas cum plurimis eruditis susceperat, et insigni cum acerbitate exercuerat, admodum nobilis. Hic, quem jam juveni Vallae non satis aequum fuiſſe vidimus, nunc etiam ejusdem patriam repetentis nomini ac celebritati, quam variis operibus scriptis, praesertim editis linguae Latinae Elegantiis, sibi pararat, invidens, primo clam ipsi detrectare ac surdis artibus nocere coepit, mox occulta eorum simultas in profeſſa odia hac occasione erupit. Poggius Epiſtolas, quas ad omnes ferme ejus aetatis viros doctos conscripserat, in unum corpus collectas, et in varios libros divisas, in publicam lucem emiserat. Earum exemplar inciderat in manus cujusdam adolescentis Catalauni, Francisci Rosii, literis humanioribus ex praeſtantissimorum doctorum, etiam Vallae, disciplina optime imbuti: qui, in iis quaedam sese animadvertere

existimans, quae linguae Latinae ejusque nativae elegantiae, ac forte etiam praeceptis a Valla sibi traditis adversabantur, codicis sui margini notas, quibus nonnulla loca reprehenderet, juveniliter adleverat. Idem hoc exemplar postea nactus Poggius mox temere in eam venit suspicionem, notas illas a Valla adjectas esse. Quamvis vero nullo alio argumento, quam occulta simultate ac mutua aemulatione, suspicionem probare posset, et notas non ejus, sed ipsius adolescentis, manu exaratas esse constaret, qui et nomen adscripserat, et se notas adposuisse testatus fuerat, unum tamen Vallam infensissimo animo invasit; qui, non committendum judicans, ut silentio suo accusationem Poggii veram esse agnoscere videretur, vicissim, quae objecta erant, diluere, et adversarii calumnias refellere conatus est. Vide Vallam lib. I. Antid. in Pogg. pag. 253. lib. II. pag. 274. 285. et lib. IV. pag. 327. Hinc natae sunt quinque Poggii in Vallam Invectivae, sive Declamationes, maledictis et calumniis omnis generis refertae; quibus Valla, par pari referens, haud minus noxio acerbitatis veneno tinctos quatuor Antidoti in Poggium libros, et duos in eumdem libellos, in Dialogo conscriptos, opposuit. Haec autem ingenii utriusque monumenta luculentum perhibent testimonium, quam inprobo et Christianis indigno inpotentis animi inpetu eorum temporum eruditi odia inter se exercuerint. Certe si vel decima pars eorum, quae alter alteri exprobrarunt, vera foret, eos monstris, quam hominibus, similiores, et quovis supplicio dignissimos esse probarent. Hinc major etiam se defendentibus, quam adversarios accusantibus, nisi ubi de re literaria agentes dicta testibus idoneis probant, fides habenda est. Utrum postea hae Vallae et Poggii inimicitiae exstinctae fuerint, ut testatur Clariss. Recanatus in vita Poggii, ejus Historiae Florentinae

juncta, cap. XII. me latet; neque ipse ullo testimonio probavit. Novi equidem, Francisc. Philelphum, scripta ad utrumque epistola, quae exstat ejus lib. X. Epist. LII. id egisse, ut ambos in gratiam reduceret, et amicitiam inter eos instauraret. Verum, quem exitum conatus hic habuerit, nondum reperi. Id tamen verum esse videtur, Poggium Vallae libro quarto Antidoti nihil umquam respondisse. In eo enim Valla pag. 355. jam quintae Invectivae, in se a Poggio editae, meminit; neque plures ab eo scriptas memorat Clariss. Recan. ibid. cap. XI. Tacuisse autem potest, vel quia, deprecantibus Philelpho aliisque communibus amicis, odia, quae alter in alterum conceperant, aut mitigarunt, aut etiam deposuerunt: vel quia Poggius paullo post, aula Romana relicta, se Florentiam recepit, ut ibidem Cancellarii dignitate fungeretur. Memorata enim Philelphi epistola scripta est Mediolani Nonis Martiis anni CIↃCCCCLIII. ut eo tempore nondum in gratiam redierint: Poggius vero Roma Florentiam abiit mense Junio ejusdem anni, ut fide dignis testimoniis probavit Clariss. Recan. in vita Poggii cap. X.

Non diu post, quam Poggius Romam Florentia mutasset, Valla novum adversarium nactus est Benedictum Morandum, quem inter inlustres historicos Bononienses a Leandro Alberto, ipso etiam Bononiensi, referri, observat Vossius lib. III. de Histor. Lat. cap. VII. Valla vero, *Tabellionem*, sive notarii munere in patria functum, et *jure civili nonnihil tinctum* esse, tradit Confutat. priore in Morand. pag. 445. Hic festivam et plane ridiculam litem Vallae intulit. Supra vidimus, Vallam, Neapoli degentem, Disputatione Regi Alphonso oblata probare conatum fuisse, Livium, qui Lucium et Aruntem Tarquinios Prisci Tarquinii liberos esse credebat, errasse, ejusque potius nepotes exstitisse. Hujus itaque dis-

putationis nomine Vallam adgressus est Morandus, eoque praetextu usus, *Livium historiae Romanae notarium fuisse*, et *hinc merito, quemadmodum Cicero consul Murenam consulem defendit, sic se notarium T. Livium notarium defendere debere*, ipsum, quasi falsum Livii delatorem, scripto libello apud Nicolaum V. Pontificem Romanum accusavit. Se autem, si nomen ejus falso detulisset, ad poenam talionis subeundam paratum ostendens, petiit, non quidem, quod tamen lex jubebat, ut vel capitis supplicio adficeretur, vel intestabilis esse decerneretur, sed potius, ut, *omisso juris hoc rigore, mitius in eum animadverteret, si hac clementia se dignum reddens primum Livio, quem offenderat damnaratque, satisfaceret, retractando publice, quae contra eum scripserat, seque falso illum erroris insimulasse profiteretur*. Nisi enim Nicolaus, quum posset, haud tolerandam hanc ignominiam, qua Livius nullo suo merito adfectus erat, ab eo propulsaret, *Patavinum illum de ipso apud campos Elysios et amoena piorum concilia questurum*. Crimen, cujus nomine in jus vocabatur, edoctus Valla id negotii amicis dedit, ut accusationis apud Nicolaum V. institutae exemplar sibi obtinerent. Qui quum lentius agerent, et aliquamdiu nihil praestarent, triumphum canens Morandus ad Jacobum Gratum, Bononiensium Romae legatum, quem bene de Valla sentire et loqui audierat, ac dolebat, literas ipsi Vallae ostendendas dedit, quibus eum a se victum damnatumque esse etiam carmine gloriabatur. Hinc magis irritatus Valla hominem, penes quem Morandi codex esse dicebatur, adiit; eoque impetrato, quum interim jam Nicolao quinto mortuo Calixtus tertius sublectus esset, ipsi opposuit priorem Confutationem; qua primo ridens respondit, adversario poenam non tantum talionis, sed etiam laesae religionis Christianae et majestatis pontificiae subeundam

esse, utpote qui campos Elysios inducendo religionem gentilem adprobasset, ejusdemque inpietatis summum Pontificem reum facere conatus esset: deinde graviter sententiam defendit. Quibus quum nondum sibi satisfactum esse Morandus, edita Reluctatione, ostendisset, Valla alteram Confutationem in lucem emisit, *qua primo aemulum Baverio, celebri medico Bononiensi, commisit, ut huic civi suo, si vecordia ejus alia medicina, quam morte, sanari posset, curationes adhiberet, eumque ad sanitatem, si umquam sanus fuisset, reduceret.* Postea, ut Morandum Baverii ope et auxilio indigere doceret, argumenta, quibus in Reluctatione usus erat, examinavit; et, qui illis sententiam aut suam defendere, aut alterius oppugnare non dubitarat, sano sensu destitui evincere conatus est.

Neapoli Romam reversus Valla id agendum censuit, ut familiam suam, quae emoritura videbatur, propagaret: quia tamen vitam Ecclesiasticam sequi constituerat, sive, ut ipse ait, *quod Clericus esse destinasset*, a legitimis nuptiis abstinuit. Poggio autem postea exprobrante, quod *ancillam, sororis mariti*, ad quem Romam redux deverterat, *servam, corrupisset, gravidamque fecisset*, ipse vicissim contendens, mulierem, ex qua pater factus erat, non servam, sed famulam ingenuam, bonis ortam parentibus fuisse, commissi facinoris culpam hoc modo minuere voluit lib. IV. Antid. in Pogg. pag. 362. *Quum nonnulli meorum propinquorum me virginem, sive frigidioris naturae, et ob id non idoneum conjugio arbitrarentur, quorum unus erat vir sororis, quodammodo experiri cupiebant. Volui itaque eis ostendere, id quod facerem, non vitium esse corporis, sed animi virtutem: et simul, ut suscepta aliqua prole non esset mihi soror molesta, quae orba liberis est, ad fami-*

liam nostram, quae jam exstincta est, excitandam descendi ad Venerem, nec, ut tu, ad alienam uxorem, aut ad praecustoditam, aut ad pollutam foeminam adcessi, sed ad eam, quae sui juris esset, eamdem virginem, quam (quum ex ea intra duos annos suscepissem tres liberos) inhumanissimum est visum, tam ipsius, quam liberorum caussa, abjicere. Tamen aliquamdiu seorsum habitavit, nec diu, spero, manebit innupta, si modo viro collocari non recusabit. Postea Valla, quemadmodum elegerat, Clerici dignitatem obtinuit, ac factus est *Canonicus S. Joannis Lateranensis*, ut ex ejus Epitaphio postea memorando constabit. Ex eodem etiam patet, eum *Pontificis Maximi Secretarium Apostolicumque scriptorem* exstitisse. Utrum tamen revera Pontifici Maximo ab actis ac secretis fuerit, admodum dubito, quod hunc ei obvenisse honorem a nemine alibi memoratum inveniam. Vix tamen, ac ne vix quidem in animum, ut credam, inducere possum, matrem Vallae, vel illos, qui matris nomine hoc monumento memoriam ejus ad posteros propagare voluerunt, rem, quam falsam esse innumeris eo tempore testibus planum fieri poterat, Epitaphio, omnium quotidie oculis exposito, inserere ausos fuisse; sed potius existimo, gradum, ad quem Valla pervenit, verbis non nihil auctum, et inferioris ordinis dignitatem ampliori, quam ei conveniebat, nomine adpellatam esse. Videtur enim verum esse, Vallam in Scriptorum Apostolicorum collegium adoptatum fuisse, unde etiam lib. IV. Antid. in Pogg. pag. 342. *quemdam e nostro collegio Scriptorum* memorat. Per istud autem Scriptorum collegium intelligendos esse conjicio illos, qui primi ordinis Secretariis Apostolicis a manu sunt, et quaecumque instrumenta ab illis jussi erant, praesertim literas papales, describebant; unde tamquam inferioris ordi-

ordinis Secretarii considerari ac dici poterant: quin etiam interdum adoptio in hoc collegium nonnullis gradus exstitit, quo ad majus Secretarii Apostolici fastigium pervenirent. Certe, quo tempore *Dominus Leonardus de Aretio Secretarius Domini Papae erat, Magistrum Poggium Guccii de Terranova Scriptorem Apostolicum* fuisse, docet publicum instrumentum, quod laudat Clariss. Recanat. in vita Poggii cap. v. Eumdem vero Poggium postea apud plures Pontifices honore Secretarii Apostolici functum esse notissimum est. Vide Recanat. Vitam Poggii cap. v. Haec autem opinio, Vallam non Secretarium Pontificis, sed in Scriptorum collegium adoptatum fuisse, inde verisimilis redditur, quod non simpliciter *Pontificis Maximi Secretarius*, vocetur, sed insuper, quasi interpretationis caussa, addatur *Apostolicusque Scriptor*. Si quis nihilominus contendat, Vallam Pontifici Romano a secretis fuisse, nihil video, quod huic sententiae opponere possim, nisi jam memoratum aliorum silentium. Fateor tamen, eum dia antea dignitatem illam adfectasse. Annos enim viginti et quatuor natum istius muneris se candidatum professum esse, antea vidimus; sed, licet eo tempore repulsam ferenti Martinus V. bonam spem dederit, fore ut aliquando honorem petitum obtineret, paullo post tamen insecuta Pontificis morte spes intercepta evanuit. Ipse insuper Valla lib. IV. Antid. in Pogg. pag. 340. refert, se biennio ante, quam librum illum quartum Antidoti ederet, literas Nicolaï Cardinalis S. Petri, qui est celebris ille Nicolaus de Cusa, accepisse, quibus nunciabat, se, quum ipsum sponte a Nicolao Pontifice laudari audiret, eum interrogasse, *cur ergo Vallam inter primos Secretarios non haberet?* idque responsi tulisse: *sunt, qui non favent; sed erit.* Ubi iterum *primi Secretarii* memorantur, ut distinguantur *a Scriptoribus Apostolicis*, quasi inferioris ordinis Secretariis.

Tandem Valla Romae obiit, ejusque cadaver in eamdem St. Joannis Lateranenſis aedem, in qua Canonici dignitatem obtinuerat, inlatum eſt; ubi ejus sepulcrum caelato ex marmore cum effigie ad dexteram introëuntium conspici, teſtatur Jovius in Elogiis Vir. Doctor. pag. 18. Verum quemadmodum de anno ejus natali disceptari vidimus, ita nec de anno, quo deceſſit, convenit. Epitaphium sepulcro additum, quod aliquoties antea laudavi, mortem ejus confert in Kalendas Auguſtas anni CIↃ CCCC LXV. Eſt autem, Voſſio lib. III. de Hiſtor. Latin. cap. VII. aliisque teſtibus, his verbis conceptum: LAURENTIO VALLAE, HARUM AEDIUM SACRARUM CANONICO, ALPHONSI REGIS ET PONTIFICIS MAXIMI SECRETARIO, APOSTOLICOQUE SCRIPTORI, QUI SUA AETATE OMNES SAPIENTIA SUPERAVIT, CATHARINA MATER FILIO PIENTISSIMO POSUIT. VIXIT ANNOS L. OBIIT ANNO M. CCCC. LXV. CALENDIS AUGUSTI. Hujus etiam Epitaphii auctoritatem sequuntur plures viri docti, Hanckius de Script. Romanar. Rer. lib. II. part. I. cap. XI. Henr. Warton Append. ad Guil. Cave de Script. Eccles. pag. 99. Fabric. in Annotat. ad Trithem. de Script. Eccles. cap. DCCL. In hoc tamen monumento, quo eorum sententia unice nititur, vel a sculptoribus, vel ab iis, qui ex marmore descripserunt, errorem commiſſum eſſe, neceſſe eſt. Si enim Valla anno CIↃ CCCC LXV. quinquagenarius deceſſiſſet, primam lucem adspicere debuiſſet anno CIↃ CCCC XV. At supra probavi, eum potius natum fuiſſe anno CIↃ CCCC VII. cui si quinquaginta vitae annos addamus, obiit jam anno CIↃ CCCCLVII. in quem eumdem mortem ejus revocant Paullus Jovius in Elog. Vir. Doctor. pag. 18. Aubert. Miraeus in Auctario de Scriptor. Eccles. part. I. cap. CCCCXCIX. et alii: quorum sententiam poſtea novo argumento egregie adſtruxit Eruditiſſimus et in Hiſtoria literaria

versatissimus de la Monnoye ad Baillet. Jugem. des Savans tom. II. part. I. pag. m. 349. Docet enim, Alphonsum Regem Neapolitanum mortem obiisse die XXVIII. Junii anno CIOCCCCLVIII. ex epistola autem Joann. Joviani Pontani, ad Petrum Salvatorem Vallam et Joannem Ferrarium Neapoli Kalendis Januariis CIO CCCC LX. scripta, et Pontani libris de Rebus caelestibus subjecta, constare, Laurentium Vallam ante Regem Alphonsum defunctum esse. Ea enim referri, *Regem, Valla mortuo, ejus interpretationem Latinam Herodoti, ut erat, Roma ad se deferendam curasse, et in bibliotheca sua diligenter adservari jussisse.* Hinc verisimiliter statuit, mortem ejus incidisse in Kalendas Augustas anni praecedentis CIO CCCC LVII. certe in diem eo posteriorem referri non posse. Puto igitur notas numerales *LXV*, in Epitaphio Vallae corruptas, in *LVII.* mutandas, et pro anno CIO CCCC LXV. annum CIO CCCC LVII. reponendum esse. Hic consequens est, Vallam, qui anno CIO CCCC LVII. quinquagenarius obiit, natum esse debuisse anno CIO CCCC VII. ut supra docui.

Hujus jam Vallae Emendationes Livianas, ex ejus libro IV. Recriminationum in Facium et Panormitam excerptas, meae Livii editioni suis locis inserui: de quibus si sententia ferenda foret, in hoc omnes mihi consensuros confido, licet plura vitiosa in Livii parte a se curata reliquerit, quam inde sustulerit, id tamen non factum esse, quod ingenium ejus operi suscepto non suffecerit, sed tantum tempori, quo vixit, adscribi debere. Literae enim humaniores, fugam adornante crassa praecedentium seculorum barbarie, tum demum praeclara ipsius inprimis Vallae opera renasci incipiebant, neque uno inpetu ad illud culmen, ad quod postea paullatim adscenderunt, eniti potuere. Certe multis partibus provinciam, quam privatim ac sponte susce-

pit, solus rectius administravit, quam junctis viribus adversarii, quibus eadem publica Regis Alphonsi auctoritate inposita erat; et plura corrupta, quae aemuli vel se emendaturos desperarant, vel perperam emendanda censuerant, feliciter integritati restituit. Quum autem ea aetate Valla floruerit, qua praestantissima typographorum ars aut nondum inventa erat, aut adhuc in Germania delitescens nondum Italis ac Romanis innotuerat, opera ejus primo librariorum manu descripta propagari debuerunt, et postea demum ex bibliothecarum pluteis protracta, alia citius, alia serius, typis vulgata sunt. Quo vero anno Vallae in Facium Recriminationes, quibus ejus in Livium Emendationes continentur, primum typis descriptae prodierint, liquido adfirmare nequeo. Eas tamen anno, clɔ Iɔ xxxv. lucem publicam nondum adspexisse, ex Rhenano colligendum videtur. Is enim, Notas in Livium eo anno edens, Vallam ante se Livio emendando operam dedisse non nisi ex incerto vulgi rumore, et infido vel male intellecto hominum sermone audiverat. Id palam fit ex illis, quae notat ad Livii lib. xxviii. cap. i. §. 1. ubi, postquam conjecisset, Petrarcham vel Victorinum Feltrensem *declinaverat*, pro *inundaverat*, substituisse, addit: *Id postea Laurentium quoque Vallam, Virum in literis prorsus incomparabilem, fallere potuit. Nam AJVNT HVNC IN RESTITVENDO LIVIO MVLTVM OPERAE SVMSISSE.* Similiter ex annotatione ejus ad Livii lib. xxix. cap. x. §. 8. *Arbitror, Laurentium Vallam hunc locum instaurasse, QVEM THADDAEVS VGOLETVS EMENDANDO LIVIO OPERAM IMPENDISSE SCRIBIT.* Et tamen Rhenanus utroque loco fallitur. Non constat enim, Vallam ad alterutrum eorum aliquid opis adtulisse, qui potius aperte testatur, se in emendando Livii Bello Punico secundo ultra librum sextum progredi noluisse. Vetustissima

igitur editionum, quas vidi, est, quae inter reliqua ejus opera Basileae apud Henr. Petrum anno CIↃIↃXL. prodiit. Inde mox Sebast. Gryphius, quum biennio postea Livium Lugduni forma minori ederet, Vallae Emendationes excerpsit, et tomo quarto editionis suae medias inter Glareani Notas et ejusdem Chronologiam inseruit. Easdem dein Vascosanus anno CIↃIↃXLIII. quum Livium forma majori Parisiis excuderet, repetendas duxit: ex quo tempore saepissime prodierunt. Quum autem animadvertissem, in plerasque editiones, quae Vallae Emendationes exhibent, plures errores inertia vel operarum, vel eorum, quibus librariorum mendas emendandi negotium commissum fuit, invectos esse, earumque posteriores non tantum priorum lapsum fideliter adoptasse, sed etiam novis cumulasse, ut saepe sensus Vallae constare nequeat, id mihi curandum credidi, ut maculas omnes, quibus recentiores editiones infectae ac deformatae erant, pro virili eluere conarer. Ejus itaque rei caussa editionem Vascosani, quum duabus prioribus memoratis tum destituerer, diligenter consului, et me ex eo labore satis uberes fructus percepisse expertus sum. Unus tamen superest locus, quem erroris suspectum emendare non potui, quod eodem modo in omnibus, quae ad manum erant, editionibus legeretur, et forte ipse Valla aberrarit: similiter enim praeferre etiam duas priores, quas illam Livii partem edens consulere non poteram, postea vidi. Is exstat ad Livii lib. XXIII. cap. XVIII. §. 12. Primo ibi memorat *duos, contra quos, ut nefandissimos accusatores suos, haec scribebat:* eorum nomina quidem non addidit; sed, quin Bartholomaeum Facium et Antonium Panormitam intelligat, nemo dubitare potest. His subjungit *totidem absentes, Jacobum Curlum et Antonium Panormitam;* pro quo ultimo alterius, sed cujus, incertum est, nomen reponendum esse

sponte patet. Id insuper inde confirmatur, quod dicat *se audire, ultimum hunc proxime perisse.* At Panormita Vallae diu supervixit, et demum obiit die VI. Januarii anno CIↃ CCCC LXXI. Vide Mongitorii Bibl. Sicul. tom. I. pag. 57. Confirmatur etiam ex eo, quod ultimum illum vocet *Rhetorem, non modo Latinarum, sed Graecarum literarum sane peritum.* Hoc enim elogio Valla Panormitam eo tempore non ornasset, quem passim Graecarum literarum inperitissimum fuisse testatur. Vide Vall. lib. IV. Antid. in Pogg. pag. 341. aliisque locis. Meritis Vallae in literas dedi, ut occasione Annotationum, quibus Livium emendare conatus est, paullo latius vitam ejus, non omnibus aeque notam, enarrarem. In reliquis commentatoribus Livianis tanto brevior futurus sum.

Alter a Valla, cujus quaedam in Livium hac editione continentur, est M. ANTONIUS COCCIUS, SABELLICUS vulgo cognominatus. Ejus duplices in Livium exstant Annotationes. Alterae breviores, sed plures, et, ipso Sabellico teste, numero ducentae et amplius, inscriptae sunt Magnifico et praestanti viro Benedicto Cornario, Patricio Veneto; ex cujus ornatissima bibliotheca Sabellicus se vetustius nactum esse exemplar testatur, ad quod Livium, precibus Bernardini Herasmii Novocomensis inductus, recensuit. Et prima quidem harum Annotationum editio simul cum Livio in lucem emissa fuisse dicitur anno CIↃCCCCXCI. quam tamen videre nondum mihi contigit. Quare proximam, quadriennio postea, anno CIↃCCCCXCV. recusam, adhibui. Alterae, majori verborum ambitu conceptae, sed numero pauciores, subjungebantur Sabellici partim Annotationibus in Plinium, Dominico Grimano Philosopho et Equiti clarissimo, partim Observationibus ex varia auctorum lectione, Francisco Fortunio dedicatis: unde Vascosanus eas excerptas postea anno

cIↃIↃXLIII. brevioribus Annotationibus omissis, Livio a se edito addidit. Utrasque, in unam seriem redactas, reliquorum Doctorum Commentariis, suo quasque loco, intexui. Earum autem priores ad vetustissimae editionum, quam me vidisse modo dixi, posteriores vero ad emendatissimum Vascosani exemplar exegi.

Post Vallam et Sabellicum, qui renascentium elegantiorum literarum prima quasi infantia floruerunt, sequenti aetate, qua humaniora studia caput felicius tollere incipiebant, tutiori via ingressi, majorique adparatu instructi, medicas manus, quas artis peritas esse, et salutiferas haberi posse auxilium aliis scriptoribus latum fidem fecerat, etiam Livii vulneribus sanandis admoverunt BEATUS RHENANUS et, quem in partem curationis adscivit, SIGISMUNDUS GELENIUS. Hi operam susceptam hoc modo inter se dispartiti sunt, ut Rhenanus sibi servarit sex primos Livii libros cum Bello Punico secundo; Gelenio vero concesserit quatuor ultimos primae decadis libros, et Bellum Philippicum atque Antiochium. Inter eos autem convenit, provinciam veteres auctores emendandi solius ingenii et eruditionis adminiculis recte administrari non posse. Partim enim neminem adeo felicem esse, ut per se omnia, quae ab indoctis et literarum rudibus omnis, ac praesertim posterioris, aevi librariis commissa erant, investigare ac pristino nitori restituere possit: partim etiam experientiam docuisse, saepe scriptorum loca ab his, ut male adfecta, conjecturis tentari, quae illis sana esse existimantur; et ad hanc litem dirimendam plurium codicum testimonio opus esse. Ante omnia igitur codices scriptos, quotquot ex bibliothecis eruere poterant, et formis exaratos consulendos esse recte judicarunt: quod Rhenanus a prioribus literatoribus, Beroaldo, Sabellico, Baptista Pio,

aliisque, qui ante se idem ſtadium ingreſſi fuerant, aut perperam spretum ac neglectum, aut raro neque ea, qua par erat, diligentia factum fuiſſe queritur ad Livii lib. XXVIII. cap. VI. §. 7. et ad lib. XXX. cap. V. §. 5. Neque Gelenium in hac re a Rhenano dissensiſſe, Praefatio ejus Liviana confirmat. Rhenanus itaque, Livii emendationem agitans, diligenti habita per collegia simul et coenobia conquisitione, subsidia inſtituto suo necessaria sibi et operis socio comparavit, et bonae partis Liviani operis collationem ac caſtigationem quam adcuratissime ipse peregit, reliquum pari cura conficiendum Gelenio commisit. Verum quum Gelenius, quem Rhenanus Prologi partes communi nomine agere voluit, non satis aperte codicum, quos adhibuerunt, auxilium indicarit, ex utriusque Annotationibus collecta, quae huic rei inluſtrandae inservire poterunt, diſtinctius proponam. Ad sex priores Livii libros Rhenanus praesertim codicem adhibuit Borbetomagensem, sive Vormatiensem: *quem non gente solum, sed et literis clarus ille Vormatiensis Ecclesiae Decanus Reinhardus a Rietpur ex bibliotheca illic publica ipsi submisit,* ut grato animo teſtatur ad Livii lib. I. cap. XX. §. 2. ad lib. VI. cap. I. §. 2. et ad Taciti lib. VI. Annal. cap. XXXVII. Addit autem primo loco, hunc codicem *primis duobus ternionibus caruisse, quos nebulo quispiam desecuerat, dum liber alicubi incustoditus jacet; idem scelus et in fine voluminis commissum esse; quare aliquot paginas transilire se coactum fuisse.* Hinc caussam discimus, ob quam priora libri primi capita omiserit, et demum Annotationes contexere inceperit a capitis XX. §. 2. desierit vero ad libri VI. cap. XXVIII. §. 7. Illis nempe locis codicis hujus et initium et finem ſtatuendum eſſe, verisimillimum videtur. Praeterea ex iis, quae Rhenanus ad lib. I. cap. XLIV. §. 4. ad lib. II. cap. XXX. §. 4. et ad cap. XXXVI. §. 3. notavit, colligo,

ipsum ad finem vel cujuslibet, vel quorumdam librorum hujus codicis adscriptas invenisse similes formulas, quales praesertim ad finem plurium hujus partis Livianae librorum mihi in Leidensi primo, aliisque viris doctis in nonnullis suorum obvias fuisse, in Indiculo MSStorum meorum infra hoc tomo monui. Codicem illum ut plurimum bonum esse, judicat J. Fr. Gronovius in Epistola ad Nic. Heinsium, quam edidit Celeberr. Burmannus in Syllog. Epist. tom. III. pag. 114. Praeter hunc codicem insuper adhuc alium ad eosdem sex priores Livii libros consuluit. Non modo enim Gelenius in Praefatione testatur, Rhenanum sibi comparasse geminum exemplar, verum etiam ipse Rhenanus *alterum codicem*, id est a priori diversum, memorat ad Liv. lib. VI. cap. I. §. 11. et *volumina MSSta* ad Livii lib. VI. cap. XX. §. 12. Quis tamen qualisve hic alter codex fuerit, neque Rhenanus, neque Gelenius usquam memorarunt: secundi etiam codicis ullo alio, quam duobus his locis, Rhenanum meminisse nondum observavi. Ad alteram pensi sui partem testatur Rhenanus, *se nactum esse e Spira Livianum exemplar, quod ex fragmentis vetustissimorum codicum saltuatim descriptum videbatur, praesertim in libro sexto tertiae decadis. Nam initium voluminis fecisse librarium a particula, quam vix tandem in medio libro reperit, abruptis verbis: cum ea cohaesisse, aliquot paginis intermediis omissis, libri finem: deinde cum septimum librum conferre coepisset, se iterum particulam invenisse, quae ad sextum librum pertinebat.* Videantur, quae notavit ad Livii lib. XXVI. cap. XXX. §. 9. Ex codem codice quaedam etiam alia interciderant. Nam ad lib. XXVII. cap. VII. §. 14. refert, *se unam paginam transilire coactum fuisse ob defectum, qui erat in exemplari manuscripto, quod ex bibliotheca Spirensi natus fuerat.* Praeterea quum ex locis laudatis pa-

teat, Rhenanum ab illis, ubi codicis sui auxilio destituebatur, manus abstinuisse, vero quam simillimum est, codicem Spirensem etiam in fine lacerum fuisse, quia post lib. XXX. cap. XVI. nullae ejus in Livium Annotationes adparent. In hac operis sui parte nullo alio codice Rhenanus usus est. In ea enim passim tantum *archetypi, veteris codicis, libri scripti, voluminis antiqui, exemplaris MS.* meminit, neque umquam numero multitudinis codices, vel duorum pluriumve consensum memorat. Cum his codicibus *editionem Venetam* Aldinam *propter auctoritatem officinae Asulanicae se contulisse* testatur: adhibuit etiam *Jacobi Sobii Coloniensem editionem, ceteris castigatiorem.* Vide, quae notavit ad Livii lib. XXVII. cap. XVII. §. 11. His copiis instructus pensum Livianum, quod sibi sumserat, recensuit; in quo opere se anno CIↃIↃXXIX. occupatum fuisse fatetur ad Livii lib. XXX. cap. XIV. §. 9. Eo tempore jam Annotationes in Tertullianum ediderat; ad quas provocat ad Livii lib. XXVII. cap. XXVIII. §. 4. Et quidem hae primum prodierunt Basileae anno CIↃIↃXXI. ut ex tempore Praefationi ejus, qua instructus Tertullianus prodiit, adscripto patet. Exstat et altera editio anni CIↃIↃXXV. Postea anno CIↃIↃXXVII. Johanni a Lasko nunciavit, *se denuo edere Tertullianum, cujus scripta abhinc annos sex, se primum prodente, legi coeperant.* Vide Gabbem. Epist. Clar. Vir. Centur. I. num. V. Et haec etiam editio anno proximo CIↃIↃXXVIII. lucem publicam vidit. Ut adeo ter vulgarit Tertullianum, quum Livium recenseret. Eodem tempore scripserat non tantum Castigationes in Plinium Majorem, ut docent ejus Annotationes ad Livii lib. II. cap. XXVII. §. 3. verum insuper etiam ediderat. Hinc queritur ad Livii lib. XXVIII. cap. II. §. 16. *quibusdam persuaderi non posse, Plinianos libros mendosissimos hactenus fuisse.* et ad lib. XXVIII. cap. XLIV. §. 7. *se in castigationibus Plinianis expertum ante fuisse,*

quam sint hebetes in judicando scioli, et plane ὄνοι πρὸς λύραν. Et sane hae Rhenani Annotationes in Plinii Praefationem et quosdam Historiae Naturalis libros jam prodierant Basileae anno cIↃIↃXXVI. Ad verum igitur temporum ordinem adtendere neglexit Joh. Harduinus; qui, quum Praefat. in Plinium retulisset, *Sigismundum Gelenium castigationum in Plinium volumen haud contemnendum edidisse anno CIↃIↃXXXV.* mox subjungit, *Rhenanum Gelenii methodum ac rationem anno subsequente imitatum esse:* quum potius Rhenanus Gelenium novem annorum spatio anteverterit, et Annotationes in Plinium non anno cIↃIↃXXXVI. sed anno cIↃIↃXXVI. ediderit. Licet Rhenanus jam anno cIↃIↃXXIX. Annotationibus in Livium conscribendis vacarit, non mox tamen iis absolutis, ut in lucem publicam exirent, permisit, sed aliquamdiu intra privati musei cancellos continendas censuit. Probe enim gnarus exemplaria manu exarata, quibus usus fuerat, lacera esse, et plures in iis lacunas exstare, unde etiam Mstorum suorum subsidio destitutus integros aliquot Livii libros, variasque eorum particulas intactas relinquere ex re sua esse judicarat, non modo opportunam integriores codices nansciscendi occasionem, non tamen otiosus ac compressis, ut ajunt, manibus, exspectavit; verum etiam, ut eos invenire posset, itineris incommoda subire non reformidavit. Quum enim celeberrimis imperii Germanici comitiis, quae Carolus V. Imperator anno cIↃIↃXXX. Augustae Rhaetorum celebravit, interesset, Livianarum decadum gratia Fruxinum in Vindelicis se profectum esse narrat lib. II. Rer. German. pag. 201. Licet autem hoc iter Livio inutile fuisse, et nova ejus Msta Rhenanum investigare non potuisse verisimile sit, quia nullius codicis, nisi Vormatiensis ac Spirensis, postea nominatim in Annotationibus meminit; aliquem tamen ex eo fructum respublica li-

teraria percepit. Hac enim occasione Rhenanus, bibliothecam D. Corbiniani adiens, reperit Otfridi Monachi librum Euangeliorum, in linguam Theotiscam metris rithmicis versum; et, ne egregii hujus thesauri inventi memoria hominum inertia iterum exolesceret, ejus descriptionem simul cum excerptis nonnullis speciminibus Commentariis Rerum Germanicarum inseruit. Quo tandem calcari incitatus Flacius librum Basileae anno cIↃIↃLXXI. edidit. De eodem codice vide insuper Jo. Alb. Fabricii Biblioth. Mediae Latinit. lib. XIV. pag. 535. et seqq. Quum aliquot post annis Annotationes Livianas cum publico communicare, easque tandem prelo Frobenii, qui Livium denuo excudere proposuerat, subjicere decrevisset, antea experiendum censuit, si damnum, quod Livius passurus erat, quoniam codices a se inspecti laceri fuerant, aliunde compensari posset. Commodum nuper ex Italia digressus Viglius, quem Petrus Bembus, postea in collegium Cardinalium adoptatus, amicitiae honore dignabatur, exeunte anno cIↃIↃXXXIII. Basileam venit, ut Graecas Theophili Institutiones Juris, quas Venetiis ex codice bibliothecae Bessarionis reipublicae legatae descripserat, typis Frobenianis excudi curaret. Is Frobenio, qui de consilio Livium, additis Rhenani et Gelenii Annotationibus, edendi cum eo collocutus ac simul questus fuerat, se codicis Msti antiqui, integrum bellum Punicum secundum continentis, auxilio destitui, auctor fuit, ut Bembum per literas adiret, ejusque in hac re opem imploraret. Morem illi gessit Frobenius, et id demum responsi tulit, quod inter epistolas Bembi adhuc superest: *se libros priores sex Livianae tertiae decadis Mstos, quoniam ipse non habebat, a nonnullis quaesitos ac repertos librario suo describendos dedisse. Eorum ille complures jam paginas quum descripsisset, se collatis codicibus deprehendisse, nihil*

boni illis inesse, quod non haberent ii libri, qui ex Aldi Officina quindecim abhinc annis parva sub forma exiere; mali vero et errati plurimum: quam ob rem librarium se continuisse, et dolere, in hac re, quam a se unam expetiverit, se ipsi satisfacere non potuisse. Licet haec spes destituerit, nihilominus subsidiis, quae undique conquisiverat, confisus Frobenius Livium prelo subjecit anno cIoIoxxxv. eique junxit Annotationes partim Rhenani, partim Gelenii. Hic Gelenius, quem Vir. Clariss. Cornelius Hoynck van Papendrecht, Archipresbyter Mechlinienſis, in Analect. Belgic. tom. I. part. I. pag. 78. puerili errore *Basileensem* vocat, quum inter omnes constet, eum natione *Bohemum*, patria *Pragensem* fuisse, in Praefatione testatur, se in partium Livianarum sibi adsignatarum recensione adhibuisse geminos ubique codices, *quos vir acerrimi judicii Rhenanus, diligenti habita per collegia simul et coenobia conquisitione*, indagarat, et ex eorum bibliothecis utendos acceperat. Ita in Annotationibus ad quatuor posteriores primae decadis libros duo exemplaria memorat ad Livii lib. VIII. cap. XXVII. §. 6. Ex quibus tamen collegiis vel coenobiis Rhenanus hos codices sibi comparaverit, nusquam Gelenius indicat. Eorum quidem alter esse potest ille ipse, quem Rhenanum *alterius codicis* adpellatione laudasse, sed, ex qua bibliotheca acceperit, monere neglexisse, antea vidimus. Alter vero Vormatiensis, ut puto, esse nequit. Supra enim Rhenanum confitentem audivimus, Vormatiensem codicem non tantum in initio, sed etiam in fine mutilum fuisse. Per finem autem codicis intelligo ultimam partem libri sexti, quia Annotationes Rhenani ultra caput XXVIII. ejus libri non procedunt. Certe per ea verba partem postremam libri decimi Rhenanum indicare voluisse ideo verisimile non fit, quoniam Gelenius ad lib. X. cap. XLV. (quod est antepenultimum ejus libri) §. 11.

exemplarium veterum scripturam proferat; ex quo probabiliter colligo, neutrum ejus codicem a fine mutilum fuiſſe, et hinc alterutrum eorum Vormatiensem eſſe non poſſe. Quosnam igitur codices Gelenius in quatuor ultimis primae decadis libris consuluerit, incertum eſt. Id tantum ipse prodidit ad Livii lib. VII. cap. VII. §. 4. fuiſſe *prisci characteris codices*; et ad lib. VII. cap. XI. §. 10. fuiſſe *exemplaria Germanica, sane perquam vetusta, quorum fidem atque auctoritatem libenter sequatur.* In altera parte pensi sui, sive in decade quarta, duos itidem codices adhibuit, alterum Moguntinum, alterum Spirensem, quos nominatim memorat ad Livii lib. XXXVI. cap. XXII. §. 8. Horum Moguntinus fuit praeſtantissimus ille omnium iſtius partis codicum Livianorum, ex quo librorum XXXIII. et XL. partes poſteriores Moguntiae anno CIↃIↃXVIII. publicae luci reſtitutae sunt. Id variis argumentis probari poteſt. Primo enim Gelenius ad Livii lib. XXXII. cap. X. §. 11. adfirmat, *in altero exemplari suo* (intelligo Moguntinum) *primum et secundum libros atque initium tertii* quartae decadis *desiderari.* Eadem autem omnia in Mſto illo, unde Nic. Carbachius quaedam Livii, a nullo umquam antea inpreſſa, primus in lucem protraxit, defuiſſe, colligitur ex ejus Praefatione in editione Moguntina obvia, quam infra hoc tomo dedi. Deinde Gelenius in recensendis particulis librorum XXXIII. et XL. quae soli codici Moguntino debentur, et in nullisdum membranis a viris doctis inventae sunt, attamen Moguntini sui lectiones laudat. Denique idem Gelenius ad Livii lib. XXXIII. cap. XXI. §. 8. et ad lib. XL. cap. XXXIX. §. 8. quas partes primi Moguntini ediderunt, teſtatur, fragmenta haec libr. XXXIII. et XL. tot vitiis deformata et aliter, quam in membranis legebantur, cum orbe erudito communicata eſſe *ob prisci characteris formas, suo seculo ignotiores, nec cuivis lectu faciles.* Haec autem

descriptio unice convenit optimo Moguntino. Nic. Carbachius enim, qui exemplar a typographis exprimendum ex codice Moguntino paravit, in laudata Praefatione confitetur, *codicem suum adeo antiquis literis scriptum esse, ut, nisi ab adsueto, legi haudquaquam possit, repuerascendumque prope modum sibi fuisse in noscitandis literis.* Sed quid argumentis id probare conor? Ipse Gelenius in Praef. monuit, se in editione Liviana secutum esse exemplar, ex quo tertius quartae decadis liber reliquo operi Liviano sua aetate adjectus est, ejusque ductu non pauca loca, quae castigatorem fefellerant ob inperitiam legendi et scripturae difficultatem, in Annotationibus emendasse. His auxiliis nisos Rhenanum et Gelenium egregiam Livio opem tulisse, innumerisque locis, vel priorum temporum caeca barbarie corruptis, vel infelici librariorum negligentia pessime habitis, succurrisse, plerique viri docti ingenue judicarunt: dum pauci nonnulli, praesertim Rhenano, crimini verterunt, quasi uni vel alteri codicum nimium confisus, neque recordatus, nullos hodie Mstos reperiri, quin suos patiantur manes, omnes eorum lectiones, vitiosas aeque atque integras, inconsulte probasset, eoque nomine variis conviciis justo acerbius in eum invecti sunt. Verum, quod se fecisse Gronovius testatur ad Livii lib. XXVIII. cap. XIX. §. 2. his *cogitandum erat, Rhenanum hominem fuisse, multa egregie restituisse, tot bonis libri sui abreptum ad vitia ejusdem luscitiosum fuisse, et eo vixisse tempore, quo nondum fulgebat lux tanta literarum: melius esse, mixta malis bona accepisse nos, quia subnascitur alius plerumque, qui aliquando ea cautius discernat, quam utrisque caruisse.* In his Annotationibus recudendis id mihi diligenter curandum credidi, ut quam emendatissimae ad fidem primae editionis exhiberentur. Expertus enim eram, id plerumque in posterioribus

usu veniſſe, ut plures subinde mendae operarum culpa receptae sint, quae interdum etiam viris doctis non advertentibus fraudi fuerunt, usque adeo ut, errores vel Rhenani vel Gelenii refellere conati, eos tantum, qui typographorum inertia commiſſi erant, emendarint. Ejus rei exempla passim obvia sunt. Speciminis loco videri possunt, quae notantur ad Livii lib. II. cap. XXXVI. §. 1. lib. III. cap. LXIV. §. 10. lib. IV. cap. XXVI. §. 12. cap. XXVIII. §. 2. lib. VII. cap. XXV. §. 1. lib. VIII. cap. XXXIII. §. 9. lib. XXVII. cap. XXXI. §. 3. lib. XXVIII. cap. XX. §. 2. lib. XXIX. cap. XXXIV. §. 9. lib. XXXII. cap. III. §. 3. lib. XXXIII. cap. XLV. §. 4. lib. XXXVII. cap. XXXVIII. §. 7. et aliis locis.

Quo tempore Livio emendando Rhenanus et Gelenius, eodem illi inluſtrando diligenter operam dabat HENRICUS LORITUS, qui notiori nomine GLAREANUS adpellari maluit. Hic, religionis caussa relicta Basilea, ubi sedes olim posuerat, Friburgum Brisgoiae secedens, et ibidem anno CIↃIↃXXIX. Livium pro concione exponens, tot eum mendis obsitum deprehendit, ut hiſtoricorum Latinorum principi pro virili succurrendum censuerit. Nihil etiam cunctatus operi manus admovere coepit, siquidem eodem adhuc anno Johanni a Lasko per literas, quas edidit Gabbema in Inluſtr. ad Claror. Vir. Epiſt. Centuria I. num. VII. nunciarit, *se Annotationes in omnes Livii decadas parare, sed intra biennium vix perfecturum: primam prope dimidiam se absolvisse.* Re paullatim in inmensum crescente, quum jam plura, quam mille, hiſtorici loca Annotationibus inluſtraſſet, sed nondum finem adtigiſſet, audiit, Livium anno CIↃIↃXXXI. splendidiſſime Baſileae in officina Frobeniana typis describi, eique Simonem Grynaeum adjecturum quinque librorum

brorum auctarium, quos nuper ex bibliotheca monasterii Lauriffeni in lucem protraxerat. Haec commodissima erat occasio edendi, quae ad Livium adnotarat, si typographo persuadere posset, ut consilium differret, donec reliqua absolvisset. Verum ne editionem, quotidianis omnium doctorum votis cupidissime expetitam, diutius moraretur, alia potius ratione se ad has epulas symbolam conferre, et Livio ejusque lectoribus prodesse posse arbitratus est. Paucis ante annis Cassiodori Chronicon, sive Catalogum de Consulibus Romanis, ediderat Joannes Coclaeus, insignis Theologus, Glareani in Mathematicis praeceptor; sed liber admodum corruptus prodierat: cujus posteriorem partem nuper Haloander, codicem Justinianeum emendans, multis in locis restituerat. Simili igitur modo etiam priorem a librariorum erroribus liberaturus Glareanus rationem temporum, sive Chronologiam, per Reges, Consules, aliosque magistratus ab initio rerum Romanarum usque ad illud tempus deduxit, in quo historia Liviana desinit: in eo autem hoc animo se versatum esse confessus est, ut, quemadmodum inter Livium et Cassiodorum non ubique convenit, ita etiam ipse neque cum hoc, neque cum illo omnibus locis consenserit. Hanc igitur Chronologiam memoratae editioni Frobenianae anni cIↃ IↃ XXXI. subjecit, eamque Balthazari Episcopo Constantiensi, Imperatoris Caroli quinti Vicecancellario, Maecenati suo, dedicavit. Ex eo tempore quum Annotationes in Livium Glareano lentius procederent, licet se jam anno sequenti earum plures, quam mille quingentas, collegisse Joanni a Lasko per literas indicarit apud Gabbema dict. loc. num. VIII. hinc Rhenanus et Gelenius ipsum praevertendi, et, quemadmodum supra vidimus, Annotationes in Livium ex officina Frobeniana anno cIↃ IↃ XXXV. antequam ipse suas absolvisset, in publicum emittendi occasionem

habuerunt. Eidem tamen editioni Glareanus Chronologiam Livianam, olim a se compositam ac vulgatam, sed nunc emendatam et auctam, ac non modo a tempore vetustiore, sed etiam in seriores annos deductam, iterum addi curavit. Primo enim, ut haec Chronologia deinceps non tantum Livium, sed etiam Dionysium Halicarnasseum legentibus ex usu esset, in eam adoptavit universam Chronologiam in Dionysium, quam anno CIↃ IↃ XXXII. ediderat, atque ita temporum rationem incepit a Troja capta. Deinde fini ejus adtexuit omne temporis spatium, quod ab anno, quo Livium historiam finiisse censuit, usque ad Imperatorem Justinianum effluxit, operi suo inserens reliquam Chronici Cassiodori partem, quam prius Haloander emendarat. Quia autem Episcopus Constantiensis, cui olim opus dedicarat, antea e vivis cesserat, quam Glareani dedicationem videre potuisset, novum nunc operi suo patronum ac tutorem adscivit, ipsum Ferdinandum Caesarem, Bohemiae et Hungariae Regem, cui Chronologiam in Dionysium Halicarnasseum sacram esse voluerat. Tandem Glareanus ultimam manum Annotationibus in Livium inposuit, easque Carolo quinto Imperatori dedicatas anno CIↃ IↃ XL. Michaëli Isingrinio excudendas tradidit simul cum Chronologia; cujus iterum Praefationem ad Ferdinandum interpolavit ac recoxit. Verum, quod proximis annis Livius aliquoties prodiisset, et satis magna exemplarium copia supereset, quae per omnes librariorum tabernas commode parari poterant, Glareanus, omissis ipsius Livii verbis, Annotationes suas seorsum excudi curavit eo consilio, ut, qui jam antea Livii historias habebant, eumdemque scriptorem bis emere nolebant, suo nihilominus labore frui possent. In hoc opere quamvis Glareanus non male de Livio meritus sit, mirum tamen videri nequit, eum non tantum susceptam materiam exhaurire non

potuiſſe, et ingens spicilegium in eodem campo sese poſtea exercere volentibus reliquiſſe, sed interdum etiam in errorum scopulos inlatum aliis veriora docendi occasionem praebuiſſe. Etenim humaniorum literarum ſtudium nondum ad illud culmen, ad quod eodem adhuc seculo doctorum hominum induſtria ac labore pervenit, adscenderat, neque omnes ejus partes ea, qua debebant, luce perfusae erant. Quibusdam insuper libris, praesertim illis Graecis, qui ante omnes commentatori Liviano neceſſarii sunt, se deſtitutum fuiſſe queritur: partim enim nondum in lucem publicam protracti paucorum tantum manibus in membranis versabantur, qualis fuit Dionyſius Halicarnaſſeus, cujus se contextum Graecum fruſtra quaeſiviſſe alicubi teſtatur; partim jam typis descriptos adipiscendi occaſione deſtituebatur, qualis fuit Polybius: unde eorum Latinis tantum interpretationibus uti debuit, a quibus nonnumquam in errores et praecipitia deductus eſt. Praeterea colligendis quibusvis difficultatibus, quas, quemadmodum etiam in aliorum scriptorum inluſtratione facere solitus erat, in Annotationibus vel adversus receptam lectionem, vel adversus Livii narrationem movit, insignem cumulum rerum congesſit, in quibus examinandis ac discutiendis illi, qui deinceps Livio manus admoturi erant, desudare atque elaborare debuerunt. Quibus subsidiis comparatis se ad Livii recensum Glareanus adcinxerit, numquam lectorem docere dignatus eſt: nam generalibus tantummodo adpellationibus *libros*, *codices*, *vetustiores codices*, *vetustiora exemplaria* paſſim laudavit; sed qui, aut quales hi codices fuerint, nullo loco memoravit. Sigonius, qui diligenter Glareani Annotationes perlegit et examinavit, pronunciandum putavit ad Livii lib. XXII. cap. LXI. §. II. *ipsum ne adiisse quidem libros Mstos videri.* Hanc opinionem de se a Sigonio sparsam eſſe, eumque pus-

sim de opera Livio inpensa iniquissime judicasse, aegerrime tulit Glareanus, in Epistola ad Hervagium, quam huic tomo inserui. Ut igitur Sigonium mendacii argueret, et se *antiquis exemplaribus* adjutum probaret, testes laudavit ipsas Annotationes, in quibus *ex collatione multorum exemplarium tot Livii loca emendarit.* Verum, qui paullo adtentiori animo hanc litem examinat, statim fatebitur, omnino Glareanum *vetustiores codices, vetustiora exemplaria,* adhibuisse, quippe ad quae ubique provocat, et quorum lectiones innumeris locis adfert: at simul fateri debebit, illorum codicum vel exemplarium nomine intelligendas esse vetustiores editiones: eas enim Glareanus ubique *codices* adpellare solitus est. Ut paucis exemplis contenti simus, quum ad Livii lib. v. cap. xxi. §. 15., *codici Aldino* praefert *veterem lectionem*, intelligit lectiones, quae in editionem Aldinam et in editiones Aldina vetustiores receptae sunt. Similiter omnes lectiones, quas ex *codice Aldino* adduxit, omniaque loca, quae in *codice Aldino* asterisco notata dixit, eodem modo in editione Aldina exhibentur, et asterisco notantur. Non aliter, quum in Annotationibus ad decem priores Livii libros, eosque, quibus bellum Punicum secundum describitur, *codicem Moguntinum* ad partes vocat, codex editus, sive editio Moguntina, in qua omnes lectiones ex codice laudatae eodem modo exstant, intelligi debet. Qui enim hanc editionem adornarunt, professi sunt, codicem scriptum Moguntinum tantum continuisse posteriorem libri trigesimi tertii partem cum septem libris sequentibus. Tandem quum ad Livii lib. xl. cap. xlii. §. 4. judicat, locum illum *in novissimo Frobenii codice egregie restitutum esse*, novissimam Frobenii editionem indicat, quae anno cIoIoxxxv. prodiit. Illam enim partem historiae Livianae in nullo adhuc alio codice scripto, quam Moguntino, unde edita

est, Viri Docti invenerunt: Verum de codicibus editis ne umquam quidem cogitavit Sigonius, qui Glareanum *LIBROS MSTOS adiisse* negavit. Simul itaque verum est, vel verum esse potest, Glareanum, ut ipse videri voluit, *ex collatione multorum exemplarium*, id est editionum, *plura Livii loca emendasse*, et eumdem Glareanum, quod Sigonius adfirmavit, *ne adiisse quidem libros Mstos videri*. Sane, si vere codices calamo exaratos consuluisset, indicasse oportuerat, si non quum primum Annotationes ederet, at certe quum se eos adiisse adversus Sigonium probaturus esset, qui qualesve fuerint; utrum ipse eos possideret, an ab aliis, et a quibus, utendos accepisset. Ea enim ratione, quod Sigonius objecit, perperam sibi objectum esse, omnibus fidem fecisset. Videat igitur Andr. Schottus, qua auctoritate lib. III. Observ. Human. cap. XXXVIII. adfirmaverit, non tantum Rhenanum, sed etiam Glareanum *ad veteres codices CALAMO EXARATOS Patavinum historicum comparasse*. Ex his Glareani laboribus, Livio inlustrando inpensis, omissa ejus Chronologia, quia Sigonius postea aliam meliorem et Chronologiae, quam Livius secutus est, magis convenientem dedit, solas ejus Annotationes hac editione repeti curavi, hic iterum sollicite observans, ut ab erroribus operarum, quos plurimos invexerunt recentiores, liberatae ad priorum editionum fidem describerentur; ne, si negligenter emendatae forent, incauti in eamdem vel similem foveam inciderent, in quam, ne plures memorem, Doujatium incidisse supra ad Livii lib. IV. cap. XVI. §. 4. vidimus.

Quintodecimo post anno, quam Glareani Annotationes in Livium lucem adspexerant, CAROLI SIGONII, viri de literis humanioribus et omni antiquitate, si quisquam alius, optime meriti; Scholia

in eumdem Livium prodierunt. Is autem ut Livii edendi consilium caperet, hac caussa permotus fuisse creditur. Anno CIↃIↃXLVI. Romae in ipso foro Romano effossa fuerant quaedam veterum Fastorum marmoribus insculptorum fragmenta; quae, quorumvis annorum summos magistratus et actos triumphos ab urbe condita ad mortem Augusti continentia, auspicio Cardinalis Alexandri Farnesii in Capitolio exposita sunt. Ea, quae in illis temporum injuria perierant, aliunde supplere, et omnia inlustrare mox incepit Sigonius, cujus Commentarius in Fastos Consulares ac Triumphales primum prodiit anno CIↃIↃL. Ex hoc labore didicit, per illa fragmenta, quamvis lacera, egregiam tamen lucem omni historiae Romanae accendi; eorumque ductu in scriptoribus antiquis, inprimis vero in Livio, propria magistratuum aliorumque, quorum subinde mentio occurrit, nomina, praeterea temporum et annorum notas, vel majorum ignorantia, vel librariorum socordia corruptissimas, emendari ac pristinae integritati restitui posse: praesertim si in auxilium advocarentur alii, qui plurimi supererant, lapides literati et nummi Romani. Operae igitur pretium se facturum existimavit, si his praesidiis abundans, quibus priores Viri Docti caruerant, qui Livium Commentariis inlustrarunt, ipse quoque eumdem recenseret, et novam hujus historici editionem curaret. Hoc consilium ut tanto melius exsequi posset, mox eodem convocare coepit diuturna observatione adquisitam Romanarum antiquitatium peritiam, deinde historicorum Graecorum libros, partim proxime typis inpressos, quibus se destitutum esse Glareanus antea questus fuerat, partim adhuc manuscriptos, ac tandem varios ipsius Livii codices calamo exaratos. His omnibus subsidiis adjutus Livium a se emendatum anno CIↃIↃLV. Venetiis edidit opera Pauli Manutii, Aldi filii, eique addidit

Scholia, quibus non tantum emendationum in contextum receptarum cauſſam reddidit, sed etiam varia vel hiſtoriae antiquae, vel rituum Romanorum, vel linguae Latinae capita, Livio inluſtrando apta, exposuit. Primus autem omnium Interpretum, quos Livius sortitus eſt, insuper rationem habuit non modo Epitomarum Livianarum, verum etiam quinque poſteriorum librorum ipsius Livii, qui, ex bibliotheca Lauriſſena a Grynaeo eruti, a praecedentibus Rhenano, Gelenio et Glareano neglecti fuerant, et prae reliquis medicam manum requirebant. Iis denique ad exemplum Glareani Chronologiam, rationibus temporum, quas Livius in hiſtoria probavit, exponendis adcommodatam, subjunxit. Licet autem Sigonius lib. I. Emendat. cap. II. teſtetur, *se librum omnium optimum ac pulcherrimum, quem Lutetiae Vascosanus excudit, corrigendum justis multis de caussis sumsisse*; interdum tamen, praesertim in ultimis libris, eum etiam ad alia devertisse, atque emendaſſe observavi errores, ab operis typographorum in editione Basileenſi anni proximi CIↃ IↃ LIV. commiſſos; quam forte, excusis jam prioribus, demum nactus eſt. Quorumnam codicum ope Sigonius in Livio emendando usus sit, ipsum alibi in Scholiis indicare non memini. In Praefatione generalibus tantum verbis teſtatur, *se manuscriptos libros, quam plurimos et quam optimos potuerit, undique convocasse.* Poſtea lib. I. Emendat. cap. I. quod caput etiam infra hoc tomo occurrit, profeſſus eſt, *se aliquot manuscriptos Livianarum Epitomarum habuisse.* At lib. I. Emendat. cap. II. et Disputationum Patavin. lib. II. pag. 608. paullo diſtinctius refert: *multos se manuscriptos inspexisse, ex bibliothecis sumtos D Joannis de Verdaria Patavii, Divorum Marci, Antonii, Joannis et Pauli Venetiis, multorumque amicorum, ac nominatim, quem Augustinus Gadaldinus medicus, Graecis et Latinis*

literis egregie eruditus, sibi dedit. Verum, quam quisque codex partem operis Liviani continuerit, vel quo tempore exaratus fuiſſe credatur, ipso Sigonio tacente, adcuratius describere nequeo. Gebhardus tamen ex diligenti collatione lectionum, quas Sigonius ex manuscriptis suis profert, quasque ipse in codicibus a se consultis invenit, paſſim judicat, codices ejus, certe quibus ad decem priores Livii libros et ad Bellum Punicum primum usus eſt, recentiſſimos et vix ante centum annos scriptos fuiſſe: neque aliter ubique de iis censuit Gronovius; qui insuper ad Livii lib. XXXII. cap. XXXIX. §. I. de illis, quos ad decada quartam consuluit, hanc tulit sententiam, eos non adspirare ad bonitatem codicum Gelenii. His non obſtantibus, quum, copiis undique contractis nisus, Livium edidiſſet, summis laudibus a viris ejus et sequentium temporum eruditis celebratus eſt. Muretus lib. XV. Var. Lect. cap. XIV. judicavit, *eum tantum in Livii Annalibus praestitisse, quantum vix sperare fas erat.* Turnebus lib. XI. Advers. cap. XVIII. *eum erroribus Livii exhauriendis bonam fidelemque navasse operam, quem et antiquitatis peritissimum, et bonorum scriptorum intelligentissimum et eruditissimum nominare meritissimo potest; ut, si quid reliquum sit in Livio, perexiguum videri debeat, in quo levi parvaque opera alii defungantur.* Schottus lib. III. Observ. Human. cap. XXXVIII. *summam ejus adcurationem in Livio, et in omni adeo Romana historia, omnium industriam vicisse.* Cluverius tandem lib. I. Ital. Antiq. cap. XII. pag. 226. *omnium Livii Commentatorum adcuratissimum esse.* Nequaquam tamen exiſtimandum eſt, eum adeo felicem fuiſſe, ut omnibus peraeque placere potuerit. Nonnulli enim exſtiterunt, qui invidia ducti laudibus, quas meritus erat, obtrectarunt, eumque rei perperam geſtae publice accusarunt. Eorum primus fuit Henricus Glareanus,

qui olim Livium cum Annotationibus suis ediderat, et etiamnum superstes annos admodum, non octoginta, ut Sigonius credidit, sed potius sexaginta septem vel octo natus erat. Ad hunc Hervagius Livium Sigonii a prelo recentem mittens simul rogarat, ut suum de ejus Scholiis judicium secum communicaret: cujus petitioni eodem adhuc anno CIↃIↃLV. per literas satisfecit, quas infra hoc tomo Sigonii praefationi subjunxi. Ex iis abunde intelligi potest, quid in Sigonio culpandum, et in quo injuriam ab eo sibi factam esse censuerit. Proxime post Glareanum, Sigonium adgressus est Franciscus Robortellus, de quo viro Palladis nostrae Trajectinae decus et ornamentum Jo. Georg. Graevius illud tulit judicium in Praefat. tom. II. Thesauri Antiq. Roman. *eum perpetua in omnes suae superiorisque memoriae homines eruditos malevolentia suffusum, et canina quadam efferatum cunctos adlatrandi rabie nulli pepercisse, sed se longe doctiores indignis modis quovis Zoïlo mordaciorem insectatum esse.* Inter hunc et Sigonium jam olim lites ortae fuerant; quae, ex parvis, ut solet, initiis natae, paullatim magnis animorum motibus exercitae sunt, praesertim postquam Sigonii in Livium Scholia typis excusa fuerunt. Robortellus enim vix biennio interjecto, anno CIↃIↃLVII. Patavii simul edidit opuscula de Convenientia Supputationis Livianae cum Marmoribus Romanis, et de Arte sive Ratione corrigendi antiquorum libros, et insuper duos Annotationum sive Emendationum libros, in quibus partim Sigonii Chronologiam Livianam convellere, partim ejus emendationes et conjecturas, in Scholiis propositas, refellere conatus est, et insuper lib. II. Emendat cap. XXXV. jactitavit, *Sigonium, dum suo usus est judicio in emendando Livio, non illum quidem emendasse, sed corrupisse in pluribus, quam mille et sexcentis in locis, quod propediem patefaceret.*

Eodem anno Sigonius Venetiis Robortello duos Emendationum libros opposuit, et duobus primis prioris libri capitibus defendit ea, quae Robortello duobus prioribus opusculis carpere placuerat. Quum autem circa idem tempus Epistola Glareani, ante biennium privatim ad Hervagium scripta, et ab eo cum aliis communicata, in manus Robortelli incidisset, ejusque opera Patavii divulgata esset, eidem simul Sigonius lib. I. Emend. cap. XV. respondit. Jam commoda Robortello data erat occasio patefaciendi, Sigonium revera *in pluribus, quam mille et sexcentis in locis, Livium corrupisse*, quod se facturum modo minatus fuerat. Verum promissis non stetit, et numquam vel ipse, vel Glareanus illis, quae Sigonius rescripsit, aliquid reposuerunt. Quin etiam postea lis inter Sigonium et Robortellum opera Hieronymi Seripandi, Ecclesiae Romanae Cardinalis, sublata est. Id antequam fieret, eodem tempore, quo Sigonius se adversus obtrectatores defendebat, Robortellus suo sumtu, sed ficto Altilii Aquilae nomine, edidit Gabrielis Faërni Epistolam; quae, lingua Italica conscripta, censuram quarumdam emendationum Livianarum Sigonii continebat. Hanc, quoniam non passim obvia est, infra hoc tomo exhibui. Eidem Sigonius simul respondere non potuit, quia demum in manus ejus inciderat, quum libri Emendationum jam prodiissent. Verum quum lis inter Robortellum et Sigonium anno CIↃ IↃ LXII. recruduisset, ac Sigonius, ut retunderet ferociam Robortelli, qui interim eamdem Epistolam Faërni, sub nomine Constantii Charisii, denuo ediderat, duos Disputationum Patavinarum libros, qui inter ejus opera exstant, Patavii adversus Robortellum ederet, eadem opera ultimo Disputationum libro Faërni jam tum defuncti Epistolae respondit: quod etiam responsum inde excerptum infra in hunc tomum proxime post me-

moratam Epistolam recepi. Ex eo patere poterit, Sigonium, licet illo tempore se erraſſe, et recte a Faërno reprehensum eſſe, fateri noluerit, nisi semel tantum, quod lib. XXVI. cap. XI. §. 8. *Sturam*, pro *Turia*, legendum conjecerit, poſtea tamen, quum anno CIↃ IↃ LXVI. Scholia ejus in Livium recuderentur, alteram ferme partem eorum, quae Faërnus obelo notarat, tacitum vel mutaſſe, vel omisiſſe. Godelevaeus dein, Francofurti anno CIↃ IↃ LXVIII. Livium cum omnium Doctorum in eum Commentariis edens, illi editionis suae parti, quae memoratos Commentarios continebat, praefixit Epiſtolam dedicatoriam, qua Sigonio eruditionis quidem laudem tribuit, sed simul objicit, quod humanitatis oblitus non tantum indignis modis inmerentem Glareanum tractavit, eique sese defendendi neceſſitatem inposuit; verum etiam suae gentis hominem Franciscum Robortellum in se concitavit; a quo tandem graviores accepit plagas, quam aliis ipse inflixerat. Praeterea in hac editione Scholiis Sigonii paſſim suis locis inseruit Glareani Defensiones, magnam partem ab ipso ex Robortelli scriptis collectas, sed, quamdiu vixit, diligenter suppreſſas; quas quidem typographos Francofurtenses a Jo. Aegolpho a Knoeringen, Ecclesiae Wirzeburgensis summo Scholaſtico, Auguſtanae et Elvacensis Canonico, accepiſſe, et ipsum Glareanum, qui anno CIↃ IↃ LXIII. annos LXXV. natus obiit, morte praeventum publicare non potuiſſe teſtatur; sed verisimilius eſt, non eo animo Glareanum illas corrasiſſe, ut umquam in publicum protruderentur, at suae tantum memoriae cauſſa margini exemplaris Livii Sigoniani adscripsiſſe. Hoc Godelevaei inceptum graviter tulit Sigonius, idque iniquiſſimum eſſe judicavit, illa denuo ex Robortelli scriptis objici, quibus dudum ita responderat, ut poſtea auctor, quae objecerat, deserere, quam adversus se

defendere maluerit; et tamen responsum suum omitti, ejusque nullam mentionem fieri. Quum itaque anno CIↃ IↃ LXXII. Livium et sua in Livium Scholia tertium ederet, ex libris Emendationum excerpsit praecipua, quae Robortelli reprehensionibus circa varia Scholiorum loca opposuerat, eaque omnia sub hoc titulo, *Sigonii Livianorum Scholiorum aliquot defensiones adversus Glareanum et Robortellum*, praemissa etiam epistola in Glareanum et Godelevaeum, qui editionem Francofurtanam curavit, Scholiis subjunxit: ut, qui editione illa usi erant, in promtu haberent, quae cum postumis Glareani, subinde ad censuram Robortellianam provocantis, Annotationibus conferre possent. Utraque haec, postumam Glareani Defensionem, passim suo loco Scholiis Sigonii insertam, et ipsius Sigonii ad eam Responsionem, in tomum hunc septimum receptam, editio nostra exhibet. Ex illis, quae modo dicta sunt, jam patuit, Sigonium aliquoties Livium edidisse. Et quidem tres, quibus vivus praefuit, enumeravi editiones, omnes Venetiis ab Aldo excusas: his addenda est quarta, quae post ejus, anno CIↃ IↃ LXXXV. defuncti, mortem itidem Venetiis ex eadem Aldi officina prodiit anno CIↃ IↃ XCII. Earum omnium prima, quae anno CIↃ IↃ LV. lucem vidit, plura Sigonii continet; secunda et reliquae multa omiserunt, quaedam etiam mutarunt, in quibus se erraſſe ipse partim sponte viderat, partim ab aliis monitus consenserat. Interdum tamen in iis accidit, ut, expuncto Scholio, qui emendationem antea placitam repudiarat, eamdem tamen ex contextu Livii, in quem olim receperat, pariter ejicere, eique pristinam lectionem restituere neglexerit. Tertiae primum Defensiones adversus Glareanum et Robortellum adjectae sunt: in quarta, sive postuma, plures novae in Livium conjecturae conspiciuntur, quas Sigonius ad Livii lib. IV. cap. XIII.

§. 8. et alibi se accepisse monuit *a viro ingenii et doctrinae laude praestantissimo Antonio Florebello, Episcopo Lavellino.* Ad illam itaque quartam editionem, quod ante me etiam alii fecerunt, Sigonii Scholia expressi. Ceterum haec paullo diligentius exponere visum est, quod experientia didicerim, posteriorum temporum Viros Doctissimos discriminis, quod inter varias Scholiorum Sigonii editiones intercedit, inmemores, et tantum earum primam, quae omnium splendidissima est, ob oculos habentes, illas saepe ejus vel conjecturas vel explicationes refutasse, quas non nisi in prima editione exhibuit, et ipse postea tacite omittendo diutius pro suis agnoscere noluit: interdum etiam eodem modo loca Livii emendanda vel exponenda conjecisse, quo ipse Sigonius in curis postumis aut Florebellus illa emendanda vel exponenda docuerant; variosque similes errores commisisse.

Seculo sextodecimo ad finem properante, FRANCISCUS MODIUS suas in Livium Notas in publicum exire permisit. Hic, Audenburgi in Flandriae agro Brugensi natus, sed propter motus ac bella in Belgio orta ex patria profugus, circa annum CIↃIↃ LXXXVI. receperat se Francofurtum ad Moenum. Noscens autem fundos avitos ac villas majorum, partim aquis marinis submersas, partim hostium direptionibus expositas, neque coli, neque locari posse, eoque nihil subsidii pecuniarii per aliquot annos sibi domo exspectandum esse, victum et reliquos vitae sustentandae necessarios sumtus ex literis, quas fideliter didicerat, parandi consilium capere coactus est. Hac de caussa operam et industriam Sigismundo Feyerabendio locavit; qui, in illa urbe celeberrimam officinam librariam exercens, anno CIↃIↃ LXXXVIII. Livium cum omnium priorum doctorum notis, typis Wechelianis, sed suis impen-

sis, in publicum emisit. Hujus editionis curam in se suscipiens Modius aliorum Notis suas, sed tumultuario opere ad editionem partim Basileensem anni CIƆ IƆ LV partim Parisinam anni CIƆ IƆ LXXIII. in chartam conjectas, insuper adjunxit. In iis decem priores Livii libros ad codices Fuldensem et Coloniensem recensuit: Bellum Punicum secundum ad veterem editionem; quo nomine Moguntinam intellexisse videtur, licet interdum etiam plurium numero *libros veteres* memoret: librum denique XXXIV. et sex sequentes (tres enim priores hujus decadis et quinque postremos ex illis, qui supersunt, Livii libris vix adtigit) ad codicem Moguntinum, sive, ut verius dicam, ad excerpta, quae dudum ex vetustissimis illis et venerandae antiquitatis membranis vel ipsi Moguntini ad finem editionis suae, vel postea Gelenius, quem etiam codicem hunc versasse et excussisse vidimus, in Notis dederunt. Ut autem Modium non ipso codice Msto, sed potius ejus tantum excerptis, usum credam, haud una persuadet caussa. Non modo enim nullas ipsum ex hoc Msto lectiones, paucis quibusdam exceptis, protulisse observavi, quam quae antea vel ab editoribus Moguntinis, vel a Gelenio adnotatae fuerant: verum etiam easdem interdum, quas Moguntini, lectiones laudasse, sed nimia festinatione et incuria locis plane alienis. Exempla videri possunt ad Livii lib. XXXIV. cap. XXVI. §. 3. cap. XLII. §. 1. et cap. XLVI. §. 4. Hinc colligere mihi licitum putavi, paucas illas variantes, quas vel ab editorum Moguntinorum, vel a Gelenii variantibus diversas ex hoc codice protulit, eidem festinationi tribuendas esse: praesertim quum simili negligentia ex ipsa editione Moguntina alias memoret lectiones, quam hodie in ea occurrant. Ad librum primum Livii nullas suas edidit Notas, sed earum loco substituit Notas sive variantes lectiones, quas Lipsius, anno

ıitates et formulae Romanae inluſtrantur, ex
et Briſſonii scriptis intexuit: ad Bellum vero
ıum secundum longiora sexagenorum, immo
lum centenorum versuum teſtimonia ex Silio
ɔ laudavit: quae omnia, quum libri, ex qui-
ingula descripta sunt, cuique in promtu sint,
expungenda duxi. Ne tamen lectores de dam-
hac agendi ratione inlato, jure queri poſſent,
ingula, ex Notis ejus ejecta, videri queant,
nter monui. Praeterea, ne quis exiſtimet, ita
sibi periiſſe emendationes versuum Silianorum,
saepius jactavit, sciendum eſt, non tantum ra-
e promiſſas illas emendationes in Notis reperi-
ɛrum insuper mendas et librariorum aberratio-
quae tempore Modii in vulgatis Silii editioni-
commiſſae erant, novis nonnumquam augeri.
ıae tamen diversae ab illis, quas ex Novanti-
ejus excerptas editioni meae Silianae ante hos
ıta annos inserui, occurrerint, quae sane per-
ı paucae fuerunt, earum semper ipsius nomine
ɔtis meis fideliter mentionem feci.

ntequam adhuc idem seculum sextumdecimum

eum *apud se esse, scriptum manu Doctissimi Viri Poggii Florentini.* Non addit tamen utrum fuerit illud exemplar, *quod Poggius sua manu pulcherrime scripserat, et vendidit, ut villam Florentiae emeret;* quemadmodum teſtatur Antonius Panormita in fragmento Epiſtolae apud Bayle in Diction. Hiſtor. et Crit. in voce *Panormita.* Laudat etiam paſſim inedita quaedam Faërni, Octavii Pantagathi et Antonii Auguſtini. Sed longe plura, quae in Livio reſtituere conatus eſt, debuit partim ingenii acumini, partim Livii cum Graecis scriptoribus collationi.

Non diu poſtea, in initio seculi sequentis septimidecimi, prodierunt MARCELLI DONATI, Ponzani Comitis et S. Stephani Equitis Commendatarii, Dilucidationes in Livium, simul cum Dilucidationibus in Tacitum, Suetonium, Ammianum Marcellinum, et varios hiſtoriae, ut vulgo vocantur, Auguſtae scriptores, quas Gruterus Francofurti anno cIↃ IↃC XII. in tomo VI. Thesauri Critici recudi curavit. De hoc Donato nihil habeo, quod addam illis, quae de eo notavit Casp. Barthius ad Statii lib. II. Silv. I. vs. 49. ubi inter alia refert, primam Dilucidationum editionem prodiiſſe Venetiis anno cIↃIↃIV. Sed error eſt typographorum, et subſtitui debet annus cIↃ IↃC IV. Dilucidationes ejus in Livium aliorum Annotationibus inserui.

Triennio poſt Donatum JANUS GRUTERUS animum ad Livium advertit, eumque viginti proximorum annorum spatio ter integrum ad codices manuscriptos inſtructiſſimae, quae Heidelbergae eo tempore erat, bibliothecae ac primas editiones exactum, in publicum emisit. Prima editionum, quas curavit, prodiit anno cIↃ IↃC VII. sive anno sequenti cIↃ IↃC VIII. ac repetiit plerosque Livii Commentatores, quos Franciscus Modius octodecim annis antea

tea vulgarat; iisque insuper junxit, quae interea temporis adparuerant, Fulvii Ursini Notas et Marcelli Donati Dilucidationes. Altera lucem vidit anno CIↃ IↃCXIX. cujus contextum Livianum se denuo ad eadem subsidia diligentius recensuisse, eique meliorem manum adhibuisse profitetur. Neutri tamen harum priorum Gruterus Notas, quibus emendationum vel receptarum lectionum rationem reddere proposuerat, addere potuit; quod, quemadmodum ipse testatur, *numquam aut otii tantum, aut temporis datum fuisset, ut digne satis easdem expendere atque elimare posset.* Tertiam denique vulgavit anno CIↃ IↃCXXVIII. vel potius anno praecedenti CIↃ IↃCXXVII. paucis tantum diebus ante mortem. Praefationi enim, quam inferius dedi, adscripsit finem mensis Augusti; at ipse obiit proximo die XX. Septembris ejusdem anni CIↃIↃCXXVII. In hac tertia atque ultima editione tandem prodierunt Notae ipsius Criticae et Politicae in Livium; ex quibus, quum posterioris generis ad institutum meum non facerent, solas tantum priores excerptas in hac mea editione renovavi. Ex iis discimus, Gruterum in decem primis Livii libris, ut et in decem illis, quibus bellum Punicum secundum describitur, adhibuisse tres codices Palatinos, editiones omnium primas Jo. Andreae, et Jo. Campani, quas *ideo pares dignitate autographariis, unde manarunt*, existimavit, pluresque alias postea secutas. In libro deinde XXXI. et sequentibus recensendis Gruterum, praeter editiones modo memoratas, membranas itidem Palatinas consuluisse, et ad eorum ductum Livii verba formasse, admodum verisimile est. Quot tamen numero codicibus usus sit, incertum est, quia ad eos libros ne unica quidem ejus nota exstat ex ordine illarum, quas Criticas adpellavit. Tandem *se Epitomas omnes ex Mstis Palatinis infinitis locis auxisse, emendasse, supplesse,*

etiam post Sigonianam operam; ea tamen monenda non duxisse; et hinc sua cum olim cusis ei conferenda esse, qui scire vult, quae praestiterit, ipse testatur ad Epit. Livianae lib. VII. Postrema haec editio, licet tertias curas praeferat, minime tamen omnium famae et existimationi, quam Gruterus eximiam sibi quaesierat, respondit. Quod enim ad contextum Livii adtinet, licet in Praefatione testetur, *se in Notis fideliter semper indicasse, si quid momenti majoris in Livianis delesset; sin esset minoris, silentio involvisse;* nihilominus editionem hanc cum reliquis prioribus vel ipsius, vel aliorum Doctorum, quorum opera Livius antea prodiit, conferenti patebit, plurima etiam ejus generis passim in contextu mutata esse, quae tanti ponderis censeri poterant, ut, qua auctoritate vel rejecta, vel recepta forent, lectoris interesset, ne nesciret; et tamen nullam eorum in Notis mentionem a Grutero factam esse. Huc inter alia refero, quod tacitus adoptarit pleraque, quae Pighius in Annalibus Romanis in Livio emendanda conjecerat; licet conjecturas ejus omnibus libris manuscriptis et editis, quos consuluerat, adversari videret: *id quod se probare non posse, inque eo tanti viri providentiam vehementer desiderare*, merito profitetur J. Fr. Grònovius curis secundis ad Livii lib. VI. cap. XXIX. §. 9. et alibi. Pleraque tamen pars eorum, quae in postumae hujus editionis Gruteri contextu Liviano constituendo perperam administrata sunt, non ipsi adscribenda videtur Grutero: qui, quo tempore Livius Francofurti typographorum prelum exercebat, Brettae in ultimo Palatinatus angulo latitabat, ut saevissimam belli tempestatem, qua illa Germaniae regio cum maxime vastabatur, et dirissimae tyrannidis jugum, quo certatim eam populares et exteri opprimebant, effugeret, et jam tum minus prospera valetudine, qua ultimis vitae annis labo-

ravit, adfligebatur, unde solita cura ad singula adtendere non potuit: sed potius confero in non excusandam negligentiam ac socordiam ejus, cui partim Gruterus Livium typis parandi et ex mente sua interpolandi, partim editionis illius susceptores specimina operis a prelo madentia emendandi provinciam commiserunt. Certe quum sive Grutero, sive ejus typographis ex usu lectorum fore visum fuerit, ut numeri, quos superiores editores notis indicarant, integris potius vocibus exprimerentur, hujus solius hominis incuria factum fuisse reor, ut in hac re saepissime peccatum sit. Ejusdem etiam inertiae tribuo, nonnumquam Doctorum conjecturas, quas Gruterus in ipsius Livii corpus admittendas censuit, non recte et ex eorum mente excerptas esse. Eo autem negligentia, qua contextui corporis Liviani parando praefecti in ea provincia curanda versati sunt, posteris damnosior exstitit, quod maxima nominis Gruteriani celebritate ablati recentiores editores verba Livii ab eo efficta ac formata certatim repetenda censuerint, ejusque editionis vitia latius propagarint. Quod deinde ad Gruteri Notas adtinet, neque in iis eum semper Lectorum exspectationi satisfecisse puto; meae certe non satisfecisse profiteor. Passim enim suo unius arbitrio, nullis praeeuntibus aut ansam praebentibus vel codicibus Mstis, vel editionibus vetustissimis, plures ejicere conatus est voculas, quas sine sententiae dispendio abesse posse existimabat. Vide, quae notavi ad Livii lib. XXIII. cap. XXXIV. §. 15. Hac agendi ratione probata, quanta non ad quaevis truncanda ac resecanda, quum in aliis scriptoribus, tum praesertim in Livio, fenestra aperiretur! Ut vero caussam reperiamus, qua Gruterum in hanc temeritatem inconsideratam incidisse verisimile sit, primo notandum est, ipsum in Praefatione ultimae editionis testari, se Fischerianis tutoribus, Livium

tertium sub prela revocare cupientibus, et ad id tertio opem operamque suam, quam denegare non poterat, inplorantibus, praeter Notas veteres, deproperatas ante annos viginti, pollicitum insuper fuisse recentiores Politicas: ubi per Notas veteres indicasse videtur Criticas, ante annos viginti, id est jam anno CIↃ IↃC VII. quum Livium primum ederet, properanter in chartam conjectas: deinde etiam notandum est, Gruterum anno proximo, antequam Livium primum ederet, sive anno CIↃ IↃC VI. edidisse Sallustium. Jam vero, ut tot numero vocabula passim ex Livio ejiceret, eo fortasse factum est, quod menti ejus, Sallustii lectioni adsuetae, adhuc obversabatur concisa dictionis Sallustianae brevitas, ad quam lacteam Livii ubertatem constringendam censuerit, oblitus diversissimo scribendi charactere utrumque historicum usum esse, et, quae Sallustio conveniebant, a stilo Liviano abhorrere. Verum, quaecumque tandem Gruterus minus ex votis Doctorum in curando Livio commiserit, omnes mecum facillime ea donanda arbitrabuntur partim summis et numquam satis praedicandis ceteris ejus erga literas meritis, partim letali morbo et aerumnosis malis, eo inprimis tempore, quo Livium tertio edebat, oppresso; quae latius ab ipso in Praefatione describuntur, et quemvis, qui se, quum homo sit, similibus casibus quotidie expositum vivere noverit, ad commiserationem optimi Senis permovere possunt. Calamitates enim, quae aetate gravem et septuagenario proximum premebant, effecerunt, ne animus, curis et sollicitudinibus in varias partes distractus, tranquillitate Musis operam dantibus necessaria ad singula, quae prae manibus habebat, et agenda erant, adtendere potuerit.

His tandem ultimo loco successerunt JOHANNES FREDERICUS GRONOVIUS, optimo jure *magnus*

Livii sospitator vulgo dictus, eique suppar filius JACOBUS GRONOVIUS: qui soli plura ac majora beneficia in operis Liviani reliquias contulerunt, quam omnes docti, qui olim idem stadium ingressi Historicum nostrum pristino nitori atque integritati restituere conati sunt, collatis viribus praestiterunt. De variis codicibus, scriptis et editis, a quibus egregie prae reliquis instructi susceptam provinciam administrarunt, ut agam, necesse non est: ipsi enim eorum indicem in Praefationibus, hoc tomo recusis, dederunt. Horum Pater, ex assidua Livii meditatione, quem complures per annos nocturna diurnaque manu versarat, edoctus, multa adhuc in scriptis ejus vulnera, vel scribarum negligentia olim inlata, vel a Doctis, codicum minus emendate scriptorum auctoritate abreptis, nuper inflicta, salutiferas periti medici manus inplorare, eumdem ad optimae notae libros exactum, innumerisque mendis liberatum, anno CIↃ IↃCXLIV. tribus voluminibus in forma minori ex officina Elzeviriana in publicum emisit; iisque tamquam adpendicem anno proximo adjecit tomum quartum, Notas continentem, quibus emendationum et in contextum receptarum mutationum rationem reddidit. Quum hunc laborem Livio inpensum Eruditis plurimum placere expertus esset, et subinde complura ab amicis subsidia impetrasset, quibus optimo scriptori, nondum ab omni parte curato, se auxilio esse posse videbat, eum denuo ad incudem revocatum curis secundis recensuit, et, selectis aliorum, qui antea in eodem curriculo se exercuerunt, Notis adjectis, tribus voluminibus in forma octuplice Amstelaedami Elzeviriorum opera anno CIↃ IↃCLXV. edidit. Huic editioni insuper accesserunt alibi nondum edita Mureti, quae, ad primam Sigonii ἔκδοσιν, in bibliotheca Patrum Societatis Jesu Romae servatam, adscripta, Gudius eorum indulgentia inde excerpsit, et eum

qui in eodem Collegio Trilingui literis operam dedit. Certe se Nannii Scholas in Horatii Artem Poëticam a Schotto impetrasse, et in ordinem justum redegisse, ut cum Laevini Torrentii Commentario in reliqua Horatii poëmata ederentur, Valerius Andreas in addita Praefatione testatus est. Quin et ipsas has, quas edidi, schedas Nannianas habuit idem Schottus, et inlaudabili exemplo plerasque emendationes Livianas, quas Nannius, codicis Buslidiani fidem secutus, proposuit, paucis tantum verbis mutatis, pro suis edidit lib. III. Observ. Human. cap. XXXVIII. quemadmodum cuique Lectorum patebit, si consulere voluerint, quae hac editione occurrunt ad Livii lib. III. cap. V. §. 14. cap. XVII. §. 2. cap. XL. §. 7. cap. XLI. §. 8. cap. LI. §. 4. cap. LXIV. §. 10. et cap. LXXII. §. 4. ubi Nannii et Schotti verba collata invenient. Quisque insuper observet, quaeso, licet plura ex postumo Nannii apographo ediderim, quam in memorato Observationum Humaniorum Schotti capite reperiantur, quod forsitan illa, quae displicebant, omiserit, eumdem tamen Schottum nullam in librum Livii tertium emendationem proposuisse, quam non ex Nannio hauserit. Vidisti, Benevole Lector, me non nisi haesitabundum modo adfirmasse, illa Nannii in Livii librum tertium, quae hac editione exhibui, inedita esse. Caussa autem, ob quam nonnihil ea de re dubitem, haec est, quod videam, Valerium Andream in Biblioth. Belg. pag. 749. testari, Nannii Castigationes breves in Titi Livii librum tertium decadis primae anno CIↃ IↃ XLV. in forma quadruplice Lovanii prodiisse: ex quo id postea repetiisse videtur Fabricius in Biblioth. Lat. lib. I. cap. XI. Verum et per me, et amicorum opera omnem movi lapidem, ut editionem illam indagarem, et ita viderem, utrum, quae hic darentur, eadem, an alia forent: sed omnia opera nostra vana exstitit, neque eam aliunde

eruere potuimus. Quia tamen verisimile non videbatur, Schottum anno CIↃ IↃC XV. sub suo nomine in Observationibus Humanioribus edere voluisse, quae septuagesimo anno antea Nannium sibi adscripsisse eo tempore nosse poterat; hinc potius nostra Nannii nomine nondum typis descripta fuisse in animum induxi, et ea, quae editio anni CIↃ IↃ XLV. exhibuit, ab illis diversa, ac forte tantum breves Castigationes ad marginem Livii nudis verbis adpositas esse: unde et factum fuerit, ut illi, qui subinde variorum in Livium curas in unum quasi corpus colligendi et simul edendi consilium inierunt, earum commode rationem habere non potuerint. Si tamen postea ex indagata editione constare coeperit, quae ἀνέκδοτα credidi, olim revera typis inpressa fuisse, temeraria Schotti audacia dicam, an inpudentia, qui a vivo Nannio edita sibi vindicare veritus non est, ex eo plurimum augebitur: at mihi id unum vitio verti poterit, paucarum pagellarum libellum, ante duo secula in usum scholasticae juventutis excusum, et postea numquam typis repetitum, unde facillime memoria ejus obliterari potuit, meam et amicorum, quorum in hac re opem inploravi, diligentiam fugisse: et vel sic etiam aliquam gratiam a Lectoribus me iniisse existimabo, quod hunc ingenii Nanniani rarum et pene intermortuum foetum restituerim, et in hominum notitiam reduxerim.

Alter eorum, quorum quaedam inedita publicavi, est ROBERTUS TITIUS: qui, praeter decem Locorum Controversorum libros olim editos, totidem alios editioni paratos in scriniis reliquit; quibus ut aliorum scriptorum, ita etiam Livii nonnulla loca aut emendare, aut explicare conatus est. Hos Titii libros ex Italia in Belgium redux secum adtulit vir Clarissimus Henricus Brencmannus, at-

que illa eorum capita, in quibus de Livio disserebatur, ex codice sua manu descripta amice mihi concessit. Quum autem ex Titii libris editis illa, quae de Livio agebant, in hanc editionem recipere constituissem, committendum non duxi, ut, quae liberalitate optimi amici nondum edita acceperam, negligerentur. Quia tamen Titium nonnumquam justo verbosiorem esse videbam, illa, quae sine damno abesse poterant, recidenda, et reliqua ita contrahenda censui, ne quid ex compendio commodis Lectorum nocerem. Interdum etiam, ubi in eamdem sententiam Titius et jam editi Commentatores inciderant, sufficere judicavi, si uno tantum verbo ejus consensum indicarem.

Tertius, cujus ineditas in Livium notas hac editione exhibere potui, est MATTHAEUS KLOCKIUS Bibracensis, juvenis praestantis atque acuti, sed simul etiam audacioris ingenii, et hac insuper opinione, quam exeunte seculo sextodecimo multi Viri Docti, ad exemplum Lipsii aliorumque, perperam probarunt, imbutus, ut passim non ipse modo antiquatis Naevii, Ennii, et aequalium vocabulis uti captaret, sed eadem etiam quibusvis optimo linguae Latinae aevo viventibus scriptoribus obtrudere conaretur. Hic circa annum CIↃ IↃ LXXXVI. annos tantum XIX. natus, adscripsit ad marginem istius editionis, quam Alexander Minutianus Mediolani anno CIↃ IↃ V. emisit, partim Notas suas et Emendationes, partim variantes lectiones codicis Msti Claudii Fauchet, regii Consiliarii et Curiae monetarum Praesidis; quem, decem primos Livii libros continentem, se a Dionysio Gothofredo Jurisconsulto utendum accepisse, ad initium ejus editionis testatus est. Istius conatus sui specimen postea anno CIↃ IↃ LXXXVIII. et anno CIↃ IↃ XCI. ad Lipsium misit, una atque altera ad eum scripta epistola, quas ὁ μακαρίτης Burman-

nus edidit in Syllog. Epiſtol. tom. 1. pag. 389. et 402. Ipsum illud Klockii exemplar, ut usui meo inserviret, Argentorato benigne submisit Vir Clariſſimus Jo. Daniel Schoepflinus; quod tamen eo demum tempore adlatum eſt, quum jam primus Livii liber prelum reliquiſſet. Quum autem Klockii Notas, in Epiſtolis ad Lipſium, a Celeberrimo Burmanno editis, propositas, reliquorum Doctorum Annotationibus intexere incepiſſem, ex hac etiam editione ad sequentes Livii libros elegi, quae luce publica non indigna eſſe videbantur. Si tamen non per omnia Klockius satisfecerit, cogitent, quaeso, Lectores, ipsum admodum juvenem fuiſſe, quum haec effunderet, neque iis ultimam manum inposuiſſe; quaedam etiam eidem depravatis seculi, quo vixit, et similia laudi ducebantur, opinionibus ablato excidiſſe; quae, ubi maturuiſſet, et sub incudem revocata curatius limare datum fuiſſet, verisimiliter ipse multis partibus meliora dediſſet, aut plane damnaſſet.

Quartus, cujus in Patavinum Hiſtoricum curas ex bibliothecarum pulvere erui, eſt JANUS GEBHARDUS: quem, disciplinae suae alumnum, juvenem quidem, et vix viginti quinque annos natum, sed in optimis literis haud tralatitie versatum, se excitaſſe, eique auctorem exſtitiſſe, ut Liviani ingenii monumenta ad fidem manuscriptorum Palatinorum aliarumque bibliothecarum diligentius exactiusque, quasi in auraria trutina, examinaret, teſtatur Janus Gruterus in Praefatione ultimae editionis, infra hoc tomo recusa. Hac magiſtri adhortatione permotus Gebhardus operi proposito manus admovit, antequam adhuc Gruterus alteram Livii editionem anno cIↃ IↃC XIX. prelo typographorum excudendam tradiderat. Certe eum jam tum animo deſtinaſſe, Livium recensere,

quum chartae mandaret, quae in ejus Antiquis Lectionibus lib. I. cap. XIV. leguntur, inde constat, quod ibi Lectoribus polliceatur, *egregium hunc scriptorem olim plura sibi debiturum, si Deus vitam produxerit.* Quod promisit, mox etiam perfecit. Quo tempore enim *Lectiones Antiquae inter carnificum ungulas* (typographorum manus intelligit) *haesitabant*, se jam Notas in Livium scripsisse testatur ad Livii lib. II. cap. XIV. §. 9. Antiquae autem Gebhardi prodierunt anno CIↃ IↃC XVIII. sive potius anno praecedenti, qui Dedicationi ejus adscriptus est. Et quidem Notis Livianis conficiendis per aliquot annos occupatus fuit. Testatur enim ad Livii lib. XXIII. cap. XVI. §. 8. *se ante triennium, tris pro tres ἀρχαϊκῶς in libris legi, ad Ciceronem diligenter observasse;* innuens, ut videtur, illa, quae notavit ad Cic. lib. I. ad Fam. Ep. I. et ad lib. I. Tuscul. Quaest. cap. XLVIII. Hae vero Gebhardi in Ciceronem Notae primum prodierunt in editione Gruteri anno CIↃ IↃC XVIII. unde efficio, Gebhardum, qui jam eodem anno, quo Cicero Gruteri prodiit, vel anno praecedenti, Notas in Livium scribere inceperat, easdem anno CIↃ IↃC XXI. nondum absolvisse. Ad verba autem Livii constituenda accessit instructus variis codicibus Palatinis, qui nunc cum reliquo bibliothecae Heidelbergensis Thesauro Romam commigrarunt, et in Vaticana adservantur, ut et antiquissimis editionibus: ex quibus nominatim pluribus locis laudavit omnium primam Jo. Andreae Episcopi Aleriensis Romanam, tum Jo. Antonii Campani Episcopi Interamnatis ibidem excusam, ac deinde Mediolanensem anni CIↃ CCCC LXXX. De codicum Mstorum fide et aetate saepius ipse in notis judicium tulit. Ut autem Lectores noverint, quid de iis sentiendum sit, pleraque loca, ubi sententiam de eorum meritis aperuit, junctim hic proponam. In primis igitur decem Livii libris consuluit tres co-

dices Palatinos, ex quibus generatim primum et tertium *meliores*, secundum *deteriorem* fuisse monuit ad Livii lib. I. cap. XLVIII. §. 6. ad lib. III. cap. XII. §. 7. ad cap. XIII. §. 4. ad cap. XXII. §. 3. ad cap. XXVIII. §. 6. ad cap. LV. §. 7. ad cap. LVI. §. 3. et alibi. At speciatim eorum primum vocat *sincerissimum* ad lib. II. cap. II. §. 1. ubi Gronovio *optimus* dicitur; quod de eodem praedicat Gebhardus ad lib. II. cap. XXXV. §. 6. Secundum *in pergameno sive in membranis exaratum* fuisse dicit ad Praef. §. 2. et testatur, esse *librum, qui crebro fallit* ad lib. II. cap. XXVIII. §. 9. *sublestae*, immo *sublestissimae fidei codicem* ad lib. II. cap. XXVII. §. 9. lib. III. cap. L. §. 3. et lib. IV. cap. II. §. 13. *ubicumque est pejor lectio, ejus plerumque custodem esse* ad lib. III. cap. XIII. §. 2. Deinde *simium Sigonii* ad lib. II. cap. LIX. §. 5. *a Sigonio rarissime discedere* ad lib. III. cap. XLIX. §. 6. *per omnia Sigoniano similem* ad lib. II. cap. IXXIX. §. 2. cap. XLIII. §. 5. et ad lib. III. cap. XXVII. §. 3. Ad haec *recentioris, recentissimae, novissimae notae, novissimae aetatis librum* ad lib. II. cap. XXVII. §. 1. ad lib. III. cap. V. §. 13. ad cap. XXII. §. 3. ad cap. XXXVIII. §. 7. et ad cap. L. §. 3. *nuperum novicium codicem* ad lib. II. cap. VII. §. 9. *omnium recentissimum* ad lib. II. cap. I. §. 11. *aetate et bonitate nihil distantem a Sigoniano codice* ad lib. II. cap. XLVI. §. 4. *codicem recentissimum et per omnia fere similem Sigoniano* ad lib. II. cap. XXII. §. 4. et ad cap. XXXVII. §. 8. *eum et codicem Sigonii diu post inventam typographiam scriptum, se certissimis gravissimisque argumentis existimare* ad lib. III. cap. LXI. §. 13. *Sigoniano geminum germanum, scriptum Brixiae anno Christi M.CCCC.XLIII. XXII. Septembris per Conradum Germerhem* ad lib. II. cap. XXXIX. §. 8. *eum correctorum et rasorum libidini obnoxium fuisse* ad lib. III. cap. XXXVIII. §. 7. *interpolatum a quodam recentiore Lipsium secuto* ad lib. II. cap.

XXIII. §. 3. Tertium denique adpellat *codicem optimum* ad lib. II. cap. XXXVIII. §. 6. et ad cap. LVIII. §. 8. *unicum* ad lib. II. cap. XXV. §. 1. *sincerissimum* ad lib. III. cap. LII. §. 7. *vetustissimum, et, nisi in nebulonum corruptrices dexteras incidisset, sincerissimum* ad lib. III. cap. VI. §. 2. In bello Hannibalico tribus itidem manuscriptis usus est; quorum primus et secundus tertio meliores exstiterunt, ut notat ad lib. XXIV. cap. XXX. §. 1. ad lib. XXVII. cap. V. §. 4. et ad cap. XV. §. 8. Et quidem eorum primum *optimum* praedicat ad lib. XXVIII. cap. XXXIX. §. 3. et nihilominus existimat, eum *post Vallae secula exscriptum* fuisse ad lib. XXI. cap. XXX. §. 5. *exscriptorem ejus una atque altera vice in margine fateri, se codicem ad meliora tria exemplaria contulisse* ad lib. XXV. cap. XXVI. §. 12. Codicem secundum hujus partis vocat *sincerissimum* ad lib. XXII. cap. XXX. §. 5. et ad lib. XXV. cap. XXVI. §. 12. *bonitatem codicis illius* laudat ad lib. XXII. cap. VIII. §. 7. et quidem *bonitatem ejus longo intervallo a Rhenani Msto distare*, sive eum superare, judicat ad lib. XXVI. cap. XLII. §. 5. Tertium deinde ejusdem partis codicem *post tempora Vallae descriptum* esse suspicatur ad lib. XXI. cap. XXXIV. §. 4. *Spirensi exemplari*, quo Rhenanus usus est, *plurimum convenire, geminum, simillimum esse* profitetur ad lib. XXVII. cap. XII. §. 3. ad cap. XV. §. 11. ad cap. L. §. 9. et ad lib. XXVIII. cap. XIII. §. 10. hinc etiam *apud se exiguae auctoritatis esse* ad lib. XXVII. cap. XI. §. 8. Denique in libris de bello Philippico et Antiochio adjutus tantum est praesidio duorum codicum Palatinorum, de quibus ipsum alibi in Notis Livianis judicium ferre non memini. Ex notitia tamen codicum Manuscriptorum Livii, in quibusdam Italiae, praesertim vero Romanis bibliothecis superstitum, quam Vir Nobilissimus ac Doctissimus Isaacus Sweersius, quondam discipulus

meus, anno cIↃIↃccxxxII. per Italiam peregrinatus, Genua ad me misit, didici, unum eorum anno cIↃ. cccc. xv. scriptum fuisse, alterum etiam seculi quintidecimi codicem videri: tum et hos et reliquos Palatinos in pergameno exaratos esse: insuper Belli Hannibalici, in quo Gebhardus tantum tribus codicibus usus est, nunc tamen in spoliis Palatinis Romae dedicatis quatuor numerari codices, notatos numeris 872. 874. 876. et 879. Additur insuper, nullum codicum Palatinorum seculo quintodecimo antiquiorem videri. Quum horum librorum ope fretus Livii recensum absolvisset, et Notis interim sibi natis paullatim diligentius componendis ac poliendis otium inpendere constituisset, Heidelberga, ubi morabatur, armis Bavaricis anno superioris seculi vigesimo secundo expugnata, crudeliter a furente milite diripitur. Ex miserabili hac infelicissimae urbis calamitate ipse quidem Janus Gebhardus salvus ac sanus evasit; in ea tamen, praeter alia, Notarum, quas in Livium pararat, jacturam fecit, quemadmodum Andreas Gebhardus in vita fratris Jani, quam postumo ejus in Cornelium Nepotem Specilegio subjunxit, nobis retulit. Quamvis autem funestissimo hoc casu labor ille auctori suo in perpetuum perierit, neque Gebhardus umquam postea indagare potuerit, quid eo factum esset, felicibus tamen avibus incidit in manus hominis literarum, ut videtur, non inperiti; qui sedulo operam dedit, ne ingenii Gebhardiani foetus in utero parentis, antequam adhuc lucem adspicere potuisset, exstingueretur. Ab hoc, vel a quocumque alio deinde in Belgium adlatus pervenit in potestatem Viri Docti; cujus beneficio partem ejus J. Fr. Gronovius nactus non obiter et vellicatim consuluit, sed sibi describi curavit, et Livium primis curis recensens continuo ante oculos habuit. In Praefatione enim primae editionis, quae

anno cIↃ IↃc XLV. prodiit, auxilia ad Livium emendandum paullatim collecta enumerans, inter alia testatur, *in primis decem Livii libris adfuisse sibi trium codicum quondam Palatinorum et Campanicae excerpta, facta manu Jani Gebhardi, quae ante plures annos ab amico Amsterodami accepta suo sumtu diligenter exscribi curavit, et ad autographum postea relegit.* Ex secundae autem editionis anni cIↃ IↃc LXV. Praefatione, quam hoc tomo repetii, discere licet, amicum hunc fuisse Suffridum Sixtinum. Licet verò in recensione codicum, quos in reliquis operis Liviani partibus emendandis consuluerit, de excerptis codicum Palatinorum tacuerit, non tamen existimandum est, nihil eorum ultra decimum librum illi ad manus fuisse; sed tantum earum mentionem facere ipsi aliis occupato ex memoria, quod facile evenire potest, excidisse. Omnino enim habuit etiam excerpta Gebhardiana ad Bellum Hannibalicum, et tantummodo, quae ad posteriores libros pertinebant, defuerunt. Et hinc ad trigesimi libri finem usque membranarum Palatinarum mentionem in notis fecit, earumque lectiones produxit. Praeterea a Salmasio rogatus Gronovius, ut videret, quid ad locum quemdam Livii ex lib. XXXV. notatum in illis invenisset, eidem respondet literis IV. Eidus Majas anno cIↃ IↃc XXXVII. scriptis, quas ὁ μακαρίτης Burmannus in Syllog. Epist. tom. II. pag. 545. edidit, se ad locum illum *nihil habere: non enim ultra librum trigesimum excerpta illa porrigi. Ultimam illam partem nullis se blanditiis ab Dracone illo Hesperio extorquere potuisse.* Hoc postumum Gebhardi opus ex Sixtini bibliotheca deinde in alias commigravit. Et quidem id postea in Heinsianam, mox in Goesianam pervenisse retulit Henr. Leon. Schurzfleischius in Praefatione Specimini Animadversionum Gebhardia-

narum

narum addita, quam infra vide; quod quemadmodum verum praestare nequeo, ita nec falsi arguere audeo. Id constat, tandem Animadversiones Gebhardi rediisse in Germaniam, ac possessorem nactas esse Virum Celeberrimum Conradum Samuelem Schurzfleischium, eoque mortuo ipsius fratrem Henricum Leonardum: qui, hoc thesauro potitus, ejusdem publicandi consilium cepit. Praefatus itaque, *se post fratris mortem crebris Doctissimorum Virorum literis admonitum esse, ut illud opus luci publicae exponeret, et tandem cum eruditis sine ulteriori mora communicaret*, bibliopolae, cujus sumtibus inprimeretur, adliciendi caussa Notas Gebhardi in primum Livii librum, tamquam specimen, anno CIↃ IↃCC XII. edidit. Verum, sive aliis postea curis distractus, sive morte occupatus fuerit, consilium illud numquam exsecutus est. Eo defuncto, ipsum hoc Gebhardi autographum, tandem in locupletissimam Serenissimi Principis ac Ducis Saxo-Weimariensis bibliothecam inlatum, stabiles ibidem sedes nactum est: ubi etiamnum servatur, tribus voluminibus ita exaratum, ut Gebhardus ipsas has chartas typographo tradere voluisse videatur. Ex eo tamen quaedam exemplaria olim descripta hodie adhuc apud alios supersunt. Tale non modo est, quod amici beneficio J. Fr. Gronovium sibi parandi copiam habuisse modo dictum est; verum illud insuper, quod Vir Optimus Amicissimusque, et de Livio meo plurimum promeritus, Gottlieb Cortius, inmatura morte orbi literato in ipso aetatis flore ereptus, mecum communicavit, et, ut tanto major ei fides haberetur, antequam ad me mittendum censeret, ad ipsius Gebhardi ἀυτόγραφον, a Viris Clarissimis Jo. Matthia Gesnero aliisque, quibus bibliothecae Weimariensis cura commissa erat, impetratum, diligentissime exegit. In his, quas edi-

di, Livianis Gebhardi Adnimadversionibus me tres quatuorve lacunas offendiſſe, Lectorem monendum duxi; ut, si id operae pretium putet, circumspiciat, num eas supplendi ratio detur. Earum prima eſt in fine libri decimi, ad cujus duo ultima capita nihil notatur. Ea autem facile latuiſſet, mihique persuadere potuiſſem, Mſta Palatina et veteres editiones nihil illo loco notatu dignum Gebhardo suggeſſiſſe, nisi casu observaſſem, J. Fr. Gronovium, qui Gebhardi autographum describi curavit, in prima Notarum editione ad lib. x. cap. XLVI. §. 8. memorare trium codicum Palatinorum lectionem, cujus nisi ex Gebhardianis notitiam habere non potuit. De hoc igitur dubio ad Amiciſſimum Cortium retuli; qui, exemplari Weimariensi consulto, respondit, ultimum ejus folium injuria temporis periisse, suumque apographum demum, poſtquam hanc jacturam feciſſet, inde descriptum eſſe; quum contra Gronovius eodem codice nondum mutilato usus fuiſſet. Secunda lacuna eſt in initio lib. XXXI. a cujus cap. XXXVII. Notae demum Gebhardi incipiunt: tertia et quarta occurrunt in libro XXXIII. et XXXV. ad quos totos Notae desunt. Verum tertiae ratio conſtat; hunc nempe librum, quemadmodum in reliquis omnibus Mſtis, ita etiam in duobus Gebhardi Palatinis defuiſſe: secundae et quartae cauſſam reddere nequeo. Id tamen certum eſt, codicum defectum illis locis praetexi non poſſe. Ipse enim Gebhardus in Notis ad lib. XXIV. cap. II. §. 3. memorat lectionem, quam Palatini duo et vetus editio lib. XXXI. cap. VII. §. 9. exhibent; deinde ad lib. XXIX. cap. XIX. §. 7. lectionem, quam lib. XXXI. cap. XIII. §. 1. in Palatinis invenit; tandem ad lib. XXIII. cap. XVI. §. 10. lectionem, quae lib. XXXV. cap. XLVI. §. 4. sibi in Palatino primo obvia fuit. Quum doctos olim multis conviciis Animadversiones Geb-

hardi in Livium a se efflagitasse, Schurzfleischius, earum specimen publicans, testatus sit, eam spem foveo, nunc etiam haud ingratum futurum, me tandem curriculum ab eo inceptum absolvisse, et eruditorum oculis, quae tum tanto studio expetita ac frustra desiderata sunt, legenda obtulisse. Ex hac tamen re si qua forte laus redundabit, si qua gratia promerita erit, nullam ejus partem mihi vindico, sed solidam, ut par est, uni cedo τῷ μακαρίτῳ Cortio meo, cujus insigni beneficio Gebhardi postuma, diligenter ad ipsius autographum collata, ad me pervenerunt. Mihi suffecerit, si iis in lucem protrahendis nullam Gebhardo injuriam aut fecisse, aut facere voluisse existimer. Profecto enim toto animo detestor inprobam et ab omnibus bonis damnatam istorum temeritatem, qui sub inlustri virorum nostri ordinis mortuorum nomine edere sustinent, quae quidem omnium rerum inperitae juventutis ingenio paullatim ad cujusvis doctrinae atque humanitatis studia informando utilissima fuisse experientia docuit; sed plerumque eruditionis laude Celeberrimorum Virorum famae et existimationi, quam vivi sibi compararunt, apud posteros, quum vera meritorum cujusque memoria exolescere incipit, et ex superstitibus ingenii monumentis Docti aestimari solent, multum damni inferunt: partim quia similia scripta continent, ac continere debent plura eruditorum senatui nota, ac passim obvia aliis intermixta; partim quia ab aliquo tirone, vixdum primis aut linguae Latinae elementis, aut humaniorum literarum principiis imbuto, vel ex ore praeeuntium vitiose excepta, vel etiam ex similibus exemplaribus adhuc vitiosius descripta sunt. Verum alterius longe generis sunt haec Gebhardi postuma; qui, magistri Gruteri monitis obsecutus, ideo Livium cum codicibus Palatinis et vetustis editionibus

contulit, ut iis ducibus verba Livii emendatius ederet, et deinde additis his Animadversionibus receptarum emendationum et veterum lectionum mutatarum rationem redderet. Sponte equidem confiteor, postumum hunc Gebhardi foetum non ab omni parte perfectum et plane elaboratum esse, eumque ultimam parentis manum per temporum injurias accipere non potuisse. Id enim quisque, qui priorem partem cum posteriore comparare velit, facile ex utriusque inaequali facie colligit: siquidem Animadversiones ad priores libros de plerisque codicum lectionibus judicia, ex illis natas sibi conjecturas, easque vel Livii vel aliorum scriptorum exemplis confirmatas continent; ad posteriores autem nihil ferme nisi Mstorum variantes offerunt. Verum neminem adeo ab omni humanitate alienum fore mihi persuadeo, quin, ubi aliquid palato minus gratum invenerit, mox in animum inducat, Gebhardum, si sua commode recensendi ac poliendi spatium habuisset, ea emendaturum, et, quae nunc jejuna aut minus perfecta prodeunt, uberiori adparatu exornaturum fuisse.

Tantum autem abest, ut me male de Gebhardo meritum esse mihi conscius sim, ut contra magno emtam velim occasionem plures alios Viros Doctos simili beneficio demerendi, et ex tenebris producendi eruditos labores eorum, quorum in Livium Notas adhuc in bibliothecis absconditas latere suspicio est; nisi forsitan temporis omnia abolentis longinquitate jam interciderint. Talem, ne antiquiores memorem, esse novimus JANUM PARRHASIUM, quem Livio operam inpendisse refert Baillet. Jugem. des Savans tom. II. part. I. pag. 423. ed. ult. in forma minore. Quid autem in Livio praestiterit, et ulterius praestare conatus sit, ipsius te-

ſtimonium, quod, ex Praefatione Commentarii ad Claudianum de Raptu Proserpinae petitum, infra in Syllabo praecipuarum Livii editionum integrum laudavi, satis docet. Talis itidem eſt GUIDO MORILLONUS, Maximiliani, qui, variis antea dignitatibus Ecclesiaſticis geſtis, tandem Episcopus Tornacensis obiit, pater, *quo neminem omnium diligentius versatum esse in Livio, nec majori fide et fruge commentarios in hunc auctorem conscripsisse, et nondum quidem persuaderi potuisse, ut sua in lucem ederet, se tamen non dubitare, si ipse in vita sua non evulgarit, quin filii ejus, juvenes doctissimi, sint evulgaturi*, teſtatur Nannius lib. v. Miscellan. cap. I. At fruſtra hoc speraſſe Nannium, eventus nunc docuit. Eodem, nonnihil tamen dubitans, refero GABRIELEM FAERNUM; cujus jam mortui Epiſtolae, qua censuram exercuit in quasdam Sigonii emendationes Livianas, respondens Carolus Sigonius bis optat, ut tamdiu vixiſſet, dum ipse, quae in vita sua tota commentatus eſt, edidiſſet. Non enim liquet, utrum Sigonius ad illa, quae in Livium, an vero, quae in quoscumque scriptores commentatus ſit, respexerit. His etiam adcensendus eſt GUILIELMUS DYEMENUS, quondam Curiae Trajectinae Senator, cujus filium Notas paternas *ad T. Livium, M. Varronem et Historiam Livianam* poſſediſſe, refert Valerius Andreas in Biblioth. Belg. Huc quoque pertinet ANDREAS PATRICIUS, qui in Notis ad Ciceronis orat. pro Ligar. cap. VI. nos videre juſſit, quae ad Livium adnotavit. Similiter etiam HERCULES CIOFANUS, qui in Notis ad Ovidii lib. I. Faſt. vers. 609. poſt propositam codicis sui Liviani lectionem profitetur, se *eam Lectorem scire voluisse, ut, si posthac aliquis sibi otium faceret, speraret fore, ut a se nonnulla ejus libri ope et aliorum, quos collaturus*

esset, Livianae lectionis emendatiora, quam quae nunc habentur, exspectare posset. Inter hos censendus etiam est JUSTUS LIPSIUS, qui post varias lectiones ad Livii librum primum anno CIↃ IↃ LXXIX. editas, de quibus supra, quae Modius praestitit referens, breviter dixi, integrum Livium recensendi consilium cepit. Ea de re quum ad Petrum Egmondum in Francia degentem retulisset, isque querenti, se ad consilium illud exsequendum Mstis destitutum esse, respondisset, eorum non unum penes Cujacium esse, et simul hortaretur, ut eos utendos accipiendi occasionem ac modum circumspiceret, pridie Idus Majas anni CIↃ IↃ LXXXII. rescripsit, se visurum, et ad eum scripturum. Postea etiam mense Octobri ejusdem anni se epistolam ad Cujacium misisse eidem Egmondo nunciavit. Vide Syllog. Epistol. Burmann. tom. I. Epist. LII. et LIII. Illa autem, quam se ad Cujacium scripsisse retulit, epistola data est III. Nonas Octobres, et exstat in Lipsii Cent. I. Miscell. Epist. LXVII. in qua inter alia narrat, *se nescio quid in Livio nuper exorsum, quod perrecturus esset detexere, si auxilium sibi paullo firmius librorum: duos tresque apud se esse, sed quasi de compacto consentientes.* His Lipsii verbis permotus fuisse videtur Cujacius, ut, quos habebat, Livii codices Mstos ad Lipsium mitteret. Forte autem inter illos fuit Lovelianus primus, de quo egi infra, cujusque initio adscriptum erat, eum e Gallia in Belgium a Jacobo Cujacio ad Justum Lipsium dono missum esse. Certe Lipsius Nonis Octobribus anni sequentis CIↃIↃLXXXIII. ad Petrum Egmondum scripsit, *paullo magis duos menses esse, quum ad ipsum literas dederit, quibus significabat de Cujacii Liviis receptis: eos sane diu in itinere haesisse, et tarde iisse per caerulas illas vias: venisse tamen, ac se sperare, usui fore in iis, quae*

parat. Vide Syllog. Burm. tom. I. Epist. LIV. Binas etiam ea de re literas ad Cujacium dedit, ut ipsi gratias ageret, easque fasciculo ad Egmondum misso inseruerat. Verum, Egmondo interim Romam profecto, epistolas ad Cujacium non pervenisse, eumque de Liviis missis nihil audivisse, postea ex Bongarsio intellexit. Hinc Kalendis Juliis anni CIↃ IↃ LXXXIV. tertiis literis se excusavit, ac petiit, ne vel animum ingratum, vel manum in officio exsequendo segnem fuisse existimaret. Vide ibid. Epist. CCXI. Ex illo tempore Lipsius Livium promittere, eumdemque amici ab eo postulare non desierunt. Anno CIↃ IↃ LXXXVII. Jano Lernutio nunciabat, se Livium daturum, in quo nimia sibi bona. Vide Centur. II. Miscell. Ep. XVIII. Anno sequenti Matthaeus Klockius eum hortabatur, ut Livium quamprimum vulgaret, ac minabatur, fore, nisi pergeret, ut alius (se ipsum intelligebat) *decretam ipsi provinciam Sulpicia sollicitare lege auderet.* Vide Syllog. Burm. tom. I. Epist. CCCLXXI. Eodem anno Thuanus ad Lipsium scribens monebat, *eum T. Livii editionem amplius differre non posse: certe Vellejum Paterculum, Suetonium, Lampridium, Spartianum, Capitolinum et reliquos quotidie flagitare studiosos.* Vide ibid. Epist. CCCLXXIII. Cui respondit Lipsius Centur. II. Miscell. Epist. LXI. *se Vellejum, Florum, Livium ordine cogitare.* Nihil tamen horum postea praestitit, nisi quod ineunte anno CIↃ IↃ XCI. Vellejum ediderit. Quum deinde ejusdem anni mense Martio, Lugduno ac foederato Belgio relicto, Leodicum se contulisset, et, sacris emendatis, quae se probare nuper simularat, ejuratis, ad his antea repudiatam religionem Catholicam Romanam rediisset, vix ad pristinas Musas animum erigendi potestatem habuit, et ad ineptas nugas traductus Li-

vii curam dimittere debuit. His addendus est JOANNES FREINSHEMIUS, qui, in notis ad Curtii lib. v. cap. xi. §. 11. verba quaedam ex Livii lib. xxviii. cap. xxvii. §. 9. laudans *ad eum locum se ex Isocrate, Cicerone, Seneca, Plutarcho, Cassio, aliisque plura* daturum promisit. Tandem prioribus adnumerandus est PETRUS LAMBECIUS. Catalogum enim eorum, quae partim jam dudum integre absoluta, partim ad umbilicum ferme perducta, et exiguo temporis spatio absolvenda sperare jubet, Prodromo Historiae literariae subjungens, recenset inter alia *Analysin et Selecta publicarum Praelectionum in primam decada historiae Romanae T. Livii cum Gnomologia Ethico-Politica et adcuratis singulorum librorum Tabulis Chronologicis.* Verum nullum omnium illorum ex carceribus ac claustris, quibus suppressi detinentur, eruendi et in lucem proferendi occasionem umquam nancisci potui.

Ultima nunc pars eorum, de quibus me acturum in initio hujus adloquii promisi, superest, idque restat, ut Lectorem doceam, quibus subsidiis instructus huic editioni procurandae manus admoverim, quidque in ea praestare conatus fuerim, et quam methodum in Notis observarim. Quum praestantissimae J. Fr. Gronovii editionis Livianae, filii Jacobi cura anno cIↃ IↃC LXXIX. repetitae, nullum diu exemplar in bibliopolarum tabernis reperiri, et, si alicubi venale occurreret, carissimo pretio vendi observassem, eamque ob caussam cum quadam mearum Annotationum accessione eamdem typographis, ut iterum formis describerent, tradere proposuissem, ante omnia mihi operam dandam esse ratus sum, ut codices Historici istius Mstos, a prioribus editoribus nondum excussos, vel quos Viri Docti malignis temporum angustiis

circumscripti, aut commoda ex arbitrio versandi occasione destituti, non ea, qua oportebat, diligentia conferre potuerant, et tantum locis difficilioribus carptim consuluerant, ut et vetustas, quas indagare poteram, editiones undique conquirerem: ad quorum fidissimum ductum Livii verba exigerem, et, si qua corrupta superesse invenirem, num rectius a me constitui possent, periculum facerem. Primi istius laboris eventum pluribus jactare, et longam hoc loco seriem codicum, partim quos oculis subjectos ipse cum vulgatis editionibus contuli, partim quorum excerpta adfuerunt, et veterum editionum, quas vel ipse mihi comparavi, vel aliunde utendas accepi, contexere nihil necesse est. Ut enim ejus molestiae exhauriendae gratia hic concedi posset, duos Catalogos huic ultimo volumini proxime ante Indices inserui; quorum altero codices manu exaratos, quos adhibui, altero praecipuas Livii editiones, non tantum quas consului, verum etiam quae mihi innotuerunt, quantum sufficere arbitror, descripsi; quorumque amicorum beneficio ac favore singula haec subsidia benevole collata sint, latius indicavi, ut perpetuum gratiae, quam ipsis debeo, monumentum struerem. Hic breviter tantum addendum est, licet ambo Indiculi testari queant, me non plane in hac re votis excidisse, in paucis tamen fortunam consiliis meis non adspirasse, et nonnulla, quae adhibere optaram, consequendi speratam occasionem defuisse, ne quis forte illa perperam a me spreta atque insuper habita fuisse existimet. Inprimis autem nihil mihi gratius, nihil jucundius accidisset, quam si tres codices Mstos, qui Livium emendaturo quasi oraculi instar esse poterant, ipse consulendi, vel certe fidis eorum excerptis utendi potestatem habuissem. Eorum primus, olim sub

Puteanei nomine notus, nunc Parisiis in ditissima ac copiosissima Regis Franciae bibliotheca adservatur: quo, majusculis literis, et plane quibus clarus ille Florentinus ex Pisano Pandectes, exarato, de Tito Livio nihil nec antiquius nec sanctius Europam custodire, J. Fr. Gronovius in Praefatione vere testatus est. Quamvis autem Gronovium duplicem ejus collationem, quarum alteram ipse, alteram Salmasius, duo in hoc stadio exercitatissimi Heroës, confecerant, adhibuisse noveram, nihilominus tamen sic etiam me operae pretium facturum existimabam, si tertius accedens vel ipsum illum thesaurum denuo excutiendi, et ad singulos literarum ductus ac minimos ejus apices adtendendi occasionem habere, vel alium in hoc curriculo probe versatum invenire possem, qui mihi vicariam hanc operam praestare, et laboris ac molestiae plenissimam provinciam in reipublicae literariae utilitatem atque hujus editionis decus et ornamentum suscipere vellet: praesertim postquam ex Viri Clarissimi atque Eruditissimi Claudii Sallierii, quem de quibusdam minoris momenti, quorum nullam apud Gronovium mentionem reperiebam, consulueram, responso spes facta esset, me aliquod spicilegium lectori non ingratum nec inutile collecturum. Quum igitur jam animo agitarem, qua ratione voti compos fierem, et, quoniam ipsi mihi propter publica et domestica inpedimenta Lutetiam excurrere non licebat, alium Mstis versandis et conferendis adsuetum prece vel pretio ad vices meas subeundas inducere possem, repente certior factus sum, Celeberrimum Crevierium, in consilium adhibitis sex pluribusve aliis Universitatis Parisinae Professoribus Livium collatis viribus adcuratius emendatum edendi consilium cepisse. Hinc facile mihi persuadens, Virum Clarissimum,

cui thesaurum hunc quotidie oculis perlustrare, ac manu tangere datum erat, tam opportuna commodilate, quae non semper omnibus contingit, invitante, quas poterat, Puteanei lectiones, a Gronovio non memoratas, diligentius, quam quisquam alius, collecturum, et his veluti gemmis editionem suam exornaturum, ab hoc incepto mihi desistendum censui, ne operam et oleum perderem, et tamen inutili ac supervacuo labore amicis molestus essem.

Secundus codicum, quo frui nequivi, est Moguntinus, ante duo secula, et quod excurrit, in aede ejus civitatis metropolitana adservatus: ex quo solo ultimae partes librorum XXXIII. et XL. quae antea periisse existimabantur, in lucem protractae, et ab interitu vindicatae sunt. De meritis hujus Msti, qui praeter maximam partem libri XXXIII. reliquos septem sequentes usque ad finem libri XL. continet, non eadem olim Viris Doctis placuit sententia. Multum, vel potius nimium, ei tribuit Franciscus Asulanus; qui, Aldinae editioni praefectus, hujus codicis, innumeris locis non tantum a libris ante ejus inventionem excusis, verum etiam a plerisque et tantum non omnibus Mstis in diversa abeuntis, lectiones ferme omnes recepit. Eumdem postea Gelenius, sive Rhenanus iterum consuluit, et multa, a Carbachio ac socio omissa, ejus auspiciis partim in notis, partim tacite in contextum editionis Frobenianae, quae anno CIↃ IↃXXXV. prodiit, admittendo emendavit. Tanti etiam Modius fecit, ut omnes ejus lectiones, aut certe maximam earum partem, quas Carbachius ad calcem editionis Moguntinae adjecerat, notis suis intexeret. Alii contra codicem Moguntinum ex membranis interpolatis, in quibus multa sibi

priorum temporum licentia permisit, descriptum, et hinc plerasque ejus lectiones, quas Asulanus in contextum admiserat, inde iterum ejiciendas esse censuerunt. Ab hac sententia olim non admodum alienus fuisse videtur Vir Maximus J. Fr. Gronovius; qui, quum, anno CIↃ IↃCXLV. Livium primum edens, et editionem Moguntinam nondum nactus, Aldinam hujus partis Livianae tantopere a priorum formis descriptorum lectione dissentire miraretur, earum mutationum auctorem, vel se ignorare professus est, vel Aldum esse credidit, vel editionem Germanicam, quam Aldina secuta est, et inspicere sibi licuisse optavit. Vide, quae prima editione Notarum monuit ad libr. XXXIV. cap. XLVI. cap. LVI. ad libr. XXXV. cap. V. VIII. et ad alia plura loca. Inscius itaque lectiones illas codici Moguntino acceptas ferendas esse, eas ferme omnes damnatas ex contextu iterum ejecit, et primarum editionum scripturam revocavit, aut aliam ex fide codicum, quos in consilium adhibuerat, restituit. Quum postea typographorum operae longe maximam Notarum ejus partem typis descripsissent, editione Moguntina tandem comparata vidit, codicis Moguntini auspiciis Aldinam tot numero locis lectionem in antiquioribus obviam repudiasse; ejusque consilio nondum ea, qua oportuerat, adtentione perpenso, non satis maturum hoc ea de re judicium tulit ad lib. XXXIX. cap. XXX. *Haec cum maxime scribenti quasi divina virgula offertur editio Moguntina, cui variae lectiones a quarto et tricesimo ad quadragesimum librum ex MS. codice aedis metropolitanae ibidem adjectae sunt. Eadem prima omnium librorum tertii et tricesimi quadragesimique partes posteriores typis descriptas exhibuit. Et tandem didici, quod adhuc ignorabam, quodque tot editores commentatoresque*

non sine negligentiae crimine siluere, qua auctoritate in his libris toties ab Andreanis sit discessum. Eae namque diversitates omnes, praeterquam quae a Gelenio sunt, ex illo uno scripto manarunt, pleraeque inprudenter receptae ab illis, quibus cum aliorum scriptorum copia non esset, neque satis industrii lectores Livii fuissent, quidquid in unico illo libro, persaepe malam manum passo, repertum est, sine discrimine contextui inseruerunt. Neque multo benignius in Praefatione eidem editioni addita de Francisco Asulano, qui Aldinae curam habuit, judicavit, testatus *eum praepostera diligentia omnes fere diversas lectiones, quas habuit Moguntinus codex, nullo delectu recepisse.* Quum deinde, viginti annorum spatio interjecto, Livium denuo editurus, quid codici Moguntino deberetur, et quot Livii loca ejus unius opera optime restituta forent, diligentius considerasset, priorem sententiam plurimum mitigavit, existimans Asulanum *ubique fere Moguntini codicis (utique aliis praeferendi, etsi nonnulla illi melius) lectiones recepisse.* Ipsas etiam prioris editionis Notas multis locis expunxit, refinxit, auxit, et plures lectiones, ex Moguntino olim adscitas et a se rejectas, vel tacitus, deletis, quibus antea inprobarat, vel expressis verbis admisit. Tantum autem abest, id Viro Maximo vitio vertendum esse, ut potius eum non exiguam inde laudem promeritum putem, quod sententiam semel dictam pertinaciter defendere noluerit; sed, quum veriora sponte deprehendisset, ipse vineta sua caedere, et, quae antea probarat, postea deserere, vel quae olim damnarat, nunc contra amplecti ac tueri, dedecori sibi non futurum existimavit. Neque dubito, quin, si diutius vixisset, et, Livium denuo recensendi provinciam suscipiens, animo hac opinione, codicem

Moguntinum persaepe malam manum passum esse, minus imbuto lectiones ejus adtentiori cura examinasset, eoque, quo praesertim prae aliis valebat, ingenii acumine considerasset, plures adhuc illarum genuinas et ab ipsa Livii manu profectas esse arbitratus fuisset Quis enim, quaeso, codici, cujus solius auctoritate, praeter ultimas duorum librorum partes, libenter ac sine ulla haesitatione plurimarum lacunarum, (nonnullas earum enumeravi ad Livii lib. XXXVI. cap. XIX. §. 13.) quibus priores Livii editiones passim obsitae erant, supplementa admisimus ac probavimus, fidem postea habere recusaret, si aliis locis pro lectione haud mala aliam bonam substituat? et, quum alterutra earum librariis aut glossatoribus adscribenda sit, non illam potius suffragio suo praeferret, quam codex, qui toties auxilio fuerat, cujusque praestantiam tot exemplis experti eramus, exhibeat, quam illam omnium aliorum, licet numero plurium, ac ferme inter se consentientium, qui ubique pessime habiti toties nos fefellerant? In eo tamen facile Magno Gronovio adsentior, male rem gessisse, quicumque superstitiosius, quam par est, uni Moguntino adhaeserit, omnesque ejus lectiones, nullo adhibito delectu, receperit. Quamvis enim paucissimos, vel potius nullos Livii Mstos, si eximium illum Puteaneum, historiam belli Punici secundi continentem, excipiamus, hodie superesse credam, qui integriores ad nos pervenerunt, et plus boni Livio contulerint, quam Moguntinus; immo unum illum plus profuisse, quam reliquos ejusdem partis simul: ita tamen existimo, nullos nunc codices exstare, quin alicubi, hi pluribus, illi paucioribus locis, ab errantibus scribis librariis corrupti, vel ab aliis dedita opera interpolati sint, ejusque labis neque Moguntinum inmunem esse;

adeoque acre ac criticum judicium, ut veras lectiones a falsis, genuinas ab interpolatis recte discernamus, adhibendum esse. Hujus itaque codicis videndi ac consulendi incredibili tenebar desiderio, licet Carbachius ejus excerpta edendo, et postea Gelenius ab ipso omissa Annotationibus suis inserendo jam omnium exspectationi satisfecisse videri possent. Observaram enim, typographum Moguntinum et Frobenium anno CIↃ IↃ XXXV. multa in editiones suas recepisse, quorum nullam vel Carbachius in variantibus codicis Moguntini lectionibus, vel Gelenius in Annotationibus mentionem fecerant: quod qua auctoritate ausi fuerant, utrum ex ingenio ac conjectura, an potius praeeuntibus tantae fidei ac bonitatis membranis, sciri ex re erat: id vero ex ipso codice inspecto discere, et, quid illis tribuendum foret, Lectorem docere cupiebam. Insuper ex genere et numero lectionum, quas Carbachius et Gelenius ex codice Moguntino nobiscum communicarunt, colligere posse videbar, quaedam ab iis praeterita esse, quae succedentium in hanc provinciam diligentia inde erui possent: eosdem etiam multa, quae librariorum culpa depravata erant, de industria adnotare neglexisse; quae tamen, similiter ac reliqua, proponi non inutile futurum erat, quum ex eorum vestigiis saepe verior Livii manus indagari queat. Hae caussae me induxerunt, ut omnem lapidem movendum, nihilque intentatum relinquendum censerem, quo codicis hujus diligentius, quam adhuc factum esse suspicabar, consulendi copia fieret, eoque thesauro editionem meam locupletarem. Verum quum tanto temporis intervallo, duorum amplius seculorum, nemo fuisset, qui codicis illius a se inspecti ullam mentionem fecisset, (Modium enim non ipso codice, sed tantum Carbachii excerptis usum fuisse,

antea vidimus) inde potissimum incipiendum esse putavi, ut certius resciscerem, utrum adhuc superesset, et pristinis sedibus servaretur: deinde num ejus, ubi inventus foret, versandi et excutiendi venia impetrari posset. De quibus si ex voto renunciatum esset, proximarum feriarum aestivalium tempore Moguntiam excurrendi, et Mstum ad vulgatas editiones exigendi molestiam subire animus mihi erat: alium enim meo loco substituere non poteram. Nam Carbachium, qui primus Moguntino usus est, testatum reliquisse supra vidimus, eum antiquis adeo literis scriptum esse, ut, nisi ab adsueto, legi haudquaquam possit: insuper tam corrupte atque indistincte exaratum esse, ut difficillimum plerumque sit, sensum aliquem elicere. Noveram praeterea, Carbachium interdum a vera scriptura aberrasse, et prisci temporis characteres, non cuivis, praesertim seculo illo ferme adhuc barbaro, lectu faciles, multis locis minus adsecutum esse, haud paullo ejus rei peritiorem Gelenium judicasse, et exemplis probasse. Aliquem igitur, in membranis intellectu difficillimis legendis satis versatum, cujus industriae ac peritiae collationis instituendae negotium tuto committi posset, me Moguntiae inventurum desperabam. Verum amici, quorum auxilium inploravi, postquam opera quorumdam Canonicorum aliorumve ejus collegii Ecclesiasticorum, quibuscum ipsis familiaritas intercedebat, diligentem de hoc codice perquisitionem instituissent, id tandem responsi tulerunt, nullum Livii codicem Mstum Moguntiae in Ecclesiae Martinianae bibliotheca hodie reperiri. Quum autem credere nefas sit, eos, quorum fidei res illa commissa fuit, diligentiam, quam promiserant, in omnibus hujus bibliothecae forulis et occultioribus angulis perreptandis atque excutiendis non adhibuis-

buisse, ea potius mihi nata est opinio, rerum nunc prosperarum, nunc adversarum vicissitudinibus, quas plures urbs Moguntia tanta annorum serie subiit, praesertim vero variis obsidionibus atque expugnationibus, aliisque belli casibus, quos proximo seculo passa est, praestantissimum codicem vel in perpetuum periisse, vel furaci manu alio avectum loco incognito delitescere, unde suo tempore iterum proditurum spero. Ex his me voti irritum ejus adipiscendi spem diutius fovere non posse vidi, et ab ulteriore hujus codicis investigatione desistere coactus sum.

Tertius codicum, cujus usu me huic editioni magnum decus conciliaturum, eamque Lectori de meliori nota commendaturum noveram, ideoque requirendum censebam, fuit unicus ille Laurisheimensis; qui, postquam Simon Grynaeus ultimos quinque superstites Livii libros inde in medium protulisset, Vindobonam missus in Augustissimam bibliothecam Caesaream inmigravit, et singulari dissertatione, infra hoc tomo recusa, pluribus a Lambecio descriptus ac laudatus est. Ea autem me docuit, *volumen illud membranaceum ante mille et aliquot centenos annos totum majusculis literis, et quidem antiquissimo more, sine ulla singularum vocum distinctione, exaratum, eamque ob rem doctissimis et in veterum codicum Mstorum tractatione exercitatissimis viris lectu difficillimum esse?* et, *quamvis Simon Grynaeus in adornanda quinque illorum librorum Livianorum editione magnam adhibuerit diligentiam, valde tamen necessarium esse, ut illa editio cum ipso authentico Msto a capite ad calcem adtentissime adcuratissimeque conferatur; superesse enim non mediocre variantium lectionum spicilegium, quod se alias summa indu-*

stria et fide exhibiturum in peculiari quadam dissertatione, Lambecius ibidem promisit. Verum quum dissertatio, cujus nobis spem fecit, numquam prodierit, ipsius vicem subiturus experiri volui, utrum variantes hujus Msti impetratas orbi erudito exhibendi ulla ratio daretur. Ad id inquirendum prolixe operam suam obtulit Officiosissimus, et, quamdiu vixit, optime de me meoque in Livium conatu ac labore meritus Cortius: qui, procerum quorumdam summae dignitatis auxilio inplorato, post varias dilationes, et spem optati successus modo factam, modo iterum praecisam, nihil tandem obtinere potuit. Illud autem praesertim votis nostris obstare Vir Inlustris Pius Nicolaus de Garelli, Caesareae bibliothecae eo tempore praefectus, quem Cortius ὁ μακαρίτης inter alios per literas adierat, adfirmavit, quod variantes unici istius codicis lectiones, a Clarissimo Gentilottio collectae, continuationi Commentariorum Lambecianorum inserendae essent, eaque continuatio jam prelo parata Augustissimi Imperatoris Caroli VI. mandato adhuc tenebris premeretur; ut vero interim ipsum codicem vel inde excerptas Gentilottii opera variantes cuiquam inspiciundi copia fieret, ipsius Augustissimi Imperatoris venia et diplomate opus esset. Aliquot annis interjectis Inlustris Marchio Scipio Maffeus, qui hinc in Italiam proficiscens Vindobonam adire, ibique per aliquod tempus morari decreverat, pollicitus est, nihil se facturum reliqui, quod ad impetrandam tantopere expetitam codicis Liviani collationem pertineret. Verum quum ex eo tempore nihil de omni hac re audierim, eamdem etiam illi, quam Cortio dixi, difficultatem obstitisse, facile intellexi, tandemque me plane hoc quoque voto excidisse ex animo dolui.

Praeter variantes lectiones, quas ipse ex codicibus Mstis excerpsi, quasque amici, se in partem operis hujus ingrati venturos insigni benevolentia offerentes, ex membranis collegerunt, insuper aliorum labores, antea quidem editos, verum ita, ut a nullo adhuc Commentatorum in recensendo Livio adhibiti sint, in usus meos vertere, et, quam potui, utilitatem ex illis percipere conatus sum. Duo autem praesertim viri docti fuerunt, quorum nomine variantes lectiones, ex scriptis Livii libris petitae, typis exaratae sunt. Eorum alter est LATINUS LATINIUS, in cujus Bibliothecae Sacrae et Profanae, Romae anno CIↃ IↃC LXXVII. editae, parte II. pag. 4. continetur collatio, primo codicis Regum Arragonum Neapolitanorum, qui decem primos Livii libros exhibebat; deinde codicis Brancaleonis, qui belli Hannibalici historiam enarrabat. Uterque autem codex commissus est cum editione Liviana, quae Venetiis anno CIↃIↃXLI. apud haeredes Lucae Antonii prodiit. Alter est Vir Clarissimus THOMAS HEARNE, qui, Livium Mstorum collatione recognitum anno CIↃ IↃCC VIII. Oxonii edens, sex codicibus Oxoniensibus usus est; quorum quidam ternas operis Liviani partes, alii unam continebant: unde factum est, ut ad decem primos Livii libros quinque, ad bellum Punicum secundum trium, et ad decem sequentes duorum codicum excerpta numerare potuerit. Ipsorum codicum ejus Indiculum infra hoc tomo dedi.

Postquam codices, amicorum favore undique submissos, eorumve excerpta, et praecipuas editionum, quas consequendi occasio fuit, cum vulgatis paullatim contulissem, ad eorum ductum, quanta adtentione ac cura poteram, Livium re-

censere coepi. Et quidem verba ejus praecipue ad mentem Virorum in arte critica Principum Johannis Frederici et Jacobi Gronoviorum exprimere constitui; nisi ubi ab eorum sententia discedendum esse auctoritas Mstorum persuaderet. Innumeris enim partibus editionem, quibus illi praefuerunt, et praesertim quas Jacobus Gronovius curavit, reliquis omnibus praestare inter Doctos constat, et ipse experientia verum esse comperi. Quum tamen editionem Viri Celeberrimi Joannis Clerici quotidiano usui magis commodam esse viderem, ad ejus potius marginem, quae in Livio Gronoviorum emendanda erant, adnotavi, ut illam a me interpolatam postea typographis exprimendam traderem. Videram enim, cum in Praefatione jactasse, *se Livium ad Joannis Frederici Gronovii, praestantissimi Critici, mentem non infeliciter edidisse*, et insuper *non tantum eliminasse typographica menda, quae sat multa, praeter ea quae ad calcem erant notata, in eum inrepserant, sed et interdum veterum librariorum menda e contextu Liviano ex ejus sententia sustulisse: id tamen numquam fecisse, nisi ubi res erat manifestissima, exiguaque mutatione opus erat, quod et semper in notulis imae paginae subjectis monuerit:* eaque propter suspicari non audebam, eum Lectoribus verba dare voluisse. Verum hac occasione deprehendi, non modo editionem ejus plurimis typographorum aberrationibus scatere, multis locis integras voces, alibi duas, tres, quatuorve continuas omisisse; sed etiam ipsum ne minimam quidem, immo vix decimam partem eorum, quae ad calcem notari neglecta erant, animadvertisse; insuper modo lectionem a Gronoviana diversam admisisse, modo expresse ab eo damnatam revocasse, modo lectiones Johannis Frederici

a filio Jacobo mutatas restituisse, modo vel suas, vel Gronoviorum, vel aliorum conjecturas recepisse, eaque omnia non monito lectore, contra quam se semper fecisse audacter adfirmarat. Ab his scopulis, qui in editione Clerici vel palam exstabant, vel occulte latebant, ut mihi provide caverem, eo diligentius ac majori cura ad minima quaeque adtendi, et ingenti ejusmodi mendorum acervo Livium liberavi. Num omnia illa ejicere potuerim, Lectores potius judicare, quam ipsum me praedicare malo. In recensendis autem Livii verbis non eamdem omnium codicum rationem habui; sed, quemadmodum aequum esse existimabam, in primis decem libris potissimum credidi vel Mediceo, vel Leidensi primo, vel Fragmento Havercampi, vel Harlejano primo: in bello Hannibalico vel Puteaneo, cujus multas varias Gronovius pater memoravit, vel Mediceo, vel Cantabrigiensi: in decem proximis libris Moguntini excerptis, quae vel Carbachius, vel Gelenius dederunt: in quinque ultimis, qui in nullo codice, praeterquam ex quo primum publicati sunt, inventi fuere, primae editioni. Illos enim libros reliquis praestare, partim Viri Docti jamdudum monuerunt, partim ipse longiori usu expertus sum. Ubi vero hi primi ordinis et omnium fide dignissimi testes aut tacebant, aut nihil juvabant, aut aperte mendosi erant, (nam ne optimos quidem ab omni parte perfectos esse, et suis etiam naevis interdum obsideri, mirum videri nequit, quum ipsi etiam Soli maculas inesse humana industria detexerit) etiam reliquos codices et primas editiones, quae ex Mstis procuratae codicum instar erant, audiendas esse censui. In lectionibus, expresso Gronoviorum suffragio probatis, potius servandis superstitiosus, quam ejiciendis audax et temerarius videri malui.

Ubi tamen integerrimorum codicum consensus vel auctoritas mutationem exigebat, optimos illos ac certissimos duces sequi, officii mei esse existimavi: sed admissae emendationis semper, quantum memini, Lectorem in Notis monui. In illis vero, quas Gronovii tacite adoptarunt, vel ex prioribus editionibus retinuerunt, paullo majorem mihi licentiam sumere ausus sum. Observavi enim saepe contigisse, ut novi editores, quum Notas ad editionem, quam prae aliis emendatiorem esse repererant, concinnassent, et, quae in ea probare non poterant, mutanda esse monuissent, aliam deinde, ab illa diversam, typographis exprimendam dederint; in qua, Notas suas secuti, tantum refinxerant, quae in priori refingenda visa erant; inmota vero reliquerant, quae in posteriori hac perperam vel dedita opera innovata, vel culpa operarum commissa fuerant: unde inscii et contra animi sententiam aut aliorum temeritate adscitas lectiones, aut eorum incuria relictos typographorum errores receperunt, et ad posteros transmiserunt. Simile quid Viro Maximo J. Fr. Gronovio in Livio evenit. Notas enim conscribens aliquam ex editionibus, quae Gruterianis antiquiores erant, ob oculos habuit: quae autem in istius contextu inmutanda duxit, ad marginem editionis nuperrimae Elzevirianae adjecit, quam postea, ipso jubente, typographi secuti sunt. Verum eo tempore ex memoria exciderat, Gruterum, vel qui ejus nomine editionis curam habuit, praesertim, ut antea monui, in ultima anni cIoIoccxxviii. editione, inlaudabili ac periculoso exemplo verba Livii innumeris locis interpolasse, et insuper in iis multos ac pudendos operarum errores negligenter reliquisse: easdem interpolationes ac mendas non modo Elzevirianam, licet praeclaro Danielis Hein-

sii nomine superbam, servasse; verum insuper novis adjectis auxisse, et hac ratione se omnes illas iterum propagaturum. Tandem tamen Vir Summus, quum ipse jam Livius prelum reliquisset, et anno proximo Notas ederet, haud recte se egisse sponte deprehendit, et inprudentiae suae Lectorem in fine Praefationis his verbis ingenue monuit: *Memineris denique, ex ultima Gruteri in duabus Elzevirianis aliquot mendas expressas; quod serius animadverti, dum dubiis intentus sum magis, quam illis, quae in prius vulgatis recte semper habuerunt. Hoc igitur nobis non inputabis, vel, si mavis, condonabis: et, ubi contextum non consentire cum Notis invenies, id nostrum censebis; quod erit in Notis probatum.* Quare non tantum hoc casu incaute recepta repudiandi libertatem mihi relictam esse putavi, verum etiam tum me Gronovii voluntati obediturum, et officio suscepto recte functurum censui, si omnia illa, quae ipso inscio et invito inrepserant, iterum tollere conarer. Hujus etiam generis aliquot centurias errorum, quorumdam leviorum, aliorum graviorum, qui in editionibus Gronoviorum et reliquis omnibus eas secutis supererant, nunc demum ex contextu ejeci; nisi quod quosdam, verum ne quartam quidem eorum partem, Clarissimus Crevierius, qui nuper splendide Livium Parisiis Notis suis inlustratum edidit, observarit, et plerosque vel inmerito Gronovio, vel generatim nuperis editionibus, nullum autem verae origini, editioni vel Gruterianae vel Elzevirianae, adscripserit. Quemadmodum vero me eorum vel nullos vel paucissimos reliquos fecisse polliceri audeo, ita etiam operam sedulo dedi, ne novis ejectorum loco adscitis beneficii gratiam corrumperem; sed contra ut Livii verba, quam fieri posset, emendatissima exhiberentur. Ea

tamen ab omnibus librariorum mendis libera prodire, adfirmare nequeo, quum ipse quaedam, quae collecta hoc tomo indicavi, observaverim. Et sane librum ullum, singulari hac dote commendandum, quod erroribus typographorum careat, nondum offendi. Mihi suffecerit, si nemo nimiam in hac parte negligentiam jure exprobrare possit.

Livii verbis subjeci priorum Interpretum, instituto meo convenientium, quos antea latius recensui, Annotationes, Scholia, ac Notas, observato ordine temporis, quo quisque vixit, ac sua luci publicae exposuit. In iis recudendis ad id unice iterum animum adjeci, ut typographorum errata, quae posteriorum editionum nonnullas deformarunt, et interdum ipsis Viris Doctis fraudi fuerunt, ad fidem primarum editionum, quantum eas indagare potui, emendarentur. Deinde suis locis inserui, quae ad Livii vel emendationem, vel explicationem adcommodata ex praestantissimorum Criticorum, NANNII, TURNEBI, LIPSII, PIGHII, aliorumque plurimorum eruditis laboribus paullatim collegeram. Eodem etiam inserui, quae Vir Bonorum Optimus, CAROLUS ANDREAS DUKERUS, cui me ejusdem collegii vinculum, earumdemque literarum humaniorum in Academia Trajectina professio non fucata amicitia ac jucundissima familiaritate per octodecim annos sine ulla querela artissime conjunxit, ex divite eruditarum Observationum penu in Livium mecum benignissime communicavit: quae perpetui in loca notatu digniora ac ceteris difficiliora commentarii instar haberi possunt; et suo merito Doctis, qui priora hujus editionis volumina perlegendi otium habuerunt, tantopere placuere, ut, rariore eruditione

referta, et exquisito judicio conscripta esse uno ore palam praedicarint.

Ultimo loco reliquis addidi. Notas meas, quas omnes probaturos si sperare vellem, veteris proverbii, quod verissimum esse quotidiana experientia docet, *Ne Jovem quidem omnibus placere*, parum memor forem. Votorum me compotem factum putabo, si laborem, quem Livio haud levem inpendi, non plane inutilem esse aequi et artis nostrae periti judices arbitrabuntur. Hae Notae primo continent illa, quae varii viri docti olim ad margines exemplarium quotidiano usui inservientium, ut Livium vel emendarent, vel inlustrarent, memoriae caussa adscripserant. Ejus generis plura suppeditavit exemplar, quo Viri Celeberrimi ANTONIUS ejusque filius JACOBUS PERIZONII usi sunt; quod in auctione bibliothecae Perizonianae emerat Clarissimus Rungius, eoque mortuo, quum libri ejus publice distraherentur, in manus meas inciderat. Alia exhibuit editio Basileensis anni CIↃ IↃ XLIX. ad cujus oram ANONYMUS quaedam adscripsit. Paucula obtulerunt exemplaria Amplissimi GISBERTI CUPERI, quod Celeberrimus Collega Jacobus Ode usui meo concessit, et Doctissimorum COETIERII ac SCHERPEZEELII, quae, quum venderentur eorum bibliothecae, mihi comparavi: ex quibus excerpta, quae digna videbantur, ut ab interitu vindicarem, sub eorum nomine Notis meis inserui. Continent insuper illa, quae Viri Celeberrimi CHRISTOPHORUS AUGUSTUS HEUMANNUS, GOTTLIEB CORTIUS, ὁ μακαρίτης, et JOANNES FRIDERICUS CHRISTIUS suis me literis, aut missis Annotationibus monere dignati sunt; quibus pro hoc beneficio, quo me ac Livium meum ornarunt, gratias, quantas possum ac de-

beo, maximas ago habeoque. Continent denique illa, quae ipse Livium sedula manu versando observare potui. In iis parcius ad antiquitates moresque populi Romani, et ejus subinde memoratas leges exponendas, vel veteris aevi Geographiam inlustrandam deverti. Lectores enim, qui similia adhuc doceri opus habent, ea passim obvia commodissime et longe copiosius discere poterunt ex libris, qui dedita opera his enarrandis confecti dedicatique sunt: quibus describendis crambem saepius recoctam iterum adponere, et peritiorum fastidium excitare nihil adtinet. Ubi tamen difficultates, quibus Livii verba obsita esse videbantur, eorum auxilio eximendae occurrebant, vel antiquioribus Interpretibus, quorum tempore omnes priscae eruditionis partes nondum tantopere excultae, tantaque luce collustratae erant, casu quaedam exciderant, quae incautis vel minus peritis Lectoribus fraudi esse poterant, iis pro modulo ingenii veriora tradere, et obvios nodos solvere conatus sum.

Potius operam mihi dandam esse censui, ut rationem redderem, cur lectiones alias in contextum adoptarim, alias admittere vel noluerim, vel ausus non sim, et simul Lectori subsidia suppeditarem, quibus instructus per se judicare possit, utrum susceptam provinciam prudenter et ex commodo reipublicae literariae, an secus, administraverim. Ejus vero rei caussa ante omnia necessarium esse arbitratus sum, ut veterum membranarum et editionum, quibus recepta lectio innititur, scripturas, notis meis intextas, illorum oculis subjicerem, et, quam ex variis aliis elegi, Livio non indignam esse, vel ingenio stili ejus non adversari, modo pluribus, modo paucioribus, pro-

ut res exigere videbatur, exemplis ac teſtimoniis, aut ex ejusdem, ut plurimum, aevi scriptoribus, aut, si fieri posset, ex ipso Livio petitis, docerem.

Dubitare nequeo, quin haec, quam in Notis meis secutus sum, agendi ratio non omnibus peraeque placitura sit. Video enim eſſe Viros Doctos, qui varias lectiones, sive illae ex antiquis editionibus, sive ex scriptis codicibus depromtae fuerint, sive mendosae sint, sive aliquam sanitatis speciem prae se ferant, a Notis plerumque ablegandas esse statuunt; quas, in unum velut fasciculum conjectas, tantum ad totius libri calcem adtexi permittunt, nisi ubi ex deformatae antiquae scripturae veſtigiis per sagacem conjecturam vera lectio eruitur: tum enim e fide esse interpretis fatentur, lacinias illas, quibus velut gradibus ad verum perductus est, exhiberi Lectori, ut dignoscere queat, quid vetus scriptura tulerit, quid ingenium emendatoris adſtruxerit. Sed in Notas passim infercire plurium codicum nomina, et trunca lacerarum vocum membra informesque reliquias subjicere semper oculis, id vero ingrati faſtidii plenissimum esse, et animosissimo etiam Lectori nauseam excitare. Ut autem hanc, quam probant, sententiam alteri praeſtare persuadeant, Notas et Commentarios, quibus veteris aevi scriptorum monumenta emendantur et inluſtrantur, haud inscite comparari posse putant splendido aedificio: cui exſtruendo et ad culmen perducendo variae machinae, fulcra, et erectae in altum temporariae contabulationes inserviunt, sed post opus perfectum inutiles amoveri debent, ac solent; ne ejus vel usum inpediant, vel adspectum deforment: similiter igitur discrepantes veterum membranarum

lectiones, ab interprete ad concinnandas Notas vel Commentarios adhibitas, iis absolutis, a conspectu Lectorum amovendas esse. Eodem jure contendere poterunt, ut antiquitates prisci aevi, sacras profanasve, expositurí veterum testimonia, quibus veluti machinis antiquitatum corpus exstruí debet, deinceps a contextu removeantur. Verum ne, quaeso, aegrius ferant, si palam fateri audeam, argumenta, quibus sententiam probare conati sunt, mihi nondum satisfecisse, et hinc me ei calculum adjicere non posse. Ne enim a comparatione, quam huic materiae convenire existimarunt, discedamus, neminem negaturum arbitror, redemtoribus, qui aedificium exstruendum conduxerunt, omnes illas machinas, omniaque instrumenta relinquenda esse, quibus censores aliive, qui operis exstructionem locarunt, indigent, ut id absolutum examinare, ac videre queant, utrum singulae ejus partes ad praescriptam formam factae, et leges, de quibus convenit, religiose observatae sint: ad id vero requiri altiores contabulationes aliasque machinas, quibus universi aedificii compages a culmine ad fundamenta usque commodissime inspiciatur: requiri regulas, lineas, perpendicula, ac normas, ad quas quaelibet ejus membra diligentius exigantur. His igitur aliisque instrumentis similes esse judico variantis scripturae lectiones, ex codicibus et vetustioribus libris editis collectas, quibus in contextus aedificio exstruendo ac perficiendo Viri Docti utuntur; easque in Notis superstites esse debere arbitror, ut Lectores, qui censorum instar sunt, earum ope despicere possint, utrum aedificium recte in altum eductum sit, et ab omni parte vitio careat; ne his adminiculis destituti postea probationis eorum testimonium, quod pro opera praestita et inpenso labore, mercedis loco est,

petenti nihil sibi liquere posse respondeant. Recte quidem varias lectiones fulcris et columnis comparari existimo, non tamen temporariis et postea tollendis, sed ejus potius generis, quibus tota aedificii moles superstruitur: unde necesse est, ut, illis submotis, haec confestim subita ruina concidat.

Quum autem in edendo Livio ac Notis conscribendis longe aliam, quam hi ingressi et aliis monstrare conati sunt, viam institerim, ipsam rei, quam postulo, aequitatem facile mihi impetraturam confido, ut, argumentis eorum propositis et examinatis, meas itidem rationes, quibus in diversam partem discedere permotus sum, breviter exponi permittant, easque non aversis auribus audire velint. Id igitur semper mihi persuasi, ei, qui ad prisci scriptoris monumenta Annotationibus inlustranda animum adpellens veterum membranarum praesidio instructus est, illud in primis curandum esse, ut omnium codicum, quibus utendi, favente fortuna, occasionem consecutus est, lectiones diligenter colligat, easque non avare vel invide sibi soli servet, sed liberaliter ac benigne cum Lectoribus communicet, si optime literarum utilitati consuluisse, et magna sumtuum, temporis, ac laboris parte hominum sui et sequentium seculorum studia levasse dici velit. Ita enim primo, si quid judicare valeo, fiet, ne venerandae antiquitatis codices, qui in bibliothecarum pulvere quasi sepulti non tantum sponte sua situ ac squalore consumuntur, vel tandem tineis et blattis esca fiunt, verum etiam aquis, flammis, hostili direptioni ac ferro, innumerisque aliis casibus quotidie expositi sunt, umquam perire possint. Licet enim ipsa, quae quis consuluit, exemplaria, injuriae temporis

paullatim cedentia evanescant, eorum tamen excerpta in libris editis, tamquam in aeternitatis templo fideliter adnotata, semper superfutura, et Doctorum usui inservire nullo tempore desitura sunt. Ita insuper fiet, ne alii, in eodem deinceps stadio decursuri, codices manu exaratos insigni et vix tolerando damno patrimonii, quod eruditis ferme exiguum contingere solet, quum bonae mentis soror sit paupertas, undique coëmere, et in bibliothecarum pluteis ac forulis congerere cogantur. Ita denique fiet, ne docti, ut bibliothecarum publicarum et privatarum thesauros excutiant, magno et inreparabili temporis damno per plures cultioris Europae regiones itinera suscipere debeant; et in illa laboris parte, in qua plerumque taedium subrepere solet, in conferendis Mſtis, si quos tandem inveſtigarunt, et ambitiosis precibus excutiendi facultatem impetrarunt, consenescant. Ne quid autem fructus, qui hinc percipi poteſt, pereat, tanta in hoc negotio religione, ac pene dixerim superſtitione versandum eſſe puto, ut non solae illae lectiones, quae aliquam sanitatis speciem praeferre creduntur, sed etiam, quas somniculosorum scribarum inertia mendis infectas eſſe conſtat, recenseantur. Saepe enim Viri in arte critica Principes suo se exemplo expertos eſſe teſtati sunt, hanc viam ingreſſos ex aliorum librorum, quos deinde consulendi occasionem adepti sunt, collatione multo facilius indagaſſe genuinam scriptoris manum, ad quam corrupta a librariis scriptura propius accedebat, quam antea in libris vulgatis recepta. Licet autem, qui primi codicem consuluerunt, se ex falsarum lectionum monſtris in eo obviis expedire, aut quid boni inde eruere nequiverint; non raro tamen accidit, ut acutiores alii poſtea insecuti, eorum veſtigiis insiſtentes, felicibus conjecturis veram auctoris scri-

pturam sagaciter investigarint. Ad haec ex manifestis librariorum aberrationibus intelligi potest, quae literae in veteri scriptura ob ductuum in scribendo, vel soni in pronunciando similitudinem facillime permutari potuerint, quas voces saepissime scribae confundere soliti sint, quidque iis plerumque errandi caussa exstiterit: unde prona aliis locis male adfectis succurrendi, eaque egregie curandi via sternitur. Hoc sensu Vir Doctissimus Moses Solanus in Praefatione altera ad Plutarchi vitas Parall. de collatione codicis impetrata, quam editioni suae jungebat, agens Lectores monet, *quamvis non omnia ejusdem pretii sint, nonnulla etiam aperte mendosa, multa levissima, ne haec quidem Viris Doctis prorsus inutilia censenda esse; quum librariorum sollemnes lapsus, aetatumque variarum consuetudines pravas in scribendo observare et in promtu habere, non minima sit felicis Critices instrumenti pars.* Praeterea eum, qui decem, vel etiam pluribus Mstis instructus est, in animum inducere non posse existimo, se vel officio suo diligenter functum esse, vel Lectoris in arte Critica versati spei et exspectationi respondisse, ejusve desiderium explesse, si, ut a truncis lacerarum vocum membris, quibus codices vetusti designari et invicem distingui solent, abstineat, generatim dixerit, sex vel octo codicum suorum hanc aut illam lectionem sibi obtulisse. Quum enim non omnes codices ejusdem auctoritatis ac momenti esse reperiantur, sed alii aliis plurimum praestent, ideoque non numerari, sed ponderari debeant, hinc, ut quis, quanta eorum testimonio fides habenda sit, ea, qua par est, diligentia examinare queat, informes dimidiatarum vocum reliquias, quibus vulgo codices indicari solent, perperam omissas esse aegre feret, ac, spem sibi factam in medio cursu

interceptam esse indignatus, se plane Tantali sidere natum esse, et in magna veterum codicum atque inde excerptarum variantium copia, attamen iis uti frui non posse, ex animo queretur. Tandem dissensum codicum testantes scripturas ex Notis, auctorum contextui subjici solitis, relegatas et ad totius libri calcem in exsilium expulsas mederi quidem fateor fastidio ad illarum conspectum nauseantium, sed vicissim id faciendo debita ratio non habetur Virorum Doctorum, qui Critices studio capti Mstorum lectiones, priorum diligentia conquisitas, locis corruptis emendandis subinde consulere volunt, eorumque molestiae, quae potius quacumque ratione minuendae erant, haud parum augentur. Minus enim commodum est, oculos per varias partes distrahi, et modo quae ad principium, modo quae ad finem libri notantur, circumspicere, quam uno intuitu verbis auctoris junctas membranarum scripturas considerare. Haec quidem incommoda facillime evitari posse alii existimarunt, si discrepantibus codicum et editionum scripturis proprius adsignaretur locus, eaeque ex Annotationibus exemtae qualibet pagella medio inter verba Auctoris et Commentatorum Notas spatio seorsum recenserentur. Verum, si quis Notis criticis de vera Auctoris manu ejusque genuina lectione disceptaturus hoc eorum consilium probare et sectam illam sequi velit, saepius ipsum deprehensurum necesse est, plures diversorum librorum varietates, in primis quae vel in contextum adoptentur, vel probabilibus conjecturis ansam praebeant, bis sibi repetendas, et non modo in variantium lectionum fasciculo, verum etiam in Notis memorandas esse. Earum autem numerus non poterit non plurimum augeri, si Notarum auctori in caussas errorum inquirere, ac fontes, ex quibus Mstorum differentiae et mendae

ac

ac vitia librariorum profluxerunt, Lectoribus aperire animus erit. Ita enim hae quoque in Notis enumerari debebunt, et paullatim libri moles, iisdem epulis magno cum Lectorum faſtidio bis adpositis, inutiliter crescet. Longe itaque praeſtare videtur, ut, quae monumentis veterum vel emendandis vel inluſtrandis inservire creduntur, simul una serie exhibeantur, et qui mollibus adeo oculis sunt, ut voces dimidiatas, quibus compendii caussa variorum codicum nomina designari consueverunt, graventur, eadem, quam celerrime possint, transiliant, et sequentibus potius inhaereant.

Ceterum quemadmodum Viros Doctos, qui se diversa commentandi ratione Lectoribus maxime placituros, eorumque favorem sibi conciliaturos sperarunt, non modo ferendos, sed etiam laudandos eſſe arbitror, ita viciſſim peto, ut ipsi quoque erga me, qui illam viam ingreſſus sum, quam optimarum literarum iisque faventium Doctorum commodis promovendis praecipue expedire exiſtimavi, eadem humanitate atque indulgentia uti non recusent, conatibusque meis si favere, saltem adversari nolint. Illud insuper aequi bonique consulant, rogo, si forte quibusdam locis juſto majorem, ex ipsorum opinione, exemplorum copiam sententiae meae vel aliorum adſtruendae in medium adtuliſſe videar, sibique persuadeant, id non temere ac sine cauſſa a me factum eſſe. Hoc autem magis eos precibus meis locum relicturos confido, quod liberum sibi ac permiſſum eſſe noverint, quaecumque modum excedere arbitrentur, legendo transmittere, perinde atque non adeſſent, et pro non scriptis habere.

Quum autem Hiſtoriae Livianae longe maxima pars priorum seculorum, socordia nobis perierit,

et tamen ex re Lectorum sit, ut non interruptam rerum a Romanis gestarum seriem a primordio Urbis conditae usque ad illum annum habeant, ad quem Livius populi illius fata narrando olim perduxit, laudabile quorumdam Virorum Doctorum, qui principem Historiae Romanae Scriptorem a se recognitum paullo ante me luci publicae exposuerunt, exemplum imitatus sum, et Johannis Freinshemii Supplementa, quibus tot librorum Livii, maximo literarum damno hodie deperditorum, jacturam si non compensare, certe aliquo modo minuere conatus est, suis locis inserui. Ejus operis priorem partem, quam libris Livii undecimo et novem sequentibus amissis substituit, vivus ipse Freinshemius edidit. Secundam partem, quae continet librum quadragesimum sextum et sequentes usque ad finem libri nonagesimi quinti, ita adfectam, quum moreretur, reliquit, ut, ipsius Praefatione instructa, paullo post obitum ejus in lucem prodire potuerit. Tertiam partem, sive libros nonagesimum sextum et reliquos usque ad centesimi quadragesimi sive ultimi finem, ab haeredibus Freinshemianis redemtam, diu postea Doujatius, Livium in usum serenissimi Principis, Delphini Franciae, edens, primus ex tenebris produxit. De opere hoc universo licet ita existimem, Freinshemii ingenio ac fama, qua vivus floruit, dignissimum esse, omnisque generis Lectoribus haud parum utilitatis ac fructus adferre posse; simul tamen verum esse judico, quosdam ei naevos inesse, ita tamen ut multo perfectiora sint, quorum editioni ipse praefuit, quam quae post mortem parentis prodierunt, antequam politius limata ultimam ejus manum passa erant. Certe in prima parte quaedam, sed pauca, in secunda et tertia longe plura observavi, quae stilo Livii et aequalium scriptorum convenire nequeunt.

Haec Supplementa ter integra prodierunt. Verum, in prima, quam Doujatius curavit, editione testimonia scriptorum, ex quibus singulae eorum particulae desumta sunt, misere habita fuisse, inter Viros Doctos constat: in secunda Clerici omnia illa veterum testimonia omissa sunt: in tertia Clarissimus Crevierius se totum opus diligenter recognovisse, et non modo typographorum erroribus liberasse, verum etiam scriptorum, in ora editionis Parisiensis Doujatii adlegatorum, testimonia investigasse, mutilata absolvisse, depravata correxisse, luxata et male collocata in locum suum revocasse, quaedam etiam omissa addidisse testatus est: quod et ipsum revera praestitisse, usu didici. Ab eo igitur curatam Supplementorum editionem typographis exprimendam dedi, ita tamen, ut Notas, quas addidit, omiserim, et operarum peccata, quae plura in hanc partem, quam in ejus contextum Livianum, inrepserant, quanta diligentia potui, emendarim. Ad haec Supplementa alia, quae idem Clarissimus Crevierius lacunis librorum XLI. XLII. XLIV. et XLV. quibus Freinshemius non provederat, explendis concinnavit, et prioribus Doujatianis, Livii neque stilo neque diligenti rerum narrationi respondentibus, substituit, itidem recepi.

Tandem in ultimum hunc editionis meae totum partim varias Dissertationes ac praecipuas priorum editionum Dedicationes et Praefationes, partim Indices necessarios digessi. Dissertationes vel de ipso Livio, vel de quibusdam ejus locis agunt: priores dedi secundum ordinem materiarum, posteriores secundum ordinem locorum Livii, quibus inlustrandis conscriptae sunt. Sponte tamen intentus Lector observare poterit, in quatuor ea-

rum postremis, ab hoc ordine discessum esse: cujus rei nulla alia caussa est, quam quod eas serius, et illo demum tempore acceperim, quum jam non amplius loco, quo debuerant, inseri possent. Earum primam a Viro Nobilissimo ac Celeberrimo Everhardo Ottone, quondam Juris Civilis ac Publici in Academia hac Trajectina Professore ordinario, Collega Amicissimo, nunc primario Reipublicae Bremensis Syndico, accepi: secundam Facciolati Vir Celeberrimus Joannes Polenus, opera Viri Clarissimi Petri Muschenbroeckii olim Collegae Honoratissimi, Patavio transmisit: tertiam Faërni, non ubivis obviam, quam antea numquam videram, mecum communicavit Vir Doctissimus N. Hof. Ei quartam Sigonii, operibus ejus insertam, quam Faërni epistola, cui illa respondet, destitutus omisissem, nunc ipsam nactus subjunxi. Ubi vero quasque inserendas censeam, ex syllabo eorum, quae hoc tomo septimo continentur, patebit: singulas enim loco suo, non ordine quo inpressae sunt, ibidem recensui. In Dedicationibus et Praefationibus tempus, quo scriptae sunt, ac primum prodierunt, observavi. Indices tres dedi. Primus est Auctorum, qui in Notis, Livii verbis subjectis, emendantur, inlustrantur, vel defenduntur: secundus Rerum et Verborum, quae ibidem inlustrantur et explicantur: tertius est Rerum memorabilium, in Livii Historiarum et Freinshemii Supplementorum libris occurrentium. Hunc ultimum bibliopolae, quorum typis Livius Clerici descriptus est, suis sumtibus et inpensis fieri curarunt, existimantes se eo ipso utilitati et commodis Lectorum optime consulturos. Verum cujus ad id operam conduxerunt, labori suscepto inpar, vel non satis animum adtendens,

passim graviter lapsus est, et plurimos foedissimosque errores commisit. Movit ea res Clarissimum Crevierium, ut, quum eumdem Livio suo subjungere constituisset, utilissimam, sed, quemadmodum testatur, molestiae et taedii plenissimam, operam illi inpenderet. Quo defunctus se cavisse professus est, ut antea ibidem omissa supplerentur, falsa tollerentur aut inmutarentur, male confusa distinguerentur, ac perperam divisa in unum conjungerentur. Quum autem ambiguum saepe incertumque foret, et parum ex historia constare posset, utrum nomen aliquod, praesertim hominis non admodum nobilis, variis locis occurrens, semper unius ejusdemque sit, an vero duo eodem nomine insigniti intelligi debeant, insuper Lectorem monitum voluit, se hanc legem secutum esse, ut uni nomini ea tantum subjungeret, quae ad illud certo pertinerent; si vero res obscura foret, duo nomina poneret. Quidquid igitur sub unius nominis praescriptione legitur, id sibi ad unum hominem pertinere visum esse: at quod in duo nomina, sive in duos articulos, divisum reperitur, id non continuo judicandum esse, se ad duos necessario diversos retulisse. Laborem, quem in hoc Augiae stabulo repurgando Vir Clarissimus exhausit, cum gratiarum actione in rem meam verti, et jussi, ut Indicem ab eo interpolatum et emendatum typographorum operae sequerentur; ita tamen, ut ipse etiam symbolam, quam potui, conferens multis iterum partibus eumdem antea emendarim, ac supplerim, quae, quod in simili re facillime evenire posse consentio, Clarissimus Crevierius intacta praeterierat, vel addere omiserat. Non tamen existimandum est, me de industria ac dedita opera universo huic Indici emendando intentum fuisse: ei enim pistrino me inclu-

dere nolui. Verum quum Indicem Livio Clerici junctum, ex quo primum typis descriptus prodiit, aut certe ex quo novam Livii editionem procurare in animum induxeram, semper ad manum habuerim, et, quae aliud agens vel perperam in eo tradi, vel negligenter omitti invenirem, ad marginem notare solitus fuerim, postea exemplar, quo usus eram, tantummodo contuli cum Indice, quem Crevierius nobis dedit, eique, quae corrigenda vel adjicienda superesse observaram, et nondum correcta vel adjecta videbam, inserui. Quare non dubito, quin etiam post meam ei inpensam curam adhuc alia reperiantur, quae alterius diligentiam et operam requirant. Ceterum quum omnia capita per librum quadragesimum primum, et pleraque per quadragesimum tertium, duplici numero notentur, quorum altero solius Livii, altero etiam Supplementorum Crevierii interpositorum ratio habetur, noverit Lector, me Indicem, in quem res non tantum a Livio, sed etiam in Supplementis memoratae sunt digestae, ad posteriorem numerum composuisse, quum Index Crevierii in eo fluctuans, modo hunc, modo illum numerum secutus esset.

Antequam praefari desinam, unum hoc restat, ut rationem reddam, qua inpulsus paucas pagellas, quae Syllabum praecipuarum editionum Livii proxime sequuntur, addiderim. Vir Clarissimus Johannes Daniel Schoepflinus, Historiarum et Humaniorum Literarum Argentorati Professor ordinarius, in itinere ante paucos annos per Belgium nostrum instituto didicerat, novam apud nos Livii editionem parari. Mox igitur ad Lares reversus, pro suo literas juvandi studio, de Livio hoc bene mereri, et ad ejus editionem exornan-

dam symbolam conferre constituit. Hinc Lugdunum Batavorum ad bibliopolam meum, quem partem inpensarum in editionem Livii curandam necessariarum conferre noverat, sponte misit non modo exemplar illud Livii, quo olim Klockius usus erat, plurimis ejus Annotationibus refertum, unde, quae edi digna putabam, excerpsi, et Notis huic editioni junctis inserui; sed addidit insuper apographum fragmenti cujusdam, quod Livianum esse, ex libris ejus deperditis, et quidem ex libro sexto decimo desumtum, ac nondum editum sibi persuadebat: cui juncta erat haec schedula, quae descriptionem inventoris et loci, in quo repertum est, continet.

Notitia Fragmenti Liviani ex lib. XVI.

Matthaeus Klockius Biberaco-Suevus fuit, humanioribus literis a juventute deditus; quod vel ex Schegkii notis ad Velleji Paterculi lib. II. cap. LXXXIV. patet; ubi acutissimi ingenii juvenem *vocat. Perreptavit ille pleraque Provinciae Suevicae Monasteria, magnaque diligentia veteres in illis codices contulit; cujus rei testis quoque est Valerius Maximus, in membrana scriptus; et in Basileensis Academiae bibliotheca servatus; in quo plures reperiuntur notae vel conjecturae, ipsius Klockii manu diligenter margini adlitae: quod suis nuper literis me docuit Celeberrimus Iselius Basileensium Professor Theologus. Klockius hic incidit in codicem Livianum in Monasterio Salemitano* (Salmansveiler) *ordinis Cisterciensis in Suevia, et ibi reperit fragmentum, quod producimus. Insigni profecto librorum MSS. thesauro instructa olim fuerat illustris haec bibliotheca; adiit eam in Germanico suo itinere Ma-*

billonius, et in ea plura memoratu digna reperit, Analectis suis postmodum inserta; sed anno superioris seculi nonagesimo septimo incendio quodam fatali totus ille periit thesaurus. Itaque frustra ad ipsum Livianum codicem recurremus: standum heic nobis est fide Klockiana. Enimvero nullum potest esse dubium, quin genuinum sit hoc Titi Livii fragmentum; quum et stilus sit purus, planeque aevi illius atque auctoris, et ipsa narratio rebus gestis congruat; quorum utrumque frustra a Monachis ejus temporis exspectavisses. Exemplum sane Klockianum, in quo accurate observatum deprehendo ipsius codicis veteris orthographiam, nos docet, non nisi post seculum nonum exaratum fuisse hoc MS. illis nimirum temporibus, quibus diphthongos proscriptas norunt, qui frequentius vetera hujus generis monumenta excutiunt.

Idem hoc Fragmentum eodem ferme tempore Clarissimus Schoepflinus etiam communicavit cum Celeberrimo atque inclito illo Virorum doctrina et eruditione in Francia Excellentium Collegio, quod Academiam Regiam inscriptionum et literarum humaniorum Lutetiae Parisiorum constituit; ejusque, in quod ipse etiam adlectus erat, censurae sententiam suam de hoc fragmento, genuinum illud ac vere Livianum esse, subjecit. Jam mox, quum illud in Academicorum consessu perlegeretur, non admodum benigne de eo judicatum est, et plures eorum se varia deprehendisse opinati sunt, quae efficiebant, ne ad Livium auctorem referri posset. Omnia vero argumenta, quibus quisque a se dictam sententiam firmare conatus fuerat, collecta in chartam conjiciendi et junctis suis, quae diligentioris examinis occasione sponte subnasciturae erant, observationibus Schoepf-

lino indicandi provinciam unus eorum, Doctissimus Abbas Souchay, consentientibus collegis, in se suscepit. Is igitur respondit, quaedam et in rebus et in verbis occurrisse, quae Livio convenire non poterant. Observatum enim esse, in rerum gestarum narratione nonnulla omitti, quae Livius omittere non solebat; nonnulla eo modo proponi, ut indoli ejus adversentur: verba vero et stilum pene barbarum visum fuisse, qui ab emendato Livii sermone et lactea ejus eloquentia maximopere abhorrebat. Hinc credi posse, esse particulam vitiosae versionis Polybii, qua Graeca ejus partim in compendium redacta, partim ad verbum reddita sunt. Simul etiam vitiorum, quorum Fragmentum illud accusabat, plura exempla in medium adtulit. Quum argumentis adlatis nondum cedens Schoepflinus difficultatibus, quae motae erant, respondere, et Fragmentum a se in lucem protractum Livio vindicare conatus esset, vicissim Adversarius suam et Academicorum sententiam iterum defendit, et, de auctore Fragmenti agens, inter alia reposuit, licet incertum sit, utrum ipse Klockius, qui acutissimi ingenii juvenis fuisse dicitur, an vero alius, qui seculo quarto, tertio, vel adhuc remotiori vixerit, Fragmenti auctor fuerit, id sibi sufficere, Livianum non esse, et difficultates maximi momenti, etiam post Schoepflini responsum, nondum remotas esse. Ipsum deinde responsum ejus pluribus examinat, illudque scrupulis injectis nondum satisfecisse ostendit. Silentium, quod Schoepflinus ex eo tempore tenuit, indicare videtur, eum vel Academicorum auctoritati ac judicio cessisse, vel gravioribus ac certioribus argumentis sententiam suam defendere, et, quam fovebant Academici, refellere non potuisse. Plura latius videri possunt in Historia Academiae

Regiae Inscriptionum et humaniorum literarum tom. v. pag. 105. et seqq. edit. Amstel. Quod ad me nunc adtinet, quum Clarissimum Schoepflinum per literas bibliopolae promisisse primo audirem, se ineditum Livii Fragmentum missurum, inexspectatus atque insperatus nuncius haud levi gaudio animum adfecit. Putabam enim me tanti thesauri publicatione non exiguam apud Eruditos gratiam initurum, eorumque insignem ac praecipuum favorem hoc lenocinio editioni, quam parabam, conciliaturum. Verum, illo accepto ac perlecto, me magna de spe decidisse intellexi. Non modo enim non dubitavi, quin ad alium quemvis potius, quam ad Livium, referendum foret; verum insuper etiam judicavi, esse liberiorem Polybii interpretationem, cui auctor pro lubitu quaedam partim addidit, partim detraxit: certe rerum narrationem, qualis in Fragmento occurrebat, optime Polybii, parum Livii, consilio et instituto convenire. Nam Polybius, historiam a certo temporis puncto, ac ferme a bello Punico secundo descripturus, duobus prioribus libris viam sibi ad eam praestruxit, et inter alia libro primo summatim referens bellum Punicum primum, res eo tempore gestas leviter tantum perstringere, earumque capita solummodo tangere proposuit, unde quaedam paucis verbis narrare, quaedam sciens silentio praetermittere debuit. Contra Livius, qui universam Romanorum historiam ab Urbe condita ad sua tempora deducturus erat, non minori diligentia et adparatu bellum Punicum primum ejusque fata, quam secundum sive Hannibalicum enarrare debuit. Jam autem non Livii consilio ejusque ubertati, sed festinationi, qua Polybium eo loco uti oportebat, auctor Fragmenti satisfecit; qui illa, quae primo anno belli Punici primi gesta sunt,

paucioribus adhuc verbis, quam Polybius in Praeparatione, absolvit. Praeterea observabam, aliquid in Fragmento omitti, quod tamen Livium narrasse Epitome libri XVI. testatur. Ex ea enim constat, Romanos secundum Livium saepius adversus Hieronem bene pugnasse, et tum demum petenti pacem dedisse: unde verisimile fiebat, Zonaram illa, quae lib. VIII. Annal. cap. VIII. et IX. eo tempore accidisse narrat, ex Livio hausisse. At secundum Fragmentum, quod hac parte Polybium sequitur, Hiero, semel a Romanis victus, legatos de pace ad eorum consules Valerium et Otacilium misit: eamque legationem non inutilem fuisse, sed Regi pacem retulisse, Fragmento deficiente, eodem tenore pergens Polybius auctor est. Ad haec credibile esse non poterat, Livium tacuisse, qua ratione Appius consul statum rerum Messanae explorarit, copiasque in Siciliam traduxerit, et omnia, quae inter hinc Romanos, illinc Karthaginienses atque Hieronem Regem acta sint: quorum quaedam ex Zonara loc. laud. Diod. Sicul. in Excerpt. lib. XXIII. Aurel. Vict. in Vir. Illustr. cap. XXXVII. et aliunde colligi possunt, et etiam Freinshemius in Supplementis diligenter collegit. Notabam insuper, in Fragmento inveniri quasdam voces aut locutiones, quarum aliae, Latinae quidem et optimis scriptoribus usitatae, numquam tamen in superstitibus Livii scriptis occurrebant, aliae apud Livium ceterosque ejusdem aut proximorum temporum auctores inauditae erant. Prioris generis sunt *auxiliari*, *domitare*, *sectari partes alicujus*; alterius *nocumentum*. Earum primam, verbum *auxiliari*, apud Terentium, Ovidium, Plinium, et alios occurrere Lexicographi docuerunt. Addo, eadem etiam usos esse Cic. lib. V. ad Fam. Epist. IV. Caesar. lib. IV. B. Gall. cap. XXIX. et lib. VII.

cap. XXIV. Verum apud Livium nondum observavi, licet mille ac mille locis commodissimam adhibendi occasionem habuerit. Inde me verisimiliter efficere posse existimabam, Fragmentum, cujus auctor vocabulo hoc usus est, ad Livium referendum non esse. Ex voce autem *nocumentum*, quae, licet analogice formata, apud nullum tamen scriptorem obvia est, constare putabam, Fragmenti auctorem eo tempore vixisse, quo lingua Latina non amplius in communi hominum usu erat, eumque vocem illam finxisse. Hinc in memoriam revocans, Leonardum Aretinum Polybii bellum Punicum primum Latine interpretatum esse, et quidem eo consilio, ut, quemadmodum ipse testatur, nihil, quod non probatum a superioribus esset, operi suo insereret, et tamen non ab uno sumeret, ut interpres, sed a multis sumta suo arbitratu referret, Fragmentum forte particulam ejus versionis esse conjeci. Librum igitur data prima occasione evolvens didici, me rem acu tetigisse, et ibidem reperiri fol. 3. verso. Postea plurimum gavisus sum, quum ex Historia Academiae Inscriptionum, cujus partem quintam demum abhinc quinquennium, postquam in Belgio recusa erat, perlegi, viderem, eamdem ferme sententiam Amplissimo illi Academicorum Collegio placuisse, eorumque nomine Doctissimum Abbatem Souchay pronunciasse, Fragmentum illud esse epitomen, ad verbum expressam Praeparationis Polybianae versionem. Ut igitur omnibus deinde constaret, sententiam hanc, eorum nomine latam, veram esse, et simul, quod addidi, versionem illam, cujus Fragmentum pars est, ad Leonardum Aretinum referendam esse, unam atque alteram pagellam Syllabo praecipuarum Livii editionum subjunxi, quibus Fragmentum Klockianum ejusque lateri junctam Polybianam Aretini versionem exhibui.

Non dubito autem, quin observaturus sit Lector, in *quibusdam* locis paullo aliam lectionem Fragmentum a Klockio repertum, aliam editam Aretini interpretationem Polybianam praeferre, et interdum illam, quae in priori, saepissime quae in posteriori occurrit, meliorem esse: quod inde evenisse censendum est, quoniam, Aretino ante praestantissimae artis typographicae inventionem defuncto, opera ejus, priusquam typis publicarentur, librariorum manu descripta, eorumque exemplaria multiplicata fuerint: qua occasione varii errores alii in haec, alii in alia exemplaria scribarum inertia invecti sunt. Quicumque autem excerpta eorum, quae inter Viros Doctissimos Abbatem Souchay et Schoepflinum disceptata, et in Historia Academiae Regiae Inscriptionum edita sunt, perleget, ex collato Aretino videbit, Clarissimum Schoepflinum duobus locis ex numero illorum, quae objiciebantur, ut stilum Fragmenti aevo Livii non convenire probaretur, felici conjectura succurrisse, emendando *QUOD ejus culpa atque ignavia AMISISSENT*, et *QUA consideratione inductus*, pro *qui amisisset*, et *A qua:* ejus enim emendationes edita Aretini interpretatione confirmari.

Nihil nunc restare video, nisi ut Viris Doctis, qui tot et tam egregia subsidia liberaliter mihi subministrarunt, vel alia quavis ratione utilissimam opem in hac Livii editione curanda tulerunt, et partim supra, partim in Syllabis Mstorum et Editionum infra, suis quisque nominibus, indicati sunt, ex animo gratias, quantas concipere possum, agam, et vicissim sollemniter pollicear, me, quamdiu vivam, numquam commissurum, ut operam meam vel quaecumque meae erunt facultatis, si forte ex usu esse existimabuntur, sibi defuisse, vel se bene-

ficia in hominem ingratum contulisse, justè queri possint. Tu vero, Benevole Lector, si quid commodi ex opera in Livio posita perceperis, id maximam partem eorum erga me benevolentiae ac favori acceptum refer: ubi vero me dormitasse deprehenderis, benigne ignoscere et tecum cogitare velis, neminem omnibus horis sapere, et fas esse in opere longo nonnumquam somnum obrepere. Vale.

Dabam Trajecti ad Rhenum Kalendis Augustis anno CIↃ IↃCC XLVI.

VITA
TITI LIVII
EX
GERARDO JOH. VOSSIO
DE HISTORICIS LATINIS, Lib. I. Cap. XIX.

Titus Livius Patavinus quis fuerit, nemo ambigit. Sed non aeque apertum, utrum natus sit in Apono vico, qui hodie *Abano:* ut eo modo dicatur Patavinus, quo Maro dictus Mantuanus, quia Andibus natus, qui vicus in agro erat Mantuano. Qui Aponensem Livium faciunt, adferunt Martialis lib. 1. ep. LXII.

Censetur Apona Livio suo tellus.

Et sane unus hic locus prora et puppis iis videtur, qui in vico eo natum fuisse Livium crediderunt. Qua in sententia, ut intelligo ex Clarissimo Pignorio, etiam est Guilielmus Ongarillius, historicus Patavinus necdum editus. Sed si Livius Aponi natus a Martiale dicatur, idem dixisse credendus de Stella, et Flacco. Atqui obstare videtur illud ejusdem libri epigr. LXXVII.

Flacce Antenorei spes et columne Iaris.

Ubi in Antenoreo, hoc est Patavino, lare natum non obscure sit. Quare videndum, an non ab Apono fonte, qui celebratissimus erat inter aquas Patavinas, Aponam terram generatim dixerit pro Patavina: non pro Apono vico, cujus Martialis temporibus nullum fuisse nomen videtur. Estque in hac etiam sententia ὁ μακαρίτης Cluverius noster in Italia sua [lib. 1. cap. 8. pag. 153.] Scripsit Livius post quidem Augusti triumphum de bello Actiaco, qui incidit in annum Urbis DCCXXV, sive consulatum Augusti V. ante vero Cantabros ductu L. Antistii domitos, quod fuit anno DCCXXX, sive consulatu Augusti X. Hoc liquet ex verbis illis ipsius Livii lib. 1. [cap. 19.] *Bis deinde post Numae regnum Janus clausus fuit; semel T. Manlio consule post Punicum primum perfectum bellum; iterum, quod nostrae aetati Dii dederunt, ut videremus, post bellum Actiacum, ab Imperatore Caesare Augusto, pace terra marique parta.* Satis constat, ter ab Augusto clausum esse templum Jani, secundo quidem anno Urbis DCCXXX, Cantabris devictis; tertio autem anno sequenti, sive

consulatu Augusti XI. Cum vero Livius semel duntaxat sua aetate clausum dicat, quid apertius, quam scripsisse ista, antequam secundo tertioque clauderetur? Quamquam vero sub Augusto quidem historiam suam edidit, tamen eo diutius vixit. Quarto enim obiit Tiberii anno, aetatis suae LXXVI, quo et Ovidius decessit Tomis: ut de utroque Eusebius in Chronicis testatur. Scripsit historiarum libros CXL, vel potius CXLII, ut jam olim agnovit Petrarcha [de Otio et Solitudine quorumdam virorum cap. 8.] Iis complectebatur res Romanas ab V. C. usque ad bellum in Germania gestum a Druso, ejusque mortem. Ex illis soli supersunt XXXV. Nam secunda periit decas, et quidquid sequebatur librum quadragesimum quintum. Ceterorum nihil habemus, praeter argumenta, quae epitome Liviana (si argumentum libri CXXXVI et CXXXVII exceperis) continentur, sive ejus Florus, sive alius est auctor. Libri CIII. meminit Serenus Samonicus, quo loco agit de carbone medendo, [cap. 39.]

Tertia namque Titi simul et centesima Livi
Charta docet ferro talem candente dolorem
Exsectum, aut poto raparum semine pulsum,
Infecti divens vix septem posse diebus
Vitam produci. tanta est violentia morbi.

At qui nuper, tanquam Livii genuinam, libri XXXIII. partem majorem e veteri, ut ait, bibliotheca primus juris publici fecit, nae ille fucum fecit auritis Midis; non illis, quibus corculis esse datum est, et qui norunt, quid aera lupinis distent.

Nihil hoc scriptore est grandius atque uberius. Vir disertissimus a Seneca in primo de Ira [cap. 16.] vocatur. Lacteam quidem ubertatem ejus praedicat Fabius lib. 10. cap. 1. Ibidem arbitratur, ut Thucydidi Sallustium, ita Herodoto Livium aequiparari posse. Quanto ille candidius, quam Caligula Imperator, qui, Tranquillo teste [in Calig. cap. 34.] verbosum vocabat. Sed de stylo etiam litem intentabat olim Asinius Pollio. Patavinitatem (id est, quaedam minus Romane dicta, ut interpretatur Erasmus in Ciceroniano) in eo animadvertere se ajebat, ut Fabius testatur lib. 8. c. 1. Nimirum delicatum Romani hominis palatum videbatur sibi aliquid sentire, quod non usquequaque saperet genium Romani sermonis. At non audiendus est Keckermannus, quando hinc colligit, reprehensum ab Asinio esse sublimem Livii stylum. Uti et cum a Seneca propterea culpari putat lib. 1. de Ira cap. ult. et de Tranquillitate cap. 9. Nam, longe aliud et Fabium et Senecam velle, nemo diffitebitur, qui verba eorum attendat. Nec probare illa Lipsii possum, viri ab ingenii elegantia et varia eruditione, quam dictione, laudatioris, [Not. ad lib. 1. Politic. cap. 9.] *Nos quoque supinum eum alibi, aut frigidum, imo et ταυτολόγον agnoscimus; derivaturi tamen libenter in exscriptores hanc culpam.* Cui et subscribere videtur Possevinus Bibliothecae selectae lib. 16. Ubi et judicium eorum sequitur improbantium, quod superstitiose referat prodigia tam multa: ut boves locutos, infantes semestres triumphum clamasse. Quae sane in gentili laudem magis merentur, cum qualemcumque numinis cultum ἀθεότητι oporteat praeferre. Sed quid de istis dicemus, quibus ne bonae quidem fidei videtur? Hi firmatum eunt sententiam suam verbis Antonini Caesa-

tius Cordus apud Tacitum dicat Annalium lib. 4. [cap. 34.] *Titus Livius, eloquentiae ac* FIDEI *praeclarus imprimis, Cn. Pompejum tantis laudibus tulit, ut Pompejanum eum Augustus appellaret. neque id amicitiae eorum offecit. Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cassium, hunc Brutum, nusquam latrones et parricidas, quae nunc vocabula imponuntur, saepe ut insignes viros nominat.* Verum aliud alii telum intentant. Malevolentiae enim eo reum agunt, quod Polybium, quem κατὰ πόδα saepe exscribit, non alio dignetur elogio lib. 30. [cap. 45.] quam *haudquaquam spernendi auctoris.* Quam frigidam sane laudationem esse Fulvius Ursinus notis in Polybii legationes annotavit. Petrus Victorius [lib. 21. Var. Lect. c. 1.] eo putabat crimine liberari Livium, quod parciores olim in tribuendis fuerint elogiis. Quod non negarim. Sed non id satis eo comparet, quod putabat id etiam ex Apulejo parere in Apologia: ubi quaestorem publicum, qui coram aderat, non *ornatissimum* appellat, sed *virum ornatum* vocare est contentus. Fortasse, ut Scipio Gentilis putabat, ordinis et dignitatis habuit rationem, quia, ut notum omnibus, primus in senatum veniendi gradus erat quaestura. Livii vero locus omnino intelligi debet κατὰ λιτότητα, ut nequaquam aspernandus auctor idem valeat, ac si scriptorem dixisset summae fidei et auctoritatis. Cui rei probandae multa adferrem; nisi fuse hanc Livianorum esse verborum mentem docuisset Casaubonus in collectis a se Polybii fragmentis. Eloquentiae studioso, praesertim tenella aetate, magis Livium profore, quam Sallustium, Quinctiliani judicium est, lib. 2. cap. 6. ubi ait: *Livius a pueris magis legendus, quam Sallustius, et hic historiae majoris est auctor: ad quem tamen intelligendum jam profectu opus sit.* Quod Fabii judicium carpit Barthius Adversar. 48. cap. 19. Putat, Sallustium dici majoris historiae auctorem: cum ea non sit annorum XXV. Ergo, inquit, legendum, *sit hic historiae: majoris est auctor.* Imo omnino τὸ *hic* ad Livium refertur. Et pene quaecumque eo capite adversus Fabium differit idem Barthius, sunt ἄῤῥητα ἀμείνω. Quantum ejus fuerit nomen, cum viveret, etiam docent haec Plinii verba lib. 2. epist. 3. ad Nepotem: *Nunquamne legisti, Gaditanum quendam, Titi Livii nomine gloriaque commotum, ad visendum eum ab ultimo terrarum orbe venisse, statimque, ut viderat, abiisse?* Nempe, ut hac ipsa de re B. Hieronymus ait: *Quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, unius fama perduxit.* Ac postea idem ait: *Habuit illa aetas inauditum et omnibus seculis celebrandum miraculum; ut tantam urbem ingressi aliud extra urbem quaererent.*

VITA TITI LIVII

EX

BALTHASSARE BONIFACIO

DE ROMANAE HISTORIAE SCRIPTORIBUS.

Titus Livius Patavinus, lac Musarum, mare tranquillum, anima eloquentiae, eorum, qui nunc supersunt, scriptorum Romanae Historiae longe princeps, lactea quadam ubertate dictionis divinitus facundus, amans virtutum, osor vitiorum, rectus judicii, rerum togae, rerum sagi, etsi non ex usu, neque experientia, egregie tamen peritus, ab Urbe Condita ad Divi Augusti aevum centum et quadraginta libris divinas illas lucubrationes perduxit; quarum tamen longe maximam partem, ingenti rei literariae jactura deperditam, nunquam fortasse inventuri, desideramus; nec tanti operis reliquos habemus, nisi quinque et triginta libros. Solus hic mortalium dignus censetur, cujus prope invicto calamo populi omnium gentium victoris res gestae scriberentur. Neque sane mirum videri potest, sapientissimum Regem Alphonsum Aragonium summa ambitione et conatu petiisse a Patavinis brachium hujus viri, quo praeclara illa commentaria descripsit. Nullius certe libri tam libenter, ut inquit Regius, nec tanta cum voluptate lectitantur; nimirum, quod mellea quadam dicendi suavitate exundare videtur; qua vel in quotidiano, et familiari sermone adeo polluisse vir ille traditur, ut complures, nobilitate opibusque praestantes, tam admirabilis facundiae fama permoti, ex ultimis Hispaniae Galliaeque finibus, quo eum audirent loquentem, Romam sese contulerint: et, quod est maxime mirandum, quos tantae Urbis, ac tum praecipue florentis, ac triumphantis, contemplatio ad se antea non traxerat, unius viri eloquentia perduxit. Quo major sit eorum inscitia, qui Patavinitatem quandam in Livio reprehendunt; quam, dispercam, si Asinius ipse, tam ridiculae inventor calumniae, quid esset, sciebat. Dubitatum quidem semper est ab eruditis, pendetque etiamnum inexplicata quaestio de Liviana Patavinitate; nonnullis existimantibus, delicatum Pollionis Asinii palatum visum sibi fuisse aliquid in Livio gustare, quod non usque quaque saperet genium Romani sermonis. Credentibus aliis, hoc nomine peregrinitatem orthographiae fuisse reprehensam: scribebat enim, ut ex lapidibus antiquis colligitur, *sibe*, *et quase*; pro *sibi*, *et quasi*. Quod primus, nisi fallor, observavit Laurentius Pignorius, alter Patavinorum Livius, originum patriae, atque adeo totius vetustatis, solertissimus indagator. Contendentibus aliis, eam Patavinitatem nihil aliud es-

se, quam iterationem simul plurium in eisdem periodis verborum. Quibusdam volentibus, studium partium Pompejanarum illam esse Patavinitatem ab Asinio notatam. Denique non paucis suspicantibus, patriae suae suorumque civium laudes, parte operis jam deperdita, effuse amplificatas, hac voce censeri. Senecae Livius creditus est fuisse ingenii magni magis, quam boni. (1) Bodinus accusat in Livio dicendi varietatem; interdum enim valde copiosus est, interdum vero concisus; contra quam fecit Polybius, sibi semper aequalis. Cajus autem Caligula Maronis et Livii scripta ac imagines, teste Suetonio, minimum abfuit, quin ex omnibus bibliothecis amoverit, accusans alterum nullius ingenii, doctrinaeque perexiguae, alterum verbositatis et negligentiae. Caesar quoque Antoninus in suo illo pseudhodoeporico exprobrat Livio malam fidem, quod Thuscorum clarissimis rebus gestis inviderit. Denique Glareanus Livium bellicosae Gallorum gentis egregia facinora odiose tractare, virtutesque illorum maligne elevare conqueritur. Quibus aperte reclamat verendae auctoritatis, et acris judicii vir Cornelius Tacitus, cui *Titus Livius eloquentiae ac fidei praeclarus in primis* habetur. Sed nemo de hoc melius judicavit, quam Fabius Quintilianus, cujus illa sunt [lib. 10. cap. 1.] *Non indignetur sibi Herodotus aequari Titum Livium, cum in narrando mirae jucundidatis, clarissimique candoris, tum in concionibus, supra quam enarrari potest, eloquentem; ita dicuntur omnia cum rebus, tum personis accommodata. Sed affectus quidem, praecipue eos, qui sunt dulciores, nemo Historicorum commendavit magis.* Plinius praefatione operis Livium *auctorem celebrem* vocat. Seneca, sibi parum constans, *disertissimum* appellavit, tantaeque probitatis, ut liqueat, eum sensisse, quae scripsit. Marcus autem Annaeus Rhetor asseruit, illum fuisse *natura candidissimum omnium magnorum ingeniorum aestimatorem.* Philippus Comminaeus Livium existimavit esse Latinorum Polybium, omnibusque senatoribus et rerum publicarum gubernatoribus perlegendum. Isaacus Casaubonus ad Livium transtulit illud Senecae Rhetoris de Oratorum principe encomium, Populum Romanum hujus unius ingenium par imperio suo habuisse. Et quidem certe adeo visus est nonnullis cum Cicerone conferendus, ut non dubitaverint affirmare, Ciceronem ipsum, si ad scriptionem historiae totam illam vim forensis facundiae convertisset, futurum fuisse Livio nostro aliquanto inferiorem.

(1) Indicatur locus Senecae lib. 1. de Ira cap. 16. Non tamen Seneca Livium *ingenii magni magis, quam boni* vocat; sed id, quod Livius ipse de alio dixerat, refellere conatur. Contra Livium ibi laudat, *et disertissimum virum dicit.*

JACOBI PHILIPPI TOMASINI

EPISCOPI ARMONIENSIS

TITUS LIVIUS PATAVINUS.

AD AUCTOREM VITAE.

Debuit haud uni jamdudum Livius Urbi:
Ista genus, famae contulit illa decus.
Certarunt aliae titulis decorare merentem,
Aeternis aliae tollere carminibus.
Cuncta tibi posthac debebit Livius uni.
Uni cuncta tuus dat, Tomasine, Liber.

4 INDEX CAPITUM.

Cap. I. Livii *Natales, Patria, Parentes, Educatio, Studia.* 7
II. *Accessus ejusdem Romam, et res ibi loci gestae.* 15
III. *Eloquentia clarissimorum virorum elogiis jure ac merito celebrata.* 20
IV. *Fama nominis, et existimatio.* 26
V. *Monumenta ingenii.* 28
VI. *Vindiciae tutelares.* 40
VII. *Senectus et obitus.* 49
VIII. *Liberi ex monumentis publicis.* 59
IX. *Ossa quo tempore inventa, qua celebritate condita.* 63
X. *Honores obitum consecuti, ejusque memoriae posita monumenta.* 71
XI. *Elogiorum reliquiae coronidis loco.* 89

T. LIVII PATAVINI 5 VITA

A

JACOBO PHILIPPO TOMASINO

CONSCRIPTA.

Titi Livii, Patavini Civis, et Historici praestantissimi, qui res gestas Romanorum eloquentia mira digessit, Effigiem veneramur hoc loco; quaeque de illo monumenta passim exarata leguntur, colligimus, ut amantes Historiae, et Antiquitatis studiosi quique uno intuitu salutare eandem, tantique viri virtutes et gloriam aemulari possint. Vitam ejus, et decora plurimi tetigere. Unusquisque in eo celebrando secum, et cum aliis certat. Latini, Germanique Scriptores omnes singularem illius praestantiam admirantur. Nullus est, quem di- 6
ctionis illius candor ac lepor non in sui commendationem et amorem rapiat vel invitum. Ego sane, etsi me hae quoque deliciae tangant, amore patriae ductus, cui natus Historicus talis ac tantus, felicibus hisce temporibus, quibus, Te duce et auspice, Illustrissime et Excellentissime Moline, literarum omnium studia reviviscunt, et antiqua quaeque monumenta lucem hauriunt, non tam T. Livii *Vultum*, quam *Vitam* ejus, *Natales* scilicet, *Parentes*,

Mores, *Studia*, *Honores*, *Facinora*, *Monumenta*, *Mortem* ob oculos tum nostris, tum posteris mihi proponenda duxi, claris ab ejus *Natalibus* sic exorsus.

7 CAPUT I.

LIVII *Natales*, *Patria*, *Parentes*, *Educatio*, *Studia*.

TITUM LIVIUM Patavii, bonarum artium emporii, clarissimis e parentibus natum, nemo ambigit. Extant gravissimorum Virorum testimonia multa, quae nos *Genus* ejus et *Patriam* ignorare non sinunt. Asinius ipse Pollio Patavinum illum agnovit, dum Patavinitatem ejus animadvertit. Symmachus [lib. 4.] epistola 18. non alibi ortum voluit: non alibi Sidonius in Panegyrico Anthemii [vers. 188.] non alibi denique Martialis, cum ad Licinianum scripsit Libro 1. Epigrammatum, [Epigr. LXII.]

Censetur Apona Livio *suo tellus*,
Stellaque, nec Flacco minus.

8 LIVIUM quoque Patavii natum Statius Papinius duxit, cum illum *alumnum Timavi* dixit [lib. 4. Silv. 7.] Idipsum Albertinus Mussatus innuit in prologo Historiae suae de gestis Henrici VII. Augusti *archigraphum Patavinum* vocans T. LIVII stylum, quod illi contigisset sub Patavino caelo lucis hujus communis usura frui. Unde in Carminibus suis Mussatus idem, semet ibi loci explicans, ceciait:

Plaudeat archigraphi si non mihi tibia LIVI.

Subscribunt his Merulae duo, Gaudentius scilicet, lib. 2. Antiq. Galliae Cisalpinae cap. 11. Patavinam urbem T. LIVIO Historico, et Oratore facundissimo maxime nobilitatam tradens, et Paulus Libro 3. Cosmographiae Part. 2. his versibus, qui sunt Adriani Romani in Theatro Urbis:

Salve Urbs, doctiloquis sedes 9
aptissima Musis,
Magna loco, spatiosa foris, placidissima caeli
Temperie, muroque triplex, latissima fossis,
Et magnis celebrata viris. Hac LIVIUS, *ille*
Historiae pater, est genitus: servantur eodem
Illius ossa loco, statuis, titulo que superbo,
Hic, ubi juncta foro nullis fulcita columnis
Plumbea marmorei pulchre stant tecta Palati.

Inde Sabellicus, scriptor insignis, in Oratione, quam habuit in LIVIUM, sic ejus in laudem exorditur: *Cum totam* LIVII *vitam inspicio, omnia illi affuisse videntur, quae ad felicitatem consequendam pertinere creduntur; celebris patria, populare nomen, temporum felicitas, ma-* 10 *turitas studiorum, sublimis ad scribendum materia, summi Principis favor, et in studiosos beneficentia, ut benignior natura larga manu tot et tanta in unum contulerit, quot aut quanta in alium eorum, qui Historiam scripserunt, quod sciam, neminem. In quibus perscribendis, ornandis, disponendis non solum ille non sibi defuit; sed (quod est omnium judicium, ipseque studiorum exitus demonstrat) longe etiam superfuit. Nunc, quod ad patriam attinet, quid secundum Romam fuit olim tota Italia Patavio clarius? cujus urbis si originem quaeras, ab Ilio est: si auctorem originis, Antenor condidit, Trojanorum post Priamum celeberrimus: si opes, centum et amplius hominum millia olim misit ad bellum, CCCC. equestris ordinis ex suo corpore censuit; si eruditionem, omnium bonarum artium est hodie domicilium: et, quod omnium maxi-*

11 *mum est, maximeque conspicuum, cum per haec satis esset nobilis, clarissimo partu multo facta est nobilior.*

Fuere nihilominus, qui non *Patavii*, sed *Aponi*, natum illum traderent, Martialis auctoritate freti, et in his Sigonius, cujus ista sunt in Opusculo de Historicis Romanis. T. Livius *Patavinus e vico Aponi, calidis aquis celebri, ab Urbe condita ad Neronis Drusi obitum, qui fuit anno Urbis* D. CC. XLI, *libros Historiarum conscripsit.* Sed in epigrammatario Vate *Apona tellus*, urbem Patavinam sonat, ab Apono, nobili haud procul ab illa fonte, celebrato multis, sed in primis Claudiani Poëmate singulari. Quidam etiam Titulo, Vico non ignobili inter Euganeos colles, T. Livii natales adscribunt, indeque Titi praenomen illius trahunt. Atqui *Titus* praenomen Romanum erat: ob idque credendum potius, *Tituli* vicum
12 a Livio nostro dictum, quam illi praenomen de suo nomine peperisse. Verum enim vero abutentis est otio hujusmodi somnia literis consignare.

Quid quod Liviam familiam inter nobiles et illustres Patavinas locant Inscriptiones multae: nec ulla earum Livium Titulensis villici filium fuisse prodit? quin et illum editum praestantissimo patre (licet nobis illius nomen vetustas inviderit) liberalis ejus educatio, studia, et accessus Romam, ut Augustae aulae inserviret, facere palam possunt.

Natus ille porro Patavii anno mundi M. M. M. M. M. C. XLII. Olympiade C. LXXX. anno II. quo et natus M. Valerius Messalla, teste D. Hieronyme in Chronicis, quem laudat etiam Vossius Lib. 1. de Historicis Latinis [cap. 18.] et Cremutius Cordus apud Tacitum Lib. 4. Annalium [cap. 34.]

13 Primo aetatis vere singulare statim illius ingenii acumen emicuit, cujus in fronte, vultu, et oculis habitare humanitas, fides in pectore, gravitas demum et comitas unanimes videbantur.

Nihil eo venustius, nihil amabilius fingi poterat. Factus erat omnino ad studia, laboresque ferendos, quos secum illa perpetuo trahunt, excellenti quadam animi magnitudine praeditus, et ad summas res agendas semper intenta. Quamobrem a Parentibus in literariam palaestram missus, egregia sua indole, ingenio perspicaci, vasta memoria, primis in artibus mire profecit. Mox, Philosophiae opera praestita, naturae totius arcana exhausit. Inde Jurisprudentiae et Politicae se totum addixit, ut ornatum verborum et copiam, naturae donum, sententiarum ponderibus augeret. Ad haec eximias animi sui dotes, praeclarissimis e natalibus 14
uberrime derivatas, summo studio, jugique labore coepit excolere, quo posset ubique terrarum et Gentium caeteris elucere. Varietate quidem sententiarum, et idiomatum, insignique sermonis et orationis supellectile satis jam instructus domi, secretum larem pertaesus et patriam, alio vocatus est. Et in primis Romam, ut eo in theatro universi Orbis praestantiae suae radios undequaque diffunderet, explicaret.

Cap. II. 15

Accessus ejusdem Romam, et res ibi Loci Gestae.

Romam igitur accessit, Patavio relicto, Livius, aureo vigente seculo Augusti Caesaris, qui totius terrarum Orbis habenas moderabatur unus, pacatis ubique rebus, sedatis bellis, Jani templo ter clauso, ex Suetonii fide in illius vita, Cap. 22. Orosii Lib. 6. Cap. 22, Dionis Lib. 51. [pag. 457.] et Aede Musarum aperta, verus literarum et literatorum Patronus ac Pater, qui Tibi, Senator

Amplissime. Tituli nunc deben-
16 tur. Augusto nempe sub Principe, pulchriores literae ac splendidiores artes, quasi vepribus exutae, florido late germine pullularunt: Romamque, tunc rerum Dominam, viri quique docti ex omni terrarum Orbis angulo convolabant. Hic Livius, tantae Urbis majestatem mentis et corporis acie contemplatus, *Augustum* sibi primo in limine, nec absque munere, venerandum duxit. Quamobrem *Dialogos*, quos in urbe patria de *Philosophia* conscripserat, Augusto detulit, dicavitque lubens ac libens. Excepit illos Imperator, acerrimus ingeniorum aestimator et cultor, hilari, qua fronte talia consuerat; et, in iis Auctoris praestantiam demiratus, Livium statim in sui tutelam recepit, amplissimis ante muneribus exornatum. Patuit illi tandem ad Heroïs tanti familiaritatem aditus, ideoque scriptum reliquit Cremutius (apud Tacit.
17 4. Annal. 34.) T. Livius, *eloquentiae ac fidei praeclarus in primis, Cn. Pompejum tantis laudibus tulit, ut Pompejanum eum Augustus appellaret. neque id amicitiae eorum offecit.* Pertinet illud etiam ad Livii nostri nomen et famam, quod a Suetonio literis proditum accepimus in Claudii vita, unum illum e cunctis praestantissimis Rhetoribus aevi sui Claudio Caesari adolescenti praeceptorem datum; ut *illum* eloquentiae studiis, et dignis Imperio moribus informaret. Facit huc etiam, quod ipsemet Livius testatus est lib. 4. [cap. 20.] ubi loci Augustum *templorum conditorem aut restitutorem* appellat.

Historiam Romanarum rerum sub Augusto Caesare collegit, et juvenem Claudium, eandem ut scriberet, adhortatus est, ingenii illius praestantia probe cognita et perspecta. Arripuit Livii consilium Claudius, et justam Historiam instituit, qua de re Suetonius testis in illius Vita Cap. 41. *Historiam in adolescentia, hortante* 18
T. Livio, *Sulpicio vero Flavo etiam adjuvante, scribere aggressus est.* Et paullo post. *In principatu quoque et scripsit plurimum, et assidue recitavit per lectorem. Initium autem sumpsit historiae post caedem Caesaris Dictatoris. Sed et transiit ad inferiora tempora, coepitque a pace civili: cum sentiret, neque libere neque vere sibi de superioribus tradendi potestatem relictam, correptus saepe et a matre, et ab avia. Prioris materiae duo volumina, posterioris unum et quadraginta reliquit. Composuit et De vita sua octo volumina, magis inepte, quam ineleganter.* etc. Priscianus etiam lib. 6. fragmentum ex Historiarum Claudii libro quarto citat. Et ex octavo Diomedes lib. 1. Quae inter fragmenta Q. Claudii Quadrigarii relata notat a viris doctis Vossius lib. 1. de Historicis Latinis Cap. 25.

Hujus occasione, facile crede- 19
re est, multa collegisse Livium, nec non et ex Augusti Caesaris opere, qui pariter Romanam Historiam conscripsit, alia quamplurima adnotasse, quibus demum ex omnibus, ut Caesarum istorum aliorumque desideriis satisfaceret, Historiam amplissimam sibi conscribendam statuerit, et, quod privatis commentariis seposuerat, latius explicavit, diffuderitque in Historiae campum. Quam exorsus ab V. C. eandem perduxisse fertur usque ad bellum Germanicum Drusi, Augusti Caesaris privigni. Eam vero partim Romae contexuit, partim Neapoli, ubi animi recreandi gratia morabatur interdum, et otio inibi dulci perfruens, Romanorum gesta immortali facundia immortalitati dicabat, Stephano Vinando Pighio teste in Hercule suo Prodicio [pag. 330.] ubi loci com-

mendans clementiam Neapolitani
20 caeli, ita differit de viris doctis et nobilibus ingeniis, a quibus studiorum caussa ea civitas fuerit frequentata. *Constat*, T. Livium *Patavinum Historicum, Q. Horatium Flaccum, Statium Papinium, Claudium Claudianum, poëtas celebres, Annejum Senecam Philosophum, aliosque infinitos, qui ingenio scriptisque suis praeclaris nomen sibi pepererunt immortale, saepius eo studiorum caussa secessisse.*

Cap. III.

Eloquentia Clarissimorum virorum elogiis jure ac merito celebrata.

Quanta sit eloquentia Livii, *quanta in dicendo suavitas, nemo non sentit*, (ut Osii verbis utar in notis illius philologicis, historicis, 21
aureis in Augustam historiam Albertini Mussati) *nisi cui nullus sit ejus jucunditatis sensus, quam secum afferre consuevit lactea dicendi vis, nullis uspiam salebris impedita fluens.* Affluit enim vero in illo sententiarum ubertas, copiaque verborum talis ac tanta, jure ut *lacteus, et uberrimus eloquentiae fons, Musarum lac, mare tranquillum, Historiae anima, Scriptorum reliquorum norma, idea, majestas* fuerit appellatus. Audiamus viros alios longe clarissimos, sese in illius eloquentiae laudem effundentes, et in primis Quintilianum, ita de illo scribentem Lib. 10. cap. 1. *At non Historia cesserit Graecis, nec Thucydidi opponere Sallustium verear: nec indignetur Herodotus aequari sibi* T. Livium, *cum in narrando mirae jucunditatis, clarissimique candoris, tum in concionibus, supra quam enarrari potest, eloquentem: ita dicuntur omnia cum rebus, tum personis accommodata. Sed affectus quidem, praecipue eos, qui sunt dulciores, (ut parcissime dicam)* 22
nemo Historicorum commendavit magis; ideoque immortalem illam Sallustii velocitatem diversis virtutibus consecutus est. Nam mihi egregie dixisse videtur Servilius Nonianus, pares eos magis, quam similes.

Audisti Quintiliani de Livio melos, aures nunc accommoda lepori Philippi Beroaldi; qui, Bononiae natus, anno CIↃ.CCCCL. Friderici et Maximiliani temporibus literis hisce nostris inclaruit. *Cum omnes haud dubie suspiciendos et lectitandos esse censeam*, T. Livius *in primis enarratione dignissimus mihi visus est, et jucunditatis utilitatisque inter alios refertissimus, cujus lectio omnium Scholasticorum auribus animisque satisfactura sit. Est enim dulcis, candidus, et effusus, et eo nullus Historicorum melius commendavit mitiores affectus: apud quem omnia cum rebus, tum personis sunt accommodatissima. Qui in narrando mirae est jucunditatis clarissimique candoris, qui, (ut verissime dixit Quintilianus) in concionibus, supra quam narrari potest, est eloquentissimus. Cujus lactea ubertas lectorem detinet, avocat, pascit, omnibusque affectionibus validissime commovet, et, quo vult, maxime impellit. Cujus divinae facundiae nihil addi potest: cujus orationi si quid demas, ex elegantia detraxeris, quemadmodum de Platonis oratione Phavorinus dicere solebat. Idem grandiloquus est, et sententiarum gravitate, et majestate verborum. Idem copiosissimus, nec tamen longus. Nam, ut inquit egregie Martialis,* 23

Non sunt longa, quibus nihil est, quod demere possis.

Audi, sis, et Stephanum Nigrum, virum eloquentem et gravem. *O fortunatissime Populo*

Romane, qui rerum a te gestarum praeconem Historicorum praestantissimum T. Livium *habueris, cujus miram in narrando jucunditatem, clarissimumque candorem, et, supra quam dici potest, in concionibus eloquentiam, cum rebus, tum personis accommodatam, quis unquam satis dignis prosequi laudibus posset? Nam ad ejus in dicendo multiplices virtutes pro meritis et dignitate laudandas*
24 *divina procul dubio opus esset oratione.*

Differit et eloquentissime de eloquentia Livii Georgius Trapezuntius in Rhetoricis hac verborum pompa: T. Livius *grandis circumductione, supra quam dici possit, in quo summa est claritas: fusus aequalisque adeo, ut lacteo par flumini sit ipsius oratio.*

Et alii, quorum e numero mihi minime praetereundi Bernatius Libro 1. de utilitate legendae Historiae. *Princeps Latinae Historiae audit* Livius, *si magnitudinem operis, ac nitorem phrasium spectes.* Gaudentius Merula Lib. 2. de antiquitate Galliae Cisalpinae cap. 11. ubi de Patavina urbe ei scriptori sermo. *Nobilitata est maxime* T. Livio *et Historico, et Oratore facundissimo, quem vel acerrimi vir ille ingenii Fab. Quintilianus Historicis omnibus, et Graecis et Latinis, praeponere videtur.*

25 Nec defuere, qui libere testati sunt, certare posse Livium cum eloquentiae parente *Tullio*; quin hunc illo inferiorem omnino futurum fuisse, si quando scribendae historiae animum adjecisset. Adde his Vopiscum, Livium inter viros *disertissimos* recensentem in Probo [cap. 2] quod et factum *a Seneca* de Ira, [lib. 1. cap. 16.] et Gerardo Jo. Vossio lib. 1. de Historicis Latinis Cap. 19. qui et elogiorum reliquorum summam ita confecit. *Nihil hoc Scriptore est grandius atque uberius.* Dignus ob id Livius semper est habitus, qui ad Romanae Historiae cognitionem, prudentiamque civilem cum eloquentia comparandam, studiosis adolescentibus omnibus proponeretur, unusque prae caeteris in manibus haberetur. Hinc illa Quintiliani lib. 2. cap. 5. Livius *a pueris magis legendus, quam Sallustius, et hic historiae majoris est auctor.* Legit Barthius in Adversariis 26
[lib. 48. cap. 19.] *Sit hic historiae; major is est auctor.* Et Statii Lib. 4. Silv. 7.

Sed tuas artes puer ante discat,
Omne queis mundi senium remensus
Orsa Sallusti brevis et Timavi
Reddis alumnùm.

Cap. IV.

Fama nominis, et existimatio.

Vel ex hoc uno T. Livii existimatio ac gloria spectetur, quod non solum studiosi quique eum venerabantur; Augustus ipse summo amore ac singuleri benevolentia prosequebatur, admirante universo Senatu Populoque Romano; sed orbi toti notissimum multi ex ultimis Hispaniae, Gal- 27
liarumque finibus viri illustres Romam adibant, ut unum illum, lacteo eloquentiae fonte manantem, contuerentur. Tale Livii viventis adhuc et florentis nomen extitisse, diserte prodidit Plinius, in haec verba scribens Lib. 2. Epist. 3. ad Nepotem. *Nunquam ne legisti, Gaditanum quendam,* T. Livii *nomine gloriaque commotum, ad visendum eum ab ultimo terrarum orbe venisse, statimque, ut viderat, abiisse.*

Quo spectans D. quoque Hieronymus, sic ad Paulinum scripsit. *Ad* T. Livium, *lacteo eloquentiae*

mendans clementiam Neapolitani
20 caeli, ita differit de viris doctis et nobilibus ingeniis, a quibus studiorum caussa ea civitas fuerit frequentata. *Constat*, T. Livium *Patavinum Historicum*, Q. *Horatium Flaccum*, *Statium Papinium*, *Claudium Claudianum*, *poëtas celebres*, *Annejum Senecam Philosophum*, *aliosque infinitos*, *qui ingenio scriptisque suis praeclaris nomen sibi pepererunt immortale*, *saepius eo studiorum caussa secessisse*.

Cap. III.

Eloquentia Clarissimorum virorum elogiis jure ac merito celebrata.

Quanta sit eloquentia Livii, *quanta in dicendo suavitas*, *nemo non sentit*, (ut Osii verbis utar in notis illius philologicis, histori-
21 cis, aureis in Augustam historiam Albertini Mussati) *nisi cui nullus sit ejus jucunditatis sensus*, *quam secum afferre consuevit lactea dicendi vis*, *nullis uspiam salebris impedita fluens*. Affluit enimvero in illo sententiarum ubertas, copiaque verborum talis ac tanta, jure ut *lacteus*, *et uberrimus eloquentiae fons*, *Musarum lac*, *mare tranquillum*, *Historiae anima*, *Scriptorum reliquorum norma*, *idea*, *majestas* fuerit appellatus. Audiamus viros alios longe clarissimos, sese in illius eloquentiae laudem effundentes, et in primis Quintilianum, ita de illo scribentem Lib. 10. cap. 1. *At non Historia cesserit Graecis*, *nec Thucydidi opponere Sallustium verear*: *nec indignetur Herodotus aequari sibi* T. Livium, *cum in narrando mirae jucunditatis*, *clarissimique candoris*, *tum in concionibus*, *supra quam enarrari potest*, *eloquentem*: *ita dicuntur omnia cum rebus*, *tum personis accommodata*. *Sed affectus quidem*, *praecipue eos*, *qui sunt dulciores*, (*ut parcissime dicam*) 22
nemo Historicorum commendavit magis; *ideoque immortalem illam Sallustii velocitatem diversis virtutibus consecutus est*. *Nam mihi egregie dixisse videtur Servilius Nonianus*, *pares eos magis*, *quam similes*.

Audisti Quintiliani de Livio melos, aures nunc accommoda lepori Philippi Beroaldi; qui, Bononiae natus, anno CIↃ.CCCCL. Friderici et Maximiliani temporibus literis hisce nostris inclaruit. *Cum omnes haud dubie suspiciendos et lectitandos esse censeam*, T. Livius *in primis enarratione dignissimus mihi visus est*, *et jucunditatis utilitatisque inter alios refertissimus*, *cujus lectio omnium Scholasticorum auribus animisque satisfactura sit*. *Est enim dulcis*, *candidus*, *et effusus*, *et eo nullus Historicorum melius commendavit mitiores affectus*: *apud quem omnia cum rebus*, *tum personis sunt accommodatissima*. *Qui in narrando mirae est jucunditatis clarissimique candoris*, *qui*, (*ut verissime dixit Quintilianus*) *in concionibus*, *supra quam narrari potest*, *est eloquentissimus*. *Cujus lactea ubertas lectorem detinet*, *avocat*, *pascit*, *omnibusque affectionibus validissime commovet*, *et*, *quo vult*, *maxime impellit*. *Cujus divinae fa-* 23
cundiae nihil addi potest: *cujus orationi si quid demas*, *ex elegantia detraxeris*, *quemadmodum de Platonis oratione Phavorinus dicere solebat*. *Idem grandiloquus est*, *et sententiarum gravitate*, *et majestate verborum*. *Idem copiosissimus*, *nec tamen longus*. *Nam*, *ut inquit egregie Martialis*,

Non sunt longa, *quibus nihil est*, *quod demere possis*.

Audi, sis, et Stephanum Nigrum, virum eloquentem et gravem. *O fortunatissime Populo*

theca. primus juris publici fecit, nae ille fucum fecit auritis Midis, non illis, quibus corculis esse datum est, et qui norunt,
32 *quid aera lupinis distent.*

De partubus quidem legitimis Livii perhonorifice sensit et scripsit Franciscus Petrarcha. *Miraculo proximum, ut ad* T. Livii *opus ne dicam imitandum, sed nec ad scribendum quidem, vix unius hominis vita sufficiat.*

Ubi illud quoque operae pretium fuerit annotasse, superstites adhuc Livii libros nequaquam ab illo fuisse in Decades distributos. Qua de re Petri Criniti testimonium omnium aliorum instar, mihique necessario producendum, adversus ab his alia sentientes, ex capite 12. lib. 7. de honesta disciplina. *Falso receptum est,* (inquit Crinitus) *ac doctoribus etiam persuasum, fuisse in Decades divisum* T. Livio *suum opus de Romanorum gestis, quae singulae decem voluminibus explicantur, quod ipsum de auctore* Livio *neutiquam apud veteres*
33 *comperias. Nam et Priscianus, vir diligens, aliique Grammatici, sicubi Livium citant, librorum numerum adscribunt, neque Decades nominant. Itaque et* XVI. *librum, et* XXXIII. *et* CXVI. *videmus advocari ab antiquis auctoribus. Cui sententiae et* Franciscus Petrarcha *adstipulatur, ut qui asserat in epistola ad Joannem Boccaccium, ignavia legentium contigisse, ut Liviana Historia sit in Decades distributa. In partes,* (inquit) *quas Decades vocant, non ipse, qui scripsit, sed fastidiosa legentium desidia divisit. Sed et L. Florus libros* CXL. *ejusdem auctoris recenset, sublato penitus nomine Decadum, cum universam historiam in Epitomen, vel (ut Latine loquar) in Breviarium contraxit. Id et Politianus olim ita libere nobis concedebat, ut nostram quoque diligentiam magnopere commendaret in perquirendis atque exa-* 34
minandis veterum monumentis.

Caussa porro amissi tanti operis haud alia fuit, quam magnitudinis ejusdem moles, ob quam non omnes illud describere poterant; egestate pauperes, avaritia divites impediti. Qualis enim ac quanta ejus magnitudo esset, vel ex Martiale discimus haec canente [lib. 14. Epigr. 190.]

Pellibus exiguis arctatur Livius *ingens,*
Quem mea vix totum Bibliotheca capit.

Jacturae hujus in causa invidia pariter et improbitas Caligulae Caesaris fuit. Quippe qui T. Livii Historiam, non secus ac Maronis Poëmata, cum auctorum imaginibus, e medio tolli jussit, ut, alienis laudibus obscuratis, propria vitae scelera caligine premerentur. Quod incestu pari monstrum alterum hominis Domitia- 35
nus attentavit, ut qui Metium Pomposianum ob id occidi mandarit, (auctore Tranquillo [ejus vit. cap. 10.]) quod Regum ac Ducum conciones quasdam deprompta e Livio, circumferret.

Nihil sane Livio grandius, nihil uberius. Caligula tamen, laborem tanti legendi operis aegre sustinens, dum in id incumberet, *verbosum* illum identidem appellabat. Eandem ob caussam Asinius Pollio, *Patavinitatem* eum sibi sapere, affirmabat. Nimirum delicatum Romani hominis palatum videbatur sibi aliquid sentire, quod non usquequaque saperet genium Romani sermonis. Neque enim nobis hic audiendus est Reckermannus, inde colligens, reprehensum ab Asinio fuisse sublimem Livii stylum: ut et a Seneca Lib. 1. de Ira Cap. ultimo, et de Tranquillitate Cap. 9. Nam longe aliud Senecam velle diffitebitur 36
nemo, qui verba ejus attenderit,

fonte manantem, de ultimis Hispaniae Galliarumque finibus quosdam venisse Nobiles legimus, et, quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Et statim. *Habuit illa aetas inauditum omnibus seculis celebrandumque miraculum: ut tantam*
28 *urbem ingressi, aliud extra urbem quaererent.*

Arguit ad haec Livii nostri gloriam, existimationem, ac famam L. Magii generi ejus nomen, quod inter primos Rhetores ob existimationem soceri sortitus est. Unde Seneca [lib. 5. Controv. in Prooem.] *Pertinere ad rem non puto, quomodo L. Magius, gener* T. Livii, *declamaverit, quamvis aliquo tempore suum populum habuerit; cum illum homines non in ipsius honorem laudarent, sed in soceri ferrent.*

Cap. V.

Monumenta ingenii.

Famam vero Livio tantam, quantam sibi mortalium quisquis optare posset, peperere divini illius ingenii monumenta. Scripsit enim in patria *Dialogos de Philosophia*, quibus res morales ac
29 politicas complexus est. Notos illos habuit Seneca, suumque de illis judicium ferens epistola centesima, *Nomina*, inquit, *adhuc* Titum Livium. *Scripsit enim et Dialogos, quos non magis Philosophiae annumerare possis, quam Historiae; et ex professo Philosophiam continentes libros.* Scripsit et de arte Rhetorica cultissimam et numeris omnibus absolutissimam epistolam ad filium, cujus meminit Quintilianus Institutionum Oratoriarum Lib. 10. cap. 1. his verbis: *Fuerit igitur brevitas illa tutissima, quae est apud* Livium *in epistola ad filium scripta, legendos Demosthenem, atque Ciceronem.* Sed horum, heu! nihil operum extat, periere scilicet, nec sat scio temporum injuria, an hominum invidia pessimorum? Historiam post haec aggressus est scribere Romanarum rerum, quam centum et quadraginta libris absolverat, licet pars tantae 30
molis exigua nunc supersit. Triginta nempe libri tantum et quinque ejus ad nos Historiae pervenere, deperdita aut latitante secunda decade, eaque parte, quae sequebatur librum quadragesimum quintum, praeter argumenta, quae Liviana epitome nominantur, et sub Flori nomine celebrantur. Caeterum, cum Livii nostri tres solas decades haberemus: proxime superioribus annis lucem acceperunt quinque alii libri, nuper in Germania, in urbe Wormatia trans Rhenum, a Simone Gryneo in Bibliotheca Monasterii Laurissenii reperti.

Corrigendus enim isthic est Scardeonius, qui hosce libros in Provincia Wormatiae repertos tradidit. Wormbs enim civitas est Vangiorum, qua de videatur P. Bertius Lib. 3. rerum Germanicarum Com.

Anno demum MDCXVI. Romae a Gasparo Lusignano editum est 31
fragmentum Lib. 33. Livianae Historiae, depromptum ex Codice vetusto Bibliothecae venerabilis Capituli Ecclesiae Bambergensis, indeque Romam a Francisco Bartholino Urbinate J. C. delatum, quod uti genuinum, virtutum omnium, Principum, Cardinalium, et Pontificum multorum gratia, vir longe clarissimus Antonius Quarrengus, Patavinus, seculi nostri Maro, et utriusque Signaturae Referendarius, aliique viri ex Germania praestantissimi probavere. Etsi aliter verbis istis senserit Vossius Lib. 1, cap. 19. de Historicis Latinis. *At qui nuper, tanquam* Livii *genuinam, Libri* 33. *partem majorem, e veteri, ut ait, biblio-*

theca, primus juris publici fecit, nae ille fucum fecit auritis Midis, non illis, quibus corculis esse datum est, et qui norunt,
32 *quid aera lupinis distent.*

De partubus quidem legitimis Livii perhonorifice sensit et scripsit Franciscus Petrarcha. *Miraculo proximum, ut ad* T. Livii *opus ne dicam imitandum, sed nec ad scribendum quidem, vix unius hominis vita sufficiat.*

Ubi illud quoque operae pretium fuerit annotasse, superstites adhuc Livii libros nequaquam ab illo fuisse in Decades distributos. Qua de re Petri Criniti testimonium omnium aliorum instar, mihique necessario producendum, adversus ab his alia sentientes, ex capite 12. lib. 7. de honesta disciplina. *Falso receptum est,* (inquit Crinitus) *ac doctoribus etiam persuasum, fuisse in Decades divisum* T. Livio *suum opus de Romanorum gestis, quae singulae decem voluminibus explicantur, quod ipsum de auctore* Livio *neutiquam apud veteres*
33 *comperias. Nam et Priscianus, vir diligens, aliique Grammatici, sicubi Livium citant, librorum numerum adscribunt, neque Decades nominant. Itaque et* XVI. *librum, et* XXXIII. *et* CXVI. *videmus advocari ab antiquis auctoribus. Cui sententiae et* Franciscus Petrarcha *adstipulatur, ut qui asserat in epistola ad Joannem Boccaccium, ignavia legentium contigisse, ut Liviana Historia sit in Decades distributa. In partes,* (inquit) *quas Decades vocant, non ipse, qui scripsit, sed fastidiosa legentium desidia divisit. Sed et L. Florus libros* CXL. *ejusdem auctoris recenset, sublato penitus nomine Decadum, cum universam historiam in Epitomen, vel (ut Latine loquar) in Breviarium contraxit. Id et Politianus olim ita libere nobis concedebat, ut nostram quoque diligentiam magnopere commendaret in perquirendis atque exa-* 34
minandis veterum monumentis.

Caussa porro amissi tanti operis haud alia fuit, quam magnitudinis ejusdem moles, ob quam non omnes illud describere poterant; egestate pauperes, avaritia divites impediti. Qualis enim ac quanta ejus magnitudo esset, vel ex Martiale discimus haec canente [lib. 14. Epigr. 190.]

Pellibus exiguis arctatur Livius *ingens,*
Quem mea vix totum Bibliotheca capit.

Jacturae hujus in causa invidia pariter et improbitas Caligulae Caesaris fuit. Quippe qui T. Livii Historiam, non secus ac Maronis Poëmata, cum auctorum imaginibus, e medio tolli jussit, ut, alienis laudibus obscuratis, propria vitae scelera caligine premerentur. Quod incestu pari monstrum alterum hominis Domitia- 35
nus attentavit, ut qui Metium Pomposianum ob id occidi mandarit, (auctore Tranquillo [ejus vit. cap. 10.]) quod Regum ac Ducum conciones quasdam deromptas e Livio, circumferret.

Nihil sane Livio grandius, nihil uberius. Caligula tamen, laborem tanti legendi operis aegre sustinens, dum in id incumberet, *verbosum* illum identidem appellabat. Eandem ob caussam Asinius Pollio, *Patavinitatem* eum sibi sapere, affirmabat. Nimirum delicatum Romani hominis palatum videbatur sibi aliquid sentire, quod non usquequaque saperet genium Romani sermonis. Neque enim nobis hic audiendus est Reckermannus, inde colligens, reprehensum ab Asinio fuisse sublimem Livii stylum: ut et a Seneca Lib. 1. de Ira Cap. ultimo, et de Tranquillitate Cap. 9. Nam longe aliud Senecam velle diffitebitur 36
nemo, qui verba ejus attenderit,

ut accuratissime attendit Gerardus Jo. Vossius in alias laudatis libro et capite de Historicis Latinis. Quinimo, ex *Patavinitate* Livio objecta non invidiam et detractionem, sed laudem ac gloriam, eidem conciliari posse; cum Auctoribus aliis affirmarim. Nam ea de caussa Pollio *Patavinitatem* Livio objecisse putandus est, ut eum tacite Patavinum esse proderet, et Pompejanum fuisse liquido demonstraret, Pompejanitatem Patavinitatis nomine comprehendens. Faverunt scilicet Pompejo et Reipublicae celso semper animo Patavini. Quam ob caussam *Patavini* (inquit Marcus Tullius, de Caesarianis seu Antonianis loquens, [orat. 12. Philipp. cap. 4.] *alios excluserunt, alios ejecerunt missos ab Antonio; pecunia, militibus, et, quod maxime deerat, armis nostros Duces adjuverunt.* Quin et Thraseam, Pata-
37 vinum civem, una cum Helvidio genero, natalem diem, tum utriusque Bruti, tum Cassii, hac de caussa celebrare consuevisse legimus in Satyris Juvenalis: usque adeo Patavinis Respublica et Reipublicae fautores in oculis erant. Juvenalis enim ista sunt [Sat. 5. vers. 36.]

Quale coronati Thrasea Helvidiusque bibebant,
Brutorum et Cassii natalibus.

Quid plura? Asinius Pollio, ut erat Antonianus, (testatur id Paterculus) Patavinis longe infensus erat, itaque (Macrobio teste [1. Saturn. 11.]) acerbe cum iis egit, ut pecuniam et arma conferrent. Quin, cum Patavini id recusarent, ac propterea delitescerent, praemia et libertatem Patavinis servis obtulit, dum tamen dominos, qui delitescerent, propalarent: quod tentatum frustra. Haud igitur mirum, virum istum Caesarianum, Antonianum *Patavinitatem* ob-
38 jecisse Livio, et, quod virtutem alioquin redoleret, a Caesarianis, qui Romano Imperio potirentur, Pompejanis ludibrio versum et probro, cum *Pompejanitas* nil aliud omnino sit, quam Patavinorum in Pompejum et Romanam Rempublicam fides, amor ac benevolentia.

Quod autem eidem Historico quaedam objecerit Caligula, quis sanae mentis est usquam, qui tam impii Caesaris auctoritatem tueatur? Quis ignorat, quid insanum illud caput de Virgilio senserit? quid de Homero? Hinc Tranquillus [in Calig. cap. 34.] *Cogitavit etiam de Homeri carminibus abolendis. Cur sibi non liceret, dicens, quod Platoni licuit, qui eum e civitate, quam constituebat, ejecerit? Sed et Virgilii, et* T. Livii *scripta, et imagines paululum abfuit, quin ex omnibus bibliothecis amoveret: quorum alterum, ut nullius ingenii, minimae doctri* 39
nae; alterum, ut verbosum in Historia, negligentemque carpebat. Cogitavit idem etiam, eodem Tranquillo teste, *de Jurisconsultis abolendis, et de L. Seneca male sentiebat, non minori livore ac malignitate, quam superbia saevitiaque, pene adversus omnis aevi homines grassatus.*

Ut ut sit, aliud ego de Livio affirmate protulerim. Cui T. Livii dulcissimus stylus, et omnibus ornamentis instructa Historia non blanditur, eidem inspectus placebit, ut olim Isocrates, cujus jucunditas sic hominum mentes allicere consuerat, ut ejus domus cunctae Graeciae quasi ludus pateret, ac dicendi officina.

Cap. VI. 40

Vindiciae tutelares.

Sed adhuc mihi a calumniis vindicandus est Livius. Haud enim desunt invidi alii, (nulla nempe hominum uberior est seges feraci

hoc

eroraret. T. Livius, *elo-*
ac fidei praeclarus in
Cn. Pompejum tantis
tulit, ut Pompejanum
gustus appellaret. ne-
micitiae eorum offecit.
m, Afranium, hunc
assium, hunc Brutum
latrones et parrici-
e nunc vocabulu impo-
saepe insignes viros no-

autem Livius Gallorum
ensus fuerit, minime
dum puto. Cum ab om-
itus sit perpetuus canae
livore suffusae fidei cul-
olo quemquam hic acer-
tari, dixisse contentus,
lorum temporum gesta,
que mores, et id genus
ide adeo et ex veritatis
to literis tradidisse, ut
llud jure sibi promeruc-
LIVIUS DIGNUS EST HABI-
US DIVINO CALAMO TANTAE
POPULI ROMANI, TOTIUS
TORIS, RES GESTAE CON-
TUR.

A P. VII.

nectus et Obitus.

rat inter caeteros T. Li-
ae Augusti gratia, et ea
re nominis, qua nullam
fuisse tradidimus suo lo-
demum honorum satur,
studiis fessus, accensus
triae, Patavium cogitare
omam itaque, post Au-
cessum e vita moestissi-
liquit Livius, plausibus
ationibus publicis rece-
atriae sinum, cum illi
omnes, suis effusi sedi-
iam prodire gestirent,
, INGENS ILLUM ESSE PA-
E DECUS ET ORNAMENTUM,
IN ARTERNITATEM OR-
ille in oculis Civium,
li aura recreatus, pla-
io, praeteritorum labo-
u fruens, cultus ab omnibus et dilectus, aliquamdiu vixit. At cum omnes, quotquot vivimus, homines nati ea lege simus, ut quotidie moriamur, mortalitatem demum explevit, imperante Tiberio Caesare, anno ejus Imperii IV. redempti vero Orbis xx. aetatis denique gloriosissime transactae LXXVI. Constat id ex Vossio Lib. 1. de Historicis Latinis. T. Livius *quarto Tiberii anno obiit, quo et Ovidius decessit Tomis: ut de utroque Eusebius in Chronicis testatur.* Id 51
ipsum in Scardeonio legere est Lib. 1. Classe III. de priscis Civibus Patavinis, et Memoria veteri, quam ex Praetorio Patavino nostro adducam infra. Gaspari vero Conrado, afferenti in Prosopographia sua Melica, milliario primo, pag. 98. L. (id est Livius) obiit Anno Mundi 3993. Anno Christi 23. aetatis LXXX. Sicchum Polentonum opponimus, sic loquentem in Epistola ad Nicolaum Florentinum, quam edidit eruditissimus Pignorius in Originibus Patavinis cap. 17. *Praetereo famam, quae* Livium *Patavii et natum et sepultum ferat. Adest Quintilianus: is Oratoriae Institutionis libro* Livium *Patavii natum scribit. Adest Eusebius de temporibus, Historicus fide dignus,* Livius *Patavii moritur,* inquit. *Adest Hieronymus, quem vitae Sanctitas haud minus dignum facit. Libro enim de temporibus,* Livium *Patavii et na-* 52
tum, et mortuum profitetur. Creditu enim facile, mortuo Augusto (legerim, *Creditum enim facile, quod mortuo Augusto*) *repatriaverit; seu gratia uberioris otii, seu quod Tiberius non tanti faceret divos homines, prius Octaviani humanitate congestos. Commune vitium experimur, etiam filios patrum fautoribus aemulari.* Constat autem, obiisse Livium Kalendis ipsis Januarii, quibus et Ovidius e vita decessit: qua de re

Historiam ejus crebris convitiis lacessens. Siquidem is libro II. de conscribenda Historia objecit illud in primis Historico nostro Principi, *quod nimis Poëticus fuerit, nimisque longus, et aliquando dictionem habeat dissimilem, fortuitam, et interdum vastam et inconditam.* Sed frustra lividum hoc ingenium jugulare nisum est Livium, imbrem, quod ajunt, in cribro gerens. An non enim Historia, Poësi proxima, et stylus ejus quodammodo solutum carmen? An non illa sonis suis ac numeris constat, ut metro in animis hominum varios affe-
45 ctus excitet, et cum delectatione excitet, quo facilius improvidi quique ex aliorum factis, periculis, et monitis meliores fiant? Audiatur hic unus e multis Vossius libro I. de Historicis Latinis cap. 2. *Qui autem Historiam a se signatum exire, atque emanare in vulgus primi juberent, Poëtae fuerunt.* Recenset autem Benius, exigui capitis, at exilioris cerebri vir, inter Poëticas descriptiones narrationem adventus Annibalis in Italiam, eamque propterea reprehendit, cum nulla diligentior, venustior, pulchrior toto illo in opere se spectandam prodat, satis ut hinc liqueat manifeste, quanti capitis hujus inepti convitia reliqua facere debeamus. Absolvit itaque latratus suos in Livium Benius hac verborum strue. Livius *in Epistola quadam, filium ad eloquentiam aspirantem hortatur, ut Ciceronem diligenter e-*
46 *volvat, et imitetur primum, tum caeteros, prout quisque est Ciceroni simillimus, de suis scriptis, ne verbum quidem: quae tamen, si ea tanti fecisset, filio item, Ciceronis exemplo, legenda proposuisset.* Ecquis enim sanae mentis pater, et alienus a fastu, filio suo auctor extitit, ut, relictis aliorum operibus, sua tantum evolveret? Vident per se oculati quique arrogantiam hominis, et derident. Cui ista non satisfecerint, cupiatque exactiorem defensionem Livii adversus Benium intueri, legat is epistolam Laurentii Pignorii XLIV. Balthassari Bonifacio scriptam. Fuerunt etiam, qui quererentur, rerum aliquarum memoriam in Livio subobscuram; sed nemo unquam impius adeo fuerit, ut non illi ignoscat, fatenti libro VI. [cap. 1.] candide, et scribenti, se, *quae ab condita Urbe Roma ad captam eandem urbem Romani sub regibus primum, Consulibus deinde, ac Dictatoribus, Decemvirisque, ac Tribunis Consularibus gessere foris bel-*
47 *la, domi seditiones, quinque libris exposuisse; res cum vetustate nimia obscuras, velut quae magno ex intervallo loci vix cernuntur, tum quod perrarae per eadem tempora literae fuere, una custodia fidelis rerum gestarum: et quod etiam, si quae in commentariis Pontificum, aliisque publicis privatisque erant monumentis, incensa urbe pleraeque interiere: clariora vero deinceps certioraque ab secunda origine, velut ab stirpibus laetius feraciusque renatae urbis, gesta domi militiaeque exposita tradidisse.*

Illud sane miror, tum Budaeum, tum Henricum Glareanum, viros utique sapientes, non esse veritos affirmare, Livium *bellicosae Gallorum gentis res gestas odiose tractasse.* Quantum enim Livius veritati studuerit, vel ex eo assequi conjectura possumus, quod in descriptione belli Civilis, ne
48 Augusto quidem, a quo unice diligebatur, totque divitiis locupletatus fuerat, ac honoribus exornatus, in tantum voluerit gratificari, ut aliter rem narraret, quam factam sciret. Audiatur hic Cremutius Cordus, ita rem enarrans apud Tacit. Annal. 4. [cap. 34.] dum in defensione vitae

D. Justinae Coenobium bis affirmat [pag. 381.] *hac Urbe Justinae Vir nplum, amplissimae des, mille in circuitu nplexae, aquis circum- quod in vetustae aedis edificatum fuisse hinc uod effodientes ubique ma inveniunt litho- odem in loco* T. Livii *m aetate nostra re- isse conspeximus, ut iceat, vetustum Jovis ibi fuisse, in quo ipse* . [cap. 2.] *narrat, spo- onymi Lacedaemonii ictoria Patavium re- isse.* (1) Caeterum, Livii Zacharias Trivi- ctor in penetrali suo eret, Senatus habitus sco Tito Livio erigen oque quorundam sen- t, apud Fanum Sancti , qua forum respicit, ere Cenotaphium illi e erigendum. At Opti- idam privata pecunia to nobilius monumen- ebantur, si prope suas as ossa transferrentur. m contendebant Ludo- acharinus vir Clarissi- Henricus Scrovinius E- tandem Senatui popu- avino publicam in Li- atem declarare visum illius ossibus ad occi- Praetorii parietem de-

portatis, et supra portam illius conditis, quod et illico peractum est, adjecta imagine et elogio, quod hisce verbis ad hanc usque diem Praetorium introëuntibus se spectandum offert.

(2) OSSA
T. LIVII PATAVINI, VNIVS OMNIVM MORTALIVM JVDICIO DIGNI, CVIVS INVICTO CALAMO INVICTI P. R. RES GESTAE CONSCRIBERENTUR. 69

Auctor hujus Epitaphii fuit Leonardus Justinianus, qui tunc temporis erat civitatis Praetor, ut refert Guilielmus Ongarellus in sua Chronica. 70

De sepulchro vero et effigie Titi Livii haec habet Pighius in Hercule Prodicio [pag. 108.] *Ascendunt deinde in sublime Praetorium plumbo tectum, Palatium majus appellant, statuis et picturis excellentibus ornatissimum, ubi monstrantur Carolo virorum illustrium Patavinorum effigies, qui, suis virtutibus immortalem famam nacti, urbem illam vel nativitate, vel morte sua decoraunt. Et ne longus sim in enumerandis singulis, quorum imagines Principi tum ostendebantur, ut* T. Livii, *Romanae Historiae Principis, cujus etiam ossa perhonorifice ibidem marmoreo in sepulcro condita esse affirmant,* etc.

ii loco laud. non *Jovis, onis aedes* memoratur. Time offendit vir do- ud Niceron. in Memo- orum Illustrium Histo- ervientibus, tom. v. p. vitam Livii edens te- Livio historico Mauso- ectum esse in templo , ubi postea conditum asterium S. Justinae, anno 1413. hoc Epita- inventum esse; quum

tamen Tomasin. h. loc. et Sertor. Ursat. in Monum. Patav. pag. 29. aliique testentur. inscriptionem hanc Leonard. Justinianum praetorem Patavinum auctorem habere, et factam esse anno 1413. quo tempore Patavini monumentum Livio prope Praetorium extruxerunt. Mausoleum etiam Livio in templo Junonis erectum omni historiae et antiquitati adversatur.

Cap. IX.

Ossa quo tempore inventa, qua celebritate condita.

Ossa T. Livii in plumbea capsula apud sacras aedes D. Justinae inventa sunt, anno salutis humanae M. CCCC. XIII. Dum enim tunc temporis Marinus, Ludovici Barbi Canonici nostri frater, ad illud Coenobium reformandum accessisset, sibique pone Abbatis domicilium aediculam exstruere cogitasset, et pro fundamentis altius effoderetur, apparuit illico vetustissimum pavimentum, ex quadratis lateribus et calce omni parte compositum: quo leviter fracto, inclusa in ea
64 capsa plumbea reperta est, longa pedes sex, alta vero et lata aeque ultra pedem. Livii mox clamatur, quod relatu Fratrum sepultus ibi Livius haberetur, et Monachi, qui meminerant ibi veterem effossum lapidem, cum Livii epitaphio, unanimes corpus esse Livii faterentur, quod et Polentonus affirmat in laudata epistola, rei totius oculatus testis.

Inter haec summa totius civitatis laetitia divulgatur, repertum Titi Livii corpus. Jamque ad illud Nobilitas omnis accurrerat, et ex ossibus fragmenta diripere conabatur. Amplectebantur cuncti capsulam plaudentes. Multitudo vero populi tanta confluxerat, ut Monachi, eo concursu perterriti, de comburendis Livii ossibus cogitarent, ut a gentili viro venerationem insolitam amoverent. At Rolandus monachus, rogatus a Nobilibus,
65 arcam et ossa Titi Livii Patriae dono dedit. Inde magno omnium Civium conventu, ac celebri pompa totius civitatis, Nobilium ipsorum humeris in Forum maximum deportata sunt.

Liceat mihi hoc loco Illustres viros recensere, qui vicissim humeros his ossibus submisere. Alterum modo repertae arcae ligneae caput Andreas Dandulus, Patricius Venetus, alterum Siccho Polentonus, medium subiere Palamedes, vulgo Palaminus, Vitalianus et Peraghinus Peraga aurati equites, Alexander de Doctoribus, Jo. Franciscus Capilistius, et Nicolaus Porcellinus Jurisconsulti. Sequebantur Zacharias Trivisanus Praetor, et Leonardus Mocenicus Praefectus: mox quicumque literarum studio, vel patriae amore tenebantur, ut ante nos prodidit Polentonus, et Jacobus Cavatius Lib. v. Historiarum Coenobii D. Justinae Patavinae, ad quorum scripta lectorem remittimus non inviti. Eam sane famam respiciens Theo- 66
dorus Zvingerus in Methodo Apodemica Lib. III. pag. 273. haec ad posteros transmisit. Titi Livii *ossa, ad D. Justinae, anno salutis* CIↃ. CCCC. XIII. *reperta in plumbea capsula, insigni pompa, succollantibus viris nobilissimis, in foro judiciorum, ad Occidentalem partem reposita fuere, cum inscriptione et effigie ejusdem.* Et in additionibus ad Historicos Latinos Vossius. *Sepulcrum* Livii, *ut quidem Blondus, eoque ex auctore Leander refert, Patavii fuit, ubi olim Junonis templum, at nunc Monasterium B. Justinae, quod tenent nigri Monachi Benedictini.* At Blondus Flavius, qui a Secretis fuit Pontifici nostro *Eugenio IV.* in sua Italia illustrata non *Junonis* templum, sed *Jo-*

tellexerunt, constare potest ex subjungenda Differt. Morhofii de Patavin. Liviana cap. III. ubi insuper docet, illa eorum sententia subversa, corruere simul fabulam, ossa Livii Patavii adhuc superesse.

vis, fuisse D. Justinae Coenobium hisce verbis affirmat [pag. 381.]

Est in hac Urbe Justinae Virginis Templum, amplissimae
67 *cujus aedes, mille in circuitu passus amplexae, aquis circumluuntur: quod in vetustae aedis vestigio aedificatum fuisse hinc constat, quod effodientes ubique pulcherrima inveniunt lithostrata. Eodem in loco* T. Livii *sepulchrum aetate nostra repertum fuisse conspeximus, ut credere liceat, vetustum Jovis templum ibi fuisse, in quo ipse* Livius *in* x. [cap. 2] *narrat, spolia de Cleonymi Lacedaemonii piratae victoria Patavium reportata fuisse.* (1) Caeterum, cum ossa Livii Zacharias Trivisanus Praetor in penetrali suo locari cuperet, Senatus habitus est pro Museo Tito Livio erigendo, in eoque quorundam sententia fuit, apud Fanum Sancti Clementis, qua forum respicit, publico aere Cenotaphium illi e marmore erigendum. At Optimates quidam privata pecunia Livio multo nobilius monumentum pollicebantur, si prope suas aedes illius ossa transferrentur. Ad eam rem contendebant Ludo-
68 vicus Buzacharinus vir Clarissimus, et Henricus Scrovinius Eques. At tandem Senatui populoque Patavino publicam in Livium pietatem declarare visum est magis illius ossibus ad occidentalem Praetorii parietem deportatis, et supra portam illius conditis, quod et illico peractum est, adjecta imagine et elogio, quod hisce verbis ad hanc usque diem Praetorium introeuntibus se spectandum offert.

(2) OSSA
T. LIVII PATAVINI, VNIVS 69
OMNIVM MORTALIVM JVDICIO DIGNI, CVIVS INVICTO CALAMO INVICTI P. R. RES GESTAE CONSCRIBERENTVR.

Auctor hujus Epitaphii fuit 70
Leonardus Justinianus, qui tunc temporis erat civitatis Praetor, ut refert Guilielmus Ongarellus in sua Chronica.

De sepulchro vero et effigie Titi Livii haec habet Pighius in Hercule Prodicio [pag. 198.] *Ascendunt deinde in sublime Praetorium plumbo tectum, Palatium majus appellant, statuis et picturis excellentibus ornatissimum, ubi monstrantur Carolo virorum illustrium Patavinorum effigies, qui, suis virtutibus immortalem famam nacti, urbem illam vel nativitate, vel morte sua decorarunt. Et ne longus sim in enumerandis singulis, quorum imagines Principi tum ostendebantur, ut* T. Livii, *Romanae Historiae Principis, cujus etiam ossa perhonorifice ibidem marmoreo in sepulcro condita esse affirmant,* etc.

(1) In Livii loco laud. non *Jovis*, sed *Junonis aedes* memoratur.

(2) Gravissime offendit vir doctus apud Niceron. in Memoriis, virorum Illustrium Historiae inservientibus, tom. v. p. 159. qui vitam Livii edens testatur, Livio historico Mausoleum erectum esse in templo Junonis, ubi postea conditum est Monasterium S. Justinae, ibique anno 1413. hoc Epitaphium inventum esse; quum tamen Tomasin. h. loc. et Sertor. Ursat. in Monum. Patav. pag. 29. aliique testentur, inscriptionem hanc Leonard. Justinianum praetorem Patavinum auctorem habere, et factam esse anno 1413. quo tempore Patavini monumentum Livio prope Praetorium exstruxerunt. Mausoleum etiam Livio in templo Junonis erectum omni historiae et antiquitati adversatur.

71 CAP. X.

Honores obitum consecuti, ejusdemque memoriae posita monumenta.

Scio Monumenta, T. Livio posita, collecta a multis, ne tanti Viri memoria ullis unquam seculis interiret. Congessit illa Scardeonius in volumen suum; idemque p ri genio, feliciori calamo, praestitit Franciscus Swertius in Delitiis Orbis. Verum enimvero, ut hic eorum multa praeteriit, sic apud illum quae extant, confuse adeo in vastam illam memoriarum molem ingesta sunt, ut in quodam Chao jacere miserrime videantur. Nostrum igitur fuerit, id praestare, ut eadem, et si quae sunt alia, lucem habeant meliorem, disjectisque nubibus clarius micent. Praeclarum et illustre L. Livii
72 Monumentum illud est in primis, quod in interiori occidentali parte Praetorii nostri saepe ac saepius legimus, non sine sensu alicuo voluptatis. Liquet autem ex eo, sapientissimum Alphonsum, Aragoniae Regem, anno CIↃ.CCCC.LI. per Legatos suos os brachii T. Livii, quod praeclara illa Commentaria conscripserit, a Republica Patavina impetrasse, ut Neapolim, honoris gratia, deferretur. Verba denique sic illius habent.

INCLITO ALPHONSO,

ARAGONVM REGI, STVDIORVM FAVTORI, REIPVBLICAE VENETAE FOEDERATO, ANTONIO PANORMITA PORTA LEGATO SVO ORANTE, ET MATTHAEO VICTVRIO HVIVS VRBIS PRAETORE CONSTANTISSIMO INTERCEDENTE, EX HISTORIARVM PARENTIS T. LIVII OSSIBVS, QVAE HOC TVMVLO CONDVNTVR, BRACHIVM PATAVINI CIVES IN MVNVS CONCESSERE, ANNO CHRISTI MCCCCLI. XIIII. KAL. SEPTEMBRIS.

73 Excepit os illud, Neapolim adsportatum, summo cum honore Regius literarum pater; at, dum illi Museum proprium erigere cogitat, vita excessit. Mansit ob id penes Panormitam, inde devenit in Pontani, Regni illius a Secretis, manus, a quo demum locatum est in urnula, et inscriptione hujuscemodi decoratum.

T. LIVII

HISTORICI BRACHIVM, QVOD OLIM ANTONIVS PANORMITA A PATAVINIS IMPETRAVERAT, IO. IOVIANVS PONTANVS MVLTOS POST ANNOS CONDIDIT.

At ea quoque memoria periit, 74
Pignorio teste suis in Originibus Patavinis, ex epistola quam Jo. Vincentius a Forta scripsit D. Peireschio, Senatori Regis Galliae, anno CIↃ. IↃC. II.

Anno vero CIↃ. IↃ. XLVIII. Ossa eadem translata fuere in eminentiorem locum ejusdem occidentalis partis Praetorii nostri, ubi nunc spectatur T. Livii Mausoleum, nobilitatum tabellis aeneis, inscriptionibus, et vetustissima ipsius imagine marmorea, quam ab Alexandro Bassiano, antiquitatis praeclarissimo cultore, inventam Civitas dono accepit. Sub illa imagine marmor id adspicitur, quod olim effossum fuerat in D. Justinae Templo, ibique loci, ubi ossa ipsa postmodum reperta sunt, V. F. T. LIVIVS, etc. nempe a nobis alibi [pag. 62.] est productum. Dexteram Musei partem obtinet *Aeternitatis* statua, laevam *Minervae*. Sub Aeternitatis pedibus *Tybris* excurrit, sub Minervae *Medoacus*, et hos inter amnes, in meditullio Musei, spectatur lupa, Romulum et Remum sic ablactans. 75

Legitur demum sub his omnibus in aenea tabula tale hexastichon Lazari Bonamici, praeclarissimi Vatis.

Ossa tuumque caput cives tibi, maxime Livi,

Prompto animo hic omnes composuere tui.
Tu famam aeternam Romae Patriaeque dedisti:
Huic oriens, illi fortia facta canens.
At tibi dat Patria haec, et si majora liceret,
Hoc totus stares aureus ipse loco.

Ubi notandum, quartum carmen ab auctore monumentorum Italiae, et Georgio Merula sic produci.

Hinc mens, illi fortia facta canens.

76 Quam lectionem neque Bonamici Hexastichon admittit, neque sententia, neque carmen ipsum.

Subjicitur ei tandem annus, quo Livius obiit, ab Eusebio petitus, his notis.

T. LIVIUS
QUARTO IMPERII TIBERII CAESARIS
ANNO VITA EXCESSIT,
AETATIS VERO SUAE LXXVI.

77 Extat et altera ejusdem Historici memoria, celebris admodum et illustris, supra aliam portam Praetorii dicti, sub alia magna statua lapidea, habitu tenentis librum apertum, manu ad os adjecta, hac gnome. *Parvus ignis magnum saepe suscitat incendium.*

T. LIVIVS PATAVINVS,
HISTORICORVM LATINI NOMINIS FACILE PRINCEPS, CVIVS LACTEAM ELOQVENTIAM AETAS ILLA, QVAE VIRTVTE PARITER AC ERVDITIONE FLOREBAT, ADEO ADMIRATA EST, VT MVLTI ROMAM, NON VT VRBEM REBVM PVLCHERRIMAM, AVT VRBIS ET ORBIS DOMINVM OCTAVIANVM, SED VT MVNC VIRVM INVISERENT AVDIRENTQVE, A GADIBVS PROFECTI SINT. HIC RES OMNES, QVAS POPVLVS ROMANVS PACE BELLOQVE GESSIT, QVATVORDECIM DECADIBVS MIRA STILI FELICITATE COMPLEXVS SIBI AC PATRIAE GLORIAM PEPERIT SEMPITERNAM.

Cernitur et hic vetustissimus lapis in aedibus Alexandri Bassiani. 78

T. LIVIVS
T. L.
OPTATVS. AN. XV.

Et haec Inscriptio in Zabarellorum aula ad D. Laurentii sub ejusdem effigie picta, auctore Joanne Cavacio Patavino.

T. LIVIVS C. F. 79

Natus ante bellum civile Caesaris et Pompeji, Quintiliano teste, in Historia nemini secundus. Cornelius Tacitus, eloquentiae ac fidei primus ei attribuit. Authore Seneca docuit, Salustium sumpta ex Thucydide depravasse. In ultimis terris quanta hujus viri fama fuerit, D. Hieronymus ex Plinio ostendit. Ipso hortante, Claudius Imperator adolescens scripsit historiam. Amicitiae Augusti, licet Pompejanus, non offecit, militia, civiumque concordia insignis, et auctus filia L. Magio Oratori Romano nupta. Epitaphium sibi, et suis omnibus Patavii V. F. ubi excessit anno IV. *Imperii Tiberii Caesaris, aetatis* LXXVI. *Quod et propria effigies una cum suis reliquiis munere patriae in magno palatio extat.*

Haec servat adhuc Patavina civitas civis sui doctissimi monumenta. Ad haec vulgus domum Alexandri Bassiani, marmoribus, statuis, et inscriptionibus ubique refertam, domum Livii nuncupat, cujus ergo magnis advenarum concursibus celebratur. Scraderus etiam, Patavii in *domo Livia* se vidisse prodiit effigiem T. Livii, quam ita descripsit. *Caput* T. Livii *sine barba, collapsis genis, facie rotunda, lineis rectis, auriculis longis, naso acuminato.* Pari errore decepti Tituli accolae somniarunt, 80

ta domus, non hoc uno nomine toti terrarum orbi notus, sed et Theologiae, Philosophiae, Jurisprudentiae, Poësis, et amoeniorum quorumque studiorum cultu, quibus veluti radiis, Solis instar, longe lateque conspicuus, cum Aulae Farnesianae micuisset satis, Romam illustrare coepit, ibique summis continenter Pontificibus illius, ut in Universi Centro, novum exemplo suo Tychonis Systema confirmavit, sibi semper aequalis undique, vitaeque semper integerrimae, et eruditionis ac doctrinae sanae et solidae jubar undequaque cum amore pariter et admiratione diffundens. Sed haec alias pluribus in Elogiis nostris. Satis enim hic habeo demonstrasse leviter, in Antonium Quarrengum commigrasse Livium, ut, eo nunc sospite, magni illius luminis, exstincti dudum, Stylum et imaginem habeamus, cujus nos aspectu aeternum pasci Caelites patiantur.

89 Cap. XI.

Elogiorum reliquiae coronidis loco.

Claudent T. Livii vitam ejus Encomiastae, hactenus non allati, ducetque Paterculus familiam reliquorum. Ejus enim ista sunt Libro II. [cap. 36.] *Pene stulta est inhaerentium oculis ingeniorum enumeratio: inter quae maxime nostri aevi eminent, princeps carminum Virgilius Rabiriusque, et consecutus Sallustium* Livius, *Tibullusque et Naso perfectissime in forma operis sui. nam vivorum ut magna admiratio, ita censura difficilis est.*

Philippus Cominaeus putavit Livium, *Latinorum Polybium, omnibus Senatoribus ac Gubernatoribus rerumpublicarum perlegendum.*

Isaacus Casaubonus ad eundem transtulit illud Senecae Rhetoris de oratorum Principe encomium. *Populum Romanum hujus unius ingenium par imperio suo habuisse.* 90

Georgius Corvinus, et Sigismundus Feirabentus, Bibliopolae Francofurtenses, in Praefatione operum ejus, a se editorum A. M. D. LXIV. Livium *Historicorum aliorum omnium Principem, et rerum Romanarum divinum explicatorem* vocant.

Iidem in alia Nuncupatoria editionis alterius in 8. ita de illo scribunt. *Nam, quod ad auctorem attinet, talis est, ut vivus lacteo eloquentiae fonte nobiles, quos Roma ad sui contemplationem trahere non potuit, nominis sui fama, ut Hieronymus ad Paulinum refert, de ultimis Hispaniae Galliarumque finibus pertraxerit, et moriens ob eorum, quae describit, magnitudinem, varietatem, praestantiam, utilitatem, ac jucunditatem, dignus sit habitus, qui ad Romanae Historiae cognitionem, prudentiamque civilem cum eloquentia comparandam prae caeteris in manibus omnium teneretur.* 91

Philippus Beroaldus in oratione, habita in enarratione ejusdem ac Silii Italici, praeter ea, quae supra produximus ex eodem, haec alia adducit.

Eodem animo Livius *bella scriptitavit, quo Romani gesserunt; eodem ingenii fulmine stylum exercuit, quo Romanus populus arma tractavit; eadem vigilantia incubuit chartis, qua Romani milites disciplinae militari incubuerunt. Et medius fidius videtur populus Romanus vel ob hoc unum tam memoranda facinora gerere voluisse, ut illa tam a luculento Scriptore describerentur, qui*

vitam Livii tetigit
3.
elcurionis in Anno-
ı ipsummet T. Livi-
psit.
de vita Livii *plu-*
e non attinet, qui
omnium Histori-
orum Princeps ju-
; quia res omnes,
omano pace bello
septingentis sexa-
ab Urbe condita
oso simul, et flu-
oque stylo perscri-
e habitus in ma-
et celebritate, sub
Caesare Augusto,
n magna fuit gra-
eum Caesar Pom-
care soleret, quia
ia bella Caesarum

odiginus Lectionum
ib. 25. cap. 3.
udo illa Patavini
tea et redundans,
em saepe afficiens,
odam adobruat pe-
ıge pinguius inge-
etur, adeo ut, sic-
s ille ait, qui ne-
ım de tabula, ocu-
revellere nequeas.
non adumbrantur
, sed et exprimun
Ubertas illa prae-
ustera tamen, nec
da, sine labore (ut
sto Seneca scribit)
quoque, nec affusa
e, sed quodam Cir-
leam intelligi vo-
m Princeps Home-
veneficio est. Ab-
tinet blandis amo-
rrabilis facundiae
ae tamen vasta non
pta honestius, cul-
s, expolita divini-
am fucus puerilis,
a inania; nusquam
ıcinnus. Non ades,
provocat praegustata amoenitas, Sirenum cantibus longe potentius, quas surdus demum remex pertransisse narratur! istam, odore modo perceptam, nec caecus quidem neglexisse possit. Jam quid de eruditione dicam? Et alia praeclara multa.

Blondus quoque Flavius in sua Italia, loquens de civitate Patavina, Livii mentionem facit, sicut et Cosmographi reliqui, tradentes hoc unum Patavinae civitatis monumentum praeclarissimum extitisse. Sic Zacharias Lilius in suo Orbis Breviario in Venetis, de Patavio meminit Livii cum honore. Sic Marcus Guatius in sua Chronica praeclare sentit, et loquitur de Livio nostro, sicut et Historici omnes, qui post illum eorum gesta temporum edidere.

LECTORI. 102

Quae sequuntur, Sertorii Ursati sunt, ex monumentis *ipsius* Patavinis [lib. 1. sect. 1. pag. 28.] *desumpta: quae cum maxime faciant ad interpretationem inscriptionis monumenti T. Livii, quod nos hic supra pag. 74. delineatum exhibuimus, non incongruum nobis visum est ea hic adjicere, quamvis plurima ex his jam tetigerit Tomasinus.*

EPITAPHII T. LIVII, 103

In occidentali Praetorii Patavini parte erecti, interpretatio.

Livius] Liviam gentem in numero plebejarum reponit Panvinius: Consules tamen habuit, et quidem clarissimos, Salinatorem, Dentrem, Drusum, Libonem cognominatos, Patavioque summum conciliavit splendorem, quod Livium nostrum ediderit. De cujus patria et natalibus nihil referam; cum et a proposito instituto recedat, et clarissimorum virorum innumera suppeditent testimonia, qui eum Pa-

dam sacrae memoriae Roberto Siciliae Rege, summa, sed hactenus inefficaci, diligentia quaesivi. Atque utinam falsus vaticinator inveniar! Cito enim, nisi mores hominum mutentur, de hoc eventurum vereor, quod olim proposuerat Cajus Caligula, nequissimus tyrannorum, de quo est apud Suetonium Tranquillum, quod T. Livii *Historiam, et Virgilii Poëtae libros, et imagines parum abfuit, quin ab omnibus bibliothecis amoveret: utque ingenio viri hujus clarissimo nubem oblivionis, quam non attulit imperiosa crudelitas, afferat sensim incuriosa segnities.*

Gaspar Conradus Sil. in sua Prosopographia Melica, millenario primo pag. 98. Titulo

96 T. LIVIUS
HISTORIOGRAPHUS.

Optimus Historiae Romanae Livius *auctor.*
O plene hoc magnum nunc superesset opus!

ANTONIUS LUSCUS
in carmine ad Joannem de Nogarolis.

Livius *e manibus nunquam cadat, ille docebit,*
Auspiciis quibus orta prius, quo Principe, quantis
Consiliis firmata fuit res publica, Regum
Diversos mores, majestatemque Senatus,
Et causas bellorum omnes, et cum quibus acta:
Quo fato, quo consilio, quo jure per omnes
Crevit in imperium virtus Romana labores,
97 *Illa severa vetus quae disciplina Quiritum*
In castris, quae norma domi, quo more, quibusve
Legibus Italiam primo, post fortior urbes
Roma peregrinas fracta Carthagine tandem
Strinxerit.

T. LIVII
EPITHAPHIUM
E BERNARDI GEORGII
Praetoris Patavini carminibus.

Livius *exstinctus jacet hic, quem fama superstes*
Incolumem servat, tum superesse facit.
Quem labor, et Studium, phrasis quoque lactea, priscas
Scribentem historias sidera ad usque vehit.
Multum igitur debes Patavis, Roma inclita, nam te 98
Livius *exultat, dum tua gesta refert.*
Adriacum donec praeterfluet Albula molem
Tantisper, Livi *fama superstes erit.*

Balthassar Bonifacius de Scriptoribus Romanae Historiae.

T. Livius *Patavinus, lac Musarum, mare tranquillum, anima eloquentiae, eorum, qui nunc supersunt, Scriptorum Romanae Historiae longe Princeps, lactea quadam ubertate dictionis divinitus facundus, amans virtutum, osor vitiorum, rectus judicii, rerum togae, rerum sagi, etsi non usu, neque experientia, egregie tamen peritus, ab urbe condita ad Divi Augusti aevum centum et quadraginta libris divinas illas lucubrationes perduxit; quarum tamen longe maximam quam partem, ingenti rei literariae jactura deperditam, nunquam fortasse inventam desideramus; nec tanti operis reliquos habemus, nisi quinque et triginta libros.* 99

Angelus Portinarius in Felicitate Patavina, Italico idiomate

conscripta, vitam Livii tetigit Lib. 7. cap. 3.

Joannes Velcurionis in Annotationibus in ipsummet T. Livium haec scripsit.

Caeterum de vita Livii *plura hic dicere non attinet, qui procul dubio omnium Historicorum Latinorum Princeps judicari debet; quia res omnes, a Populo Romano pace bello que amplius septingentis sexaginta annis ab Urbe condita gestas, copioso simul, et fluenti, invictoque stylo perscripsit. Romae habitus in maximo pretio et celebritate, sub Octaviano Caesare Augusto, apud quem in magna fuit gratia, tametsi eum Caesar Pompejanum vocare soleret, quia liberius civilia bella Caesarum descripserat.*

100 Coelius Rhodiginus Lectionum antiquarum Lib. 25. cap. 3.

Et amplitudo illa Patavini Historici lactea et redundans, itaque legentem saepe afficiens, ut stupore quodam adobruat pene, alere longe pinguius ingenia mihi videtur, adeo ut, sicuti in pictores ille ait, qui nescirent manum de tabula, oculos a lectione revellere nequeas. Ita dicendo non adumbrantur modo omnia, sed et exprimuntur graphice. Ubertas illa praedulcis, et austera tamen, nec decocta, nitida, sine labore (ut de Theophrasto Seneca scribit) efflorescens quoque, nec affusa modo nectare, sed quodam Circes (quam Deam intelligi voluit literarum Princeps Homerus) delibuta veneficio est. Abire cupis, retinet blandis amoribus inenarrabilis facundiae vastitas, quae tamen vasta non est, sed compta honestius, culta pretiosius, expolita divinius, nusquam fucus puerilis,
101 *aut pigmenta inania, nusquam vibratior cincinnus. Non ades, provocat praegustata amoenitas, Sirenum cantibus longe potentius, quas surdus demum remex pertransisse narratur! istam, odore modo perceptam, nec caecus quidem neglexisse possit. Jam quid de eruditione dicam?* Et alia praeclara multa.

Blondus quoque Flavius in sua Italia, loquens de civitate Patavina, Livii mentionem facit, sicut et Cosmographi reliqui, tradentes hoc unum Patavinae civitatis monumentum praeclarissimum extitisse. Sic Zacharias Lilius in suo Orbis Breviario in Venetis, de Patavio meminit Livii cum honore. Sic Marcus Guatius in sua Chronica praeclare sentit, et loquitur de Livio nostro, sicut et Historici omnes, qui post illum eorum gesta temporum edidere.

LECTORI. 102

Quae sequuntur, Sertorii Ursati sunt, ex monumentis *ipsius* Patavinis [lib. 1. sect. 1. pag. 28.] *desumpta: quae cum maxime faciant ad interpretationem inscriptionis monumenti T. Livii, quod nos hic supra pag. 74. delineatum exhibuimus, non incongruum nobis visum est ea hic adjicere, quamvis plurima ex his jam tetigerit Tomasinus.*

EPITAPHII T. LIVII, 103

In occidentali Praetorii Patavini parte erecti, interpretatio.

Livius] Liviam gentem in numero plebejarum reponit Panvinius: Consules tamen habuit, et quidem clarissimos, Salinatorem, Dentrem, Drusum, Libonem cognominatos, Patavioque summum conciliavit splendorem, quod Livium nostrum ediderit. De cujus patria et natalibus nihil referam; cum et a proposito instituto recedat, et clarissimorum virorum innumera suppeditent testimonia, qui eum Pa-

tavinum, genere clarum, historiaeque parentem declarant: inter quos de ejus gloria hoc unum Plinii ad Nepotem Lib. 2. Epist. 3. plurimorum loco sufficiat. *Numquamne legisti Gaditanum quendam, Titi Livii nomine gloriaque commotum,*
104 *ad visendum eum ab ultimo terrarum orbe venisse, statimque, ut viderat, abiisse?* Vixit Romae usque ad Augusti decessum, cui summe gratus erat. Post ejus vero mortem, honoribus annisque defessus, in patriam reversus, publicis a Patavinis receptus fuit acclamationibus. ubi Tiberio Caesare Augusto III. et Germanico Caesare II. Consulibus, anno Urbis conditae DCCLXXI. a partu Virginis XIX. Imperii Tiberii quarto, suaeque aetatis LXXVI. e vita excessit. Panvin. Fast. lib. 2. Corpus ejus haud procul a Concordiae templo conditum fuisse, et saxum istud, et ejus ossa ibi eruta abunde confirmant. Id cum Jacobus Cavacius, Congregationis Divae Justinae Coenobita, ejusque monasterii Historicus, fide et solertia eximius, fuse, ac sine fuco, e tabulario depromat, Hist. Coenob. D. Just. lib. 5. fol.
105 218. ipsius verba heic apponere opportunum existimavi.

Sed nos in urbem revocat T. Livius, Romanae historiae parens, et Patavinorum decus, cujus sepulcrum in nostro coenobio repertum est. Pone Abbatis aedes, ubi nunc valetudinarium est, ante annos quinquaginta effossus fuerat antiquus lapis cum epitaphio.

V. F.
T. L I V I V S
L I V I A E. T. F.
Q V A R T A E. L.
H A L Y S
C O N C O R D I A L I S
P A T A V I
S I B I. E T. S V I S
O M N I B V S.

Hunc Patres in vestibulum 106
templi transtulerant, atque Livii imaginem appinxerant, quam situ exoletam Andreas Abbas nuper novaverat. Marinus, Ludovici frater, cum saepe ad eum diverteret, et aliquod negotium inferret disciplinae Monachorum, statuit pone Abbatis domicilium sibi aediculam exstruere. Hic dum pro fundamentis altius effoditur, apparuit vetustissimum pavimentum ex quadratis lateribus affabre exstructum. Eo diruto, reperta est arca plumbea sexpedalis, qua hominis ossa continebantur. Accurrere ex Monachis aliquot, qui meminerant, vel acceperant a majoribus, effossum ibi veterem lapidem cum Livii epitaphio. Inde constans omnium opinio fuit, id esse Livii corpus. Rolandus Monachus de his actum admonuit Xiconem Polentonum, egregium et eruditum civem; qui, cum universa lustrasset, in Praetorium rediens, celebriorem apud cives de Livii corpore opinionem fecit, mox 107
eo praestantiores aliquot secum traxit. Quidam praevenerant, et ex ossibus fragmenta diripiebant. Id. quasi ad aemulationem reliquiarum Sanctorum Dei impie factum, movit Vicarium Abbatis, ut de comburendis Livii ossibus cogitaret. Coeperat jam malleo cranium diffringere, cum negotiis quibusdam gravioribus e Caenobio evocatur. Vix abscesserat, cum Rolandus, rogatus a nobilium virorum turba, quae confluxerat, arcam et ossa T. Livii patriae dono dedit: Proceres, ac si viventem Livium amplecterentur, plumbeum tumulum extulere. Libet illustres viros recensere, qui humeros submiserunt. Alterum arcae caput extulit Andreas Dandulus, Patricius Venetus, alterum

solae ridiculo fuit.
di formam obser-
nus Claravallensis
r Scioppius, Su-
o. 1. Ep. 1. qui in
sibi gratissima ali-
, diemque nuper
am. Qui apud Quin-
, Orat. lib. 1. cap. 4.
E quoque I loco
rva, et Leber, et
Dijove, et Vejo-
, et Vejovi? Ad-
iquos minime Pa-
ibus SIBE pro sint
lem e Romanis de-
us Fol. 958. n. 1.

M A N I B.
I C I. M. F.
V I A R I
A N N. XXXII
S. VI
. HELPIS
ON. ET
I V G I
ENTISS.
SIBE

nomen TITUS est;
auctore Lit. T. *Ti-*
ellarentur, qua-
patriam tueren-
Titi praenomen
ab Sabino nomi-
Valerius de Nom.
Sigonius de Nom.
inius de Antiq.
at.

F. QVARTAE
haec quarta Livii
n observavi: et,
us de Antiq. Nom.
VARTA nupsit L.
credo cum Scar-
Class. III. haec
; non autem LI-
ARTAE LEGIO.
t, teste Scardeo.
Flavius de Italia
rch. Tarvis. (pag.
eardeonius enim
quod Legio non

sola litera L. sed LEG. in monumentis exprimebatur; et quod Legio quarta non Halys, sed Scythica erat dicta; ut in quodam ex nostris epitaphiis, in vico Putei Vitaliani sito, suo tempore declarabimus. Sitne vero L. HALYS ille, qui et L. Magius appellatur, gener T. Livii, Socerique caussa laudatissimus Rhetor, de quo Seneca in Epist. lib. 5. Controv. prudens sileo, cum certi nihil habeam. Eundem tamen esse Scardeonius loco citat. 119
asserit: *Quod autem LVCIVS MAGIVS et HALYS appelletur, minime absurdum videri debet: cum id fere civibus Romanis conveniat, ut tribus nominibus inscribantur. Dictus autem est HALYS ab HALY fluvio et cognomine Hispano, unde forte profectus erat.* Pro sententiae suae fundamento epitaphium Saguntinum, ab Achille Statio Lusitano receptum, sed mutilum, affert: quod, ut integrum habeatur, sic legendum ex Grutero Fol. 778. n. 2.

V. F. 120
C. GRATTIVS
HALYS. SIBI. ET
GRATTIAE. MYRSINI
VXORI. KARISSIM
ANN. XXXXVII
SIBI. ET. SVIS.

CONCORDIALIS.] Ex hac voce ea semper mihi fuit opinio, Templum Divae Justinae non fuisse aedem Jovis, in qua Cleonymi Lacedaemonii spolia appensa fuere, ut Blondo Flavio in Ital. Illustr. loc. cit. placet; nec Martis aut Junonis, ut tradit Paulus Merula Cosmogr. Part. 2. lib. 4. sed Concordiae. Non enim unum hoc saxum habemus, 121
quod Concordialis dignitatis testimonium praebeat, nempe Sacerdotis Deae Concordiae, sed alia etiam, quae hoc ipsum confirmant. Concordialis autem sa-

Vide Pignor. in Origin. Pat. cap. 17.

Monumentum vero Livii, quod
112 in D. Justinae aede conservabatur, anno MDXLVII. in Praetorium una cum ipsius ossibus fuit translatum; ubi nostra aetate conspicitur. Apici ejus additus fuit vultus e marmore, qui penes Alexandrum Bassanum Patavinum servabatur. Aenea utrinque accesserunt simulacra; e parte dextra Aeternitatis, e sinistra Minervae; sub primo Tiberis, sub altero Medoacus excurrit: inter utrumque fluvium Lupa Romulo et Remo ubera praebet. Subjectam his simulacris tabubulam aeneam Lazarus Bonamicus Bassanensis, vir doctissimus, politiorum literarum in Gymnasio tunc Professor celeber, hoc epigrammate decoravit.

Ossa tuumque caput cives tibi, maxime Livi,
Prompto animo hic omnes composuere tui.
Tu famam aeternam Romae Patrineque dedisti:
113 *Huic oriens, illi fortia facta canens.*
At tibi dat Patria haec, et, si majora liceret,
Hoc totus stares aureus ipse loco.

Inscriptionem porro idem subdit.

T. LIVIVS
QVARTO IMPERII
TIBERII CAESARIS
ANNO VITA EXCESSIT,
AETATIS VERO SVAE LXXVI.

Ceterum ne summae erga clarissimum civem observantiae testimonia deficerent, etiam supra
114 Praetorii ostium, sub magna statua marmorea librum apertum tenente, manumque ori admovente cum hoc symbolo, PARVVS IGNIS MAGNVM SAEPE SVSCITAT INCENDIVM. Majores nostri hoc monumentum statuerunt.

T. LIVIVS PATAVINVS, HISTORICORVM LATINI NOMINIS FACILE PRINCEPS, CVIVS LACTEAM ELOQVENTIAM AETAS ILLA, QVAE VIRTVTE PARITER AC ERVDITIONE FLOREBAT, ADEO ADMIRATA EST, VT MVLTI ROMAM, NON VT VRBEM RERVM PVLCHERRIMAM, AVT VRBIS ET ORBIS DOMINVM OCTAVIANVM, SED VT HVNC VIRVM INVISERENT AVDIRENTQVE, A GADIBVS PROFECTI SINT. HIC RES OMNES, QVAS POPVLVS ROMANVS PACE BELLOQVE GESSIT, QVATVORDECIM DECADIBVS MIRA STILI FELICITATE COMPLEXVS SIBI AC PATRIAE GLORIAM PEPERIT SEMPITERNAM.

Veterem Livii inscriptionem, 115
in aula Praetorii positam, aliamque in aedibus Capilisteorum ad Sanctum Danielem, suo loco expendendam, minime ad Livium pertinere, his verbis demonstrare conatur ingeniosissimus Pignorius in Origin. Patav. c. 17. *La inscritione si come l'ho per antica, così non credo, che appartenga al nostro T. Livio. Il mio argomento è, che T. Livio scriveva* SIBI *et* QUASI, *non* SIBI *et* QUASI, *et così Asconio Pediano, come racconta Quintiliano nel libro primo à capi* VII *delle sue institutioni oratorie, et questa ò simile peregrinità di ortographia, e di voci, et forse di elocutione era la Patavinità, che Asinio Pollione haveva osservato in Livio.* Quo quidem argumento Livii monumento nequicquam decedere puto: etenim Asinius Pollio, non ut styli elegantiam extolleret, sed ut formam dicendi irri- 116
deret, acerbe dixerat, Livium sibi videri *Patavinitatem sapere:* ut bene patriae studiosissimus Tomasinus in vit. Liv. cap. 5. observavit. Pub. Terentius etiam, qui, Tranquillo teste, *inter finem secundi belli Punici, et initium tertii natus est et mortuus*, multo ante Livium, in Eunucho act. 5. sc. 6. loco *soli* scripsit,

in Origin. Patav. germanum ereden- od in eo SIBI pro ur: de quo alio in j.

ognomen fortassis ura tractum. *Lon-* nius Marcellus al- que interpretatur. Cassia gens plebeja ecorata consulibus, , Ravilia, Kaleno,

ad hanc vocem di- masinus in T. Li- . cum Scardeonio 4. fol. 41. ex du- s Livium nostrum c filios notat. At sset cultissimus vir, rimam fuisse Livii primam Sexti Cas- filiam. Panvinius . Nom. quod alias mulierum nomi- endis hanc doctri- *Porro autem si nomen familiae, ir, majoris et mi- ine distingueba- ustissimis tempo- major et minor: et minor apud n apud Tranquil- major et minor, ti: Antonia ma-* , III. *Viri filiae. essent, alia erat ratio, id est Pri- dae, et Tertiae. remplorum pleni pigrammatum li- lit de quarta. Li-* cap. XXXVII.] *Cal- (inquit) necatus stilia uxore dice- vetusto epigram- Livia refertur. into loco nata es- cabatur*, etc. Qui- ubscribit Sigonius Itaque Livius non ae VXORI, sed Cas- rimae, uxori suae, cum ceteris expressis monumentum erexit.

T.] TITI praenomen, ut notat Pignorius in Adnot. ad Patav. Origin. fol. 171. in hac gente venerabile fortassis erat ob Titi Livii nostri memoriam.

Inscriptio haec mentem meam diu multumque torsit. Legebant enim in ea primo intuitu fere omnes,

T. LIVIO. T. F. PRISCO. F.
T. LIVIO. T. F. LONGO. F.

Quae meo judicio non consonant; siquidem non accipiebam T. LIVIO T. F. PRISCO FILIO, vel FECIT, ut alii etiam explicabant: quid enim FILII vox uni personae bis adsignata? et quid iterato FECIT, quod semel monumentum claudit? Verumenimvero cum saepe saepius saxum perlustrassem paulo diligentius, omnesque fissuras ac rimas assidue investigassem, nonnulla subsequentis T. et corrupti E. vestigia deprehendi; adeoque cum Grutero fol. 693. num. 15. hoc epigramma sic legendum observavi.

T. LIVIO. T. F. PRISCO. ET
T. LIVIO. T. F. LONGO. ET
CASSIAE. SEX. F. PRIMAE
VXORI

Tametsi id ex Robortelli emendationibus lib. 2. cap. 12. duplex ipse praebeat; unum in Livianis fol. 801. num. 3. ubi tamen nunquam fuit, hoc autem in Capilisteorum aedibus.

Correctionis vero nota desideratur cum apud collectores Inscriptionum Sacronsanctae vetustatis fol. 336. tum apud Scardeonium Lib. 1. Class. III. fol. 41. ac Tomasinum in vita T. Livii cap. 8. fol. 45. apud quorum duos postremos etiam deest F. quod in saxo conspicitur.

Sed ossa Livii, ad tuendam ejus perennitatem ac suavissimam per tot secula quietem, doctiorum ingenia reposcunt. Vir e-

cerdos, teste Scardeonio loc. cit. cui lubens subscribo, Patavii fuit magnae dignitatis et aestimationis; qui nempe praeerat Templo ab Antenore erecto: in quo forsan, postquam [Virg. Aeneid. 1. vers. 247.]

— — *Urbem Patavi sedesque locavit*
Teucrorum, et genti nomen dedit, armaque fixit.

Et quoniam de Cleonymo mentio incidit, non possum praeterire festivum navium certamen, quod singulis etiamnum annis apud nos, tanquam urbi peculiare, celebrari in flumine solet,
122 originem haud dubie sortitum ab illo, quod, fusis, Cleonymo duce, Graecis, Patavii ob publicam laetitiam fuit editum. Et hinc ait Livius Histor. lib. 10. cap. 2. *Patavii monimentum navalis pugnae eo die, quo pugnatum est, quotannis solemni certamine navium in flumine oppidi medio exercetur.* Unde et mihi persuadeo, eandem pugnandi formam retineri. Parvae enim naviculae, sex robustissimorum remigum impulsu incitatae, ex adverso sibi committuntur: in prora viri, lanceis armati, asserem, densissimis clavis infixis munitum, scuti loco praetendentes consistunt; qui validissimo impetu tamdiu in se mutuo irruunt, dum alteruter in aquas dejiciatur. Hoc autem celebre spectaculum diebus festis Pentecostes plerumque peragitur.

PATAVI] Vox ista, quae loco
123 *Patavii* heic habetur, monumenti hujus antiquitatem eruditissimo cuidam viro suspectam reddit, quod nec publice profiteri est veritus. Verumenimvero facili negotio mihi dubium tolli videtur; cum Virgilius ipse, qui T. Livii temporibus vixit, *Patavi* loco *Patavii* scriptum reliquerit: unde quidni hoc etiam in monumento toleretur?

De capite vero supra Livianum hoc monumentum posito, quod Pignorius in Origin. Patav. cap. 17. Cn. Lentuli Marcellini effigiem referre putat, consulatur eruditissimus Tomasinus in Vita Livii cap. 10.

IN EFFIGIEM 124

T. L I V I I

PETRI LINDEBERGII
ROSTOCHIENSIS

Hexastichon.

Et fax praeteriti, et fons Suadae, o inclite Livi, *es,*
Et certus veri nuncius, atque fides.
Cura tibi Historia est, per te quoque mortua vivunt.
Stant sua virtuti praemia, poena malo.
Unde tui Cives, quorum facta optima scribis,
Te LVMEN vocitant HISTORIAEQVE PATREM.

JACOBI PASCHARII 125
LOTHARINGI

Distichon.

IN EANDEM.

Livius *effuse, breviterque enarrat, ut illi*
Adjiciat Momus, tollere nulla queat.

His adde ex eodem Sert. Ursat. in Monum. Patav. lib. I. sect. V. pag. 201.

In fornice vestibuli aedium Capilisteorum, vulgo Dal Cavallo, qui aream prospicit, dextram versus monumentum hoc semirutum legitur:

T. LIVIVS. C. F. SIBI. ET SVIS
T. LIVIO. T. F. PRISCO. ET
T. LIVIO. T. F. LONGO. ET
CASSIAE SEX. F. PRIMAE VXORI

Monumentum hoc secundum est, quod de T. Livio nostro habemus; tametsi clarissimi Pigno-

pitolio, in Campo
ichra publice con-
confirmant pluri-
tis adscripta haec

TVS PVBLICE.
iis et coloniis
TVS DECRETO
RIONVM.

bjungit, corpora
sse cremata, non
deposita. Hoc ve-
nnino necessarium,
e Hist. Nat. lib. 7.
stat; qui monet,
non fuisse veteris
ora cremare, et
ias priscos serva-
ec sane Patavii sic
mnia servabantur,
itus quasi jurassent
do etiam, eo tem-
o corpora Romae
uidem in Tiberio
. 7. qua aetate Li-
de Drusi corpore
: *Drusum fratrem*
amisit, cujus cor-
toto itinere prae-
mam usque perve-
ntem integrum ca-
cineratum, signi-
adet mihi Petro-
manos errores sub
eco detegens, illi-
eris facinus recen-
, quae *jussit cor-*
ui tolli ex arca,
ae vacabat, cru-
d quem locum di-
Kirchmannus de Fu-
lib. 3. cap. 15. haec
atim vero. ubi cor-
condebatur, Ar-
. Ad haec corpora
prius, non combu-
pinor apud Sueto-
o in Claud. cap. 1.
per municipiorum
ue primores, sus-
bviis scribarum de-
rbem devectum, se-
in Campo Martio.
Suetonius, si prius
crematus fuisset, qui de Julio Caesare cap. 84. de Augusto cap. 100. de Tiberio cap. 75. de Cajo Caligula cap. 59. de Claudio cap. 45. diligenter et accurate id perscripserat. Sed paucis emensis annis, Tacito teste Annal. lib. 16. [cap. 6.] Poppeae *corpus non igni abolitum, ut Romanis mos: sed, Regum externorum consuetudine, differtum odoribus conditur, tumuloque Juliorum infertur.* Sepeliendi vero vocabulum non ustorum, sed humatorum esse corporum, nos docet Cicero 2. de Legibus [cap. 22. *Hominem mortuum, inquit lex in duodecim tabulis, in urbe ne sepelito, neve urito. Credo vel propter ignis periculum. Quod autem addit, neve urito, indicat, non qui uratur sepeliri, sed qui humetur.*

INDEX AUCTORUM.

Conspectus Scriptorum, tum veterum, tum recentiorum, quorum ope profecimus in hac Vita.

A.

Adeodatus Seba. 52. 53
Achilles Statius. 119
Adrianus Romanus. 8
Albertinus Mussatus. 20. 21
Angelus Portinarius. 99
Annius Viterbiensis. 40. 43
Antoninus Caesar. ibid.
Antonius Luscus. 96
Asinius Pollio. 7. 35. 36. 37. 115

B.

Bartius (Gaspar.) 26
Benius, vide *Paulus.*
Bernardus Georgius. 97
Bernatius. 24
Bertius (Petrus.) 30
Beroaldus (Philippus.) 22. 91
Blondus Flavius. 66. 101. 118. 120
Bonamicus (Lazarus.) 75. 112
Bonifacius (Balthassar.) 46. 98
Budaeus. 47

nim eruditissimus, omniumque virtutum genere clarus, e publico suggestu illa Livii non esse quatuor rationibus contendit. Nullum nempe eo loci, ubi ossa illa eruta, de Livio inventum fuisse testimonium. At de eo, quod in Praetorio visitur, monumento Sicco Polentonus, egregius ea aetate civis ac testis oculatus, in epistola, quam Pignorius in suis Originibus edidit cap. 17. haec scripsit. *At vero quod fuerit sepultus eodem ipso loco, quo haec ista ossa reperta sunt, fama auget fidem, quod lapis, quo insculptum hoc epigramma videtur, (necdum excessit octuagesimus annus) inde levatus fuerit: nam et modo calcis fragmenta erant, et apparebant vestigia, unde evulsus foret. Hunc autem ipsum lapidem, qui repertores ejus fuerunt, ad ornamentum civitatis, ad dignitatem viri, ad memoriam rei, ad solatium studentium, in eo ipso, quo nunc visitur, vestibulo Ecclesiae Sanctae Justinae fixerunt. neque aliam rem puto magis obfuisse, quod illi homines, qui harum rerum maxime studiosi illa aetate vigebant, non amplius effoderint, monumentum non ruperint, ossa non invenerint, nisi quod ea muralis strues similior fundamentò, quam monumento, esset, neque illis effodiendi profundias necessitas incubuisset.* Quibus addo, quod diligentissimus iste vir Polent. Epist. sup. cit. asseruerat ante, verisimile creditum, illum non fuisse proprium monumenti locum, hac ratione: *Monumentum vero dixerim aut pro humilitate summissum, aut si quod illustre fuerit, vel obrutum ruina rerum, vel absconsum dirutumque ab his, qui primum Christi fidem acceperunt, ne fortasse illo primordio nascentis Ecclesiae vestigium gentilitatis obesset.* Carmina autem illa, quae reperta sunt, ac barbariem sapiunt, adeoque doctissimo viro sunt suspecta, inferiori aevo eo loco posita putat Polentonus loco cit. non autem quum Livius condebatur. Ea haec sunt.

Invenies, sub urna posita
quae tegitur umbra.
Non multum per latum te fodiendo dilates.
Exemplo lustri passibus te metas servare decet.

Nec difficile fuerit horum aetatem cognoscere ex iis, quae Polentonus ibid. subnectit, scilicet: *Scripsit haec dudum sacer Abbas, quae marmore sculpsisset, nisi mors, bonarum saepe mentium occupatrix, sententiam irritasset. Sic Monachi ex Patribus acceperunt, acceperuntque Livium ibi sepultum esse.*

Addit ille, quod de sexu non ità constare poterat: et nihilominus Polentonus ibid. ipse professus fuerat, quod *non defuerunt, qui inficiari magnopere niterentur, quique et non maris illa ossa fore, sed foeminae, seminarent. calumniatoribus nusquam res ullae, quamvis apertissimae, caruerunt. Porro maris esse, non foeminae, adversantibus Physici demonstrarunt ex scissuris integerrimi cranii, quibus sexum liquida ratione discriminabant.* Quam etiam cognitionem tradit Aristoteles tertio historiae animalium cap. 7.

Pergit ea in dubium vocare, quia cadavera intra civitatem non sepelicbantur: sed locus ille, ubi inventa fuere ossa Livii, non fuit intra civitatem eo tempore, ut nunc est. Omnes enim, qui nostrae civitatis cognitione pollent, optime sciunt, quod Divae Justinae Coenobium, qui locus inventionis fuit, a porta Turricellarum vix quingentis passibus distat. At non et Romae

T.

12. 48
116
ibid.

V.

117
41. 42
aterculus. 37. 89
a Porta. 74
123
25
rardus Joannes.) 12.
8. 25. 31. 36. 45. 50. 66
Sertorius.) 102
82

X.

ıtonus, vide *Sicchus.*

Z.

Lilius. 101
(*Theodorus.*) 66

X RERUM, VERBORUM.

A.

Elegia. 53
statua Patavii. 74
de Doctoribus. 65
Baffiani aedes. 78
. 84
Farnesius. 86
Aragoniae Rex petit Livii. 72. 111
ndulus. 65
dventus in Italiam. 45
riumvir Patavinis in- 37
uaerengus Patavinus.
s ejus uberiores. 85. 86. 87
Bevatellus Panormita-
hionsi Aragonum Re-
tus, petit brachium 72. 110
ıs. 7. Vicus. 10
llio. Patavinis infen-
vio Patavinitatem ob. 7. 35.
ıus audit. 37
Caesar ingeniorum ae.
16. salutatur a Livio
nero. *ibid.* Historiam
. seculum illius aure- 15

B.

Belgium. 86
Bellum Germanicum. 19
Beroaldus Bononiae natus. 22
Bibliotheca Monasterii Lauriffeni. 30. Ecclesiae Bambergensis. 31. Farnesiorum Ducum. 86.
Blondus Flavius a secretis Eugenio IV. 66
Bonamici Baffanensis epigramma de ossibus T. Livii. 112. 113
Brachium T. Livii conditum a Pontano. 73
Bruti et Cassii natales Patavii celebres. 37
Buzzacarinus Livio nobilius monumentum pollicetur. 108

C.

Caligula infensus operibus et nomini Livii. 34. 83. 95. Virgilii monumenta obruit, et Homeri. 38
Cassia uxor T. Livii. 60
Caesaris Dictatoris caedes. 18
Cathedralis Ecclesia Patavina 86
Cenotaphium T. Livio decretum ad D. Clementis fanum. 67
Claudiani Poëmata. 11
Claudii Historia. 17
Claudii Marcellini numisma. 81
Cleonymi Piratae spolia. 67
Concordiae templum. 104
Concordialis sacerdos magnae dignitatis apud Patavinos. 121

D.

Dominici Molini, Senatoris amplissimi, laus. 15. Eo vivente literae reviviscunt. 6. et 86
Domus Alexandri Baffiani falso Livii domus habita. 80

E.

E Loco I fuit apud veteres. 116
Epistola Sicchi Polentoni de ossibus T. Livii inventis. 65
Epitaphium vetus T. Livii 69. 105
Eugenius IV. Summus Pontifex. 66

F.

Flavii Quaerengi laus. 86
Forum maximum Patavinum. 65
Franciscus Bartholinus J. C. 31
Friderici tempora. 22

C.

Casaubonus (Isaacus.) 89
Cavatius (Jacobus.) 65. 104
Cavatius (Joannes.) 78
Cicero. 36
Cluverius (Philippus.) 44
Corvinus (Georgius.) 90
Caelius Rhodiginus. 100
Cominaeus (Philippus.) 89
Cremutius Cordus. 12. 16. 48
Crinitus (Petrus.) 32

D.

Dion. 15
Dionysius Halicarnasseus. 41
Dominicus Molinus. 15

E.

Eusebius. 50. 51. 76.

F.

Fabius Pictor. 41
Felix Osius. 20
Franciscus Petrarcha. 32. 33. 93.
Franciscus Bartholinus. 31

G.

Gabriel Symeon. 82
Gaspar Conradus. 51. 95
Gaspar Lusignanus. 31
Gaspar Scioppius. 116
Georgius Trapezuntius. 24
Glareanus (Henricus.) 47
Gruterus. 116. 119.
Gryneus (Simon.) 30
Guacius (Marcus.) 101

H.

D. Hieronymus. 27. 51. 90. 91

I

Jacobus Pascharius. 25
Ioannes de Nogarolis. 96
Ioannes Velcurionis. 99
Iosias Simlerus. 43
Ioannes Iovianus Pontanus. 111
Iuvenalis. 37

K.

Keckermannus. 35

L.

Leonardus Justinianus. 70. 109
Lindebergius (Petrus.) 114
Livius. 17. 122

M.

Macrobius. 37. 41
Martialis. 7. 11. 34
Merula (Gaudentius.) 8. 24
Merula (Paulus.) 8. 120
Merula (Georgius.) 75
Mussatus (Albertinus.) 21

N.

Niger (Stephanus.) 23

O.

Ongarellus (Gulielmus.) 70
Orosius. 15
Osius (Felix.) 20
Ovidius. 41

P.

Panvinius. 103. 117. 118
Pascharius (Jacobus.) 125
Paulus Benius. 44. 45
Perronius Cardinalis. 85
Petrarcha. 32. 33. 93
Pighius (Vinandus.) 19. 70
Pignorius (Laurentius.) 46. 51. 74. 115. 123.
Plinius. 27. 103
Polentonus, vide *Sicchus.*
Priscianus. 33
Probus. 83
Propertius. 41

Q.

Quaerengus (Antonius.) 31. 85. 77. 88
Quintilianus. 21, 22. 25. 29. 51. 116

R.

Rolandus Monachus. 64. 106. 107

S.

Sabellicus. 9
Scardeonius (Bernardinus.) 30. 51. 71. 118. 119. 121
Scrovinius (Henricus) 108
Scoppa (Joannes.) 42
Seneca. 25. 28. 29. 35. 93. 118
Seneca Rhetor. 90
Servilius Nonianus. 22
Sertorius Ursatus. 102
Sicchus Polentonus. 51. 64. 65. 107
Sidonius. 7
Sigonius. 11. 117
Silius Italicus. 91
Statius. 8. 26
Surita Caesaraugustanus. 43
Suetonius. 15. 17. 35. 38. 83. 116
Swertius (Franciscus.) 71
Symmachus. 7

Q.
quasi veteres. 115
R.
'arnesius. 85
a Romulo. 42
ta. 59. Patavina. 27.
iciliae Rex. 95
Ionachus ossa et ar-
vii patriae donat. 64
15. 16
S.
41
is in aedibus Bassia-
78
Livio nobilius monu-
nollicetur. 108
dicium de Livio. 29
Patavinorum fides er-
ios. 37
bi veteres. 115
T.
). Danielis. 59. An-
121
75
Pat. civis, 7. Aponi
Latinorum Polybius.
stum adit. 16. Clau-
olescentem instituit.
riam Romanam con-
19. Vindicatur a ca-
o. Canae fidei cultor.
ium redit. 49. obitus
50. Tumulus. 63. In-
rporis. 64
T. Livii natales, parentes, educatio, studia. 7. 8. 9. 10. 1. Archigraphum. 8. Acumen ingenii. 16. effigies. 5. Eloquntia. 20. 25. Fama. 26. Historia deperdita. 29. 34. Senectu. 49. Ciceroni similis. 25. Fili, filiae, uxor. 59. 61. Monumenta varia in Praetorio Pt. 72. 73. 76. Tituli. 81. in aua Zabarella. 79
T. Livius Priscus, T. Lvii filius. 59
T. Livius Longus, T. Livii filius. *ibid.*
Titus, Romanorum praenomen. 11
Tituli, vicus in Euganeis collibus. 11
Thuscorum fulgor. 41
V.
Valerii Messalae natales. 12
Virgilius quando vixerit. 123
Viri illustres ex ultimis Hispaniae et Galliae finibus ad virendum Livium Romam adeunt 27. 90
Volturnae fanum. 40
W.
Wormatia. 30
Wormbs civitas. *ibid.*
Z.
Zacharias Trivisanus, Patavinus Praetor. 65. ossa Livii in penetrali suo locari cupit. 67

G.

Gaditanus Livii videndi desiderio flagrat, et eundem videt. 27. 103
Galeritus Lucumo. 41
Gaspar Lusignanus. 31

H.

Helvidius. 36. 37
Henricus Scrovinius Livio nobilius monumentum pollicetur. 67. 68
Hispaniae fines. 27. 90
Historia Poësi affinis. 44

I.

Io. Franciscus Capilistius humeros ossibus Livii submittit. 65
D. Justinae templum. 63. Inibi T. Livii corpus inventum. *ibid.* olim Iunonis, vel, ut alii volunt, Iovis templum. 66

L.

Lazari Bonamici carmina 75
Leber pro liber veteres. 116
Leonardus Mocenicus Patavii Praefectus. 65
Leonardus Justinianus Patavii Praetor Epitaphium T. Livio condidit. 70
Livia familia nobilis. 12. 103
Livia familia consules habuit. 103
Livii praenomen. 117
Livii nomen quam celebre fuerit, eo adhuc vivente. 27
Livius, vide Titus.
L. Magius gener T. Livii. 28. 61
Lucerum nomen. 42
Ludovicus Barbus, Marini frater. 63
Ludovicus Buzacharinus. 68
Lupa Romulum et Remum ablactat. 75
Lutetia Parisiorum. 85

M.

Magester pro magister veteres. 116
Marinus Barbus, Ludovici frater. 63
Maxilla Livii, aeneo orbe clausa, fornici Archivi civitatis Patavinae appensa. 110
Meaerva pro Minerva veteres. 116
Medoacus fluvius. 75
Metius Pomposianus occiditur a Domitiano. 35
Midae aures. 31
Minervae statua Patavii. 74
Monachi D. Justinae de comburendis T. Livii ossibus cogitant. 64
Monumentum T. Livio oblatum ab Optimatibus Patavinis. 67. ejus monumentum in occidentali Praetorii Patavini parte erectum. 114
Museum Illustrissimi et Excellentissimi Molini. 86

N.

Navium certamen festivum. 121. 122. unde ortum. *ibid.*
Naupactum. 87
Neapolitani Caeli clementia. 19. 20
Neronis obitus. 11
Nicolaus Florentinus. 51
Nicolaus Porcellinus J. C. 65
Nobilitas et opes Patavinae Urbis. 10
Numisma Claudii Marcelli. 82
Lentuli Marcellini. *ibid.*

O.

Ossa T. Livii quandonam inventa. 63. qua celebritate condita. 63. 68.
Ovidii obitus. 50

P.

Palamedes Vitalianus ossa Livii portat. 65
Panormita. 73
Parma. 85
Patavium literarum emporium. 7. nobilitas et opes ejusdem. 10. Praetorium. 70
Patavinitatis nomen Livio objectum. 36
Patavini Pompejo et Romanis favent. 38
Patavi pro Patavii 122
Peraghinus Peraga. 65
Perronius Cardinalis. 85
Pompejus a T. Livio laudatus. 48
Pontanus brachium T. Livii condidit. 73. 111

ı.] male habitos Um-
onsciſſos Livii magis
Romanorum armis.
. Ç. C D XLV. nar-
feciſſe repente, con-
juventute sua; et,
Etruscorum ad re-
ompulsa, tantum ex-
ſſe, ut ad oppugnan-
n ituros, magnifice
e Romanis contem-
ntes, jactarent. ve-
spondiſſe verbis fa-
nim caſtra vallantem
dorti eſſent, Roma-
nquam in viros aut
rriſſe: signa erepta,
actos ad Consulem,
milites ex acie in a-
tos. et cetera satis
Cenius Iguvinus fuit,
in Umbria. et huc
orradinus diſſidium
quod profecto non
bit. Veritas enim
eſt: quae Veritas
lareanum, Merulam
parum aequos Livio
t ut haec sint, scire
o neque Dantem, ne-
um placuiſſe, nullius
es dictitanti, quos
convixerunt, quam
tos exceperunt aeta-
t veris laudibus sunt
nc Eloquentiae cau-
octrinae. At comi-
andum. Et quia Be-
n duo cornua didu-
tylique, excipiemus
s hoſtiles agmine bi-
primum videbimus
Halicarnaſſensis in-
e cum Liviana com-
ionysius, gravis sa-
et cui non minimum
ria Romana, advo-
los Auctores, quos
viana dedignabatur.
exempli gratia, Ac-
merum, Agathyllum,
aliquot, dignos uti-
a illa Livii nota:
conditam conden-

damve urbem, poëticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea nec affirmare, nec refellere in animo est. Et ipse Dionysius alicubi confitetur, nullam de Romanis ad sua usque tempora Hiſtoriam a Graecis accurate scriptam extitiſſe: et Romanos ipsos prisci aevi res compendio narraſſe. Ut mirum non sit, Livium noluiſſe fabellis tempus terere, qui et renuit exordiri more Poëtarum: *Cum bonis potius ominibus, votisque ac precationibus Deorum Dearumque, si, ut poëtis, nobis quoque mos esset, libentius inciperemus, ut orsis tanti operis successus prosperos darent.* Neque vero incusaverim ego Dionysium, cujus consilium fuit, populares suos Graecarum narratiuncularum lecythis allicere, ut Hiſtoriam Barbarorum (ita illi Romanos nuncupabant) aliquo loco eſſe paterentur. Et hac de causa inſtituit ipse narrationes, quibus multa complexus eſt insignia sane, et quae res Romanas noſtro cum fructu illuſtrarunt, veluti rationem sacrorum, ritum Ludorum, seriem Triumphorum, Magiſtratuum insignia, et hujusmodi plurima; quae Livius, imbutus opinione Imperii numquam finiendi, et Urbis aeternae futurae, tamquam obvia et nota, praetermisit consulto, et suis tantum scribens. Quotus enim quisque eſt, qui nunc Hiſtoriae novitiae auctor demittat sese ad ea calamo exprimenda, quae oculis usurpamus? Turca sane aliquis aut Persa si res noſtras hominibus suis tradere scripto vellet, is profecto et mores, et ritus, et artes, arma quoque, et aedificia prolixe et ambitiose explicaret: quod et noſtri exsequuntur, si quando res illorum attingere neceſſe habent. Prodigiorum explicationem, quando hac etiam ex par-

DEFENSIO LIVIANA

EX

LAURENTII PIGNORII

Symbolicis Epistolicis, Epistola XLIV.

LAURENTIUS PIGNORIUS

BALTHASSARI BONIFACIO,

ARCHIDIACONO TARVISINO,

VIRO REFERENDISSIMO.

Quoctu me alterum Patavinorum Livium nuper appellaveris, amori n me tuo est quod imputem, vir Doctissime et Reverendissime. ego sane metior me meo modulo ac pede, neque patior me abripi ab aestu laudationum illarum, quas amici pleno modo admetiuntur plerumque. Illa tamen, quae liberali stylo, e officiosa ingenuaque Censura de Livio nostro prodidisti, cum *lac Musarum, mare tranquillum, animam eloquentiae* nuncupas, digna sunt profecto, quae nos Patavini plausu excipiamus, et honore ingenti prosequamur. cum enim Antiquitas fere omnis nostratem Historicum suspexerit, turbulenti homines inceperunt invidere illi hanc gloriam malo exemplo, illumque de fastigio, quod non ita nuper insederat, deturbare sunt conati. hos inter excelluit Paulus Benius, homo Italus, et (quod nemo non miretur) in Gymnasio nostro eloquentiae Interpres, qui Patavii Patavinum aggressus est conviciis proscindere, silentibus omnino Civibus nostris, et strenue condonantibus actionem Injuriarum, quam illi intendere debuerant. Benio ego suas voces (ut cum Petronio dicam) reddere decrevi, citra Livorem tamen et Odium, quorum causas procul habeo, unius tantum veri studio, quo nitetur tota ratio disputationis meae. Hanc tu ut videas primus comprobesque, si videbitur tanti esse, et peto et opto: illorum Plauti memor,

Decipitur nemo mea quidem sententia,
Qui suis amicis narrat recte res suas.

At HOC AGAMUS. Verum antequam congrediamur, videamus, quaeso, quid Benium potuerit impellere, ut Livio obtrectaret. Aloysius Corradinus J. Consultus, inter praecipua Urbis nostrae ornamenta (dum vixit) connumeratus, observaverat in Livio Lib.

: periculi fuerim, li Punici pervenis- i profiteri ausum n res omnes Ro- tibus singulis tan- gari minime con- , cum in mentem LX. annos (tot primo Punico ad llum finitum) ae- lumina occupasse occuparint qua- XXXVI. anni a ad Appium Clau- m, qui primus bel- iniensibus intulit, animo, velut qui tori vadis inducti us ingrediuntur, gredior, in vasti- itudinem ac velut nvehi, et crescere uod prima quaeque minui videbatur. rgo Gigas non Li- i, foetus erit; qui, icietur, verane ob- ıs, nihil pensi ha- partitiones Deca- Livio sunt, quod Humanitatis igno- ebat. antiqui enim non Decades, sed cunt. At non suffi- contorta in Livium am tanquam in Pa- ıs traduceretur. hoc itus est Benius in o Lib. 1. Aeneïd. irgilius Antenorem Patavii afferat, cur iae suae hanc glori- cur duobus verbis, totam contestari po- cit? Ego sane non , sed ex communi nsu, hoc fecisse Li- or: tum quia Patavi- inare jactantia non elut etiam Lucianus uempiam arguit, qui letum laudavit, et in Prooemio Histo- quod utique noluit facere Livius, ut videmus; tum quia, qui Urbem incolebant, majestati Romanae hoc deferebant, ut aliam patriam non profiterentur. hujusce rei non satis animadversae multa tamen exstant vestigia. Juvenalis *municipalem Arenam* cum stomacho recensuit alicubi. alibi nominat *pannosos Aediles vacuarum Ulubrarum*. quo pertinent *homines rusticani ex Municipiis, et Municipia rusticana* apud Ciceronem non semel: cujus et illa huc vergunt, Lib. 11. ad Familiar. Epist. XII. *Urbem, mi Rufe, cole, et in ista luce vive. omnis enim peregrinatio, quod ego ab adolescentia judicavi, obscura et sordida iis, quorum industria Romae potest illustris esse.* ad quem sensum cecinit etiam Martialis [lib. 3. Ep. 1.]

Plus sane placeat, domina qui natus in urbe est.
Debet enim Gallum vincere verna liber.

Neque sane voluit Livius aut Gallus aut Venetus audire, qui Romam alteram Patriam jure civitatis nactus erat: Augusti praesertim familiaris, et Equitis Romani Socer. Qui hominum sensus Romae degentium adeo invaluit tanto post Livium, ut Cassiodorus Variar. Lib. III. XXI. non dubitaverit pronunciare, *Piaculi genus est, absentem sibi Romam diutius facere, qui in ea possunt constitutis Laribus habitare.* Et inde factum videtur, ut omnes passim, qui in Orbe Romano erant, Romani appellarentur; nullo discrimine locorum, in quibus nati essent. Qui tamen Patriae Domus appellationem reliquerant, ut in antiquis marmoribus legitur, DOMO ATESTE, DOMO ALTIN. DOMO ARRETIO, Patriae vix dignati. *Roma enim communis Patria nostra est*, inquit Modestinus L. XXXIII. ff. ad Mu-

te nititur Benius Livio invidiam conflare, debuit meminisse ipse Historiae professor, fuisse magnam partem Romanae religionis; quod vel pueris ipsis, qui Scholas Magistrorum terunt, compertum est. neque profecto Portenta Romanam Historiam non juvant, ut fateatur necesse est, qui Julii Obsequentis libellum de Prodigiis aliqua cum cura pervolutarit. Quid? quod neque Dionysius hisce abstinuit, sed notavit accurate? neque alii omnino Graecorum, qui res Romanas attigerunt? Quod vero conciones Livianas carpit, non jure facit, ut tu etiam animadvertisti. Sunt enim illae consiliorum atque eventuum fontes, qui Politicum hominem non modo proluunt ad voluptatem, sed et ad profectum ditant saluberrimis monitis et exemplis. Neque vero Livius Actuarium agebat, ut proinde oporteret recitare illum verbatim, quid quis dixisset; sed Historicum, quorum nemo his attendit, quae Benius nimis anxie commentus est, de horridiore dicendi genere veterum Latinorum, et de sermone Locrensium, et Carthaginiensium. ut valde mihi mirum sit, non exegisse ipsum a Livio, ut Punice referret, Plautino more, quae Legati Poenorum in Senatu disseruissent, vel quae Locri, seu quae Illyrii, patria ipsorum lingua. Quod profecto festivum acroama fuisset, illi non dissimile, cujus, cum multo risu Luciani, auctor fuit Creperius Calpurnianus Pompejopolites, qui Historiae suae Graece scriptae intexuerat Italicas voces *FOSSAE et PONTIS*, similiumque. At, quod etiam fidem Livii criminetur, hoc vero est odium prodere, quo laborabat. Cremutius enim Cordus apud Tacitum Libro IV. Annalium, Livium *fidei praeclarum in primis* appellat. Quod Encomium aliorsum inepte trahit Benius, et contra ipsam Cremutii mentem. Veritati enim studuit Livius, quam qui maxime, ut recte animadvertit Historiae Phosphorus et Sol, Gerardus Joannes Vossius noster. De inaudito ac monstroso Gigante quod comminiscitur Benius, ipsi aurem pervellere debuit, ut videret, cum quo ipse congrederetur, et meminisset verborum Vitruvianorum, veluti parricidii damnandos, qui illos vexarent, quorum ab cunctis gentibus scripta suspicerentur. At Veritatem Benio potuit indicare series ipsa rerum a Romanis gestarum. Populus enim Romanus, *qui prope quingentis annis domi luctatus* erat in Italia subigenda, *ducentis annis Africam, Europam, Asiam, totum denique orbem terrarum, bellis victoriisque peragravit*, uti tradidit Florus ipso initio Libri secundi Historiarum suarum. Neque verum est, omnino voluisse Livium scribere Historiam ab Ilii excidio, et adventu Aeneae, sed tangere cursim, et delibare *tantisper*, ut ipse etiam innuit in Praefatione operis sui. Et vero illa praefatio Libri II. *Liberi jam hinc populi Romani res pace belloque gestas, annuos magistratus, imperiaque Legum potentiora quam hominum, peragam*, ostendit, festinasse ipsum, ut ad haec perveniret, Regibus leniter perstrictis, et quae ante ipsos Reges. Et debuit Benius, qui nos ad jugera compellit, perpendere, non perinde esse Historiam scribere, atque ageros decempeda metiri. Rerum enim gestarum dispositio et copia scriptorem plerumque eo adigit, ut voluminibus amplioribus spatia occupet illius corporis, quod brevius et aequius animo complexus erat. Livius ipse in limine Libri XXXI. ita conqueritur, *Me quoque juvat, velut ipse in par-*

te laboris ac periculi fuerim, adfinem belli Punici pervenisse. nam etsi profiteri ausum perscripturum res omnes Romanas in partibus singulis tanti operis fatigari minime convenit: tamen, cum in mentem venit, V. et LX. annos (tot enim sunt a primo Punico ad secundum bellum finitum) aeque multa volumina occupasse mihi, quam occuparint quadringenti LXXXVI. anni a condita urbe ad Appium Claudium Consulem, qui primus bellum Carthaginiensibus intulit, jam provideo animo, velut qui proximis littori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur, quidquid progredior, in vastiorem me altitudinem ac velut profundum invehi, et crescere pene opus, quod prima quaeque perficiendo minui videbatur. Monstrosus ergo Gigas non Livii, sed Benii, foetus erit; qui, ut Livio convicietur, verane objiciat an secus, nihil pensi habet. Neque partitiones Decadum ab ipso Livio sunt, quod professorem Humanitatis ignorare non decebat. antiqui enim Grammatici non Decades, sed Libros agnoscunt. At non sufficiebant tot contorta in Livium tela, nisi etiam tanquam in Patriam ingratus traduceretur. hoc namque molitus est Benius in Commentario Lib. I. Aeneïd. cum enim Virgilius Antenorem conditorem Patavii afferat, cur invidit Patriae suae hanc gloriam Livius? cur duobus verbis, quibus rem totam contestari poterat, pepercit? Ego sane non patriae odio, sed ex communi hominum sensu, hoc fecisse Livium arbitror: tum quia Patavinum se nominare jactantia non caruisset, velut etiam Lucianus Historicum quempiam arguit, qui patriam Miletum laudavit, et hoc quidem in Prooemio Historiae suae, quod utique noluit facere Livius, ut videmus; tum quia, qui Urbem incolebant, majestati Romanae hoc deferebant, ut aliam patriam non profiterentur. hujusce rei non satis animadversae multa tamen exstant vestigia. Juvenalis *municipalem Arenam* cum stomacho recensuit alicubi. alibi nominat *pannosos Aediles vacuarum Ulubrarum.* quo pertinent *homines rusticani ex Municipiis, et Municipia rusticana* apud Ciceronem non semel: cujus et illa huc vergunt, Lib. II. ad Familiar. Epist. XII. *Urbem, mi Rufe, cole, et in ista luce vive. omnis enim peregrinatio, quod ego ab adolescentia judicavi, obscura et sordida iis, quorum industria Romae potest illustris esse.* ad quem sensum cecinit etiam Martialis [lib. 3. Ep. I.]

Plus sane placeat, domina qui natus in urbe est.
Debet enim Gallum vincere verna liber.

Neque sane voluit Livius aut Gallus aut Venetus audire, qui Romam alteram Patriam jure civitatis nactus erat: Augusti praesertim familiaris, et Equitis Romani Socer. Qui hominum sensus Romae degentium adeo invaluit tanto post Livium, ut Cassiodorus Variar. Lib. III. XXI. non dubitaverit pronunciare, *Piaculi genus est, absentem sibi Romam diutius facere, qui in ea possunt constitutis Laribus habitare.* Et inde factum videtur, ut omnes passim, qui in Orbe Romano erant, Romani appellarentur; nullo discrimine locorum, in quibus nati essent. Qui tamen Patriae Domus appellationem reliquerant, ut in antiquis marmoribus legitur, DOMO ATESTE, DOMO ALTIN. DOMO ARRETIO, Patriae vix dignati. *Roma* enim *communis Patria nostra est*, inquit Modestinus L. XXXIII. ff. ad Mu-

nicipalem, et de Incol. neque aliter Rutilius Numatianus [lib. 1. Itin. 63.]

Fecisti patriam diversis gentibus unam.
Profuit invictis, te dominante, capi.

Et haec est ratio, cur apud Cornelium Nepotem, Sallustium, Livium, Plinium nulla Patriae mentio extet: cum ille Circum-Padanus, Amiterninus ille; alter Patavinus, Veronensis alter, sive Novo-Comensis esset. Et haec quo ad primum aciei cornu. Quod an profligaverimus, videbis tu, Amice, qui copias Historicas cum imperio moderaris, qui nos amas et nostra, qui Livium Romanae Historiae longe principem nuper asseruisti. Alterum Cornu Benianum Livii stylum appetebat, in quo Patavinitatem deprehendere sibi visus est Asinius Pollio, ille studio magis Partium, quam Livii aemulatione, Patavinis infensus. nota autem sunt, quae Vellejus et Macrobius de nostris et Asinio Pollione literis consignarunt. hanc Patavinitatem Benius, alibi, ut sibi quidem videtur, oculeus totus, hic sane totus tenebrio, ad partium Pompejanarum amorem revocat, contra Pollionis et Fabii Quinctiliani mentem. eam, siqua fuit, ego forte primus, quod et tu probas, in Originibus nostris indicavi, ex Quintiliano et marmoribus vernaculis. Hanc tamen M. Fabius acris censor vix admittit, neque dubitat pronunciare de Livio, virum fuisse mirae facundiae; et alibi, in narrando mirae jucunditatis, clarissimique candoris, in concionibus, supra quam enarrari potest, eloquentem; quo nemo dulciores affectus commendarit magis. Neque profecto inconcinne faceret, qui primum omnia Elogia Liviana seorsum hinc disponeret, et illinc ejusdem obtrectatores; deinde usurparet voces M. Aemilii Scauri in causa non plane dissimili. *Varius Sucronensis Aemilium Scaurum, regia mercede corruptum, Imperium Populi Romani prodidisse ait: Aemilius Scaurus huic se affinem esse culpae negat. utri creditis?* Verum, ne causam prodere videamur, quod in rebus praestitimus, hoc idem exsequi conemur in verbis, multo minore discrimine. horridum initium appellat Benius

Facturusne operae pretium sim si,

et constare ait duobus ferme Hexametris integris, atqui nemo unquam leget *sim si*, sed *sim*; et ex intervallo *si*. veluti illa Sallustii nemo uno spiritu:

Bellum scripturus sum quod.

Et vero ego non video, (quod ad Hexametrum attinet) cur non licuerit Patavino Livio, quod licuit Amiternino Sallustio. Quintilianus certe omnia Italica pro Romanis habet, Lib. 1. Cap. v. Benius non item: qui etiam criminatur Livianam phrasin, *facere operae precium*, quod neque Ciceroniana sit, neque Terentiana. at num ideo minus Latina? affirmet, cui cornea fibra est. ego utique non affirmabo, qui sciam, linguam Latinam debere uni Livio magnam copiam genuinae Elocutionis, quam apud Ciceronem et Terentium frustra quaerimus. ut jure vocaverit novitius Livii editor, omnis Latinitatis refertissimum. Jam vero, quod Livii etiam structuram emendare gestiat, id nullo modo ferendum videtur. quod tamen condonare possumus homini, qui etiam Joanni Boccacio Soloecismos objectare solitus erat, ut ejus orationem perpoliret. Pergit porro pro Mantissa Livium appellare obscurum, truncum, obtrectatorem, et cujus scripta Viri docti excutiant, *ut tantum, si quo modo possint, invidiam vel extinguant, vel leniant.* Adestote mihi vos, Beate Rhenane,

et

oni, tu Robortelle, Grutere, et quot- Livium illustrastis. praetextu manum didissimo, et poli- ori? minime gen- istoriam Romanam nine non ascito, ut arpyiarum prolu- quae politissimum averant. Quod ve- iterum objiciatur, accidit, ut fatea- *per invidentiam ic temere, loqui* d sane a verbis abit Lib. 8. Cap. *vio, mirae facun- TAT inesse Pol- andam Patavini-* ditur porro Livio- genium non depo- m accuset velut oëticum in Anni- fringere meditan- ignosco homini, viderat forte Al- iam animadverte- orici de Alpibus uit profecto unus Lib. 15. Historiar. e his verbis: *tam. turae opifex al- densissimos sal- exesosque verti- as vallium crepi- a illa atque hor- mole posuerit, ab accessu ter-* dem Libro, Gal- vultio. Alpes tra- runt fidem facere n vera tradere, n quid meditari. narrat, nuncios ffe, Alpium juga idem labore et ficultatibus supe- hacc Historiarum endorem vero O- alii suspiciunt, mpetere, telis e- ipso Quinctiliano qui tamen usque adeo Livium non voluit impugnare, ut ibidem LACTEAE LIVII UBERTATIS voluerit meminisse. Velut etiam alias illud *Facturusne operae pretium sim*, excusandum sibi sumpsit exemplo Bruti, Asinii Pollionis, Sallustii, Ciceronis, Platonis et aliorum.

At nunc tempus equûm fumantia solvere colla,

ut finem aliquando imponamus Epistolae, quae jam magnitudine (ut dicam more Liviano) laborat sua. Tu, amice, qui non ideo minus colis Principem Historicorum, quod in eum incursaverit Benius, haec mea tibi habe, commendatiora utique futura sub patrocinio nominis tui. Ego sane hanc qualemcunque opellam navavi lubens viro illi, qui, auctoritate sua et omnium aetatum judicio tutus, defensione non eget. Quod profecto ab homine mentis bene sanae et eruditionis non vulgaris Francisco Florido Sabino pronunciatum, jugulare potuit istos omnes, qui bonos Auctores adeo gestiunt impetere maledictis, ut etiam Virtutes pro Vitiis pergant objectare. *Quotus enim quisque hodie vivit*, (inquit ille) *qui non sibi censuram in scriptores, quasi a Diis immortalibus demandatam, arbitretur? Ut enim de aliquibus toleretur Judicium, quisnam hoc tempore de Cicerone, Livio, Terentio Varrone, Cornelio Celso, Plauto, Terentio, Virgilio, Horatio, Lucretio, Ovidio, Catullo, Tibullo, Propertio, ceterisque similibus aliquid in sinistram partem, sine magno scelere decernere audeat? Quorum scripta orbi probatissima semper fuere, et a nullo adhuc satis digne laudata?* Haec ille: neque ego plura. Tu vale, et seculum nostrum lucubrationibus tuis illustra, ut facis. Patavii MDCXXVII.

DAN. GEORGII MORHOFII

DE

PATAVINITATE LIVIANA

LIBER,

UBI DE

URBANITATE ET *PEREGRINITATE*

SERMONIS LATINI UNIVERSE AGITUR.

ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO

DOMINO

VITO LUDOVICO

A SECKENDORFF,

TOPARCHAE in *Oberzenna*, *Meuselwitz*, et *Modelstein*, etc.

Potentissimi Electoris ac Ducis Saxoniae, Postulati Administratoris Naumburgensis, Consiliario Intimo, etc.

DOMINO ET PATRONO

summe observando

D. D. D.

D. G. Morhofius D.

ILLUSTRIS AC GENEROSISSIME

DOMINE.

Cum pro more veteri Patronum huic libello circumspicerem, illustre tuum totique Orbi literato venerabile nomen occurrit, quod in hoc vestibulo, ut Herculis alicujus Musagetae statuam, et honoris et auspicii gratia ponendum duxi. Quas enim in Te dotes universa suspicit Germania, cujus Tu summum ornamentum es: quas omnis eruditorum populus extollit. eas ut jamdudum animo praecepi; ita ut tenui hoc quidem, sed submissi tamen affectus documento propius nunc venerarer, nescio, qua religione sum compulsus. Si generis in te splendorem laudamus, quamquam is summus est, in laude tamen tua id minimum est. Iis enim virtuti-

*us generosam il-
ercoluisti, ut di-
anarumque re-
Te est, scientia
ornamenti, quam
tulisse videatur.
is ac eruditionis
conspiratio, ut,
Nobilitatis office-
literas, ac pro-
endas, arbitren-
arum colore tin-
et inepte de stu-
ue judicent, Tu
lertia id assecu-
alibet in arte ac
ra magistros e-
ias, et censoris
sustinere possis.
artes pronuncia-
i de iis non nisi
arent: felicissi-
artibus doctores
Te Tuique simi-
periuntur. Nam
erito nihil est in-
lla major erudi-
lamitas et mole-
uam ab inscitis
ui tamen super-
metiuntur. Pri-
Te Virtutes et
si ultra privato-
um tui ordinis
enitet Archite-
ientia, quae in-
rae Heroas To-
ait. Quis nescit,
bus Tu Princi-
um aulas mo-
is? quorum im-
cum ad pruden-
ssim exegisti,
, ut ita dicam,
npegisti, Tequa-
quendam et an-
bent, quem re-
Principum rebus
idem in ejus et
alutem omnes
figunt. Neque
tantum disertus
t multi philoso-
signava opera
sunt; verum, quod vere prudentis et Architectonici erat, ipse clarissima in oculis, in luce omnium artis tuae exempla statuisti, quae grato animo agnoscunt Principes, laudant Cives, exteri imitantur, posteri admirantur. Quae cum omnibus expertae perspectaeque virtutes sint, vix invenit in Germania doctissimus ingeniorum aestimator Böclerus, praeter Boineburgium et Forstnerum, (at quos Viros!) quos tecum conferret et contenderet. Nihil ego nunc dico de familiaritatibus Principum, qui a Te velut Oraculo responsa exspectant: nihil de meritis dicam, quibus Respublicas, Ecclesias, Academias, Scholas Tibi obstrinxisti, quorum perpetua in Civium tuorum animis memoria haerebit. Quas ego causas habuerim, cur Tibi inscriberem libellum, qui inter quotidiana rerum nostrorum taedia in lucem protrusus est, facile quis augurabitur. Quem enim tam illustre et in hoc generis splendore sine exemplo eruditum Nomen non pellexerit? Accedit favor ille tuus eximius, quo me non visum complecti non es dedignatus, et honesta illa de studiis meis opinio, de qua amicus noster et inter Academiae Lipsiensis decora merito nominandus Clar. MENCKENIUS copiose ad me perscripserat. Quo judicio ut me non mediocriter ornatum intelligo; ita his quamquam tenuibus officiis voluntatem gratumque animum remetior. Si libri argumentum spectaveris, neque hoc Tuo Nomine indignum erit. De sermonis Romani, qui Consulum, qui Patriciorum, qui Equitum erat, nitore, quam urbanitatem dixere, disquiritur: Livium, Historicorum Romanorum Principem, et ipsum Equitem, ad-*

versus Pollionem Patavinitatis insimulantem defendo. Nihil hic, quod vel dignitatem, vel ingenium tuum dedeceat, qui in patricia causa sedere judex non gravaberis, et ista animi solertia omnes hujus argumenti recessus jamdudum ita exhausisti, ut ad Te totum ejus rei arbitrium rejiciendum esse duxerim: a cujus splendore multum huic quoque libello lucis me foeneraturum sperabam. De caetero, ut inter Tuos numerari clientes summo mihi honori duco; ita ut in favore illo, quo me non indignum judicasti, persistere velis, etiam atque etiam a Te contendo. Pro cujus salute et incolumitate ut perpetua mea vota sunt; ita, DEO volente, eventurum auguror, ut consiliis tuis Principes, praesidio Respublicae, patrocinio docti omnesque boni, Ornamento Germania atque universus Orbis literatus quam diutissime fruatur. Scribebam Kilonii, Idibus Septembris, Anno cIↃ Ↄc LXXXIV.

AD

BENEVOLUM

LECTOREM.

Quae Tibi, B. Lector, hic exhibetur de PATAVINITATE LIVIANA dissertatio, e publicis lectionibus, quas Acroamaticas voco, mihi nata est. Nam cum per hos XXIV. Annos, quos in munere Professorio, tum Academia Rostochiensi, tum in Holsatica Kiloniensi, exegi, non pauca de argumentis rarioribus privata industria congesta mihi ac notata sint; ut tamen et illa in juventutis usum cederent, unam de hebdomada horam lectionibus his Acroamaticis seposui. Ex illis primum hoc de PATAVINITATE LIVIANA argumentum publico propositum nunc in lucem editur. Varia hic, eruditis, ut puto, non ingrata, disquiruntur. Praecipue vero de Urbanitate et Peregrinitate sermonis Latini universe, cum argumenti ratio nos invitaret, paulo uberius agendum duximus. Quod si, B. L. hanc qualemcunque operam nostram non aspernatus fueris; etiam reliquae, quae per hanc occasionem e scriniis et schedis nostris in cathedram produco, si vel valetudo, vel temporum iniquitas consilia nostra non destituerit, praelo subjicientur. Id monere tamen te volui, cum in his chartis emendandis versarer, aliis saepe rebus et studiis intentus, et urgerent Operae, non pluscula tantum typorum sphalmata fuisse praetervisa, sed et aliquas non optimae Latinitatis voces, quae in scribendi calore se suggesserant, non fuisse expunctas. Pauculae illae quidem sunt, *asserere* pro affirmare; *praeprimis* pro praecipue; *elucescit* pro elucet; quae semel iterumque comparent. Sed, quoniam de Urbanitate sermonis Latini scribenti haec, ut minus Romana, vitio verti poterant, eaque non ignaro, sed plane incauto nec advertenti, excidérint, non dissimulanda haec *παραράματα* duxi. Bene Vale L. B. et rebus nostris fave.

CAP. I.

T. Livii laus, ejusque aemuli. Liviani libri deperditi. Supplementa Freinshemiana. Fragmenta et libri diversis temporibus e Bibliothecis eruti. An in Arabum Bibliothecis e Latino in Arabicum conversi libri omnes supersint? Conjectura e Leone Africano. Conringii judicium. In Bibliotheca Constantinopolitana a Regis Galliae et Magni ducis Florentiae legatis frustra quaesiti.

Graecus Regi Chri-
venales obtulit. Sed
romissis. Erasmus
us occasione libro-
one Grynaeo inven-
ncipes ad reliquos
os adhortatur. Codex
Fregusio Scotorum
Hebridas insulas
Pauli Jovii testimo-
ex integer, e Biblio-
themensi per Mar-
ningum erutus, et
Bibliothecario Bero-
s, periit. Testimo-
SCto Chronico Bre-
hilippus Beroaldus
Verosimile est, e-
hunc Codicem Nor-
um Scotico. Deca-
rum aliquot frag-
d Gallos in Sphae-
amico quodam Ca-
nta. MSCtorum Co-
a fortuna. Laus
Gudii. T. Livii e-
laccio. Ejus Histo-
Transitus ad Pa-
Livio objectam.

nper in pretio habi-
rerum Romanarum
gloriosissimum, ne-
ignorat. Postquam
rebus manum admo-
issime ab urbe con-
asque tempora, non
erie, annales perte-
omnibus ille histori-
n numeris absolvit,
m, qui ante ipsum
noriam unus prope-
verit, et, quod ar-
nen Romani acquisi-
literarum gloria im-
consecrarit. Agno-
ejus merita ac de-
t populares non tan-
a Gadibus Romam
este Plin. lib. 11. E-
eregrini, qui illius
pidine ducebantur.
nt tamen, inter ip-
es, quidam ingrati adeo, ut, quem ob honorem genti suae habitum omni officiorum cultu prosequi debuissent, conviciis tamen prosciderint, ejusque famae apud suos et posteros iniquis judiciis detrectarint. Quod cum occulte facerent nonnulli, inter quos Plinium referre possumus, qui in historiae suae naturalis praefatione animum in ipsum iniquum prodit; alii palam virus suum evomuerunt. Inter hos morosus ille aequalium suorum Censor Asinius Pollio fuit, qui nescio quam PATAVINITATEM illi objecit. De qua cum inter eruditos disceptari soleat, nos, quid de ea sentiamus, hac Dissertatione disquirere constituimus.

Nolo hic in Livii vita iisque, quae ad illam pertinent, recensendis, ejusque elogiis, quae plena manu alii congesserunt, inanem insumere operam. Vossius, Bonifacius, Sigonius, Livianorumque operum editores sollicite illa omnia conquisiverunt. De libris tamen ejus, quos multos et vastos scripsit, adeo ut Martialis totam iis Bibliothecam suam occupari scribat, id monendum est; quinque et nonaginta eorum temporum injuria deperditos, quorum non nisi epitomen a Floro confectam, et supplementum a J. Freinshemio egregie adornatum habemus, quod nunc integrum prodiit, adjectis illis, qui hactenus deerant, libris, ex hereditate Freinshemiana redemtis, illa editione Liviana, quam in usum Delphini procuravit Johannes Doujatius. Antecessorum Parisiensium et Regiorum Professorum primicerius. Quam Livianorum operum jacturam ut acerbe deplorant Viri docti, ita se spe illa solantur, fore ut e tenebris producti libri, in Barbarorum bibliothecis superstites, lucem aliquando videant.

Sed adhuc spes omnis evanuit. Paucula tantum fragmenta e MStis quibusdam codicibus eruta, ut in editione Magontiacensi de anno clɔ Iɔ XVIII. particula a cap. XVII. Lib. XXXIII. et quod deerat libro XL. usque ad finem. Prodiit et anno clc Iɔc XVI. Romae a Gasparo Lusignano editum principium libri XXXIII. Livianae historiae, depromptum ex codice vetusto Bibliothecae venerabilis Capituli Ecclesiae Bambergensis, indeque Romam a Francisco Bartholino Urbinate JC. delatum, quod ut genuinum Antonius Querengius aliique probavere. Verum, judice Vossio lib. 1. cap. XIX. de Hist. Latin. *fucum fecit auritis Midis, non illis, quibus corculis esse datum est, et qui norunt, quid aera lupinis distent, qui primus hoc fragmentum publici juris fecit.* Sed acerrimus et diligentissimus Livii emaculator Gronovius, in luculenta illa praefatione commentariorum suorum, et Livio hoc fragmentum, et viris doctis fidem vindicat.

De Arabum Bibliothecis ut sibi magnifica multa nonnulli promittunt, ita expleri inde lacunas Livianas posse existimant. Sunt enim, qui cum Graecis Latinos quoque libros illic latitare, vel e Latinis in Arabicam linguam conversos existimant. De Latinis et e Latino conversis illic superstitibus tum Erpenio, tum aliis traditum est; de quo tamen dubitandum videtur, cum Joannes Leo Africanus monumenta omnia abolita esse testetur, ob superstitionem Calipharum. E Graecis illi pleraque transtulerunt, quae conversa habent. Sed tamen et idem Leo non adeo ignotas historias Africae Latinas Arabicis ejusdem terrae scriptoribus fuisse testatur. Ita enim libr. 1. Descr. Afr. cap. XXV. *Nullam habent Arabes de rebus Africanis historiam, quae non prius fuerit Latine descripta. Autores habent antiquos quosdam, qui partim Arrianorum temporibus scripserunt, partim etiam qui ante ea tempora fuerunt, quorum omnium nomina memoriae exciderunt. Illorum autem volumina permultos continere libros credibile est: cum enim horum interpretes nobis quid persuadere vellent, id septuagesimo haberi libro, ex illis me audisse memini. Neque in vertendis jam dictis voluminibus autoris ordinem per omnia sunt secuti; sed, sumpta cujusdam Principis historia, tempora illa cum Persarum Regum, aut Assyriorum, aut Chaldaeorum, aut Israëlitarum temporibus connexa maluerunt.* Hoc ex loco suspicioni occasionem dari posse existimat Conringius Antiq. Acad. supplem. XIX. ipsam Livii historiam in manibus eorum fuisse, qui septuagesimum historiae Latinae librum laudarunt, quia unus Livius multos adeo historiae libros condidit. Verum illa procul dubio ab interprete interpolata fuere: cum Leo testetur, illos in vertendis his libris non fuisse Autoris ordinem secutos. Frustra itaque hinc omnes esse colligit Conringius, qui historiam Livii integram e Latino in Arabicam conversam existimant.

Nova postea spe implevit eruditos Petrus de Valle, Nobilis Romanus, qui in Itinerarii part. 1. cap. IX. Livium integrum in Bibliotheca Ottomannica Constantinopoli extare testatur. Tres enim Constantinopoli Bibliothecae sunt. Prima est antiqua illa Constantini M. in qua multi MSti Codices. Altera in usum Nobilium et Servorum. Tertia non procul a cubiculo Imperatoris Turcarum, in qua illum latitare ait. Narrat vero ille, se et Legatum Regis Galliarum cum

rio egiſſe, ut pretio
um coronatorum eum
sed irritum fuiſſe e-
eventum, quia per
uot quaesitus inveni-
imperito Bibliothe-
otuerit. Idem quo-
t de Magno Floren-
quinque Piaſtrorum
um sibi comparatu-
um itaque, utrum il-
n latitent integra Li-
n vero horribili in-
od mense Novembri
LXV. etiam biblio-
ipuiſſe dicitur, con-
iat.

spes Livianorum o-
is decollaſſet, revi-
ditorum vota ante
quod excurrit, coe-
m venit in Galliam
aecus, ex Insula Chio
ui nomen JUSTINI-
tulit Regi Chriſtia-
ra integra Liviana,
i casu ad manus suas
. Nam in incendio
olitanae arcis, (fuit
cujus modo mentio-
) inter multam su-
liosque libros e fe-
ctos, Turca aliquis
pera abstulerat, qui
pecunia indigeret,
cuidam vendiderat,
iam ille, quem dixi,
Regi Galliae libros
riptos venales obtu-
atum fuit quinqua-
m scutatorum pre-
conditione, ut pro
s decadibus oblatis
ecem scutatorum mil-
tur. Sed nihil ha-
m est, neque mer-
lvio suo comparuit,
e repertorum libro-
a jam dubitare inci-
octi. Illa ex ore Dn.
me perscripsit Ami-
si in poteſtatem Re-
niſſimi veniſſent illi
de Livii reſtitutione
poteramus eſſe securi. Neque enim in bibliothecam suam, velut alterum sepulchrum, detruderet, aut pateretur Rex glorioſiſſimus, ut immortali hoc beneficio suo careret orbis eruditus, vel sic Romanas res reſtituturus.

Patet ex iis, quae adduximus, superfuiſſe tamen illos libros in Bibliothecis nonnullis, quos ut deperditos deploramus, nisi quod fortuna adhuc eruditorum vota deſtituit. Erasmus Roterodamus, qui praefatione in Livium, (quae eſt inter epiſtolas ejus XV. lib. XXVIII.) de quinque illis libris Livianis, a Simone Grynaeo e Bibliotheca monaſterii Lauriſſeni tum primum productis, orbi literato gratulatur, hac se spe solatur, fore, ut aliquando reliqui illi libri in lucem protrahantur. Qua ille plenus et Principes et literatos compellat, ut nulli operae, nullis sumptibus parcant in hoc thesauro inveniendo. Quae ejus paraenesis hic legi meretur, si vel nunc excitari poſſint Reges, ut liberalitate sua hunc orbi thesaurum reſtituant. *Utinam faxit DEUS Optimus Maximus, ut hic Autor totus et integer nobis restituatur. Ejus rei spem nonnullam praebent rumores, per ora quorundam volitantes, dum hic apud Danos, ille apud Polonos, alius apud Germanos haberi Liviana quaedam nondum edita jactitat. Certe, postquam hasce reliquias praeter omnium spem objecit fortuna, cur desperemus et plura posse contingere? Atque hic mea quidem sententia principes viri rem se dignam facerent, si praemiis propositis eruditos ad pervestigandum tantum thesaurum sollicitarent, aut etiam ad editionem perpellerent: si qui forte sunt, qui rem publicae utilitati paratam gravi stu-*

diorum jactura premunt abduntque. Vehementer enim absurdum videtur, homines, ut parum auri argentique inveniant, tantis impendiis tantisque periculis ad ipsos pene inferos terrae viscera perfodere: et hujusmodi thesauros, tanto illis pretiosiores, quanto corpore praestantior est animus, prorsus negligere, nec ulla investigatione dignos judicare. Midarum hic animus est, non Principum.

Haec de Livii integro opere Erasmus. Qui cum de illo apud Danos superstite famam circumferri aït, illum ego Codicem designari dixerim, quem secum Fregusius Scotorum Regulus in Hionam, Hebridum et Orcadum unam, deduxit: Ita enim de illo Paulus Jovius Descript. Hebrid. pag. 77. *Fama quoque est, prisca ingeniorum monumenta Romanusque historias, quae quisque vel idiota cupidissime desideret, in illis scriniis recondi, quas Fregusius Scotorum Regulus, non incuriosus, ut videri potest, amator historiae, Alarico Gothorum Regi comes, direpta urbe Roma secum abstulerit, in Hionamque demum tumulto Danico diligentius et tutius asservandos religiose transtulerit: ita ut non omnino vanum et irritum videri possit, reliquas T. Livii decades exspectare, quarum e tenebris erutarum certa exempla ad Franciscum Galliae Regem Scotorum literis prolixe atque munifice promissa nuper audivimus.*

Haec Jovius: quae an omnia sic se habeant, incertum. Ad Franciscum Regem quaedam Livianorum operum a Scotis transmissa, plane non constat; ac, si id fuerit, non praeteriisset hoc silentio diligentissimus talium rerum annotator Thuanus, nec omisisset libros illos Doujatius, qui ante aliquot annos in usum Delphini Livium Tomis V. edidit, et Freinshemianos superstites, ab haeredibus Freinshemii redemptos, novae suae editioni adjecit, vel saltem aliquam eorum mentionem fecisset. Verum, fuisse illic Codicem integrum, ex eo non obscuris indiciis conjeceris. Possum enim insigni documento ostendere, e Septentrionis thesauris hanc rei literariae insignem jacturam, quod vix credideris, resarciri potuisse, ut olim e Corbejensi monasterio Taciti libri deperditi, si mens non laeva fuisset, aut, nescio quae, fortunae iniquitas eas nobis deliicas eripuisset.

Communicavit mecum Vir ut reverenda dignitate, ita varia doctrina conspicuus, Dn. Direcmannus, Ecclesiarum per Ducatum Bremensem et Verdensem Antistes, quod ille e Johannis Heringii JCti schediasmate quodam excerpsit, dignum utique, quod hic legatur, et Orbi erudito innotescat. Ita vero ille: *Johannes Heringius, JCtus, Syndicus Capituli Bremensis, in manuscripto Catalogo librorum, in dicti Capituli Bibliotheca a se repertorum, quem Anno cIↃ IↃC XXX. consignavit, sub finem testimoniorum memorabilium de Bibliothecis, laudato Catalogo praemissorum, ex manuscripto Chronico Bremensi in vita Archiepiscopi Christophori ista refert:* „*Anno* cIↃ IↃ XXI. *starff* D. „Martinus *Grönning, van Bre*„*men, und* Cantor *im Dome tho* „*Bremen, een sehr gelehrt Man,* „*de hadde tho Rome im* Colle„gio Sapientiae publice *gelesen,* „*he hedde ock de* Decaden *und* „*Boeker* Titi Livii, *de man nicht* „*hefft, sondern verlahren sind:* „*de waren geschreven, und hed*„*den betherto in Norwegen in* „*Druntheim in de Liberey ge-*

kreech he tho si-
, und schreeff sol-
nen goden Fründ
Beroaldum, des Pau-
n Bibliothecarium;
böhme weder, he
nede tho Rom ka-
de darunter dever-
n, dat böhme thor
e sine terung und
Ducaten scholden
verehret werden.
inus starff midde-
wurden de gefun-
Livii, von Kin-
dern, de darvan
and hadden, tho-
erdarven, welches
n is, dat also düsse
wedderum verlah-
icht an den Dag
Placuit ipsa haec
e vulgari Germa-
ata sunt, appone-
line conversa sub-
orte in hujus ser-
os dissertatio no-
ut et illi hanc fun-
lamitatem nobis-
t. *Anno cIↃ IↃ*
um obiit D. Mar-
g Bremensis. Can-
ituli, Vir doctis-
omae in Collegio
blice praelegerat.
libros Titi Livii
nuscriptos habe-
ibliotheca Drun-
orwagia, ubi ha-
rant, acceperat.
m certiorem fa-
um Beroaldum,
liothecarium pri-
reseripsit, ut li-
um Romam de-
uraturum, ut ip-
, praeter sumtus
e aurei solveren-
cum fatis interea
artinus, Libri illi
is aliisque harum
discerpti perie-
lum sane, prae-
libros iterum de-
perditos in lucem edi non potuisse.

De hoc testimonio, quod ex Chronico illo manuscripto produximus, quod et alius quidam Amicus in illo se legisse confirmavit, plane dubitandum non est. Nam de Philippo Beroaldo, ne quis alicui scrupulus supersit, monemus, hunc Beroaldum Philippi esse filium, non Patrem, qui Bononiae humaniores literas professus est. Vir quidem doctus, sed non magni judicii, cujus scripta blattarum ac tinearum epulas et cacationes, in quibus nihil praeter lutosam loquacitatem reperiatur, vocat Floridus Sabinus Lection. Subseciv. lib. 11. cap. IX. quem tamen indignius ab illo habitum censuit Voss. de Hist. Lat. lib. III. cap. XI. nam vel ideo candidiore elogio ornandus videbatur, quod Livianarum laudum magnus praeco fuerit, oratione de ipso habita, quae inter opuscula ejus varia Basileae Anno 1513. prodiit. Obiit vero alter ille Anno cIↃ IↃ IV. Sed noster ille, cui Grönningius repertos Livii libros indicaverat, filius ejus fuit. Erasmus in Epist. 5. lib. 23. pag. 1029. lit. C. edit. Londin. alterum illum Beroaldum, cognatum ejus vocat, judicio seniore illo superiorem. Hunc inter insignes sui temporis Poëtas Lyricos numerat, Patrique suo anteponit Lil. Gyraldus in libro de Poëtis nostri temporis, Dial. 1. pag. 391. num. 10. Is primum in cathedra Bononiensi Patri successerat, et postea Romae docuit. Inde vero a Leone X. Vaticanae Bibliothecae praefectus fuit, teste Paulo Jovio lib. 3. de vita Leonis, cap. 10. et J. Pierio Valeriano in lib. 1. de Literat. infelicit. qui etiam hunc in infelicium literatorum numero reponit. Caeterum, hunc ipsum a Fregusio delatum Codicem fuisse, minime dubitaverim: nam cum perpe-

tuae Norwagiae Regum cum Scotiae Regibus de Orcadum et Hebridum insularum dominio lites fuerint, usque dum Christianus I. Rex Daniae et Norwagiae, Jacobo III. Scotiae Regi eas cum filia in dotem dedit, non est omnino incredibile, inter has turbas bellicas Norwagiam illud exemplar fuisse delatum.

Quis jam crediderit, ex ultima Thule (si illa Norwagia est) per tot secula sepultum resuscitari potuisse Livium? quis e septentrionum tenebris hanc Romanae gloriae lucem exspectasset? Sed quem non remordeat tanti thesauri tam turpis jactura? An sera aliquando dies in lucem productura sit, *θεῶν ἐνὶ γούναϑι κεῖται*. Si suspicionibus locus est, latitare perditos illos libros tamen alicubi dixerim, modo tam sagaci alicui esse liceat, qui indaget. Certe Colomesius in sua collectione (*Recueil de particularitéz*) quae inter opuscula ejus Ultrajecti edita reperitur, testatur, fragmenta quaedam Decadum Livianarum deperditarum in Spharisterio, instrumento, quo pila propelli excipique solet, illita a quodam deprehensa. Juvat ipsa ejus audire verba: *J'ay ouï dire a M. Chapelain, qu'un de ses amis, homme de lettres, avoit joué à la longue paume avec un Battoir, sur lequel se voyoient des Fragmens de quelques Decades de Tite Live, que nous n'avons point: et que ces Fragmens venoient d'un Apotecaire, qui, ayant eu en don des Religieuses de Fontevraut plusieurs volumes en parchemin du mesme Auteur, les avoit vendus par ignorance à un faiseur de Battoirs.*

Vidimus, quod malorum scriptorum alias fatum esse solet, ad piperis cucullos et ad sphaeristeria, etiam post fata sua totque secula, fortunae pilam, bonum damnatum fuisse Livium. Magna fuit semper hodieque est praestantissimorum librorum et bibliothecarum ab hac hominum inscitia strages, nunquam satis deploranda. Notat eodem in loco Colomesius, Quintilianum a Poggio in Concilio Constantiensi e popina extractum, item de Sirmondo, qui e Bibliopegi officina multos MStos Codices acceperat. Saepius hoc a se factitatum fuisse, sagacissimus et felicissimus MSCtorum Codicum indagator, Vir summus MARQUARDUS GUDIUS mihi narravit, apud quem incomparabilis illorum thesaurus latet, quibus nuper per liberalitatem Reverendissimi et Celsissimi simulque literatissimi Principis FERDINANDI, Episcopi Monasteriensis, maximi, dum viveret, literarum Patroni, accessio facta fuit, cum illustri Legationis apud illum munere fungeretur, nec digniorem tantus possessor heredem inveniret.

Sed nos, cum nihil, praeter tristia illa tam cari nobis erepti pignoris monumenta, restet, ad superstites Livii libros redeamus, et partam ex illis Autori nostro gloriam tueamur, quem omnium seculorum elogia a calumniis iniquorum hominum facile defendant. Illorum segetem amplissimam dare poteramus. Sed, quae apud veteres habentur, omnibus cognita sunt. Inter recentiores unus instar omnium erit Sebastianus Maccius Italus, Vir omnium literarum, Theologus, Philosophus, JCtus, Poëta, Orator suo tempore celeberrimus: nam scriptis in omni scientiarum genere excelluit, totque in lucem opera edidit, ut, teste Erythraeo Pinacothec. I. Imag. CLII. ex assidua calami tractatione dextra manus pollici atque indici sulcos alte impressos habuerit. Ille in honorem Livii ejus Historia amplum vo-

raeo teste, conscri-
ber ipse ad manus
ervenit. Quantum
o ejus de Historia
nsiat, adeo in lau-
iffundit, ut in ip-
m Latinorum scri-
agnoscat. *Titus Li-*
ille lib. 2. cap. 8.
ene dixerim cae-
um profudit elo-
nen. Vastissimus
et profundissimus
utionis Oceanus,
arum ac discipli-
nium maximum,
um ac inexhau-
onis omnis et sci-
us. Summa in eo
omnia, summa
odem illo sunt his
splendorem Cae-
sii candorem, gra-
i, elegantiam Lae-
bae, integritatem
nitii et Pisonis pu-
jestatem Virgilii,
plitudinem, spiri
um Ciceronis per-
singularique mo-
e caeterarum om-
ntissima suis prae-
Historiis ad vivum
lic enim Princeps
Pater Historiae,
itatis, gloria lite-
ctorumque homi-
is lumen, locutio-
sermoni purita
granditatem, re
atem, principibus
, Reip. Romanae
aliae spiritum, pa-
, mortalium in-
em perpetuum, et
s unquam terminis
nibus circumscri-
. Haec Maccio de
ice plane, sed pau-
s et declamatorio
; quibus tamen ita
Historiae leges cu-
impleviſſe Livium
: in caeteris vero,

quae ille cupidius et aliqua immoderatione verborum effert, modestius mihi sentiendum esse existimem. Satis vero illi ad gloriam immortalem erit Historiae tenuisse principatum, cujus quantum infringat ipsi objecta PATAVINITAS, nunc amplius dispiciemus.

Cap. II.

De Patavinitate variae sunt doctorum opiniones. Benius per Patavinitatem intelligit studium partium. Benius et veterum et recentiorum autorum sugillator. Livium aggressus est Patavii Patavinum. Querela Laur. Pignorii super illo facinore. Per Patavinitatem Pompejanitatem intelligit Benius. De ista sententia disquisitio instituitur. Asinius Pollio aliquando tamen Pompejanis et Reip. partibus se addictum ostendit. Livius, ut omnes Patavini, Pompeji partibus favebat. Quae causa? Benii vafrities in Taciti loco de Livio explicando. Refutatur haec Benii de Patavinitate opinio. Quae de dictione intelligenda. Ineptae Benii argutiae notantur. Budaeus per Patavinitatem intelligit odium Gallicae nationis. Henr. Glareanus et Brodaeus hostilem Livii in Gallos animum exagitant. Aliqui per Patavinitatem Livii πατριδομανίαν, qua ille Patavinorum res gestas aliorum rebus praetulit, intelligunt. Hujus πατριδομανίας exempla in Romanis aliisque scriptoribus.

De Patavinitate, Livio per Pollionem objecta, licet Quintilianus, quid ipse intellexerit, satis definiverit; non levis tamen est virorum doctorum disputatio, ut Bonifacius, in libro de Romanae Historiae scriptori-

bus, etiamnum inexplicatam pendere quaestionem existimet. Nos eorum sententias ita exponemus, ut, quae removenda nobis videntur, primo excutiamus.

Sunt, qui Patavinitatis convicio studium partium abscondi crediderunt. Primus, quantum scio, hujus opinionis architectus Paulus Benius Eugubinus fuit, Vir quidem doctissimus, sed maledicentia notissimus. Laborabat enim hoc morbo, ut non recentiorum tantum, sed et antiquorum scriptorum, famam flagellaret, vel his illorum virtutes praeferret. Vivis eum coloribus depinxit Crass. in Elogiis hominum literatorum part. II. pag. 80. Ita enim ille. *Rendesi sin ora dubbiosa la fama qual fosse maggiore verso Paolo Beni l'odio ó la benevolenza de Letterati del suo secolo, dominando ugualmente nella di lui persona la letteratura e la maldicenza.* Paucissimos sane fuisse ait, qui non mordacissimam ejus censuram senserint; adeo, ut nonnulli lucem et typos formidarent, ne in ejus criticos ungues incurrerent. Illud sane minime ferendum videbatur, et posteris acerbius vindicandum, hominem, bonas literas in Patavina cathedra profitentem, illam Patavini nominis gloriam, quam illustri monumento immortalitati consecratam voluerunt cives Patavini, qualem in gente sua, patriae affectu interdum nimio, posteri non efferre solum, sed et amplificare ultra fidem solent, adeo indignis lacerasse conviciis, ut vix boni scriptoris titulum ipsi in libro secundo de Historia salvum reliquerit, caeteris vero Romanorum Historicis postposuerit. Non sine causa tam turpi facto indignatur Laurentius Pignorius, Symbolis Epistolicis Epist. XLIV. qua Livium adversus Benii ineptias defendit. *Paulus Benius, homo Italus et (quod nemo non miretur) in Gymnasio nostro Eloquentiae interpres, qui Patavii Patavinum aggressus est conviciis proscindere, silentibus omnino Civibus nostris, et strenue condonantibus actionem injuriarum, quam illi intendere debuerant.*

Sed de iis in sequentibus agemus fusius: nunc tantum de illo partium studio, quod ipsi impingit, dicemus; quo ille sollicite cavet, ne nimis honorasse videatur. Eo enim sensu intellectam Patavinitatem inter laudes ejus numerari pene aegre fert mordacissimus Censor, cum vel idiotismorum Patavinorum, sub Patavinitatis titulo illi objectorum, culpam leviorem esse existimet, quam ut reprehendi tantum in opere illo mereatur, cujus multo plura ac majora obelo sint transfigenda. Adeo iniquo in illum animo est, ut vel laudis ipsi umbram invideat, qui memor potius esse debebat illius, quod Quintilianus scite prudenterque dictum reliquit, lib. X. c. I. *Modeste et circumspecto judicio de magnis autoribus pronunciandum est: ne, quod plerumque accidit, damnent, quod non intelligunt. Ac, si necesse est in alteram errare partem, omnia eorum legentibus placere, quam displicere maluerim.*

Videamus tamen, si quid est vel laudis vel reprehensionis in hoc partium studio. Ajunt enim sub Patavinitatis convicio reprehendi Livium, quod Pompejanus fuerit, atque ita Patavinitatis nomine Pompejanitatem intelligunt. Neque res a veri colore omnino abest. Asinius Pollio, teste Paterculo lib. 2. cap. 68. Antonii partibus favebat, ac Patavinis, quod Pompeji partes sequerentur, infensus erat. Quare, ut Macrobius refert, acerbe cum iis egit, ut pecuniam et arma conferrent, quin, cum ii

ent, et propterea de-
, praemia et liberta-
vinis servis obtulit,
n dominos, qui deli-
propellerent. Sed ta-
citus lib. 4. cap. 34.
quod Asinii Pollionis
gregiam Pompejano-
oriam tradant. Unde
non videtur, eam ob
vio succensere potuis-
ipse Pompejanos lau-
raeterea et epistolae il-
ad Ciceronem libro x.
m scripsit, animum e-
nti Reipublicae addi-
unt: excusat enim se,
nem hanc, quod An-
ibus faveat, a se amo-
te invitum se in has
trahi ostendit. Quo
ue credibile est, adeo
partibus Pompejanis
nec in Livio earum
ret. Diserte enim ait:
tur, ut rursus in po-
nia unius sint, qui-
est, ei me profiteor
. De Patavinis testis
[XII. Phil. IV.] *illos*
et ejecisse missos ab
pecunia milites et ar-
Pompejanos adjuvis-
seam, Patavinum ci-
cum Helvidio genero
um utriusque Bruti,
i, quod Reipublicae
rant, celebrare con-
autor est Juvenalis
ers. 36.] Accedunt alia,
icionem illam firmant,
ustus, cum Livii histo-
ret, et in illum forte for-
n incideret, qui tamen
itibus desideratur, quo
i laudes diffundebatur,
um illum esse exclama-
moriae hoc prodidit Ta-
al. 4. c. 34. qui ita de Li-
Livius, eloquentiae
praeclarus, inprimis
pejum tantis laudi-
dit, ut Pompejanum
ustus appellarit. Quem
insignem locum praetermittere non potuit Benius, quin de laude Livii aliquid detereret. Nam, quam Tacitus in Livio fidem praedicavit, non ipsi propriam et velut in historico spectandam, sed potius cum civibus Patavinis communem ipsi esse voluit, quod scilicet partibus Pompeji faveret. Quasi scilicet, qui Eloquentiam in illo laudat, alteram se. Historici virtutem, veritatem et fidem, simul exprimere noluerit. Eloquentiae etiam gloriam, ut alias facit, illi hic etiam, ut puto, detracturus fuisset, si per evidentiam verborum id licuisset. Hujus erga Pompejum affectionis et fidei originem ut porro investiget altius, operose laborat Benius. Existimat enim, Patavium a Cn. Pompejo Strabone, Magni Pompeji Patre, Romana civitate donatum fuisse; cujus beneficii, ut recentis, memores Patavini in Pompejum et Rempublicam fidem suam, in cujus partem etiam hic, apud Tacitum, Livium venire existimat, testatam fecerint; quam Pollio, parti adversae addictus, caeterique Caesariani, cum Imperio potirentur, quasi per contemptum et ludibrium Patavinitatem dixerint, in probrum vertentes, quod laudi illorum accenseri debebat, libertatem et Rempublicam prae servitute et tyrannide expetentium. Cui etiam hoc addit, Pollionem, ut historicum, (figulum sc. figulo invidentem) et praeterea Pompejanum, hoc illi convicium impingere potuisse. Huic quoque sententiae calculum suum adjicere videtur Thomasinus in Vita Livii cap. v.

Verum illa omnia, ut speciose satis dicuntur, ita parum ad rem nostram faciunt. Esto, Livium Pompejanis partibus addictum fuisse. Esto, Patavinos omnes favisse Reipublicae et libertati Romanae. Esto, pro Pom-

pejano habitum Augusto Livium. Nihil illis conficitur Benii argutatiunculis, aut alius Patavinitati objectae sensus affingitur, cum diserte testetur Quintilianus, de dictione hoc capiendum esse convicium. Adversus quem qui hic disputat, judicem scilicet et censorem illarum rerum antiquum, peritum, et fide dignum, nae ille operam ludit, et aranearum telas texit. Nam putidum et hoc est, quod pro sua sententia adversus Quintiliani sensum adfert Benius: *Si ad orationem, id quod caeteri omnes affirmant, pertinet ista Patavinitas, vel pronunciatione vocisque accentu ac sono dignoscebatur a Pollione, vel ex verbis, atque adeo ex dictione et stylo. Primum, nisi temere, affirmari non potest, quandoquidem Pollio non Livium pronunciantem audiebat, nec, si audivisset, recte Patavinitatem redolere dixisset, sed potius Patavinitatem resonare, aut sonare quid Patavinum. Non alterum: nam licet revera Livianam historiam, perinde atque Augustus, legendo cognosceret Pollio, vix ac ne vix quidem fortasse intelligi potest, quas Patavinas voces, qualemve Patavinam dictionem seu dicendi rationem agnoscere posset in Livio. Si enim haec agnoscere omnino licuit, age dum, obsecro, proferant illas, qui ad rationem et stylum pertinere dictitant, ac rem, alioqui obscuram et optatam, dilucidare ne graventur.* Mirum, quam inutilibus et nil profuturis subtilitatibus se hic fatiget Benius; cui in mentem hic venisset inter pronunciationem et inter dictionem distinguere, cum omnem dubitationem abscindat Quintilianus: nam de dictione id accipiendum, geminus apud illum locus lib. 1. et lib. 8. ipseque verborum sensus declarat; licet Rapinus, ut sequenti capite videbimus, Benio *ὁμόφηφος* esse videatur. Quomodo in pronunciationem *redolendi* vox non conveniat, sed potius vox *resonare*, non video: cum in pronunciato etiam sermone, non tantum ad accentum, sed etiam ad dictionem respicere possimus; neque quisquam id verbum de Livii historia usurpaverit. Nam Quintilianus lib. 1. dicit, quod Pollio deprehenderit in Livio Patavinitatem, et lib. 8. quod ipsi Asinius Patavinitatem inesse putaverit. Non satis itaque mirari possum, quomodo emunctae naris homo in istud *redolendi* verbum inciderit: quod tamen illo sensu saepe apud Ciceronem usurpatur, cui oratio *antiquitatem*, *Athenas redolere* dicitur. Imo ipse Quintilianus in eodem illo loco lib. 8. Pollionis judicio totique capiti hoc suum velut suffragium subnectit: *Quare, si fieri potest, et verba omnia, et vox hujus alumnum urbis oleant, ut oratio Romana plane videatur, non civitate donata.* Ubi per *vocem* nihil aliud, quam pronunciationem, intelligit, quae tamen per Benii Criticam non recte *olere*, sed *sonare*, dicitur. Quod de verbis aït, vel dictione tota, illam in Livio a Romana discrepantem non posse ostendi, in eo parum circumspecte judicat. Nam licet nobis res illa difficillima sit, Pollioni tamen forte non fuit, qui Romano sermoni aures adsuetas habuit. Neque inde conficitur, non esse quicquam in illo, quod Pollionis palato minus arrideret, cum nos discernere illud nequeamus.

A Benio ad Budaeum venimus, qui partium in Livio studium per illam Patavinitatem explicat, sed fortassis non serio rem agit. Nam, quod de Gallis acerbe et non satis integra fide judicat, illud Patavinitatis nomine in ipso re-

a judicat Budaeus Philologia fol. 22. uit, *hominem Pa- aliquando atque salpinis Gallis et o finitimis acce- pugnis forte con- qui acerbe magis , quam historice Gallorum mores que fingeret, eam- ortasse Patavini- ehendi potuit, ut ndecora.* Verum a populares suos Budaeus; in qui- us ferociam alia- reprehendit, (ut tempore Romani morumque elegan- i eam ob causam , cum nec virtu- uod candidi sane iffimulet. Seneca . eum vocat *can- rum ingeniorum* . Henricus quo- Livium exagitat, e Gallorum gentis actarit. Eandem xit etiam Brodae- rio in Epigramma ecum, quo de Ga- populantibus agi- 3. pag. 357. cae- in Livium calum- cens. *Livium ci- uid attinet, sem- lorum adversari- te colligit Glare- fides merito infa- ut invidiae ple- o Pio, ut gloriae mendacii ab Au- omastige scilicet illum appellante, cum Halicarnas- Polybio, a mul- ugnans, a Lau- ut fabulosa; vel- Evandro liquet, illa ubertas: Pa- ane non dicam aut negligentiamque post Caligulam, quae tamen in Patriae defensionem a me dicta sint.* Haec ille, quibus singulis conviciis nunc respondendi locus non est, nam de Patavinitate hic soliciti tantum sumus, et parum hoc vel nos, vel Pollionem tangit; qui, cum ipsi Patavinitatem objecit, ne per somnium quidem de hoc Gallorum odio, cujus ipsum insimulant Budaeus aliique, cogitavit.

Non desunt, qui sub Patavinitate illa πατριδομανίαν, qua plerumque laborare solent historici, intelligunt, de qua Franciscus Matthaeus Vayerus in libro de antiquis et praecipuis historicis Gallice scripto pluribus agit. Putant enim, in libris Livii deperditis, ubi rerum gestarum series ad populares suos vocat, plusculum indulsisse Patriae civiumque suorum laudibus. Qualem errorem Polybius Philino Carthaginensi et Fabio Romano tribuit. Idem quoque Guicciardino imputari scribit Vayerus, qui, ut Florentinis suis adulatur, in minoribus illius Reipublicae momentis nonnunquam tenacius haereat, et facta illorum levicula in coelum extollat laudibus, ut importunus aliis, aliis ridiculus interdum videatur. Idem in Poggio Actius Sincerus elegantissimo hoc epigrammate reprehendit:

Dum Patriam laudat, damnat dum Poggius hostem:
Nec malus est civis, nec bonus Historicus.

Idem in Livio Barthius lib. 60. Advers. cap. 6. improbat: *Certissimum hoc*, inquit, *omnes scriptores rerum Romanarum, qui nunc sunt, data occasione panegyristas simul laudum esse patriae suae. Livius, merito eorum Princeps paterque, quam frigide aliarum gentium praeconia praeterit, cum fortiter fecerunt: Gallorum vero item dedita opera non tam obscura-*

vit, quam obruit et maledictis exstirpavit, Romanorum autem facinora longis praeconiis obliquis directisque extollit ubique. Verum illa, ut aliena, omittimus, cum in sola oratione vitium hoc agnoverit Quintilianus.

Cap. III.

Laurentii Pignorii sententia de Patavinitate, qui in Orthographiae peregrinitate illam consistere putat, quod Livius SIBE pro SIBI, QUASE pro QUASI, scripserit. Monumentum de Livio ob eam causam ab illo rejectum. Rejicitur ejus sententia. Historia repertorum ossium, quae Liviana credebantur. Pompa, qua illa in Praetorium deportata et Mausoleo ornata, describitur. Error publicus. Monumentum non fuit ipsius Livii, sed Liberti ejus nominis. Nomen servile et Domini jungebatur in nominibus Libertorum. Explicatur exemplis aliarum Inscriptionum. Halys servile nomen. Blondii Flavii, Scardeonii, Panvinii explicatio monumenti inepta. Vera ejus explicatio. Officium Concordialis etiam Libertis datum. Pignorii Patavinitas imaginaria exploditur. Variis exemplis ostenditur, commutationem literae E et I non Patavinis tantum, sed et Romanis aliisque municipialibus fuisse communem. A Rapino dissensus.

Quando ergo orationis potius vitium Patavinitas, qua in re potissimum illa consistat, disquirendum est: ubi primo omnium nobis occurrit Laurentii Pignorii sententia; qui, ipse Patavinus et Patavina in Academia Professor humanitatis celeberrimus, hanc populari suo objectam Patavinitatem primum e tenebris se eruisse gloriatur: nam in epistola illa, quam capite superiori laudavimus, qua adversus Benium defendit Livium, etiam hac in re ipsum impugnat: *Hanc Patavinitatem Benius, ut sibi quidem videtur oculeus totus, hic sane totus tenebrio, ad partium Pompejanarum amorem revocat, contra Pollionis et Fabii Quintiliani mentem. Eam, si qua fuit, ego forte primus, quod et tu probas,* (scribit vero ad Balthasarem Bonifacium) *in Originibus nostris indicavi ex Quintiliano et Marmoribus vernaculis.* Quis jam sibi non satisfactum crediderit hujus Viri doctissimi sententia, quam ille tanta confidentia assertum ivit in Originibus suis Patavinis, lingua Italica scriptis, cap. 17. pag. 133. ut nihil dubitationi relictum putet. Demonstrabimus autem, illum opinione sua vehementer falli, cum putat, sola Orthographiae peregrinitate Patavinitatem illam constitisse. Ait enim, T. Livium scripsisse *SIBE et QUASE*, atque harum literarum *I et E* commutationem, Patavinis familiarem, hanc Livio Patavinitatem peperisse. Hujus in rei fidem consulendas ille inscriptiones Patavinas existimat, in quibus plerisque *E pro I* legatur, atque ex iis unam producit, quae Patavii reperitur, et a Grutero quoque consignata est [pag. 977, 4.]

C. GAVIO. C. L
IVCVNDO
CONTVBERNAL
SVO. ET. SIBE
OCTAVIA. METHE etc.

Ubi Gruterum reprehendit, pro *SIBE*, *SIBI* substituentem. Imo adeo se sua hac opinione obfirmat Pignorius, ut eam ob causam Inscriptionem illam, quae in marmore illo legebatur, quod in Divae Justinae templo effossum fuerat, ubi ossa Liviana, ut cre-

perta antea fuere, noſtrum non per-, quia in eo *SIBI SIBE*, ut omnino et Livius noſter, ibique superſtes, verba Inscriptio-utat, hoc monu-et. Ita vero hoc

. F.
V I V S
E. T. F
T A B. L
I. Y S
R D I A L I S
A V I
T. S V I S
I B V S.

um in modum de-es illi, qui mo-de Livio Hiſtori-; ita sua quoque sententia, quae gumento nititur, uit Pignorius.

m ergo in hunc idimus, occasio-hujus erroris o-inem, qui eruditimendus eſt, cum octiſſimos erran-paſſim deceptos ue hujus rei fal-demonſtrata sit. cccc XIII. apud nae aediculam a-cis exſtruere co-fundamento ſtertius effoderetur, ſſimum pavimen-o capsa plumbea eperta eſt. Excla-Livium illic se-Monachi meminc-em effoſſum lapi-epitaphio. Erat modo produxi-ujus rei hiſtoriam s in Epiſtola, ad entinum scripta, Originum suarum inseruit Lauren-Confluebant ad spectaculum omnes Viri Nobiles et Literati, amplexabantur capsulam, ac magno hinc conventu ac celebri Civitatis totius pompa Nobilium humeris in forum maximum oſſa deportata sunt. Deliberatum de monumento illuſtri his oſſibus erigendo, et de loco commodo diu disputatum. Aliqui locum publicum designabant. Optimates quidam privata pecunia, sed insignius monumentum pollicebantur, si prope aedes suas illius oſſa transferrentur. Vicit tandem publica pietas, ac fuere ejus oſſa ad occidentalem Praetorii parietem deportata, et supra portam illius condita, adjecta imagine et elogio. Cum ejus rei fama ad Alphonsum Arragonium Regem pervenirct, Anno cIↃ cccc LI per legatos os brachii Liviani, quod praeclara illa commentaria conscripserit, a Republica Patavina impetravit; quod, Neapolin deportatum, poſt Regis mortem apud Legatum Panormitam mansit, poſteaque ad J. Jovianum Pontanum pervenit, a quo in urnula locatum ac inscriptione ornatum fuit. Anno vero cIↃ IↃ XXXXVIII. oſſa eadem translata fuere in eminentiorem locum ejusdem occidentalis partis Praetorii. Illic, ut Thomasinus in T. Livio suo refert, spectatur nunc T. Livii Mausolaeum, nobilitatum tabellis aeneis, inscriptionibus, et vetuſtiſſima ipsius imagine marmorea; quam, ab Alexandro Baſſiano inventam, Civitas dono accepit. Laurentius vero Pignorius habet pro capite M. Claudii Marcelli, vel Lentuli Marcellini, ad Fulvii Ursini librum de Familiis provocans. Sub illa imagine marmor id videtur, quod olim effoſſum fuerat in D. Juſtinae templo, ubi oſſa ipsa poſtmodum reperta sunt. Dextram Mausolaei hujus partem obtinet *Aeternitatis* ſtatua: laevam *Minervae*. Sub Aeternitatis pe-

dibus *Tybris* excurrit, sub Minervae *Medoacus*; et hos inter omnes in meditullio Lupa, Romulum et Remum lactans, spectatur.

Res stupenda sane tanto conatu et molimine nihil omnino fuisse actum a Viris et nobilissimis et doctissimis, neminemque adeo sagacem fuisse, ut monumentum hoc non a T. Livio Historico, sed a cujusdam Livii liberto positum fuisse, animadverteret. Omnes certe nostrorum temporum Viri docti eo sibi imponi passi sunt, ut quidam Editionibus Livianis velut insigne quoddam emblema suspenderent. Primus hunc errorem, cum apud Patavinos versaretur, detexit Vir incomparabilis MARQUARDUS GUDIUS; qui, cum omnes Italiae angulos perreptaret, ut veteris Reipublicae Romanae λείψανα erueret, Inscriptiones scilicet a Grutero praeteritas, (quarum ille vastum totque eruditorum votis optatum opus, quodque omnibus in illo genere scriptis palmam facile praeripiet, magnum antiquitatis thesaurum, pene ad umbilicum deductum habet) facile, qua fuit sagacitate, vidit, fucum sibi facere Patavinos, qui hoc monumento Manium Livianorum custodes haberi voluerunt. Verum, ut fieri solet in erroribus publicis, amant saepe illos homines, ac indignantur cum illo Argivo apud Horatium,

— — *sibi quando extorta voluptas,*
Et demptus per vim mentis gratissimus error.

Adeo vero error ille in propatulo est, ut luce meridiana clarius e verbis Inscriptionis paulo accuratius consideratis se prodat. Ita enim legenda est Inscriptio: *VIVVS FECIT TITVS LIVIVS LIVIAE TITI FILIAE QVARTAE LIBERTVS HALYS CONCORDIALIS PATAVI SIBI ET SVIS OMNIBVS.* Monumentum itaque hoc sibi erexit Libertus Filiae Titi Livii, an Historici, an filii ejus, vel alterius, incertum, qui Domini quondam sui Titi Livii nomen ex more assumpserat, et servile nomen Halys adjecerat. Primum illud certum est, libertos Patronorum nomen adsciscere, suoque nomini servili, quod interdum mutabant, interdum retinebant, prout commodum erat, praemittere solitos: qua de re vide Juvenal. Satyr. V. 27. et locum in Oneirocriticis Artemidori, ubi servum, qui tria se nomina habere somniabat, liberum factum notat, cum ad suum duo patroni nomina assumpsit, item l. 9. C. de lib. caus. l. 10. C. de Ingenuis manumissis, ibique Gothofredum. tum et Fr. Connanum Jur. Civil. lib. 2. cap. 11. n. 3. Multa Inscriptionum exempla hoc testantur. Apud Gruterum fol. 965. n. 2. haec est:

L. CAEDIVS
L. L. EROS
SIBI. ET LI
BERTINAE
ET. LIBERTO

Ubi *EROS* nomen servile notissimum, *L. CAEDIUS* a Domino assumtum. Similis Inscriptio est, quae extat apud Laur. Pignor. de Servis pag. 109.

TI. CLAVDIVS
LEMNVS
DIVI CLAVDII
AVGVSTI. LIB.
A. STVDIIS

Apud eundem pag. 184.

SEX. POMPEIVS
SEX. L. DAPHNIS etc.

Et pag. 212.

TI. CLAVDIVS. AVG.
LIB. FORTVNATVS etc.

Piget plura adscribere. Fuisse vero ejus nominis libertum Titum Livium, e geminis inseri-

ptionibus manifeste probari potest. Vetustissimus Lapis in aedibus Alexandri Baffiani, quem Thomasinus aliique eodem errore de ipso Livio Historico capiunt:

T. LIVIVS
T. L
OPTATVS. AN. XV.

Altera Inscriptio est, quam et Petrus Servius in Miscellaneis pag. 131. adduxit:

V. F
T. LIVIVS. T. LIB
ET. LIVIAE. LEVINVS
L. F. STEL....
VENONIAE. EXORATAE
P. LIVIAE. FIRMAE. ET
FESTO. FILIO. ET
FIRMAE. FILIAE

Cujus vero Livii Libertus, an Historici, an alterius, an idem, an alius, incertissimum est. Nam plures fuisse Livios ex illa Inscriptione patet, quae in aedibus Annibalis Capilistii legitur:

T. LIVIVS C. F. SIBI
ET. SUIS
T. LIVIO. T. F. PRISCO. ET
T. LIVIO. T. F. LONGO. ET
CASSIAE. SEX. F. PRIMAE
VXORI.

Quam Inscriptionem genuinam esse, dubitandum minime est, licet Laur. Pignorius ei litem movere videatur, quod in illa *SIBI*, non *SIBE*, scribatur; in quo ille Livii Patavinitatem unice agnoscit. Quod quam frivolum sit, infra patebit, et jam tum hujus vanitatem redarguit Sertorius Ursatus, in Monumentis Patavinis, lib. 1. sect. 1. p. 32. Fuit itaque Libertus, qui per literam *L.* significatur, cujus servile nomen *HALYS*, a fluvio Asiae minoris forte ita dictum: nam solebant talia servis nomina imponi. Neque enim hoc Romanum nomen videtur, et quae de *C. GRATIO HALY* adducitur a Panvinio, lib. de antiquorum nominibus, e Gratero, fol. 778. num. 2. Inscriptio Saguntina; in Libertum itidem concepta videtur; nam mutilum produxit Panvinius. Sed de illo alii viderint. Hic servile nomen esse, ipse verborum numerus et compages dictitat. Misere enim se torquent, qui de Livio Historico interpretantur. Quam enim inepta sunt et *ἀσύστατα*, cum Blondus Flavius verba illa *LIVIAE T. F. QVARTAE L. HALYS* ita legit: *LIVIAE TITI FILIAE QVARTAE LEGIONIS HALYS*, cum nec verba ipsa cohaereant, neque, teste Scardeonio, *LEGIO* sola litera *L.* sed nota *LEG.* in monumentis exprimatur, neque Legio quarta *Halys*, sed *Scythica* dicatur. Sed et ipsa Scardeonii et Panvinii explicatio invita plane Minerva advocatur, quae haec est: quod *LIVIA T. F. QVARTA* nupsit *L. HALY*. Aliena autem omnino sunt, quae pro hac confirmanda sententia Scardeonius e Senecae Controversiis adducit de *LUCIO MAGIO*, *LIVII* genero, quem ille cognomine illo *HALY*, nullo idoneo argumento ductus, etiam insignitum putat. Atque is error ex eo provenit, quod litera *L.* nomen *Lucius* exprimi putarit, cum litera *L.* postposita aliis nominibus, ut hic, necessario significet *Libertum*, quae praeposita nomen *Lucii* notet. In omnes partes hoc sensu intellecta inscriptio vertatur, *οὐδὲν ὑγιὲς*. Quare etiam jam tum aliquo modo suspecta fuit haec explicatio Laur. Pignorio visa, qui in Originibus Patavinis pag. 134. haec habet: *quel dire che T. Livio eresse la memoria a Livia figliola di Tito, mostra che Livio non fosse altrimenti il Padre, che se fosse stato, haverebbe detto LIVIAE FILIAE, come si vede, usato nelle antiche Inscrittioni.* Neque enim, ut putat, ipse Pater Livius scribere

potuiſſet: *T. LIVIUS LIVIAE T.F.* sed *FILIAE SVAE*. Quare, ut omnia concinno ordine se verba excipiant, ita legendum eſt: *T. LIVIVS LIVIAE TITI FILIAE QVARTAE LIBERTAE HALYS*. Fuit enim iſte Halys Filiae Titi Livii Quartae ex hereditate Libertus, qui Patroni sui defuncti nomen adsciverat, et Quartae nomen, ut fieri solet pluribus exiſtentibus, Liviae additum, quod pluribus exemplis demonſtrat Petrus Servius Miscellaneorum cap. 8. quomodo *Prima*, *Secunda*, *Tertia*, *Quarta*, *Quinta*, interdum praenomina, interdum cognomina fuerint.

Sequitur ulterius in Inscriptione nomen *CONCORDIALIS*, quod officium denotat. Eſt vero *Concordialis* sacerdos Deae Concordiae, cujus an aedes illa olim fuerit, quae nunc Divae Juſtinae sacra eſt, et penes quam reperta fuere haec oſſa, ut putat Sertorius Ursatus, suo nunc loco relinquo. Blondus Flavius in Italia sua illuſtrata Jovis, Paulus Merula Martis vel Junonis aedem illic olim fuiſſe ſtatuit. Scardeonius *Concordialem* magnae dignitatis et aeſtimationis fuiſſe autumat, qui nempe praefuerit templo ab Antenore erecto. Sed ut omnia illa, quae de Aeneae et Antenoris in Italiam adventu jactantur, infirmo tibicine nituntur, ita hujus quoque rei fides penes Autorem suum eſto. Fuiſſe vero non adeo eximiam *CONCORDIALIS* dignitatem, e monumentis nonnullis patet, in quibus ea Libertis, ut hoc ipso loco, adscribitur. Exſtant in aedibus Georgii Contareni Patr. Veneti monumenta, quae Patavio Ateſte, ubi ille aedes suas habuit, commigrarunt, quae hujus rei documentum praebent. Primum hoc eſt:

V. F
C. TVRRANIVS
SECUNDI. LIB
EVANTHVS
CONCORD
C. TVRRANIO
PANTAGATHO. ET
C. TVRRANIO
EVTYCHO
LIB. OPT.

E qua Inscriptione et hoc patet, ter idem Patroni nomen tribus libertis tribui, adjecto semper servili nomine. Alterum hoc:

SEX. NAVINIVS
SEX. L. APOLLONIVS
CONCORD
SIBI. ET. SVIS
IN. FRON. P. XXXV
RETRO. P. XX.

Nil ergo jam amplius reſtat, poſtquam tot luculentis documentis rem omnem demonſtravimus, quam ut Manibus Livianis, queis tanto apparatu funeralia et parentalia, pietate quidem laudabili, sed vana ac inutili, celebrarunt Patavini, denuo funus ducamus. Nam caeteris argumentis illis, quae nonnulli adduxerunt, ut demonſtrarent, oſſa reperta Livii non eſſe, nimirum oſſa feminina eſſe, non masculina; cadavera intra civitatem non fuiſſe sepulta, sed illa aetate cremata, nunc non opus eſt, poſtquam e monumento ipso falsitatem hujus rei oſtendimus. De iis tamen legi poteſt Sertorius Ursatus in mon. Patav. lib. 1. sect. 5. pag. 203. 204.

Redimus jam in viam et ad Pignorium noſtrum, cujus imaginaria Patavinitas excutienda eſt, cujus causa illa a nobis excursus inſtitutus, quod ille monumentum non Livianum eſſe negaret, quia in illo *SIBI*, non *SIBE*, legeretur. Inane hoc eſſe commentum, jam tum Sertorius Ursatus deprehendit lib. 1. sect. 3. pag. 32. qui lapides minime Patavinos reperiri aït, in quibus

IBI, positum, quo-
ım producit e Ro-
ri fol. 958.

MANIB ·
NICI. M. F
LVIARI
ANN. XXXII
NS. VI
IA. HELPIS
RON. ET
NIVGI
LGENTISS
. SIBE.

ıd Inscriptiones hic
um notissimum sit,
I. indifferenter a
is usurpatas et in
riptas. Testis ejus
b. 10. cap. 24. ex-
praefiscine et prae-
oclive et proclivi.
lib. 1. cap. 4. et 7.
que E plane neque
nos nunc E litera
: at veterum Co-
huc in libris inve-
ad me venit. Ita
ıi, vespere et ve-
est, tesse Donato in
1. Scen. 1. Vide-
de Pronunc. Lat.
Scaliger de Caus.
, idem asserentes:
ffert, in lapidibus
s *navebus* pro *na-*
ıssius, in notis ad
scriptores, varias
adducit, ita inter
ıt *patenas* pro *pa-*
omine pro *melpo-*
is pro *enormis*,
enervare. Ita apud
es *vegeo* et *vigeo*,
, *lemen* et *limen*,
intellego et *intel-*
atio et *comessatio*
enitur. Longum es-
omnia per totum
et Reinesianum In-
opus sparsa exem-
edua pro *Vidua*,
pro *Benemeritus*,
ivis, *Corentianus*
pro *Corintianus*, *Emet* pro *E*
mit, *fecet* pro *fecit*, *filicitates*
pro *felicitates*, *Penaces* pro *Pi*
naces, *Servea* pro *Servia*, *So-*
rore pro *Sorori*, *Soteres* pro
Soteris, *Vertutem* pro *Virtu-*
tem, *Ver* pro *Vir*, *Sever* pro
Sevir. In notis Tironis saepe
antegraphum pro *antigra-*
phum, *doleum* pro *dolium*,
Menerva pro *Minerva*. In nomi-
nibus propriis habemus *Virgi-*
lius et *Vergilius*, *Alfenius* et
Alfinius, *Camellii* et *Camillii*,
Calvedii et *Calvidii*, *Suellii* et
Suillii. Nemo has voces Pata-
vinitatem sapere dixerit, cum
non in Patavinis tantum, sed et
in caeterarum nationum Italica-
rum, atque adeo in ipsis Roma-
nis monumentis legantur.

Etsi vero omnia illa recte se
habent, Rapinus tamen, acerri-
mus ille veterum et recentiorum
Censor, in elegantissima illa
Thucydidis et Livii comparatio-
ne Gallice scripta, pag. 96. hanc
Livii Patavinitatem ad pronun-
ciationem verborum inconditam,
quam ad phrasin, referre mavult.
Ita enim ille: *Cét air provinci-*
al, *qu' Asinius Pollio blâme*
en cét auteur, *sur quoy rafi-*
nent la plus part des Critiques,
qui luy donnent de sens diffe-
rens, *n'est autre chose à mon*
avis, *qu'une mauvaise pronon-*
ciation, *qui choquoit les cour-*
tisans élevez a la delicatesse
de la cour d' Auguste, *et sen-*
toit un peu la province: au
moins, *c'est le sentiment de*
Quintilien, *qui estoit trop e-*
clairé de lui mesme, *et trop*
voisin de ce temps la, *pour en*
ignorer le mystere, *qu'il impu-*
te uniquement au language.
Fateor ab illo me dissentire: nam
e Quintiliano non patet, in sola
pronunciatione vitium hoc con-
sistere: neque est verosimile,
Pollioni a Livio ipso fuisse sua
scripta recitata, sed ab ipso lo-
cta, ut legere ipsi historias sole-

mus, quae non ut orationes ab autoribus recitantur. Ac alio loco plane fluctuat idem autor, cum in libro, cui titulus Instructions pour l'histoire, sect. 28. pag. 144. disertis verbis dicit: *Je ne comprends point, ce que veut dire Asinius Pollio, quand il luy donne un air provincial, qui sent un peu la Lombardie;* quo loco in laudes Livii laxis habenis effunditur. Frustra itaque haec tum a Laurentio Pignorio, tum a Rapino dicta videntur.

Cap. IV.

Quintiliani loca de Pollionis super Livio censura. Quis Pollio? Gallutius illum male confundit cum Pollione Tralliano. Ejus virtutes, facta, scripta. Bibliothecas primus Romae instituit. Ingenii in illo asperitas et supercilium. Contemptor omnium aequalium. Magna aequalium erga Ciceronem invidia. Pollio Ciceroni infensissimus fuit. Elogium ejus ipsa veritatis vis Pollioni extorsit. Sextilii Henae encomiastico in Ciceronem commotus Pollio. Gallus Asinius, Pollionis filius, Ciceromastix a Gellio notatus. Pollio Caesaris. Sallustii, Atteji scripta cavillatur. Pollionis eloquentia ab inventione et diligentia laudata, sed ad Ciceronianam comparata, salebrosa. Judicium Senecae, Quintiliani, Victorini Strigelii. Causa obtrectationis, quod Ciceronis copiam imitando exprimere non posset. Barthius notatus. Locus de Pollionis stylo apud autorem Dialogi de Orat. sollicitatus. Pollionis Patris et Filii erga Augustum et Tiberium ferocia. Postuma Patris in Manes cujusdam maledicentia notata. Brevitatis gloria affectata a Pollione, cum de copia Orationis desperaret. Superstitiosa in ejus oratione diligentia. Patavini a Ptolemaeo Flavio loquacitatis arguuntur. Atticorum factio apud Romanos iis, qui copiosa eloquentia excellebant, semper infesta. Rami furiosa in Ciceronem maledicentia. Nostri temporis Laconismi et Atticismi inepti affectatores Itali. Lepida de Caestio declamatore historia. Neque Tullio, neque Livio quicquam Pollionis calumniis detractum est. Vivunt eorum scripta dudum abolitis Asinianis.

Quandoquidem ergo in oratione et dictione ipsa vitium hoc haerere, Quintiliano interprete, Asinius Pollio judicavit, missis iis, de quibus ante prolixe egimus, rem ipsam consideremus. Nam de dictione intelligendam hanc Patavinitatem Quintiliani verba arguunt. Ita ille lib. 1. Instit. orat. cap. 9. *Peregrina porro ex omnibus prope dixerim gentibus, ut homines, ut instituta etiam multa, venerunt. Taceo de Thuscis et Sabinis, et Praenestinis quoque: nam ut eorum sermone utentem Vectium Lucilius insectatur; quemadmodum Pollio in Livio deprehendit Patavinitatem, licet omnia Italica pro Romanis habeam.* Idem lib. 8. cap. 1. *Verum illic tantum, ne vitiosa essent, praecepimus: hic non alienum est admonere, ut sint quam minime peregrina, et externa. Multos enim, quibus loquendi ratio non desit, invenias, quos curiose potius loqui dixeris, quam Latine: quomodo et illa Attica anus Theophrastum, hominem alioqui disertissimum, annotata unius affectatione verbi, hospitem dixit: nec alio se id deprehendisse interrogata respondit, quam quod nimium Attice loqueretur. Et in T. Livio, mi-*

rae facundiae viro, putat inesse Pollio Asinius quandam Patavinitatem. Quare, si fieri potest, et verba omnia, et vox hujus alumnum urbis oleant, ut oratio Romana plane videatur, non civitate donata. Quae gemina Fabii loca si pensitemus accuratius, peregrinitatem aliquam orationis, a qua Romanae aures abhorreant, taxatam a Pollione in Livio fuisse animadvertemus. Antequam vero ad rem propius accedamus, videamus primum, quis ille in literatorum regno dictator, quisve e tripode Apollo hanc pronunciarit sententiam: nam ex Graecorum dicto

Τὴν σοφίην σοφὸς ἐδύνει, τέχνας δ' ὁμότεχνος.

Fuit Asinius Pollio magnae sane dignitatis, qui praeclaras res pace et bello gessit. Principem Oratorem et Civem vocat Plinius lib. 7. cap. 30. nam viginti duos annos natus Catonem accusavit. Consulatus duos gessit, deque Dalmatis triumphavit. Ut itaque falsi omnino sint, qui ipsum cum Pollione Tralliano confundunt, ut facit Tarquinius Gallutius, qui in Oratione de Ciceronis obitu haec de ipso habet: *Docuit initio aetatis adultae artem dicendi Rhetoricam: successitque illius scholae Timagenis, qui, sub Pompejo captivus, atque a Gabinio coëmptus, ludum in urbe declamatorium habuit. Ex ea deinceps officina prodiit in forum, ita condocefactus, ut locum invenerit haud mediocrem inter disertos.* Nam in illo vehementer errat. Fuit Asinius Pollio Trallianus, Timagenis successor, homo Graecus, qui Romae docuit, ut demonstrat Vossius lib. 1. de Hist. Graec. cap. 24. quod non fuisset e dignitate Viri principis, sed fere libertinorum erat. Quare existimat Vossius, Trallianum hunc Asinium fuisse id nomen consecutum a claro illo cive atque Oratore Pollione, qui eum libertate vel civitate donasset. Praeter Orationes, quas autor Dialogi de Oratoribus cap. 34. cum admiratione lectas dicit, et tragoediam, reliquit quoque historiarum libros XVII. teste Suida, quibus Graecorum res gestas Latine scripsit: Belli quoque Civilis historiam consignasse ex Horat. lib. 2. Od. 1. patet. Eidem Virgilius Eclogam IV. inscripsit. Valerius M. l. 8. c. 13. non minimam Romani styli partem vocat. Ingenium in ipso impigrum fuit, vigilantissimum: nam totius diei lassitudinem perexigua quiete deposuit, unde omnium horarum hominem dictum, et jocis seriisque accommodatum ait Quintilianus. Primus Bibliothecam Romae erexit. Ita enim Plinius lib. 35. cap. 2. *Asinii Pollionis hoc Romae inventum, qui primus Bibliothecam dicando, ingenia hominum Rempublicam fecit.*

Quibus sane elogiis apparet, virtutes in illo non vulgares fuisse. Sed illae tamen ingenii asperitate et supercilio, quo aequales prae se contempsit, obnubilatae. Perpetuus enim erat aequalium suorum obtrectator. Ac fieri sane id plerumque solet, ut, qui eloquentiae gloriam affectant, quemadmodum variae ipsius formae sunt, ita Oratores suis quique characteribus distincti sibi plaudant solis, aliis, qui aliud sequuntur orationis genus, insultent. Ut figulus figulo invidet, ita orationis illi figuli sibi succensent. Perpetua illa Ciceroni fortuna fuit, ut aequalium suorum dicteriis impeteretur, quem solutum et enervem Calvus, elumbem et fractum Brutus, Rufus ille apud Juvenalem Allobroga dixit, quod Gallicismum oratio ejus sapere videretur. E quo solo patet, quo loco Pol-

lionis de Livio judicium habendum, cui minus a Patavinitate objecta periculi est, si Cicero ipse, Eloquentiae Princeps, Gallicismi notam apud temerarios et ineptos censores effugere non potuit, de quo in sequentibus plura dicturi sumus.

Vitio itaque non tantum communi, quo omnes eandem artem professi sibi invident, sed suo et e suo scilicet ingenio nato, ductus fuit, ut aequales suos omnes convitiis lacesseret. Ciceroni infensissimus fuit, ut e M. Senecae Suasoria VI. patet, ubi haec leguntur: *Quando in hanc suasoriam incidimus, non alienum puto indicare, quomodo quisque se ex Historicis adversus memoriam Ciceronis gesserit. Nam, quin Cicero nec tam timidus fuerit, ut rogaret Antonium, nec tam stultus, ut exorari posse speraret, nemo dubitat, excepto Asinio Pollione, qui infestissimus famae Ciceronis permansit: et is etiam occasionem scholasticis dedit. Solent enim scholastici declamatores ponere, an, promittente salutem Antonio, orationes suas comburat.* Aliquanto post: *Pollio quoque Asinius, qui Verrem, Ciceronis reum, fortissime morientem tradidit, Ciceronis mortem SOLUS EX OMNIBUS maligne narrat: testimonium tamen, quamvis invitus, plenum ei reddit.* Hinc adfert ex Pollionis historia invidendum Ciceronis elogium, id enim ipsi veritatis vis extorserat, quod legi illic potest, atque, ubi hoc recensuerat, addit: *Affirmare vobis possum, nihil esse in historiis ejus hoc, quem retuli, loco disertius: ut mihi tunc non laudasse Ciceronem, sed certasse cum Cicerone videatur.* Aliud etiam malignitatis in Ciceronem specimen exhibuit Pollio: nam cum Sextilius Hena, Hispanus Cordubensis, de Ciceronis morte versus in domo Messalae Corvini recitaturus esset, Pollionem Asinium, ut interesset, advocavit, cumque in principio hunc versum recitaret:

Deflendus Cicero est Latiaeque silentia linguae:

tum Pollio Asinius graviter commotus Messalae ait: Videris tu Messala, quid tibi liberum sit in domo tua, ego istum non sum auditurus, cui videor mutus, et simul consurgens abscessit, nec recitationi interesse voluit. Ejusdem insaniae heredem habuit filium Gallum Asinium, κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν, in Ciceronem maledicum, de quo scitum est Gellii N. A. lib. 17. cap. 1. judicium: *Ut quidam fuerunt, monstra hominum, qui de Diis immortalibus impias falsasque opiniones prodiderunt: ita nonnulli tam prodigiosi, tamque vecordes exstiterunt, (in quibus sunt Gallus Asinius et Largius Licinius, cujus liber etiam fertur infando titulo Ciceromastix) ut scribere ausi sint, M. Ciceronem parum integre atque improprie atque inconsiderate locutum. Atque alia quidem, quae reprehenderunt, neque dictu, neque auditu digna sunt.* Quae sane censura quoque in Patrem Livio mastigem convenit.

Sola haec judiciorum inconstantia in Asinio Pollione, quodque solus ex omnibus iniquior in Ciceronem fuerit, arguit, affectibus et invidia agitatum tam sinistre de ipso sensisse. Unde, quis in caeteros ipsi animus fuerit, facile judicium institui potest. Nemo enim propemodum aequalium fuit, quem ille non vellicarit. Notum est, quid in Jul. Caesaris commentariis reprehenderit. Ita enim Suetonius in Jul. Caes. c. 56. *Pollio Asinius parum diligenter parumque integra veritate compositos putat: cum Caesar pleraque, et quae per alios erant gesta, te-*

mere crediderit: et quae per se, vel consulto, vel etiam memoria lapsus perperam ediderit: existimatque rescripturum et correcturum fuisse. Eodem illa livoris genio profecta esse dubium nullum est. Quis enim Caesarem, ingenio acerrimum, memoria promptissimum, ut septenas simul librariis epistolas, teste Plinio lib. 7. cap. 25. dictaret, in suis rebus memoria lapsum crediderit? Sallustium peculiari libro aggressus est, quo ejus scripta reprehendit, ut nimia priscorum verborum affectatione oblita, teste Suetonio de Illustr. Gramm. cap. 10. Quin etiam Attejum Philologum, qui familiarissime aluerat, et praeceptis de ratione dicendi instruxerat, cavillatus est Pollio: antiqua eum verba et figuras solitum esse colligere e Sallustio, cum, ut Suetonius illic ait, sibi sciat nihil aliud suadere, quam ut noto civilique et proprio sermone utatur; vitetque maxime obscuritatem Sallustii et audaciam.

Quaenam ergo Pollionis nostri dotes ingenii, quae eloquentiae vis fuit? Nam sane, qui aliorum se censorem gerere velit, praestare illis, in quos virgulam censoriam stringit, debet; ne illi occentetur Horatianum illud:

Loripedem rectus derideat,
Aethiopem albus.

Incorruptam in illo vitam et facundiam laudat apud Tacitum Annalium 11. cap. 6. Silius. Fabius Instit. Orat. lib. 10. cap. 1. *multam in ipso inventionem. summam diligentiam, adeo ut quibusdam etiam nimia videatur, et consilia, et animi satis* agnoscit. Sed, cum Cicerone illum comparans, incorruptus testis, audacter pronunciat: *A nitore et jucunditate Ciceronis ita longe abest, ut videri possit seculo prior.* Seneca, cum Fabiani Papirii libros filio commendasset, isque non placere sibi ejus dictionem rescripsisset, comparat inter se Ciceronem, Pollionem, Livium, ut vario eloquentiae genere claros, sed ita ut Ciceronem omnibus praeferat. *Lege* inquit [Epist 100.] *Ciceronem, compositio ejus una est, pedem servat, curata, lenta, et sine infamia mollis. At contra Pollionis Asinii sdlebrosa et exiliens, et, ubi minime exspectes, relictura. Denique apud Pollionem omnia cadunt, exceptis paucissimis, quae ad certum modum et unum exemplum adstricta sunt.* inter quae et illud de Cicerone elogium, cujus supra mentionem fecimus, referendum. Pergit ulterius Seneca in comparatione aliorum Autorum et nostri quoque Pollionis cum Fabio: *Affer quem Fabiano possis praeponere. Dic Ciceronem, cujus libri ad Philosophiam pertinentes pene totidem sunt, quot Fabiani. Cedam, sed non statim pusillum est, si quid maximo minus est. Dic Asinium Pollionem. Cedam, et respondeamus, In re tanta eminere est, et post duos esse. Nomina adhuc Livium: Scripsit enim et dialogos et ex professo philosophiam continentes libros, quos non magis philosophiae annumerare possis, quam historiae. Huic quoque dabo locum.* Recte hic de Pollione judicasse Senecam, omnia ostendunt, et illae quoque Pollionis epistolae, quae inter Ciceronis epistolas familiares libro x. comparent. Intricata enim pleraque sunt, et duriuscula, et praerupta, quod accuratius pensitanti statim in oculos incurrit, licet cum cura scripta videantur. Quare ad infimum dicendi genus has epistolas retulit Victorinus Strigelius in dissertatione *de Imitatione*, cum Livium in sublimi genere versari existimet: qua in sententia quoque Schot-

tus est Tullian. quaestion. lib. 1. cap. 18. Unde Philelphus quoque existimat, eam esse in Livio a Pollione taxatam Patavinitatem, quod plerumque neglexerit sequi vulgare genus orationis, et se communis sensus consuetudini minus accommodarit.

Sola itaque illa causa, quod ad lacteam illam ubertatem, quam in Cicerone et Livio admirabantur omnes, per ingenii asperitatem adspirare non posset, in utrumque, tam Ciceronem, quam Livium, armavit, ut odio prosequeretur, et convitiis proscinderet, quorum laudem et famam sibi obfuturam credebat. Neque tamen Livio praepositum ideo voluit Fabius, quod extremo loco Livium poneret; cujus dictio, cum Liviana collata, tota strigosa est et macilenta, cum altera vivida, copiosa et succi plena. Fabio et Senecae, at quantis censoribus, omnino calculum suum addit Autor Dialogi de Oratoribus cap. 21. cujus judicium Quintiliano, nisi forte is ipse autor est, adeo consonat, ut nec ovum ovo sit similius. *Asinius quoque, quanquam propioribus temporibus natus sit, videtur mihi inter Menenios et Appios studuisse. Pacuvium certe et Attium non solum tragoediis, sed etiam orationibus suis expressit. Adeo durus et siccus est. Oratio autem, sicut corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua non eminent venae, nec ossa numerantur, sed temperatus ac bonus sanguis implet membra et exsurgit toris, ipsos quoque nervos rubor tegit, et decor commendat.* Siccitatem itaque, duritiem et asperitatem in illo reprehendunt peritissimi Censores, quam ipse potius, quam tumidum dicendi genus, sectatus est, ut putavit Barthius Advers. lib. 3. cap. 7. Neque enim circumscriptionibus studuit, ut ille ait, ad magnifice rem proferendam, ne vulgariter loqui putaretur, nisi forte in locis quibusdam a se ipso styli inaequalitate discrepet, quod tamen in paucitate istorum fragmentorum vix deprehendi potest. Hinc Quintilian. lib. 10. cap. 2. pravos illos Pollionis imitatores tristes ac jejunos vocavit.

Mirum itaque, quid in mentem venerit Autori Dialogi de Oratoribus, qui in Asinio nostro *numerosam orationem* commendavit, quem durum et siccum antea dixerat, in quo orationem *salebrosam et exilientem, strictam, asperam et nimis rarum in dicendo judicium* Seneca Pater notaverat, de quo alibi Quintilianus, quod currentes etiam numeros ultro inhibuerit, ut teneram illam modulandi voluptatem refugeret. Sed tamen et Quintilianus lib 9. cap. 4. adducit quod iam Pollionis exordium adeo Celso probatum, ut optimam in eo compositionem et legem principiorum dixerit, quam quidem Quintilianus non reprehendit, sed omnibus principiis accommodandam negat. Putabat itaque Schelius commentario ad hunc locum, pro *numerosior* legendum *morosior*. Sed, quia Codices non consentiunt, frustra hic locus sollicitabitur. Existimaverim ego, Autorem Dialogi, respectu ad Calvum, quem *strictiorem* vocat, habito, a numeris commendare Pollionem, quod iis Calvum tamen vinceret, licet ab aliis vinceretur, Caesare, Caelio, Bruto, Cicerone, qui tamen aliis virtutibus orationis extantioribus, sed praecipuis et propriis, commendantur, licet et numeroso dicendi genere Asinium vincerent. Nam cum Ciceronem a vehementia et plenitudine laudat, numeros non excludit, quibus Asinio et caeteris omnibus superior est. Sic enim verba habent: *Strictior*

Calvus, in Cicero-
ri libro injurius, il-
uo Autor Dialogi de
ribus aït: quod,
t viginti libros reli-
una aut altera orati-
faciat. De illo Se-
Declam. et lib. 4.
it: illum cum Cice-
imam litem de prin-
entiae habuiſſe. Mi-
ſtris temporibus in
um luce potuiſſe Ra-
m et perpetuum anti-
llatorem, novum Ci-
amae poſt Antonium
andem Asiatismi no-
inurere, qui in Bru-
onibus, Sus Miner-
ronem eloquentiae
eloquentiam docere
ia ejus adlatrans,
o adversus Ariſtote-
jus veſtigia cum se-
o, (ut sane sequi ip-
praeclare excogita-
jubent) in tantam
ensionem incurrit.
a noſtro tempore in
alorum gente acta
cum primi Eloquen-
e gloriam illic re-
superiori et noſtro
n his literis princi-
que gentibus in ex-
, Manutius, Casa,
his similes, adver-
rrexerunt homines
, futile aliquod, sub
Atticismi et Laconis-
et pumilum dicendi
enti, quod senten-
sed precaris, fri-
otis, tanquam crepi-
mbalis, velut aliqua
veſtis, undique sona-
vibus membris non
ſtillaret. Adversus
entiae genuinae cor-
tionem scripsit, et
ri Eloquentiae titulo
rtus de Albertis, et
illam Orationem pro
rsus novum dicendi
genus, quae inter Orationes ejus tertia eſt, habuit ad elegantias omnes factus Fr. Vavaſſor. Quibus addi poſſunt epiſtolae a Jano Nicio Erythraeo scriptae, libri Tertii decima, Quarti decima tertia, Quinti decima et undecima, Septimi tertia, et illa ejusdem ad Hieronymum Alexandrum praefatio, quam Eudemiae suae praemisit, quibus nihil facetius in his ingeniorum monſtris exagitandis excogitari poteſt. Lepidiſſima illa eſt, quam et eo in loco commemorat e Seneca de Caeſtio declamatore hiſtoria; qui, apud discipulos suos in Schola responsurus Orationi Ciceronis pro Milone, hoc utebatur principio: Si Thrax essem, Fuſius eſſem; si pantomimus eſſem, Pantillus eſſem; si eques, Melison. Quae cum audiret, qui forte illic aderat, Seneca pater, non sine indignatione alta voce exclamavit: Si cloaca eſſes, magna eſſes. Hinc risu omnes emori, et Caeſtius obmutescere. Quem cum Seneca poſtea in foro omni litium genere vexaret, ut adigeret eo hominem, quo Ciceronem se disertiorem vel serio vel joco profiteretur, nulla id arte efficere potuit.

Idem ille furor Pollionem occupaverat, cujus si linguam et ferociam non principes viri, non privati, non aequales, non viventes, non mortui effugere potuerunt, quid mirum, si in Livio aliquid, quod carperet, inveniſſe ſibi visus eſt, qui nemini pepercit? An rejiciemus Tullium, quod tot maledictis et cavillationibus ab aemulis suis et hoc noſtro Pollione exagitatus fuerit? Validiora sunt tot seculorum judicia, tot doctorum hominum suffragia, quam ut his voculis vel Ciceronis vel Livii gloria infirmetur, quae nullam hactenus jacturam fecit. Eſto itaque Asinius sibi semper similis, sibique relictus Asinius,

in oratione, in qua verba laudantur. Quorum hominum generi accenseri sane Pollio debet, ut in quo ita diligentiam laudat Quintilianus, ut nimiam in illo reprehendat.

Erat scilicet Romae quaedam Atticorum factio, qui, cum virtutes copiosae orationis consequi ingenio non possent, Attici sermonis castigatiore diligentia huic suae imbecillitati colorem quaerebant, et, ut bene se rem suam agere omnes crederent, iis, quos beatae ubertatis gratia florere intelligebant, molestias faciebant, ac velut Asianos traducebant. Cujus culpae partem cum Cicerone etiam Livius ferre debuit ab ineptis illis censoribus, cum in illo sermonis genere hi duo regnarent. De Cicerone diserte id Quintilianus lib. 12. cap. 10. *Tullium non illum habemus Euphranorem circa plurium artium species praestantem, sed in omnibus, quae in quoque laudantur, eminentissimum. Quem tamen et suorum homines temporum incessere audebant, ut tumidiorem, et Asianum, et redundantem, et in repetitionibus nimium, et in salibus aliquando frigidum, et in compositione fractum, exultantem, ac pene (quod procul absit) viro molliorem. Postea vero, quam triumvirali proscriptione consumptus est, passim, qui oderant, qui invidebant, qui aemulabantur, adulatores etiam praesentis potentiae, non responsurum invaserunt. Ille tamen, qui jejunus a quibusdam atque aridus habebatur, non aliter ab ipsis inimicis male audire, quam nimiis floribus et ingenii affluentia, potuit. falsum utrumque. Sed tamen illa mentiendi propior occasio. Praecipue vero presserunt eum, qui videri Atticorum imitatores concupiebant. Haec manus, quasi quibusdam sacris initiata, ut alienigenam, et virum superstitiosum, devinctumque illis legibus insequebantur. Unde nunc quoque aridi, et exsucci, et exsangues. Hi sunt enim, qui suae imbecillitati sanitatis appellationem, quae est maxime contraria, obtendunt: qui, quia clariorem vim eloquentiae velut solem ferre non possunt, umbra magni nominis delitescunt.* Haec Quintilianus acute sane et eleganter judicat; qui sub Atticis illis procul dubio Pollionem nostrum perstringit. Compositionis enim diligentia videri volebat, et pressum dicendi genus sectabatur, cum circumductum illud et fusum exprimere non poterat, ut ex ejus epistolis apparet. Quam ob causam, cum ipse praeruptam illam brevitatem sequeretur, Lipsius Livium alibi supinum et frigidum, imo et ταυτόλογον, agnoscit in notis ad Polit. lib. 1. cap. 9. Ludovicus sane Vives lib. de ratione dicendi talem fuisse suspicatur Pollionem, qualem fuisse perhibent Hegesiam Charisii imitatorem, cui oratio erat jejuna et ossea, fractis minutisque sensiculis, quique maxime affectavit Atticus videri, et alios prae se contempsit Atticorum illa affectatio e Cicerone ipso patet, qui in libro de claris oratoribus Brutum false inducit Calvum exagitantem, quod Atticismi studiosior corruperit eloquentiam, ne Brutum ipsum reprehendere videretur. *Atticum se*, inquit, *Calvus noster dici Oratorem volebat: inde erat ista exilitas, quam ille de industria consequebatur. Dicebat, inquam, ita, sed et ipse errabat, et alios etiam errare cogebat.* Prolixe hic ostendit, quod Atticismi non sit unum genus, et quam illi nihil hujus assequantur, qui vitia sua hoc colore tegunt. Et il-

10. cap. 1. Senten-
um fontes sunt, qui
pascunt, vel sensus
illum fontem refe-
uSikä, fabulosa, fi-
s proxima, vero si-
us Livius indulget,
r Historiam licet, ita
udat et interspergat.
Historia de Romulo
m suavitatem ob o-
Praeterea ea illa
prodigia, quod in
ant nonnulli, aliquam
tis partem constitu-
ensus afficiunt, dul-
fontes et sylvae, o-
pascunt, quo genere
iptores passim utun-
tus et Virgilius. Om-
x his translata et si-
tatem habent. Iis
er utatur in rerum
bus, in narrationi-
sexcentis possit ex-
onstrari. Suavia e-
uae pertinent ad nos
delectamur rebus no-
m nostrorum, cha-
s nostra existimatio,
s, nostri liberi, pa-
Talia frequentissima
ncionibus Livianis.
verbis Quintilianus
8. cap. 1. *Affectus*
os, qui sunt dulcio-
cissime dicam, ne-
orum commendavit
am hoc suave est,
inanimis animus at-
s attribuitur, et ani-
utis sermo. Quod
nter Poëtae faciant,
t Livius noster data
m scite se hic tra-
desint, qui Poëti-
nem cum Historia in
venire existiment.
Benius in Livio re-
qui locum illum, ubi
balis in Italiam trans-
bit, ut Poëticum, tur-
asperum cavillatur,
in tam memorabili

facto stylus extolli deberet, et Quintilianum sugillet, qui historiam nihil aliud, quam solutam Poësin, esse dixerat: nam illum non tam ad germanos et proprios virilis historiae numeros, quam ad historicorum multorum usum et libertatem respexisse autumat; minime tamen culpandus est, quin potius laudem maximam meritus est, ut qui illam eloquentiae suavitatem loco commodo ostenderet. Neque negare id potest Benius, Livium perspicue ac suaviter narrare, sed tamen illum statim ad dumeta se sua recipere ait. Quo judicio quid sibi velit, non satis liquet: nam cum inaequalitatem aliquam in stylo Liviano ostendere laborat, ea damnat, quae laudari debebant. Cum enim a concionibus ad narrationes, ab his ad illas descendit Livius, alto vultu et habitu sermo adornandus erat. Et vero in concionibus ipse venustatem ac concinnitatem agnoscit, putatque illos, qui Livii eloquentiam tantopere extollunt, illius concionibus captos fuisse, pudicae ac virilis historiae virtutem fortasse non attentius animadvertisse. Non disputabo hic equidem, quod a Vossio in Arte Historica et Augustino Mascardo factum est, an conciones sint ab Historicis narrationibus inserendae; nam nunc styli tantum res agitur. Sufficit virtutem nitidi sermonis in concionibus Livianis agnovisse Benium: a qua cum discrepat in reliquo Historiae corpore, tantum abest, ut reprehendi debeat, ut laudari eo nomine mereatur. In quo tamen si quid vagum, vastum et inconditum inesse videretur Benio, non videtur copiosae orationis in Historia scribenda formam, modum et compositionem intellexisse. Brevitatem enim non affectabat Livius, quae in tam vasto opere et tam splendidi argumenti indecora fuisset et in-

gendum sentitur potius, quam exprimi oratione queat. Majus quippe, ait, recinit quiddam, et resonat urbanius in Romanis scriptoribus, quam gentium reliquarum. Idem tamen in illo agnoscit ubertatem praedulcem, et austeram tamen, nec decoctam, nitidam, sine labore efflorescentem, nec affusam modo nectare, sed quodam Circes veneficio delibutam, inenarrabilem facundiae vastitatem, quae tamen vasta non est, sed compta honestius, culta pretiosius, expolita divinitus; e cujus una praelectione plus emolumenti, quam e decem Sallustii, auditores sui retulerint. Quare Dionysium Halicarnassaeum secutus, quod ille lib. de Collocat. verbor. num. 29. de Thucydide dixerat, pulchram quidem esse Orationem Thucydidis, sed non inesse illi jucunditatem illam ac gratiam, quam aliqui forte desiderarent, id ille in Livium spargere videtur. Dionysius enim in Oratione gratiam et jucunditatem orationis a pulchritudine distinguit. Haec ipsi consistit in numero, harmonia, elegantia, nitore, dulcedine, splendore, junctura et convenientia cum argumento: illa in magnitudine, majestate, gravitate. Quae itaque pulchra dicuntur, non semper cum jucunditate aliqua conjuncta sunt. Jucunditas enim orationis procedit plerumque ab indole et ingenio hominis, sed pulchritudo ab artis praeceptis dependet. Horatium hujus discriminis testem habemus.

Nec satis est, pulchra esse poëmata: dulcia sunto.

Haud scio, an illuc respexit Erasmus, cum lib. 28. Epist. 8. ait, Livium, quo non alius jucundior, ad primum gustum subausterum esse: quam in rem elegantissima usus est similitudine: *Quemadmodum quosdam loquentes aegre intelligas, nisi saepius audieris: et quemadmodum Musicae genus ob hoc ipsum minus delectat, quia novum est et insolens; ita quoniam suus cuique stylus est, fit assuetudine familiarior, ac proinde jucundior.* Jucunditatem hanc asperitati mixtam in Livio agnoscit Trapezuntius lib. 5. pag. 172. quando ita de illo: *Pulchritudinis et jucunditati stantum adhibet, quantum possit orationem delinire, et ab altitudine non dejicere. Nam adeo variis schematis ornatus est, eoque ordine fere naturali apud eum res circumductae sunt, ut ultra, quam dici possit, dulcis suavisque videretur, nisi aspera locatione nimium jucunditatis contemperaret.* Verum Rapinus, ut illa Dionysii de Thucydide verissima esse putat, ita tantum abest, ut in Livio jucunditatem et gratiam desideret, ut potius cumulatissime in illo inveniri, atque illa Thucydidem superari existimet. Quin et Quintilianus eam in Livio agnovit, cum lib. 10. cap. 1. ait, Livium in narrando esse mirae jucunditatis et clarissimi candoris, neminemque Historicorum affectus dulciores magis commendasse, quam Livium. Seneca quoque Epist. 16. librum, qui ipsi transmissus erat, laudaturus, primo aspectu, quasi Livii fuerit, sibi placuisse ait: tanta enim dulcedine ipsum tenuerat et traxerat. Ac sane, si sermonis suavitas, γλυκύτης Graecis dicta, inde aestimanda est, unde aestimandam docuit magnus harum dicendi formarum spectator Hermogenes, lib. 2. cap. 4. περὶ ἰδεῶν, et lib. 1. cap. 2. illam cum Quintiliano jucunditatem omni ex parte deprehendemus. Requiritur primum simplex oratio, non fucata, et audientibus grata. Et sane lacteam ob id in Livio ubertatem praedicat Quintilia-

am illam indolem, ius Atticorum rationem, eo magis serexsplendesceret, et rum quoque usum uod verissimum es- ecae et Latinae lin- doctis notatus pa- ffendit, ac vasto et mine, cui titulus t, quod hactenus ad V. CL. Olaum fservatur, et prae- , Vir doctissimus clarat, cujus speci- editum fuit. Quo Melchiorem Incho- loria Sacr. Latin. Graecos Latinitatis s, et quidem pri-

Quam primum Romam accesti aut tes cum caeteris ceuerunt, e vesti- Romanus sanguis, us sermo, saniem sane linguae ipsi oblatum est, cum, lib. 1. cap. 5. *ma- e Romanus sermo versus est.* Idem arnass. Antiq. lib. 9. de L. L. Festus Festum, Grotius s epist. 51. ad Pei- is exemplis testan- o disciplina Grae- Romani Oratores quentiam mirifice Quam ob causam . 12. cap. 10. dis- cae vocat Latinam d vero Cato Grae- omnes disciplinas sas vellet, de ipso e cultu parum ipse od alii minus ho- aecis sentirent, id m fiebat, quod, literis doctrina et mperetur, vitia liaria una in gen- m transfunderen- e Graecis Romae eloquentiam docebant, virtutum studiis neglectis, solam discipulorum linguam exercerent. De quibus coërcendis Censores cogitarunt, non tam quod lingua detrimenti quid caperet, quam quod malis moribus imbueretur juventus. Quare non recte ad Latinitatem applicuit Inchoferus, quod Cicero in libro de claris Oratoribus [cap. 13.] de Graeca eloquentia, quae a Piraeeo evecta Asiamque pervagata fuerat, ait Latinitatem in urbe Romana, velut in Asia, peregrinatam, ut se externis oblineret moribus, omnemque salubritatem Romanae dictionis quasi sanitatem perderet, ac loqui propemodum dedisceret. Nam, cum haec de Graeca lingua Cicero dicit, non adeo contemnit illos Asiaticos Oratores, sed potius in illis multa laude digna, et quae sibi ipsi ad imitandum proponeret, invenit. Rhetores vero illi Graeci, quorum impudentiae ludum, ut est apud Ciceronem 3. de Oratore [cap. 24.] claudi jubebant Censores, ob audaciam illam, quam discipulis suis ingenerabant, repellebantur. Tantum enim abfuit, ut Latina lingua Rhetorum Graecorum scholis corrumperetur, ut ad usum potius civilem et nitorem lingua Romana per illos praepararetur. In his Cicero prima illa eloquentiae suae lineamenta duxit, tum Graecis, tum Latinis declamationibus ad praeturam usque suam se exercens: quam ut omnibus numeris absolutam haberet, Graeciam totam, imo et Asiam, pervagatus est, ut celeberrimorum virorum exemplis eam porro excitaret, et ad fastigium perduceret. Quid quod e Graecis novatae multae voces, quae Romae antea non audiebantur, teste Plutarcho in ejus vita [p. 881.] Tum et Budaeus, in optimis illis Graecae linguae commentariis, pluribus ostendit,

aliis gentibus voces habuit. Varia linguae Latinae divisio. Prisca, Latina, Romana, Mixta. Romana et Latina an differant. Vulgaris lingua Latina an diversa a cultiore illa. Leonardi Aretini et Francisci Floridi Sabini controversia. Ita licismi jam olim in plebeja Latina familiares. Ejus exempla luculenta adducuntur. Frustra itaque de illo dubitat Barthius. Qui tamen Romanorum aliam in loquendo, ac in scribendo fuit, linguam facit. Firmatur testimoniis e Quintiliano, Suetonio, apud quem ipsius Augusti exemplum, Cicerone, Sidonio, Commentario Arnobii super Psalmos. Vulgaris illa loquendi ratio a Patribus Latinis usurpata in orationibus ad populum. Erasmi de eo judicium. Arnobii defensio. Dictio Versionis veteris Bibliorum σολοικοφανὴς defensa ab Alberico Gentili. Barbarismi et Soloecismi in sermone politico saepe affectantur. Voces inusitatae Latinae, sed plebejae, in Glossariis superstites antiquitate certant cum caeteris. Causae, quare in usu esse desierint, recensentur. Voces inusitatae, apud classicos autores usurpatae, a Criticis inepte expunguntur. Factum hoc in Cicerone et Livio. Voces multae ejus commatis supersunt in Idiomate Hispanico et Italico. Inde orta vulgaris Romana. Romana rustica. Provinciales suae gentis vocabula ad normam Latinam flectebant. Exempla adducuntur. Barbarismi nomine olim rusticitas illa sermonis salutabatur. Sed et soloecismus eo referendus. Recentior sermo rusticus distinguendus a veteri. Romances fabulae et ejus linguae nomine ita dictae. Plebitas et Peregrinitas etiam in Romanis scriptoribus notatae, ut in Vitruvio. Plurium numero unum alloqui Romanum, imo et plebejum. Etiam in Virgilio rusticae voces observatae. Imo et Soloecismi. Impugnat hoc Rapinus. Rusticus et Urbanus sermo apud Graecos non solum diversus, sed et apud Romanos, tum pronunciatione, tum vocibus ipsis.

Quandoquidem, ut vidimus, tantum Asinii Pollionis auctoritas pondus apud nonnullos habuit, ut Patavinum aliquid Livii inesse orationi suspicarentur; videamus nunc, an tam immane inter Romanum et municipalem sermonem, quodque discrimen illud fuerit. Certum enim est, ab hac Urbanae et Oppidanae dictionis etiam vulgo notata differentia Pollionis hujus imputationi robur aliquod et praesidium peti. Constat, in Italia non unum sermonis vultum fuisse: linguis enim et dialectis, vel saltem idiotismis, ut nunc sunt, etiam discrepasse, ipsa ratio, et populorum e gentibus coalescentium natura dictitat. Quis vetustissimus ille Latinorum sermo fuerit, nunc non disquiremus. Id certum est, plane illum alium fuisse, quam is florente Romana eloquentia fuerit. Quod e fragmentis Hetruscis aliisque, quae a quibusdam producuntur, observari potest. Plus illam Celticae aliisque antiquissimis linguis debuisse, verosimile est; cum Romana partim ex illis, partim e Graecae linguae vocibus coaluerit, ad cujus formam totamque structuram illa paullatim exculta est; quoque magis exculta fuit, eo propius ad nitorem illum accessit, quem Urbana dictione veteres insignire soliti sunt. Ex quo enim sylvestrem illam popularis linguae naturam exuerunt, et arctiora cum Graecis instituerunt commercia, ita expolive-

nbergius, cujus lin-
doctissimus Marian-
sius dialogo, quem
lscos inscribit, Jul.
er in Poëmatibus li-
natum pag. 103. Jo-
ger in Lycophronis
acobus Balde in Dra-
o expresserunt. Nisi
ioris illa Latii sunt,
Priscam illam lin-
ferenda, cujus fra-
tempore neminem
potuisse Polybius
22.] testatur, ut Sa-
aina, teste Quintilia-
ap. 6.] nec ipsis sa-
suis intellecta fue-
tamen ex iis, quae
Romanam linguam
Te distinctam, cujus
ior aetates commen-
e quibus aurea et
argentea verum il-
ae linguae nitorem

citabo hic litem, olim
Aretinum et inter
Floridum Sabinum
quorum ille lib. 6.
pag. m. 273. adver-
Flavium Forolivien-
quod *Latina lin-*
am intelligit elegan-
anam, *a vulgari dif-*
ratione, inflexione,
ne, constructione et
uodque praestantes
ratorem Latine lite-
cionantem praecla-
erint, pistores vero
et hujusmodi turba
erint Oratoris ver-
e intelligunt missa-
ia. Hic vero lib. 2.
siv. cap. 1. operose
imis argumentis post
Fr. Philelphum, qui
olis de eodem nego-
, adversus Leonar-
riam sententiam ad-
rat, quod *Latinus*
erum Romanorum
tempore omnibus promiscuus fuerit. Concedit ille, cultius aliquanto nobiliores cosque, qui aliquem orationi ornatum adhibebant, locutos, quam qui simpliciter et plerumque indocte animi sensa exprimunt; hos vero aliam, quam Latinam, linguam locutos pernegat. Collatis undique rationibus hanc disputationem renovavit Melchior Inchofer in Historia S. Latinitatis l. 3. cap. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Verum tamen gravitate argumentorum victus rem omnem in medio reliquit. Non vacat nunc singula illa excutere. Id tamen consideratione maxime dignum est, quod ante mille annos in usu fuerint voces, quas hodie in Italica lingua vulgari agnoscimus. Paret illud aliquo modo ex narratione, quae in historia miscella de rebus sub Mauritio Imperatore gestis recensetur. Habentur ibi illa: *in exercitu, cum animans cecidisset, clamante quodam,* Torna, Torna, frater, *universas copias in fugam versas ambiguo illo vocis.* Unde colligit Lipsius Dialogo de recta pronunciatione [cap. 3.] non adeo novam hanc loquendi rationem esse. Est et aliud longe firmius argumentum ab illo *Instrumento plenariae securitatis*, ut titulus habet, quod Parisiis in Bibliotheca Regia in ligni cortice scriptum adservatur, cujus mentionem fecerunt Cujac. Observat. lib. 9. cap. 26. Lipsius loco modo laudato, Janus Rutgersius variar. lection. libro 1. cap. 13. Cl. Salmasius in notis ad Aelii Spartiani Antonin. Caracallam, Lampridii Heliogabalum, Lampridii Severum, Flavii Vopisci Probum, quod Anno Justiniani Imp. XXXVIII. scriptum, et e Bibliotheca Cardinalis a Balneo Romae Ann. cIↃ Ioc LXI. a Gabriele Naudaeo editum. Meminit quoque ejus P. Merula Cosmogr. part. 2. lib.

quid de Graecis Cicero hauserit, et quam ad illorum exemplum dictionem Latinam formarit. Totam itaque Graeciam exhausit, totus Athenas redolens Cicero, et e Graecis uberrimi fontes Latinae linguae sunt, quibus illa potissimum culturam et elegantias debet, ac aliunde sane, quam e Graecis, peregrinitatem contraxit. Latini primum sua e Graecis finxere, teste Varrone lib. 4. de LL. ut quidam scripserint, Latinam olim linguam eandem fere fuisse cum Graeca. Eorum farraginem subministrat diligentissimus Merula Cosmograph. part. 2. lib. 4. cap. 18. et longe forte plura in Roma sua Attica cumulavit Rumannus. Neque fieri aliter potuit, cum magna pars verae priscaeque Italiae una cum Sicilia sub nomine magnae Graeciae cognita fuerit, et e Graecia coloniae multae in Italiam ductae. Apud Festum lib. 16. [post vocem *Regium*] gloriatur Ennius, se pavisse Romanos Graeca lingua, et Suetonius de claris Grammaticis [cap. 1.] ait: *Antiquissimi doctorum Poëtae et Oratores semigraeci erant.* Venerunt primum Pelasgi, qui se Aborigenes dicebant, in Italiam, teste Dionys. Halicarnass. lib. 1. partim sua sponte, partim e Graecia pulsi totis coloniis, prima ex Arcadia, duce Oenotro, secunda e Dodona, tertia e Pallantio urbe Arcadica, duce Evandro. Qui cum lingua et moribus diversi fuerint a Graecis, et Latinam gentem in Italia, exceptis, qui cum Aenea venisse creduntur, constituerint, suspicatur Humphridus Prideaux in notis ad Marmora Oxoniensia p. 131. Pelasgorum linguam antiquam fuisse Latinam, eamque, quod ad voces pure Latinas attinet, lingua Graeca ideo longe fuisse antiquiorem. Graecam enim linguam a Deucalione in Graecia habuisse primordia, illos tum Graecorum nomen invexisse in Italiam. Verum illa nunc non excutiemus. Sive Pelasgi in Italia coloni primi illi fuerint, qui Latina lingua usi fuerunt, sive Latini e Graecia postea voces deduxerint, id tamen constat, e Graecia primos Latinae linguae fontes; quae, ut primum erat sterilis, ita incrementa sua e Graecia cepit, usque dum ad illum nitorem pervenit. Neque e Graeca tantum lingua, sed ex omnibus, quibus tum temporis Italici populi utebantur, concrevit, singulis de suo aliquid largientibus, ut docta dissertatione in loco superius laudato demonstravit Merula, cum interim Italicae illae linguae a Romana singulae discreparent, usque dum imperio Romano subjectae gentes ad dominatricis linguae genium suam quoque componerent. Ita enim semper factum fuit, ut cum imperio et iis, qui imperio praesunt, suas quoque vicissitudines lingua et literae haberent, illo florente florerent, illo cadente declinarent.

Quoniam itaque lingua Latina successu seculorum suis quibusdam intervallis ad illud fastigium pervenit, certis quibusdam characterismis distincta fuit, ut ex Isidoro lib. 9. Orig. cap. 1. patet, in Priscam, cujus commatis fuere Saliaria illa carmina; in Latinam, qua utebantur in Latio, cum rerum potiretur Latinus et Etrusci Reges; in Romanam, quae sub Plauto, Caesare, Tullio aliisque aetatis aureae scriptoribus Romae vigebat, et denique in Mixtam; quae, prorogato imperio, ex admistione caeterarum gentium labem aliquam contraxit. Prisca illa quae fuerit, quodammodo e fragmentis, quae supersunt, conjici potest, cujus voces Lexico Antiquitatum collegit Jan. Gui-

in autoribus non
o, nec vilia pon-
nt, quibus ipsos
nitatis aliter lo-
plebem, adstrui
illud commodo
di potest, longe
m et politiorem
nam hodie sequen-
characteres ha-
lgo tempore Ro-
iae fuerit usita-
nc aliqua vitiosa,
oquentia Romana
ortunatiano Rhe-
aevo *hunc thea-*
rodigium vitiose
tum notat; et ca-
verba, propria
undam gentium,
hanc ob causam
ia illa, quae in
troniano Tragu-
r, esse damnanda
et spuria; cum
semper feminae,
in omnibus lin-
aliquid habere so-
n apud Romanos

m ejus rei testi-
Quintilianus prae-
. 12. cap. 12. *quod*
r habere naturam
s, aliam viri e-
io. Imo ipso illo
o alium a culto il-
uotidianum fuisse,
onius in August.
ec de ipso: *Quo-*
ne quaedam fre-
tabiliter usurpas-
e ipsius autogra-
t. Ponit assidue
aceolum, *et pro*
um, *et pro cerito*
t vapide *sese ha-*
, *et* betissare *pro*
d vulgo lachanis-
tem simus *pro su-*
os *genitivo casu*
domus. *In ipsa*
raphia, eodem te-

ste, *eorum sequi potius opinionem visus est, qui perinde scribendum, ac loquamur, existimant. Nam saepe non literas modo, sed syllabas, aut permutavit, aut praeteriit.* Quo sane loco ad rem nostram nihil adduci potest illustrius. Testis quoque est ipse Tullius lib. de Oratore, *sua aetate fuisse, qui impoliti et consulto rudium similes et imperitorum videri volebant.* Mirum itaque non est, si in ipsa urbe Roma, cultissimo illo tempore, duplex loquendi ratio fuit, in provinciis Latinis sermonem varie corruptum fuisse. Et hic est, quem usualem vocat Sidonius l. 4. epist. 10. *Reliquas denuo literas usuali sermone contexo. Non enim tanti est poliri formulas editione carituras.* Ubi Savaro in notis *usualem sermonem* explicat, sermonem Gallorum, sed impolitum.

Memorabile quoque exemplum, unde vulgaris linguae Latinae impolities demonstrari potest, in Arnobii super Psalmos commentario, quem Erasmus primum e Collegio Franckentalensi produxit, habemus. Is cum in caeteris libris, pro genio illorum temporum et gentis suae, satis culte scriberet, eloquentiae professione clarus, quid ad aeneam autorum aetatem alias referri solet, sub Constantini Magni tempora, in Commentariis tamen suis supra Psalmum eam linguam expressit, quae vulgo tunc usitata fuit: ejus enim genio se accommodavit, quod in illo nec pro imperitiae signo habet in praefatione operis Erasmus, neque pro argumento suppositi foetus. *In hoc opere,* inquit ille, *tot soloecismi reperiuntur, praesertim adeo manifesti, ut vix Holcot et Bricot soloecisset crassius.* Declarat hoc altero exemplo Augustini,

4. qui illud Festi huc trahit: *Latine loqui a Latio dictum est, quae locutio adeo est versa, ut vix ulla ejus pars maneat in notitia.* Tot sunt in illo instrumento, quo transactio continetur Stephani tutoris cum Gratiano pupillo, confusiones casuum, tot peregrinae voces, ut satis ex illo pateat, quae tum in plebe loquendi ratio obtinuerit: Hujus commatis sunt: *signum impraesérit: inter nobis: istae successionis: manente hanc plenariam securitatem in sua firmitate: insererendi breve de diversas species: collecti seu mercedes mancipiorum: et de res quas Guderit liberti, quod accepit, scotella, bracile, baudilos; polimita duo valentes solidò uno: plictori vetere: Sarica prasina, Sarica mistitia cum manicas curtas: Butte de cito, Cuppo, Rancilione: orcas duas valentes siliqua una: socas tortiles: Albiolo ligneo: sacina valentes asprione: Tina clusa: cocumeila: cacavello rupto: catena ferrea desuper foco pensante libras duas semis: Sacario: Orciolo: talea: albio: rapo: Buticella granaria: Sarica una vetere tinctitia: Leva vetere una: Vagella vetere una: notitia quod accepit istras de domus, quae sunt intra Civitate Ravenna: domo, quae est ad sancta Agatha: ex casa, qui appellatur: uncias duas ex uncias tres: fundi isti* pro istius: *ex portiones Urbicii, quas venditae sunt: panga una: de successionem: cum argento cis tradito de perceptam omnem: omnia mobilia traditas vidi: de percepta omnem terciam portionem quod isti Stephano: de successione isti, quod Collicti competere poterunt: etc.*

Monstra haec verborum sunt, sed plebejum tamen fuisse sermonem dubitari non potest, et qui etiam ante ista tempora obtinuerit, cum verosimile non sit, Justiniani demum tempore talem linguam repente, ut fungi una nocte solent, fuisse ortam. Dissentit hic quidem Barthius Advers. lib. 13. cap. 2. ab illis, qui hodiernam linguam Italicam et iam tum vulgarem ac in Romana plebe viguisse autumant, hoc inductus argumento, quod Italorum, Hispanorum, Gallorum linguae, totam hanc suam sermonis structuram a Germanis acceperint, cum voces Latinas utcunque retinuerint. Non autem explicat, qua ratione, quo tempore a Germanis acceperint. Si Gothos intelligit, quod nonnulli opinantur, certum est, ante illorum tempora viguisse sermonem illum vulgarem, quod luculentis argumentis probatum ivit Melchior Inchofer Histor. Latin. lib. 3. cap. 7. et lib. 2. cap. 5. et 6. qui praeclare de lingua Latina meritos, ejusque conservatores fuisse demonstrat, secus sentientium opiniones refutans. Sed tamen linguam aliam Romanorum in loquendo, quam in scribendo, fuisse Barthius constanter asserit, quem locum hic adscribere operae pretium erit: *Veterum Latinorum in loquendo longe aliam linguam fuisse, quam quae a nobis usu frequentatur, dubium minime esse debet. Licet enim significantur quoque hodie non pauci doctorum loquantur phrases verbaque, tamen alia priscis in quotidiana usurpatione fuisse, vel ex linguis illis. quae Latinam exteris confuderunt, manifestum est. Adeoque impossibile arbitror vel conjectare posse, quibus verbis loquendo veteres quasque res expresserint, nisi idiotismos Hispanicae, Italicae et Gallicae deflexionis adhibeas. Sed ut vanus fortassis labor sit, ita in-*

rvatio, vocum illa-
nnarum, quae apud
lierculas, agricolas
rarior usus, tot lin-
radices nobis suftu-
rum copiosum per
a catalogum recen-
ibro Daumius. Qui-
nctis in sermone si
eretur, Slavonicam
n Latinam, linguam
tur.

ue librariorum et
udacia multa auto-
rrupit, quorum un-
nostro adeo deplo-
et ipse Gronovius
e sua: nam antiquis
, sed inusitatiori-
ftituerunt, ut plu-
lis demonftrat illic
. 20. et vel ex uni
ad Atticum lib. 16.
et, ubi in manuscri-
is legitur *via mat-*
tosa, cui intempe-
ectores subftituerunt
ati eam ob causam
Comment. ad Flav.
m Proculi Tyranni
pud Vitruvium mul-
es vulgares et ple-
quibus integra vi-
rum Lexica proftant.
voce *scamillus* scri-
gri commentarii. I-
io factum fuiffe no-
lib. 4. epift. quaeft.
ntiquarius, inquit,
or: sed nec omnia
ta et e fece vulgi.
ctionis haud dubie
arent, absque cor-
ndacia fuisset. Tot
ularia in ipso Cice-
unt, quorum per-
notata a viris doctis
atilius integrum li-
ferat; quae, si apud
loca interiiffent, a
c. pro Latinis habe-

ra itaque olim plebi relicta fuerunt vocabula, quae maximam partem in usu apud posteros jam Italos, Hispanos, Gallos manserunt, quae plebeja et sordida vocabantur, quorum integrum librum scripsit Lavinius, teste Gellio lib. 20. cap. 11. ubi in exemplum e M. Varrone affert vocem *sculna*; pro quo, qui elegantius loquuntur, *sequester* dicunt. Talium vocum, quae in Hispsnica lingua hodieque habentur, origines Latinas e Glossariis cum cura inquisivit Bernard. Aldrete lib. 2. del origen. de la lengua Castellana cap. 9. suntque e g. *Ambrones*, *Astrosus*, *Asciola*, *Babiger*, *Baburrus*, *Bambalio*, *Bassatus*, *Batalia*, *Ballatrones*, *Bronco*, *Bua*, *Burrae*, etc. Hinc vulgaris illa lingua Romana orta est, quae tot sordibus inquinata tandem fuit, ut Latina lingua ab illa distingueretur, eoque nomine appellaretur, quae nitidior esset, et ad genium veterem instituta. S. Gerhardus Abbas Silvae majoris in vita S. Adalardi cap. 8. *Qui si vulgari, id est Romana, lingua loqueretur, omnium aliarum putaretur inscius, - - si vero Theutonica, enitebat perfectius, si Latina, in nulla omnino absolutius.* Hinc sequiori aetate Rusticus ille sermo ortus, qui *Romana Rustica* dicebatur: quali usus est Ludovicus Germanicus in formula foederis, inter ipsum et Carolum fratrem Galliae regem initi, quam operi suo inseruit Andreas du Chesne tom. 2. pag. 381. quaeque ita incipit: *Pro Don amur et pro Christian poblo et nostro commun salvament, dist di en avant, in quant Deus savir, et potir me dunat, etc.*

Rusticus ille sermo multis etiam praeclaris suo tempore scriptoribus affectatus fuit. Gregorius Turonensis lib. 10. cap. 31.

cujus orationes ad populum habitae, non ab ipso scriptae, sed a notariis exceptae, toto coelo a reliquis ejus scriptis differunt. Addit denique Erasmus, *ne Romae quidem eo tempore, quo maximeflorebat ea lingua, omnes locutos, quemadmodum loquebatur Cicero.* Ejus commatis apud illum: *ossum* pro *os*, *ossis*, *floriet* pro *florebit*, de quo verbo August. lib. 2. cap. 13. de doctrina Christiana: *Illud etiam, quod non auferre possumus de ore cantantium populorum: super ipsum floriet sanctificatio mea, nihil profecto sententiae detrahit. Auditor tamen peritior mallet hoc corrigi, ut non floriet, sed florebit diceretur: nec quicquam impedit correctionem, nisi consuetudo cantantium.* Similiter illa sunt: *hoc flos*, *hoc ros*, *adtropare* pro *per tropologiam applicare*, et infinita alia, quae maluit Christianus scriptor usurpare, quam dicere alia, quae non intelligeret vulgus: de quibus omnibus doctissime et uberrime differit eo in loco Erasmus. Hujus suae impolitiei in sermone apologeticum ipse scripsit Arnobius lib. 1 advers. gent. ubi ad objectam a Gentilibus barbariem respondet: *Puerilis sane atque angusti pectoris reprehensio, quam si admitteremus, ut vera sit, abjiciamus ex usibus nostris quorundam fructuum genera, quod cum spinis nascantur et purgamentis aliis, quae nec alere nos possunt, nec tamen impediunt perfrui nos eo, quod principaliter antecedit, et saluberrimum voluit esse Natura.* Prolixus est in hoc argumento illo in loco Arnobius, qui ibidem testatur, quosdam non abjecisse tantum sermonis cultum; verum, cum possent ornatius atque uberius loqui, trivialem studio humilitatem secutos, ne corrumperent gravitatis vigorem. Jungi illi potest Augustinus libro de catechizandis rudibus cap. 9. et lib. 3. Confess. cap. 5. ac plurima aliorum Patrum testimonia. Legi quoque potest Carolus du Fresne in Praefat. Glossar. a num. 57. ad num. 62.

Hac occasione etiam versionis veterum Bibliorum meminisse possumus, quae et σολοικοφανῆ multa continet, et vulgares voces et phrases, quas tamen speciosa dissertatione de Latinitate veteris bibliorum versionis male accusata assertum ivit Albericus Gentilis. Novi, qui de industria etiam soloecismos et ineptas phrases et formulas, sed vulgaris usus, immiscerent sermoni politico, cujus in publicis procerum conventibus usus esse solet, ne nimirum linguae nitore vel scholam sapere videretur, vel non satis intelligeretur. Tot supersunt in glossariis Latinis et Graeco-Latinis voces, quas ut barbaras hodie damnamus; cum crediderim ego, pari cum optimis, quibus Cicero utitur, antiquitate censeri debere. Quod vero in usu esse desierunt, multis ex causis contigit, quas mira solertia indagavit diligens harum rerum scrutator Christianus Daumius, in libro de causis amissarum linguae Latinae radicum, cujus beneficio, quandoquidem id opus Virum doctissimum moliri audio, restitutas Latinitatis veras ac genuinas radices aliquando habebimus. Horridae erant antiquae voces sonique asperi et inamoeni, breviores, quarum junctura aures offendebantur. Ut vero mollior esset oratio, delectui verborum studebant Oratores, eligebant, quae numerosiora erant et sonantiora. Hinc simplicia repudiabant, assumebant composita, inchoativa, paragoga, frequentativa. Schematum, Troporum, Synonymorum usus, numeri O-

molimine Romani plebejas, et rusti-
ermone suo expur-
plus peregrinitatis
Romanum inferri
ex ullo municipa-
nere. Quid quod
scriptoribus ipsis
m et peregrinita-
otarint. Scioppius
ptimi seculi auto-
cbitatem ac pere-
ovit; multa enim
gularia, non tan-
oces singulas spe-
, quarum in arte
usus est, quam
rases: forte quod
loquendum fuit,
iae scriberet, sa-
Id ipse agnoscit
. *Peto*, inquit,
e, et ab his, qui
sunt lecturi, ut,
ad artis gram-
lam fuerit expli-
catis. Namque
us Philosophus,
ertus, nec Gram-
us, sed ut Archi-
is imbutus, haec
bere. In illo hoc
is lib. 24. Advers.
plurali delecte-
ro unitatis possit
, quod et forte
ri possit, cum i-
Adv. cap. 12. a
nsuetudine pro-
, quod plurium
alloquamur. Ro-
ermo numerosam
tionem requirit.
etiam in popula-
obtinet, de quo
elsi Cittadini li-
gilio nonnulli ru-
s sibi observare
Eclogis, *Cujum*
osum scienter ac
isse interpres ve-
ut vitaret ὁμοιο-
eam ob causam

Dic mihi, Damoeta, cujum pecus, anne Latinum?
Non, verum Aegonis, nostri sic rure loquuntur.

Ne quid dicam de barbarismis, quos in illo ineptus veterum et recentiorum autorum Censor Claudius Verdierius, deprehendere sibi visus est, e quo haec, ut multa alia, deprompsit Leo Allatius in libro de erroribus magnorum virorum in dicendo. Imo et soloecismos aliqui notarunt: quibus objiciendis etsi parcior est Servius, aliquid tamen soloecophanes passim notat; quaeque ab aliis notata sunt, nec refutat, nec excusat. Sed longe aliter de Virgilio judicat acerrimus Censor Rapinus in Dissertatione de Carmine Pastorali, qui Virgilium in Bucolicis iisdem verbis usum esse ait, quibus in foro et senatu Tullius. *Tam pure*, inquit, *Latineque loquitur Tityrus in umbra fagi, quam ipse in palatio Caesar Augustus. Quod non factum a Theocrito, cujus Musa rustica et pastoralis, inquit Fabius, non forum modo, verum etiam ipsam urbem reformidat.* Gravis enim in urbe videbatur Doricae pronunciationis vastus ille agrestisque sonus, ad rusticitatem sermonis exprimendam magis accommodatus. Ac praeter hanc in sono et dialecto, erat ipse quidam rusticitatis character Theocrito affectatus; cujus quae sint partes, Vavassor de ludicra dictione a pag. 107. ad pag. 125. declarat.

Non tamen simpliciter ego probem illud Probi, qui multo majori negotio Bucolica scripta a Latinis, quam a Graecis autumat, quod non diversus sit ab urbano sermo rusticus apud Latinos, ut est apud Graecos. Nam ideo non minus negotii Theocrito datum fuit, quod rusticum sermonem voce et sono exprimeret: ut de Latina lingua falsum est,

eundem fuisse rusticum et urbanum sermonem. Saltem pronunciationem diversam fuisse, ipse Cicero innuit lib. 3. de Oratore [cap. 11.] cujus haec verba: *Rustica vox et agrestis quosdam delectat, quo magis antiquitatem, si ita sonet, sermo eorum retinere videatur, ut tuus, Catule, sodalis L. Cotta gaudere mihi videtur gravitate linguae sonoque vocis agresti, et illud, quod loquitur, priscum visum iri putat, si plane fuerit rusticanum.* Et paulo post. [cap. 12.] *Quare Cotta noster, cujus tu illa lata, Sulpici, nonquam imitaris, ut jota literam tollas et e plenissime dicas, non mihi oratores antiquos, sed messores videris imitari.* Neque pronunciatione tantum, sed etiam, ut I. L. Vives de ratione dicendi lib. 2. judicat, quibusdam vocibus pagorum propriis rustici ac urbani differebant, parum tritis ore civitatis, tam immutatione literarum aut syllabarum, quam metaphoris et omnibus similitudinibus atque exemplis de agro sumptis, quod videre sit in vetere Romano sermone: fuisse enim olim eum populum rusticanum, phrasi, argumentis, sententiis, pronunciatione crassa.

Cap. VII.

Quis Romani et urbani sermonis genius? Duo in Oratione spectanda: Materiale et Ideale. σαφήνεια et ἦθος in urbana dictione. Illa quibus constet. Λέξις, dictio Civilis unde aestimanda. In his quoque vocum delectus observatione assidua habendus. Laus Antonii Schori. Ratio observandi. Vocum usus et seorsim et junctim considerandus, et junctarum vocum ordo. ἦθος orationis urbanae. Prima ejus idea ἀφέλεια, simplicitas. Romana simplicitas. Romane et Latine loqui, id est plane. Latine et Grammatice loqui sibi opponuntur. Simplicitatis character etiam aliis communis. In Bucolico carmine regnat. Simplicitati jungitur Suavitas. Illa praecipue obtinetur translationibus. Translationum magna varietas. Translationes simplices, venustae, ex usu autorum Classicorum aestimari debent. Grammaticorum in Translationibus colligendis magna negligentia. Earum collectio suadetur exemplo Robortelli et P. Mosellani Translationes sequiorum temporum facile dignoscuntur a Romanis. Flori audacia in Metaphoris notata. Neroniani temporis phrasis ab Augustaeo discrepat. Cum simplicitate et suavitate ὀξύτης seu argutia concurrit ad sermonis Latini Urbanitatem. Ἐπιπέλαιος βαθύτης. Romani sales, Urbanitas Romana. Urbana elocutio qua in re consistat, ex sententia Aristotelis. Urbanitas Attica. ἄστυ, Urbani. Urbanitas virtutibus accensetur. Ad urbanam orationem spectat et concinnitas in clausulis, compositio verborum. Urbanitas sermonis a Cicerone descripta, ad exemplum Atticismi, item a Balzaco. Exemplum hujus urbanitatis et peregrinitatis in Gallica et Italica lingua. In hac Florentinitas quibusdam notata. Voces Latinae secundum auctores et aetates exigendae. Maffaei exemplum. Bernardini Parthenii Spilimbergii monitum.

Ad Romani et Urbani hujus sermonis genium penitius scrutandum nos jam convertimus, praesertim, cum viris eruditis adeo difficile visum sit, illum imitando assequi. Scaligeri hae

: *Ad fastigium*
enimus; non ha-
rius progressum
lat in praecipiti.
pauci Romane
i qui forte Roma-
lum Ciceroniani
ssequuntur. Qua-
n Grammatica sua
initatem definit,
atio incorrupta
ndum Romanum
t scilicet in ora-
cipue spectanda.
eorumque stru-
quod ab animo et
oftris verbis qua-
Est enim animi
o. Materiale et
rdemoaeus in e-
loquela tractatu.
verbis, eorum
nunciatione, stru-
Hoc vero omne
animo dependet,
d a moribus, si-
sive rationibus,
e dicendi forma
: vero illae di-
variae, quarum
es constituit Her-
rque eas aliquae
m partem perti-
agis ad alteram.
que singulae ta-
t.

m linguae Lati-
m consideremus,
em dixere vete-
tatem dicere pos-
d Hermogenis i-
s, praecipuas in
mus σαφήνειαν,
, et ἦθος mora-
um loquendi ge-
erba potissimum
moribus in ora-
. Utrique parti
s octo sunt par-
, methodus, di-
membra, structu-
numerus Orato-
i membra exter-

na sunt, unde corpus illud orationis componitur. Σαφήνεια omnium prima est, ac per se et semper inesse debet orationi, suntque ejus partes duae καθαρότης, et εὐκρίνεια, sermo purus et dilucidus. Singulae pene conveniunt, nisi quod εὐκρίνεια magis in methodo et collocatione verborum ac sententiarum versatur, ac facilem et plenum orationis cursum efficit, ac secundum octo illas partes considerari debet. Nam 1. *Sententiae* debent esse usitatae, non implicitae, perplexae, reconditae. 2. *Methodus* et tractandi ratio simplex et facilis, sine ambagibus, trajectionibus, hyperbatis. 3. *Dictio* usitata, non affectata et obsoleta. 4. *Figurae*, in primis illa, quae vocatur ὀρθότης, ita ut non facile vel πλαχιασμός, vel σύγχυσις hic locum habeat. 5. *Periodi* mediocres. 6. *Compositio* et structura verborum non quaesita, ac anxie ornata, nec tamen sine omni ornatu. 7. *Clausulae* non adeo ad artis normam fabricatae. 8. *Rhythmus* sive Numerus, in quo non nimia cura adhibenda.

Praecipuum in his omnibus locum obtinet λέξις sive Dictio, Compositio ac Collocatio verborum. Consistit vero illa in verbis et phrasibus, quae civilis usus sunt, non tamen protritae, plebejae et sordidae. Consuetudo enim illa, secundum quam dignosci verba et phrases debent, est consensus hominum eruditorum et prudentiorum; quorum appellatione complector eos, qui non modo naturam sermonis probe cognoverunt, verum etiam usum et copiam bonorum verborum didicerunt. In illis respiciendum est ad verborum proprietatem, sensum et compositionem. In propriis delectus quoque instituendus, ut usitata, significantia, sonora et apta cae-

teris praeferantur. Ad sensum, qui et verborum et rerum est, faciunt verba, quae plus significant, quam loquuntur; in quibus emphases sunt, quae evidentiam praestant orationi. Collocatione apta nihil est in oratione magis necessarium, ut vel sola illa ineptam et peregrinam reddere orationem possit, si videlicet adjuncta saepe disjungantur a suis nominibus, substantiva verbis vel epithetis indecore vel praeponantur, vel postponantur, et similia. Quae continua et attenta lectione Autorum Latinae linguae, purioris illius et aureae aetatis, observari debent. Quam observandi rationem nemo explicatius proposuit, quam Antonius Schorus in illa sua Methodo discendae docendaeque linguae Latinae, nunquam satis laudanda, et in praefatione Phrasium Ciceronianarum, quam Franciscus Vavassor, delicatus alioquin autorum Censor, in suo de Epigrammate libro merito *auream* vocat. Quoniam vero tria sunt in omni oratione: nomina, verba, particulae, quae singulis vis sit, probe notandum est. Ea vel sic seorsim, vel inter se juncta considerantur. Si prius: circumspicienda sunt sive nominum, sive verborum vel synonyma, vel cognata, vel antitheta, vel epithetα; vel quibus illa attribuuntur personis, temporibus, locis, rebus: unde et proprius eorum sensus, et, quo aliae ab illis distinguuntur, cognoscitur. Si posterius: diligenter notandum, quae inter se voces jungi solent: nam verba interdum et adjectiva junguntur certis nominibus, quae aliis juncta minime Latina videntur, vel saltem ad Romanum palatum non sunt. Sane Antonius, civis Romanus, Ciceroni Latine loqui visus non est, cum scripsisset *facere contumeliam* et *denunciare timorem*, quod vulgo ea non jungerentur. Et hac quidem re potissimum peccari adversus Romanae linguae genium certum est, quod verba et phrases subjectis jungantur, quibus illae non conveniunt; quod verba male collocentur. Nam etsi apud autores phrasis aliqua bona est in se spectata, aut ex rei indole, cui tribuitur, considerata; inepta fit, si personis, rebus, locis aliis applicetur. Quod sexcentis exemplis demonstrare poteramus, si nunc id ageremus, ac ipsius Germanicae linguae accuratior observatio nobis ob oculos fistet, si peregrinae nationis homines illam loqui audiamus. Insignia ejus rei exempla in sequiorum aetatum scriptoribus deprehendemus, e quibus unum illud instar omnium esse possit, quod habetur apud Ammianum Marcellinum, initio lib. 23. ubi restaurationem templi Hierosolymitani, a Juliano irrito conatu procuratam, describit: in qua oratione ipso sono et sensu, et transpositione quoddam peregrinum, rusticum et inconditum observes. Oritur hinc σύγχυσις trajectio, quae μέλοδον in oratione vitiat, qualem in dilucido genere omnino fugiendam praecepit Hermogenes. Magnae itaque nobis curae erit verba illa, quae se mutuo, quove ordine consequantur, quae verborum sint mutationes diligenter observasse, de quibus pauca Grammatici, longe plura et propemodum infinita usus subministrat. *Quis non perinde esse putet?* (inquit Vossius de Poëmatum cantu pag. 42.) *si quis dicat: Vir optimus est, et, Optimus vir est. Auribus tamen minime satisfacere credebatur, si quis vel in communi sermone posterius usurpasset.* In particulas accurata impendenda est industria, qua ratione membra orationis connectant, se mutuo respiciant, quibus verbis conveniant.

ujus rei vastitatem si
ne est, ut nihil ha-
n esse pronunciem.
det quis, quam mul-
menti et pene innu-
ri possint. Sed mit-
: nam peculiari a-
ertatione *de Pura*
us de his agam.

d ab animo et mo-
Romano illi et pu-
est idea, quam ἦθος
genes. Ab ingenio-
ibus tum nationis,
singulorum, prae-
, qui Reipublicae
eruditorum, ille
succus orationis ve-
lud, quod his om-
, civile genus esse
d adeo commendat
lib. 2. περὶ ἰδεῶν,
uo ille: φημὶ τοι-
τῷ τοιούτῳ λόγῳ
ἐν ἀεὶ τόντε τὴν σα-
ούντα τύπον, καὶ
καὶ ἀληθῆ, καὶ
τὸν γοργόν. *Dico*
oc dicendi genere
iosum esse in iis,
nt perspicuitatem,
sermonem et sin-
st illa concitatum.
quisitis tertium ad
tissimum pertinet,
inprimis σαφήνεια,
r δυσεικασία et ἀ-
nanc orationis for-
spectant. Sed de
ntia, quatenus ora-
a spectatur, uber-
gulari et doctissima
Böclerus.

ationis prima idea
ve simplicitas, per
est nuda, sine fuco
s, citra ambages,
habetque illa par-
τῆς σαφηνείας et
convenientes. Ita
genes lib. 2. περὶ
καὶ τοῦτόγε ὁμο-
ς ἄιγε καθαραὶ ἐν-

voiai πάντως ἂν ἦιεν καὶ ἀφε-λεῖς. Ἄιτε ἂν ἀφελεῖς καὶ καθαρεῖ. Illud constat, omnes sententias puras omnino quoque esse simplices: ac rursus, quae sunt simplices, illae etiam sunt purae. Non existimandum est, simplicitate extenuari eloquentiam, quam ornatur illa maxime, ut vinum et aurum, quo simpliciora, eo praestantiora sunt. Decantata illa Romana simplicitas apud Oratores et Poëtas est. Martial. lib. 11. Ep. 21.

Absolvis lepidos nimirum, Auguste, libellos,
Qui scis Romana simplicitate loqui.

Verum illic nequam sensus et plusquam duplex sub illa simplicitate reconditur. Hinc voces illae, *Romane* et *Latine loqui*, pro simplici et plana oratione accipiuntur. Ita Cicero in Epistola ad Trebatium, [7. ad Fam. Ep. 16.] *Romano more loqui* appellat, quod nos rem simpliciter et candide enarrare. Idem Philipp. septima [cap. 6.] *Gladiatorem appellavi, ut appellant ii, qui plane et Latine loquuntur.* et Verrina quarta [c. 1.] *Latine me scitote, non accusatorie loqui.* Imo *Latine* et *obscure loqui* sibi opponi solent, uti et *Latine* et *Grammatice*: quod Grammatici plus fuci et artis inferre in orationem videantur, regulisque suis libertatem sermonis adstringant. Fab. lib. 1. cap. 10. *Non invenuste dici videtur, aliud esse Latine, aliud Grammatice loqui.* Neque enim statim Latina est oratio, quae Grammatica, etsi Latinam orationem Grammaticam esse oportet. Est enim aliquid in collocatione verborum, quod omne a consuetudine dependet, de qua ne cogitant quidem Grammatici, et quod praeceptis comprehendi non potest, sed sola et continua observatione discitur.

Simplicitas haec, ut alicui di-

ctionis generi per se competit, ita et caeteris omnibus, sed aliis quibusdam orationis virtutibus juncta. Nam et gravitas et splendor et magnitudo a simplici quidem oratione differt, sed illi tamen non repugnat, imo illam praesupponit, ut materiam, cui formae illae induci debeant. Cum enim duo sint eloquendi genera, alterum πεφυκὸς Aristoteli dictum, nativum et sponte sua fusum; alterum πεπλασμένον, vorsum scilicet et mutatum, et Oratorio artificio excultum, etsi illi magis competat, tamen neque hoc sine illa virtute esse potest. Hermogenes l. 1. de Form. cap. 4. sub finem docet usum et copulationem perspicui et dilucidi generis cum amplo, sublimi vel magno: idem lib. 2. cap. 2. de morato genere, cujus species est simplicitas, ait: se non illud vocare solum, quod per totam orationem necessario debet apparere, quemadmodum color in corpore, sed etiam quod natura comparatum est, ut misceatur ubique et in vehementi genere, et in aspero, et in aliis omnibus. Prae caeteris Bucolicum genus illa ornat, ut omni ex parte illa elucere debeat. Quam sic repraesentasse non tenuis, sed magni ingenii res est, ut praeclare domonstrat in laudata de Carmine Pastorali dissertatione Rapinus.

E simplicitate alius sermonis Romani characterismus efflorescit, *Suavitas* scilicet: quae quibus sententiis obtineatur, prolixe demonstratum est ab Hermogene ejusque doctissimo Commentatore Sturmio, quae omnia hujus loci non sunt. Suavem vero orationem praecipue efficiunt *Translata*, quorum singularis ratio habenda est. Sunt vero illa non unius generis, et pene singulis dicendi formis propria. Sunt sublimia, venusta, Poëtica, inque his quaedam Comica, Tragica, Lyrica et sic deinceps. Quae magno seligere judicio oportet, et nos aliquando in Poëticis nostris modum ostendemus, quo translata poëtica in hunc usum colligenda, plus utilitatis, quam omnia illa aeraria, habitura. Simplicitatem Romanam non nisi sui generis ornant translata. Qualia in Cicerone, Nepote, Caesare, Terentio et similibus scriptoribus observanda, et singulari cura colligenda sunt. *Habet*, (si Quintilian. lib. 8. cap. 3. audimus) *ipsa ἀφέλεια simplex et inaffectata quendam purum, qualis etiam in feminis amatur, ornatum, et sunt quaedam velut e tenui diligentia circa proprietatem significationemque munditiae.* Sed neque in Cicerone ipso omnia ejusdem generis sunt translata. Est enim ubi Orator paululum a simplicitate deflectit, et iis utitur translationibus, quae παρακινδυνεύειν dicuntur; quo nomine etiam Demosthenem exagitavit Aeschines. Est ubi simplicitas sine translatis ornat, ut in Lysia Halicarnass. commendavit, quod tropis abstineat, et simpliciter res indicet, nec tamen rerum magnitudinem imminuat. Qua in re desidero Grammaticorum et Philologorum industriam, qui cum anxie satis et sollicite epitheta, antitheta, adverbia, synonyma in Cicerone excusierint, de translatis ne cogitarunt quidem. Fr. Robortellus Comm. in Aristot. Poëtica pag. 264. consilium id suppeditat, ut colligamus translata. *Nostra hac aetate*, inquit, *putarim nil utilius esse, quam ex veterum libris, qui dicendi laude floruerunt, omnes translationis formas modosque colligere, ac animo ita complecti, ut pro suis aliquis utatur, quando opus fuerit: periculum enim est, si ex se confingat, ne disparem habeant analogiam, ut*

nt, ne minus cogni-
tatae. Vidit hujus rei
'. Mosellanus Grae-
in Academia Lipsi-
or, et, quod ad lau-
is est, magni Came-
ptor. Ut enim sem-
haec Academia ele-
studiis floruit, et in
loret, ita hac quo-
le literario negotio
i potuisset, si Mo-
tum non obstitisset.
ipso Melchior Ada-
jus: *Erat Mosella-*
rarum observantis-
mque e Cicerone a-
is scriptoribus ma-
m collectarum, in-
rum Erasmi, edi-
si annos aliquot su-
Ego certe, quoties
jus operis jacturam
n dici profecto non
tum in Metaphora-
positum sit, quam
vis in omnes elo-
tes valeat. Quem-
si loco adhibitae,
ornant orationem,
orationem corrum-
sint, et repugnan-
toritate ex ingenii
lascivia confictae.
pene styli vitia ab
usu pendent, ne-
characterismo Ro-
s corruptela, quam
r. Inde enim pri-
omanae corrupte-
e jam suo tempore
uerela (in Prooem.
ruptissimo quoque
guras et transla-
mur, tum demum
licet, si ad nos in-
opus sit ingenio.
certe naris Critici
ciunt, ubi aureae
a cum sequioribus
Quod si Cicero Ora-
iones (inquit Ro-
supr. citat.) *et eo-*
ndem aetate vixe-
runt, conferas cum illis, qui postea scripsere, jam labefactata ac corrupta Romanorum lingua, ob infusam peregrinitatem videas multum discrepare, magisque capiere illis, quam his: venustae illae sunt, pares ac convenientes rebus, notae, aptae ac suaves, remque ob oculos ponunt, quasi praesentem intuearis: hae horridae, obsoletae et a rebus ignotis ductae, dispares. Vel in uno Floro luculentum ejus exemplum est, cujus translatis et argutiis, ut caetera sic satis proba, nihil interdum et ineptius, quod certissimum labefactati sermonis argumentum. Vide, quid de eo Censor harum rerum acerrimus, magnusque amicus noster Graevius in Praefatione commentarii sui doctissimi moneat. Imo et in iis, qui Florum praecesserunt, illa Translationum licentia notabilis est. Qui Augustaeum aevum sequebatur Petronius, jam tum aliquid illius labis contraxit, quem qui imitantur, ejusdem succi aliquid trahunt. Huc etiam Scaligerum respexisse puto, cum in Baudio notaret phrasin Neroniani temporis, quod de illo judicium Fratres Puteani in Excerptis consignarunt. Nostra vero, quae Romanum sermonem ornant, translata plane alterius generis sunt et talia, qualia e Robortello supra descripsimus: quibus illa Romani sermonis suavitas maximam partem consistit, inprimis si figurae numerus aptus, qualis simplicitatem et suavitatem decet, accesserit. Scite Hermogenes lib. 2. περὶ ἰδεῶν cap. 3. ἡ γλυκύτης οἷον καλός τι τῆς ἀφελείας ἐστί. *Suavitas est tanquam pulchritudo simplicitatis.* Et ibidem Suavitatem vocat ὥσπερ ἐπίτασίν τινα τῆς ἀφελείας *velut intensionem quandam simplicitatis.* Quibus ὥρα et ἁβρότης ab illo additur.

Porro inter Romani ſtyli characterismos eſt ὀξύτης, argutia. Etsi enim Hermogenes loco laudato dicit argutiam pugnare cum simplici genere: δεινότητος γὰρ ἴδιον τὸ τοιοῦτον, inquit, tamen ille diſtinguit argutias. Vocatur enim illud argutiae genus, quod simplicitati convenit, ipsi ἐπιπέλαιος βαθύτης *superficialis profunditas*. Nudus vero ille mentis conceptus, qui superficialiter producitur, quamvis sit profundus et reconditus, tamen illi videtur efficere genus orationis simplex. Ibidem ille aït, ἀδρίμεται λέξεις ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον γλυκύτητα τοιοῦσιν ἐν τῇ ἀφελείᾳ. *Acutae voces ut plurimum efficiunt suavitatem in simplicitate.* Efflorescit itaque ex ipsa re et verbis haec argutia, quam ideo superficialem vocat Hermogenes, quia non altius petita eſt, ut in ipso arguto genere. Et haec argutia, quae tamen ad jocos propius accedit, in Romano sermone *Romanus sal* dicebatur. Ita Martial. libr. 8. Epigr. 3.

At tu Romano lepidos sale tinge libellos.
Agnoscat mores vita legatque suos.

Commendat hos sales ipse Cicero, quo nemo felicior in illis spargendis erat, lib. 9. Epiſt. 15. ad Papirium Paetum scribens: aït enim, sibi non quasvis aut cujusvis nationis facetias placere, sed Romanas veteres atque urbanas. *Accedunt*, inquit, *non Attici, sed salsiores, quam illi Atticorum, Romani veteres atque urbani sales. Ego autem, existimes licet, quod lubet, mirifice capior facetiis maxime nostratibus.* Hi sales *urbanitatis* nomine veniebant. Cic. ad Curium Epiſt. 31. lib. 7. *Vides, exaruisse jam veterem urbanitatem. Veni, quaeso, ne tantum semen urbanitatis una cum Rep. intereat.* Eodem libr. Epiſt. 32. ad Volumnium. *Urbanitatis possessionem, amabo, quisque interdictis defendamus.* Alibi [2. ad Q. Fr. 10.] vocat *subtilitatem veteris urbanitatis et humanissimi sermonis.*

Hujus elocutionis urbanae ideam optime delineavit Ariſtoteles Rhetoric. libro 3. cap. 10. quae non per γλῶττας et externa vocabula, nec per propria, quia nimis nota, sed per translata et imagine scelerem in nobis intelligentiam gignit, atque ex ea intelligentia voluptate nos afficit, cum nihil magis jucundum sit, quam discere. Nullum autem accuratius hujus Romani nitoris κριτήριον eſt, quam si se menti legentis vel audientis ſtatim ingerat. Quemadmodum oculi forma insigni conspecta ejus imaginem menti ſtatim siſtunt, quae vel admiratione vel amore inde percellitur, ut Musaeus [vers. 94.]

Ὀφθαλμὸς δ' ὁδός ἐστιν. ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων
Ἕλκος ὀλισθαίνει, καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρὸς ὁδεύει.

Ita sua vi et ipso aurium judicio mens noſtra celerrime per hanc καθαρότητα et εὐκρίνειαν in oratione comprehendit.

Quae Romano sermoni Urbanitas propria erat, eadem quoque Attico, imo ab Attico in Romanum illata eſt. Idem enim urbi utrique eloquentiae semper ſtudium fuit, eadem orationis cultura. Imo vero fatetur Quintilianus lib. 10. cap. 1. sermonem Romanum non recipere illam solis conceſſam Atticis Venerem. In Atticis illa dicebatur εἰρωνεία, et εἴρωνες urbani homines, quo nomine Socrates quoque appellatus fuit. Anacharsis apud Lucianum Athenienses vocat εἰρωνας ἐν τοῖς λόγοις, et M. Seneca in Suasor. *nasum Ati-*

Hujus urbanitatis linea-
leganter duxit Aristot. 4.
, 8. nam et inter virtu-
n aliquem obtinuit ur-
quae ingeniosis face-
ore et loco idoneo uti-
ne, si ulli genti, Roma-
propria et nativa fuit.
non ex his, quae differ-
videt, in puritate, sim-
, suavitate atque argu-
esse Romanam illam
tem, quibus addo con-
m in clausulis, quam
icitatem etiam Hermo-
quirit. Sed illa pro ge-
tionis variat. Id tamen
est, quod Hermogenes
, clausulas et exitus pe-
et partium Orationis
ci hac oratione esse fir-
abiles magis, quam in
ione, quae rapitur et
est. Dionys. Halicarnass.
ysiae Oratoris Graeci
esse in eo σύνθεσιν τὸν
μονωμένην, id est, talem
innem, quae videatur
ab aliquo, qui artis
est. Similem illabora-
implicem, sed conve-
et jucundam, in Corn.
t Jul. Caesare observat
s dissertatione de com-
Latinae linguae facul.
2. §. 10. et ex iis prae-
cendam suadet, ad quam
doctissimum quemque
posse arbitratur. Et
erborum compositione
Halicarnass. pulchritu-
rationis praecipue re-
Cam ob causam judica-
lam, suavitatem esse in
nte, non autem pulchri-
et pulchritudinem in
e, non autem suavita-
mque in Herodoto, de
supra egimus.

enique nos Cicero do-
is Romanus sermo sit.
ille in tertio de Ora-
. 11.] *Me tuus sonus et suavitas ista delectat, omitto verborum, sed hanc dico suavitatem, quae exit ex ore: quae quidem, ut apud Graecos Atticorum, sic in Latino sermone hujus est urbis maxime propria.* Et post pauca interjecta [cap. 12.] *Quare cum sit quaedam certa vox Romani generis urbisque propria, in qua nil offendi, nihil displicere, nihil animadverti possit, nihil sonare aut olere peregrinum, hanc sequamur: neque solum rusticam asperitatem, sed etiam peregrinam insolentiam fugere discamus.* Quintilianus ita urbanitatem describit lib. 6. c. 4. *Urbanitate significari video sermonem, prae se ferentem in verbis et sono et usu proprium quendam gustum urbis, et sumptam ex conversatione doctorum tacitam eruditionem: denique cui contraria sit rusticitas.* Et in eodem capite: *Meo judicio illa est Urbanitas, in qua nihil est absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque sensu, nec ore gustuve deprehendi possit, ut non tam sit in singulis dictis, quam in toto colore dicendi, qualis apud Graecos Atticismus redolens Athenarum proprium saporem.* De hoc Atheniensium urbanitatis studio Demetrius Phalereus lib. de Elocution. [Sect. 181.] *πλατέα λαλοῦσι πάντα οἱ Δωριεῖς. Διόπερ οὐδὲ ἐκωηῴδουν δωρίζοντες, ἀλλὰ πικρῶς ἠττικίζον. Ἡ γὰρ ἀττικὴ γλῶσσα συνεσταλμένον τι ἔχει καὶ δημοτικὸν, καὶ ταῖς τοιαύταις ἐντραπελίαις πρέπον. Lata omnia loquuntur Dores. Quare neque, cum aliquos notabant, utebantur Dorico sermone, sed amare Atticissabant: lingua enim Attica rotundum quiddam habet et populare et hujusmodi urbanitatibus aptum.*

De hac Urbanitate et Romano

tum animi, tum sermonis charactere, cum vir ad elegantias omnes factus Balzacus multa dissertasset in Gallicis suis opusculis, eorumque uno, quo de conversatione Romanorum agitur, asserere non veretur, omnes Graecorum Veneres omnemque Atticismum a Romanorum Urbanitate esse exstinctum, diuque illam apud Romanos in usu fuisse, antequam nomen ejus noscereturᵛ. Ejus quandam quasi ideam repraesentaturus, his eam verbis declarat, quae ob miram eorum venustatem, quodque illa, quae hactenus a nobis dicta sunt, praeclare explicent, apponere non gravabor. *Soit que ce mot exprime un certain air du grand Monde, et une couleur, et teinture de la Cour, qui ne marque pas seulement les paroles et les opinions, mais aussi le ton de la voix, et les mouvemens du corps. Soit qu'il signifie une impression encore moins perceptible; qui n'est reconnoissable, que par hazard; qui n'a rien, qui ne soit noble et relevé, et rien, qui paroisse ou estudié, ou appris, qui se sent et ne se void pas; et inspire un genie secret, que l'on pert en le cherchant. Soit que dans une signification plus estenduë il vuëille dire la Science de la Conversation, et le don de plaire dans les bonnes compagnies. Ou que le mettant plus à l'estroit, on le prenne pour une adresse à toucher l'esprit par je ne scay quoy de piquant, mais dont la piqueure est agreable à celuy, qui la recoit; parce qu'elle chatoville et n'entame pas: parce qu'elle laisse un aiguillon sans douleur, et resueille la partie, que la mesdisance blesse. Tant y a, qu'au jugement d'un grand juge de pareilles choses c'estoit une connoissance, dont les Grecs ont abusé; que les autres Peuples ont ignorée, et de qui les seuls Romains ont sceu le vray, et le legitime usage. Leur ayant esté si propre, et si incommunicable à leurs plus proches voisins, que ceux de l'Italie mesme n'ont pû l'acquerir sans quelque déchet, ny la contrefaire si finement, que la ressemblance n'en fist remarquer la diversité.*

Qui dictionis Urbanae et oppidanae diversitatem accuratius indagare, ejusque quasi quandam imaginem sibi ab oculos ponere vult, hodiernam ille Gallicam, qualem Lutetiae Parisiorum loquuntur homines elegantiores, cum provincialium sermone conferat. Ut enim in populari aut aristocratico statu vel in Dialecto dispescitur lingua, vel si una aliqua urbs rerum potiatur, ad hujus se linguam populus universus componit; ita sub unius imperio Principis, aula, in qua versantur homines elegantiores, qui nitorem linguae exprimere laborant, caeteris provinciis in exemplum cedit. Loquuntur ergo Lutetiae Parisiorum plerique linguam cultissimam, provinciales vero horridiorem illam, et quodammodo agrestem, vocibus et sono magna ex parte distinctam, ut jocis et urbanis salibus nonnumquam eos excipiant Parisienses. Eadem in recentiore illa Italorum lingua Urbanitatis et Peregrinitatis vestigia nonnulli deprehenderunt. Nam Erythraeus Pinacotheca 3. imag. 35. in hodierna illa Romana nil offendi, nihil displicere, praeter pauca quaedam verba Romanae Urbis propria, quae jam obsoleverunt: nihil sonare aut olere peregrinum aït, sed omnem Urbanitate quasi coloratam orationem, quod de Latina Cicero dicit. Nam Florentinae, quam alii praeferunt, dicit inesse vocis sonum,

non recte et presse et
ter, sed aspere, hiulce
e in guttur incidens ex
ur, minus auribus gra-
e etiam in quibusdam,
ruptam illius antiqui-
servant, ridiculus ac-
alem, ut ita dicam,
itatem Romana lingua
ed tamen Antonius Pa-
entinus Urbanam illam
arum vocum notam a
scite distinguere no-
ut ait idem Erythraeus
mag. 91. *ex quodam*
is quasi colore atque
germanas Florenti
ab ascitis discerne-
fuerunt, eodem nar-
acoth. 1. imag. 157.
ntine verba rancida
onsectarentur, quod
d scriberent, tum èle-
m iri existimarent,
vocabulis et ab usu
xplicatum Florentini-
ret. in quos Jacobus
s fabulam scripsit, cui
fictarum nomen in-
cianum in Lexiphane
ubi personam indu-
Florentinorum lingua
.
, exemplo Servii, de
r Cicer. lib. 9. fam.
uod dicere facile po-
c versus Plauti non
t: quod tritas habe-
notandis generibus
ex consuetudine le-
am Romani sermonis
ictiones, velut sono,
colore nummos, in-
possimus, bene cum
ctur. Sed nemo forte
um familia hoc sibi
n sumet. Etsi tamen
ra lectione purissimo-
torum non Gramma-
Oratoris aliquid ex-
te confido, ut est non-
nira ex phrasi de ae-
um judicandi sagaci-
i verborum illa col-
locatio ejusque diligens, sed ab Oratore instituenda, observatio accesserit, aliquid fortassis in hoc negotio fecerimus. Singularem hac in re Maffei diligentiam imitari debemus, qui teste Erythraeo Pinac. 2, 18. omnia Latina verba collegerat, ac pro ratione temporum, quibus inventa vel usu recepta essent, distribuerat, tum quae verba historicis, quae Poëtis, quae Oratoribus aptiora essent. Graecorum in his mira fuit industria, apud quos diversa fuere pro vocibus Historicis, Politicis, Oratoriis, Poëticis, teste Photio in Bibliotheca sua, glossaria. In hanc curam unice quoque intentum esse jubet Imitatorem suum Bernardinus Parthenius Spilimbergius, praeclarus ille Horatii commentator, in elegantissima dissertatione de Imitatione Poëtica, Italice scripta. *La onde fa di mestiero essere assidui nella lettione de' buoni, considerando la elegantia, la netteza, la propietà, qual parole passano nell' attrui luogo, quali ferme stanno nel suo, ciò che diversamente è construtto, ciò che è puro et simplice, come le parole siano ordinate, disposte, qual è composta, qual raddoppiata, qual repetita, ciò che si sia usato per adornare et abbellire, qual parola è aspra, qual piacevole, et dolce, qual corrente, qual tarda, qual sonora, qual languida, et muta, qual lieta et leggiadra, qual trista et spiacevole, qual grave et qual lieve, dalla qual consideratione et memoria spesso aviene, che d'una parola il lume, di una sentenza s'accende.* De his aliisque alio loco prolixior dicendi occasio dabitur.

CAP. VIII.

De Peregrinitate amplius inquiritur. Peregrinitas quaedam

laudabilis, quaedam vitiosa. Quidam ut animorum, ita linguarum characteres certis gentibus proprii. Grammatica Philosophica e consilio Verulamii scribenda. Prima varietatis in sermone principia. E pronunciatione et sono nativo primum literae, hinc verba, et ipsae linguae variant. Sermonis varietas cum modis Musicis comparatur. Elatioris pronunciationis homines plerumque tumorem in stylo amant. Qui molliori voce sunt, leviorem stylum sequuntur. Singulis linguis aliquid vernaculum est, quod aliis linguis exprimi nequit. Diversitas maxima saepe in linguis unius gentis, e. gr. Italae. Ejus causae e Camillo Baldo propositae. De singulis nationibus Italicis ejus judicia. Quare Germanorum voces pleraeque Monosyllabae, et illi bibaces, ridicula ejusdem ratio. Latina lingua in singulis gentibus novo quasi colore tingitur. Ideoque mature illa discenda. Vitium hoc peregrinitatis frequens in omni gente. Vavassoris ea de re judicium. Graeci in Latinis graecissant, in Graecis hi Latinismos sectantur. Erasmi Germanismus in Latinitate a Lilio Gyraldo notatus. Gallorum in Latina lingua multi Gallicismi, praeprimis Barclaji. Peregrinitates domesticae diligenter notandae. Henricus Stephani et Johannes Vorstius eo nomine laudati.

Romanae et Urbanae orationi duo, ut vidimus, adversantur, rusticitas et peregrinitas. Illam cum omnes omni industria studio que evitent, relinquimus. Hanc cum evitare omnes non possint, eaque nobis non advertentibus orationem vitiet, et vitio patriae plerisque adhaereat, eo diligentius excutiamus, necesse est. Id enim est, quod in Livio praecipue reprehendit Asinius. Habet scilicet quisque sermo, ut gens, cultum suum, quo ab aliis distinguitur. Et ille quidem cultus in extraneum cum degenerat, Peregrinitatem infert orationi. Peregrinitas vero illa, ut Lodovicus Vives lib. 2. de Ration. dicendi docet, non est unius generis. Est enim quaedam usitata, grata et tolerabilis, ut quaedam phrases Graecae Latinitati admistae vel Latinae Hispano sermoni aut Gallico. Est Peregrinitas barbara et importuna, ut cum pejora melioribus miscentur, vel alienissima conjunguntur, velati cum Latinissat Graecus, vel Hispanissat aut Gallicissat Latinus, aut cum Hebraïsmus in Latinitatem infertur, vel Germanismus in Hispanitatem. Verum prima illa Peregrinitatis species ad nos non pertinet, cum illa non ipsa orationis interiora ingrediatur, sed extrinsecus tantum adsumatur, ut si quis peregrini generis et coloris ligulas vesti patriae adaptat. Etsi illa non ubique et semper, sed certo loco adhibita laudem meretur. Altera illa peregrinitas semper cum vitio est, quae omnem linguam adulterino quodam colore et succo tingit. Habent enim regiones omnes nonnullos ut corporis, ita animorum et linguae characterismos, quasi gentiles et congenitos, qui ut in nativa habitant, ita in adoptivas immigrare solent.

Res est omnino attentissima speculatione digna, unde illa linguarum diversitas, tum qua pronunciationem, tum qua naturas vocum et dictionum oriatur. De qua cum Cardanus de Subtilitate lib. 12. Bodinus in Methodo Historiarum lib. 1. cap. 9. Besoldus in discursu de natura populorum cap. 15. aliqua notarint, sed levia, elegantissi-

tissime, ut solet, de
it ὁ πολυμαθέστατος
in dissertatione de
versitatis linguarum.
um fundamento est il-
mii consilium de au-
ientiarum lib. 6. cap.
s, Grammaticam ali-
bendam Philosophi-
notet, quid peculia-
sationi sit in lingua,
dum etiam inter se
lae. Quo refert Grae-
m in verborum com-
s licentiam, a qua
horruit severitas, He-
ue, qui metaphoris
ant, quam istis uti
nibus: item quare an-
uae plenae declina-
uum, temporum, con
: novissimae vero plu-
raepositiones et ver-
a segniter expediant:
eca lingua diphthon-
atina non item: Lin-
ica literas tenues o-
que statim vertat in
nguae, quae ex Go-
, aspiratis gaudeant.
id naturalibus prin-
gat, sive e consuetu-
iarum gentium com-
ocedat, oritur pri-
lla vocalium pronun-
n aliter pronunciant
r Angli, aliter Galli,
quoque inter se con-
uod vel in diversis
aniae populis obser-
onunciatione illa di-
rum diversa primum
otio, hinc diversae
e phrases, et, si se-
uturnitas accesserit,
ae, aliaque Eloquen-
Quam diversitatem
t homines solertes,
varias ejus sibi de-
visi sint, eo pro-
t e minutis pronun-
cipiis statim de po-
naturalique dictione
onjicerent. Qui in pronunciando vocales extollunt, stylum grandem; qui elevant, stylum tenuem affectare ajunt. Alacritas linguae et pronunciationis stylum plerumque circumductum et diffusum gignit, qualis illa Gallorum; longa vocalium et vocum dilatatio stylum tumidum. Orientales populi plerumque rem magno apparatu proloquuntur et multo circuitu, multis pigmentis, quod de Arabum quoque stylo Fabricius prodidit in specimiis Arabici appendice. Septentrionales populi plerumque styli aequalem temperiem sequuntur. Comparatum sc. est cum sermonibus, quemadmodum cum sono Musico, quem non eundem amant omnes Gentes. Hinc nati modi Doricus, Aeolicus, Phrygius et similes, quia gentes istae tali sono delectabantur. Non inepte eam ob causam de Poëtis judicat Masenius, in Heroïca sua Poësi cap. 2. quod inferioris Germaniae populi non facile Statii istam gravitatem assequantur, nec contra Bojorum gravitas ad illam Ovidii lenitatem facile inclinet. Patet hujus rei diversitas vel in lingua Latina et Graeca. Habet enim Graeca plurima, quae Latina non satis bene imitatur; Latina, quae Graeca nulla satis arte exprimat. Felicior Graeca est in levioribus, in rebus amorum, ad ipsas usque ineptias; Latina vero gravis, moderata, parca. Unde vocos plurimae notatae sunt a Cicerone et aliis, quas Graeca lingua non capit; de quo argumento eleganter disserit J. C. Scaliger in praeclara oratione de voce *Ineptus*, quae adjungitur epistolis ejus postumis: frustra notatus a Budaeo, Comm. Graec. Linguae, p. m. 65. num. 30. Similis pene observatio linguae Italicae, Gallicae, Hispanicae, quae habetur in excerptis Perronianis, quae edita sunt e schediasmati-

bus FF. Puteanorum, sub titulo *Langues*. Nam linguam Gallicam non adeo Comoediae aptam dicit, quemadmodum Italicam. Hanc ad amores; Hispanicam ad res exaggerandas et amplificandas ab ipsa natura factam esse. Gallicam ad res civiles et historias prae caeteris adhiberi posse aït, unde et lingua Status vocetur.

Hanc diversitatem linguarum in variis gentibus cum viderint nonnulli, factum est, ut certis quibusdam theorematibus physicis, vel potius physiognomicis, illam differentiam definiendam sibi sumpserint, quae tamen, ut fieri in observationibus istis solet, non ex omni parte satis firma sunt. Camillus Baldus, Bononiensis, in libro suo de divinatione epistolari, quo de moribus hominum ex epistolis, stylo et sermone judicare docet, operosus est in differentia sermonis, in sola gente Italica, ostendenda. *Multi in Italia*, inquit ille cap. 8. *loquuntur labiis et linguae extremitate dentibus innixa, ut Januenses, alii gutture, ut Florentini, alii sunt in locutione tardi, et habent dictiones vocalibus plenas, ut Veneti, alii ab ipsis abhorrent, et habent verba ut plurimum consonantibus abundantia non evidentibus, et fere bisyllaba, ut Bononienses, alii sunt hostes literae L, ut Senenses et Lucenses.* Imo, ut alii notant, singulis diebus in Italia peregrinantibus lingua aliqua parte novatur. Et Dantes in lib. de vulgari eloquio in hoc angulo mundi, ut loquitur, supra millenas ire differentias testatus est, qui in variis istis dialectorum generibus excutiendis mire illic operosus est. Singulorum Camillus Baldus causas habet vel universales, ut coelum et climata: nam duobus praecipue locis, sub Aequatore et sub quadragesimo quinto gradu Zonarum temperatarum, differentiam illam pronunciationis cerni aït: vel particulares, ut situs regionis, commercia, cibus. Et quidem quod ad situm regionis attinet, ob varietatem montium, lacuum, marium, fluminum, sylvarum, ut hominum inclinationes et propensiones variant, ita linguis, moribus discrepare ostendit Italiae exemplo. Quae cum dividatur ab Apennino monte, ab ortu ad occasum, atque ejus extremitates geminis alluantur maribus, magis lingua et moribus differre Italum ab Italo aït, quam Polonum a Polono, quod illarum regio, licet Italia major, aequali planitie constet. Ita noster ille observat, qui latos Italiae campos colunt a montibus et mari distantes, si respiciant Septentrionem, cum frigidi sint participes, voces abbreviare ac consonantibus uti, ut Ferrarienses et Romandiolae habitatores. Mediolanenses, cum loco humido habitent, ob vaporum multitudinem, quadam imbecillitate loqui, et ultimis verborum syllabis multos addere accentus: Etruriae cultores, qui collibus accedant, uti aspirationibus, et gutture loqui more Hebraeorum; cum enim montem habitent non minus meridiei expositum, quam Hierosolyma, nec minus, quam Sion, saxosum, habere etiam accentus Hebraïcis similes atque conformes. Idem tamen autor, qui brevitatem vocum et multitudinem consonantium antea frigori, eandem in Germanis calori illorum adscripserat. Quod enim Germanis multa sunt verba monosyllaba et plena consonantibus, quodque liberalius bibant, procedere ille aït a concentrato calore et praeternaturali siccitate, a multo calore producta. An ergo externo frigori eadem, quae interno calori, potestas est? An fortassis illa conspirat? Sed, nec illam esse autoris istius senten-

patet, quod Genuen-
is similes faciat, qui-
linguae velocitas in-
oca calida, sicca et
olunt. Quid vero de
rit Baldus, qui pa-
olo et humido aëre
at illi voces contra-
ent, quam ipsi Ger-
um altioribus defixae
ae causae sunt, quam
iariis illis contem-
erui possint, neque
ae eruendae. Nos ta-
bservabimus, quam
n tanta diversitate
cultiorem linguam
ium adsciscere. Etsi
priundus patria cul-
fuerit institutus, fie-
t, etiam Camilli Bal-
quin aliquando se
n Theophrasto vide-
licet per viginti an-
s Athenis fuerit, ab
tamen vetula unius
tione pro peregrino

ergo hodie lingua
amplius populo fa-
sed per varias gen-
ur, vel ex eo videre
illa in singulis po-
t gentili quodam co-
r, quem Romanus
versetur. Non enim
s illa obrepit pere-
m a consuetudine et
atinae linguae, si-
phrasi, inepta jun-
mus. Eam ob cau-
mus Epist. 7. ad Lae-
utione filiae, de lin-
mature addiscenda
dit, ne postea idio-
mpatur: *Sequatur,*
m et Latina erudi
i non ab initio os
suerit, in peregri-
lingua corrumpi-
nis vitiis sermo pa-
utur. Est hoc adeo
ditis e qualibet gen-
ut non deprehendi
nisi ab oculatissimis possit. Franciscus Vavassor, delicatus ille Latini sermonis censor, libro de Epigrammate cap. 15. refert, oblata sibi fuisse quaedam epigrammata, in quibus omnia laudem merebantur, non fuisse inania sententiis, nec sine acumine et lepore; versus elatos et canoros, verbis plenis et grandibus; aptam compositionem; naturalem ordinem rerum; neque artem desideratam. *Verumtamen, ad dictionem quod attinet, haud scio,* inquit ille, *utrum plus aliquid Latine Poëta hic sciat, quam quantum in scholis Philosophorum aut Theologorum, ubi ista fere dediscuntur, didicerit.* Hujus rationem ut daret, subjungit porro: *Plerique, nisi caveamus, Graeca Latine, Latina Gallice scribimus. Cur istud tandem, aut quomodo? Dupliciter. Primum quidem cum sint uni linguae communia quaedam cum linguis aliis, quiddam proprium et singulare cujusque, certa elegantia, domesticae nativaeque Veneres; hoc si posterius negligimus, aut si parum callemus, aut si omnino non persequimur, illa retinemus duntaxat: quis prudens lector atque intelligens divinabit, scire nos Latine aut Graece, qui ejus, quod peculiare sit alterutrius linguae, nihil in carmine nostro advertat? Deinde, cum ex duabus tribusve linguis unam aliis notiorem, magisque familiarem habeamus, quid proclivius, quam ad hanc accommodare caeteras et inflectere ac detorquere: ex quo Latinismus, ut ita dicam, in Graecis, Gallicismus in Latinis obrepat? Quid igitur provideri in epigrammate placet, aut quam rationem haberi sermonis? Si quis epigramma scriptor Graece condidit, deprehendat Lector, volo, vel ex uno versu al-*

terove Athenas; si Latine, Latium quodammodo et Romam veterem agnoscat. Nec vero jam puerum esse aut tironem intelligat, qui discat tum primum, sed virum ac veteranum, qui multum diuque didicerit. Quod si Graecum ex Latino, aut ex Graeco Latinum scriptor idem fecerit, juvat ambigere Lectorem, uter scriptor scripserit prius, utrum redditum sit opus atque ex altero conversum. Ex illo vitio linguae familiaris fit, quod idem notavit ejusdem libri cap. 8. *quod bonitatem et praestantiam Graeci carminis non per se ponderant, sed ex Latina interpretatione. Quomodo contigit id, quod ab Hieronymo observatum est, ut ridiculum nonnulli Homerum Latinum judicent: quem si Graecum norint, aut si magis ex sua illa lingua spectatum, quam ex aliena, norint: merito ac jure suspiciant atque admirentur.* Hanc ob causam Lilius Gyraldus (an satis aequus judex, critici viderint) Dialog. 2. de Poëtis nostri temporis, de Erasmo, illum inter Germanos Latinum, et inter Latinos aliquando Germanum videri, censuit. Eadem peregrinitas in Barclaji scriptis deprehenditur, qui perpetuis Gallicismis scatet. Illos enim in ejus scriptis observavit perpetuus talium insectator Scioppius, teste illo, qui Euphormionem cum notis variorum Lugdun. Batavorum edidit. Nam in Hercule suo Coprophoro hujus caeterorumque virorum doctorum sordes congesserat; sed non protulit in lucem hoc suum sterquilinium. Ille vero in libro de Rhetoricarum Exercitationum generibus circa finem haec de Barclajo: *Similiter et Johannis Barclaji dictio (ejus, qui hodie quoddam quasi juventutis cymbalum est) arguto et venusto hominis ingenio plus, quam Latinitatis genere, commendatur. Ut enim de obscuritate dicere praetermittam, in quam saepius eum necesse fuit incidere, qui nec majorum gentium autores studiose volutasset, et quomodo alius nemo dicere averet, nec barbarismi et soloecismi apud eum non inveniuntur, νεωτεριόμων vero iniri vix potest numerus, quos ipse, calori indulgens, ac nec suae, nec amicorum limae patiens, se solo autore invexit.* Praeterea et anonymus quidam, sed qui ipsi amicissimus fuit, teste Erythraeo Pinacoth. 3. imag. 17. ipsi objecit, *quod Latinitas ejus Romanas aures peregrinitate radat, et veteris puritatis sapore imbutum palatum offendat:* quod tamen ipse Erythraeus in medio relinquit, et Böclerus commentario in Taciti Annal. 1. cap. 4. 6. vellicare videtur, cum ait: *nolle se esse inter eos, qui eruditissimum elegantis ingenii monimentum, quod tacite non possunt non mirari, qua tamen possunt, premunt.* Sed ille ingenii potius et inventionis elegantiam, quam omnes et ipsi illi rigidi censores laudant, forsan respexit: nam, quod ad Latinitatem attinet, illam non usque adeo esse sinceram, negari non potest. Longe certe a populari suo Buchanano abit; cujus tantus in Latinitate nitor et puritas, ut nil in illo praeter haeresin ille, inter Grammaticos Momos omnes Argus et Lynceus, Scioppius reprehendat.

Est vero ejus peregrinitatis, quae a linguis popularibus in Latinam linguam infertur, quo illa occultior, eo accuratior instituenda observatio. Nam ut in Gallia Gallicismi, ita apud scriptores Italos Italicismi, Hispanos Hispanismi regnant, quorum nunc discrimina deprehen-

ius est, cum paucis
nsoribus datum sit,
n Romanae linguae
ptoribus aureae ae-
ıre norint, et cui gen-
a non imponant. Qua-
tinitate mererentur,
orum illorum a La-
rentiam diligentissi-
, ut laudanda illo-
est, qui illorum cum
a convenientiam do-
od in Gallica lingua
us Stephani, libro
e falso suspecta; et
ca ejusdem tituli li-
es Vorstius, ne illi
m et Germanicismo-
imponerent.

A P. IX.

tas Latinae linguae
, γλῶσσαι, γλωσ-
regrinae voces jam
ae et notatae. Hi-
in lingua Latina.
ngua an Roma-
em dederit? Hi-
et lingua et do-
nes. A recentiori-
is aliqua Latinae
egrinitas illata vi-
nanorum Scholae
provinciis. Hispani
s provinciis Latini-
res. Barthii judi-
otismum Romanum
lingua et pronun-
etustam agnoscit.
os et Hispanos scri-
sint veteres Roma-
phrases? Dissen-
io. Erasmi de iis
icium. Utrum Hi-
Galli primi peregri-
Romanam linguam
Petri Pithoei et
hotti lis de praero-
usque gentis in elo-
ina. Vavassoris ju-
ii in Hispanos pau-
iniquior. Cicero-
grinitate in urbem
infusa querelae. Fastidium purioris sermonis ob affectationem peregrinitatis post Ciceronis tempora. Hispani primi conservatores eloquentiae Romanae. Seneca. Quintilianus. In hoc Hispanitas a Philelpho notata. Quintiliani defensio et elogium. Barthius quoque illum vellicat. Poëtae Cordubenses. De Lucano, Seneca Tragico diversa nonnullorum judicia. Martialis vindicatur ab insanis nonnullorum calumniis. Argutiae ab Hispanis in Latinitatem illatae non omnino damnandae. J. Jovianus Pontanus diversitatem in Romanis et Hispanicis argutiis agnoscit. Quod et Ciceroni et ipsi Martiali notatum. Defenditur hac in re natio Hispanica adversus obtrectatores. Africitas in Latina lingua. Afri Scriptores plerique aliquid inconditi habent. Vivis de Afris et inter illos Augustino judicium. Verdierius notatus. Afrorum defensores Barthius, Fruterius, Lipsius etc. Proprietatem linguae Latinae in illis laudant aliqui. Voces antiquae Latinae multae in illis reperiuntur. Dictio tamen in illis pura Romana non est. De Apulejo et Nemesiano judicia.

Maxima Latinae linguae peregrinitas ut nunc a populis, qui illam adoptarunt; ita olim a provinciis illata est. Nam deductione coloniarum et donatione civitatis peregrinitas successit, cum et qui emigrarunt, illam alibi hauserint, et, qui convenerunt in urbem, illam secum advexerint. Peregrinitas illa consistit vel in verbis, vel in constructione, vel consuetudine. Verba secundum Varronem sunt vel nostra, vel aliena, vel oblivia, id est, obsoleta. Aliena, τὰ ξένα ἑτέροις μὲν ἐπιχώρια, τοῖς δὲ ἄλλοις οὐ συνήθη, ut ait Theon

Sophista in Progymnasmat. [c. 4.] sensibilem nimis peregrinitatem inducunt. Solebant verba illa Graeci vocare γλῶσσας, cujusmodi fuere Diodori Ἰταλικαί, Hermonis Κρητικαί, et Philemonis Ἀττικαὶ γλῶσσαι, quarum Athenaeus meminit. Vocabant et γλωσσήματα voces minus usitatas. In verbis quoque duo ἁμαρτημάτων genera agnoscit, scil. τὴν ἀκυρίαν et παραφθοράν. His ut frequentius peccatur, ita plus inde orationi peregrinitatis est, quam e verbis simplicibus peregrinis. Inter advenas illos e provinciis primae fortassis Hispanis debentur, quorum contagione primum ille Romanus nitor infringi videbatur. Nam etsi e vicinia, Latio scil. propior peregrinitatis metus, major tamen e remotioribus locis erat. Primum ergo de Hispanismi in lingua Latina peregrinitate agemus, cui illam, quae a reliquis gentibus est, subjungemus, ultimo loco de ipsius Latii et domesticis, ut ita dicam, peregrinitatibus dicturi. Quod ergo ad Hispanicam gentem attinet, dubitandum primum videbatur, utrum ab illis peregrinitas Romanae linguae illata sit, an vero ex ipsa illa veteri Hispanorum lingua, antiqua illa Romana primum creverit. Ad Romanam civitatem constituendam (teste Dionysio Halicarnassaeo l. 1. extrem.) *confluxerunt praeter Opicos, Marsos, Samnites, Hetruscos, Brutios, Umbros, Ligures, Hispanorum Gallorumque multa millia, aliaeque gentes innumerae vel ex Italia, vel ex aliis locis, lingua et moribus dissonae.* Unde verosimile videtur, e gentium illarum interque illas Hispanorum lingua coaluisse illam priscam Romanorum linguam. Ac fuerunt e gente Hispana Historici, qui Romam ab Hispanis fundatam volunt, quod tamen pro dubio et incerto habet Johannes Mariana: impugnat vero Bernard. Aldret. lib. 2. del origin. de la lenga Castellana cap. 16. Nam e verbis Dionysii Halicarnassaei patet, illos non sub ipsa initia urbis Romae, sed multo post accessisse, quod praecipuo ille urget. Poterat vero etiam tum novam Romana lingua ab illis faciem sibi sumere, populo, ut apparet, jam ab antiquissimis temporibus docto et literato. Nam ita de Turdetanis, Hispaniae populo, memorat Strabo 3. Geogr. [pag. 139.] *Hi inter Hispaniae populos sapientia putantur excellere, et literarum studiis utuntur, et memorandae vetustatis volumina habent: poëmata, leges quoque versibus conscriptas, a sex annorum millibus, ut ajunt. Caeteri etiam Hispani usum habent literarum, etc.* Quibus, etsi annorum numerus fabulosus est, antiquitatis tamen multum subesse videtur. Verum, ut illa omnia ita se habeant, nullum tamen pro lingua ex Hispania oriunda confici argumentum potest. Etsi enim bona Hispanicae linguae pars in Romanam concessit, ut de Armorica alibi a nobis dictum est, eam tamen post tot secula mutationem Romana lingua subiit, ut, abolitis pristini Hispanismi vestigiis, novo habitu compareret. Dubium itaque nullum est, quin a recentiorum temporum Hispanis, quorum et ipsa successu seculorum lingua mutata, aliqua Romano sermoni inferri peregrinitas potuerit, postquam illi in civitatem Romanam assumpti, ut apud Hispanos vernacula illa ad genium Romanae linguae successu temporis composita, etsi primis temporibus Latina lingua per Romanos illic propagata. Magnam enim in illo curam posuerunt Romani, ut provincialibus purissimam illam Latinam

aderent, constitutis il- professoribus: ut fue- cipales illae scholae ntionem et Lugdunum, ud Augustodunum in ui praefuit Eumenius lmo ipsi illi provin- Romani viderentur, nam linguam affecta- tandem corrupta illa quae hodieque apud est, nata, cujus apud listoriam singulari li- rdus Aldrete descri- anos sane tenaciores prae caeteris provin- isse, Barthius, mirus n amator, existimat. rs. lib. 10. cap. 19. alium fuisse vulgarem endi modum apud Ro- am illum, quo libros . probat illud ex Idio- narum ex Latina de- n, praecipue Hispa- s pleraque vocabula r Latina sint, alior- trahantur, quam in offendimus, quae e loquendi petita refe- es non librarios aut sed confabulantes et es Latinos. Addit non- ola, quibus id con- oncludit tandem, Bar- atinitati mixtos lon- ores esse in populari ermone, quam ii sint, e in posterioris aevi reperiuntur: usus e- t, moderabatur lin- anu velut in manum tradens. Idem lib. *Romanae linguae ti- vendicant hodieque et certo puto, nulli illi propiorem esse, magis integra serva- Itaque magna nos e cepit Castilianis- nus.* Pronunciatio- e Latinam illis suis etinuisse ostendit Ad- 41. cap. 17. ex litera *F*, quae antiquis Latinis pro *H* accepta est: unde lingua Hispanica plurima, Latinis per *F.* pronunciata, per *H* nunc quoque exprimat, mordicus retinens, quod a Latina pronunciatione acceperat. Causam vero ejus rei duplicem esse opinatur, primam, quod, Latinismo adhuc vigente, Hispaniae exteris gentibus occupatae sint: jam vero lapso et ipso senio suo fatiscente. in Italiam et Galliam alienae linguae venerint: alteram, quod Afri scriptores et posterioris aevi Hispani magis proprie locuti sunt et scripserunt, quam caeterae omnes nationes. Ita enim Adv. lib. 7. cap. 9. magna fiducia pronunciat. Accedit in hujus rei fidem Strabonis testimonium, qui lib. 3. [pag. 151.] de Turditanis ait, quod plane Romanos mores assumpserint, ne sermonis quidem vernaculi memores, ac plerique facti sint Latini, et colonos acceperint Romanos, parumque abfuerit, quin omnino Romani sint facti. Quibus addi illa possunt, quae Alphonsus Garsias Matamorus in Apologetica narratione, de Academiis literatisque Viris Hispaniae, in gentis suae favorem affert. Quae si vera sunt, inclementer nonnulli cum Hispanis agunt, qui primos illos Latinitatis corruptae reos faciunt.

Novi equidem, quorsum tendat hac sua sententia Barthius. Putat enim in Afris et Hispanis scriptoribus multas superesse Latinae linguae voces vel phrases, quas apud caeteros autores frustra quaesiveris, sed quae tamen Latinae fuerunt, et in Latio usitatae. Quam sententiam ut ego non damnem, magnum tamen in se onus suscepturum existimo, qui illam Hispanorum praerogativam in verborum propria acceptione probare idoneis argumentis velit. Fuerint voces

et phrases Latinae, quibus illi usi fuerint; non corruperint etiam propriam significationem: fuere tamen in illis multa, quae sua nollet Romanus scriptor, et inter plebeja et sordida, ac e consuetudine abhorrentia rejecisset. Quisquilias potius sermonis, et quae inter rejicula numerarunt Romani scriptores, collegerunt. Nullum enim ab illis delectum adhibitum, qui tamen in Romano sermone necessarius erat, multitudo vocum horridarum, utut Latinarum et apud plebem receptarum, satis arguit. Quare rectius mea quidem sententia hic judicat Erasmus praefatione in Hilarium, quae est inter ejus epistolas lib. 2. octava, cum ait: *Vix ullos provinciales feliciter reddidisse Romani sermonis simplicitatem, praeter aliquos, qui Romae a pueris sint educati. Nam et Tertulliano et Apulejo,* inquit, *suus quidam est character, et in decretis Afrorum, quae multa refert Augustinus contra Petilianum et Cresconium, deprehendas anxiam affectationem eloquentiae, sed sic, ut Afros agnoscas. Subobscurus ac submolestus nonnunquam est Augustinus, nec omnino nil Africum habet Cyprianus, caeteris licet candidior. Nec mirum, si Gallus refert Gallicum quiddam, si Poenus Punicum, cum in Livio nonnullos offendat Patavinitas. Fere fit autem, ut major sit affectatio in his, qui linguae cujuspiam municipes sunt, quam qui cives, qui advenae, quam qui indigenae.*

Quandoquidem ergo e provincialibus primum peregrinitas Latinae linguae illata, versari inter viros doctos illa disputatio solet: Utrum Hispani, an Galli primi peregrinitatem intulerint? Franciscus Vavassor libro de Epigrammate cap. 6. quo de origine acuminis in epigrammate agit, producit Petrum Pithoeum et Andream Schottum, illum Gallum, hunc Hispanum, utrumque pro gloria gentis suae certantem, in eloquentiae apud Romanos disciplina. Ille enim praefatione in declamationes Quintiliani populares suos: hic prooemmio in Senecae declamationes Hispanos suos Romanis ad eam dicendi vim, quae tum in urbe vigebat, autores fuisse contendit. Ridet utrumque Vavassor de praerogativa corruptae eloquentiae disputantes. Omne enim illud declamatorium studium, quod tum frequentabatur, ut frivolum et inane, et Romanae eloquentiae judicio parum conveniens damnat ille, vel ipsius Ciceronis testimonio, qui in Bruto, Oratores acutissimos et indoctos et inurbanos et rusticos nominat, unde longe ab nitore Romanae eloquentiae hos argutulos absuisse colligitur. *Quaeris, quid malim?* inquit Vavassor, *Neque hoc, neque illud: et prope est, alios ut malim potiores meo judicio, vereque Romanos, qui ab utrisque nil didicerint; ut Livium et Suetonium in Historicis, Virgilium et Horatium, inter Poëtas, quibus nihil est ejusmodi aut parum argutiarum.* Sollicite itaque cavet Vavassor, ne in populares suos invidia haec derivetur, praeprimis in illa, quae inter Orationes ejus tertia est, pro vetere dicendi genere contra novum, et ut omnem in Hispanos devolvat. Nam mores nationis Gallicae suavissimi longe ab hac magniloquentia illi abesse videntur. *Unde nobis bellum,* inquit, *inde hoc oris et linguae vitium erupit, ex hostili videlicet solo. Iberia primis illis temporibus, ut fere mores sequitur dictio, lentam hanc verborum ac ventosam pompam et peregrinam insolentiam in urbem*

hem, velut adulterinas et pestilentes merces, induxit. Imo et Gallis suis, qui Hispaniam vicinitate contingunt, vel hodie idem afflari vitium indignatur, qui multum hujus adventitii fastus ac tumoris cum in agendo, tum in Latine loquendo vel maxime retinent, quod caeterarum Galliae partium congressu atque consuetudine emendari non possit. Quare amaris etiam facetiis illis illudit, cum multo periculosiorem hanc esse orationis strumam aït, quam corporis, cui cum Galli verbis atque tactu medeantur; hi tamen orationis strumam contrahant, nulla medicinae scientia sanabilem. Quae etsi licentius in gentem aemulam, imo tum temporis hostilem, a Viro quidem docto, sed gentis et patriae suae studioso dicta videntur, etsi forte et Gallos hac nota non omnino immunes fuisse credibile est; nam et olim *cothurnus* ille *Gallicanus* in proverbium abiit; non defuerunt tamen et alii, etiam inter antiquos, qui de corrupto per provinciales sermone querebantur. Ipse Tullius Latinitatem genuinam suo tempore vitiatam dolet: Ita enim in Bruto: (cap. 74.) *Omnes vero, qui nec extra urbem hanc vixerant, nec quos aliqua domestica barbaries infuscaverat, recte loquebantur; sed hanc certe rem deteriorem vetustas fecit et Romae, et in Graecia. Confluxerunt enim et Athenas et in hanc urbem multi inquinate loquentes, ex diversis locis.* Idem lib. 9. ad fam. Ep. 15. *In urbem nostram est infusa peregrinitas nunc vero etiam braccatis et transalpinis nationibus, ut nullum veteris leporis vestigium appareat.* Eodem etiam tempore rectum et levem sonum oris, quae laus erat Romani generis urbisque propria, perverti coepisse notat Vavassor de ludicra dictione pag. 350. Imo eo processerat peregrinitatis ille morbus, ut statim post Ciceronis tempora, ejus scripta nonnulli ut minus nitida fastidirent. Notat Muretus ad locum Senecae Epist. 59. ubi in Fabiano Seneca laudat orationem, ad nostrum fastidium nitidam, plerosque tum nonnulla Ciceronis, ut parum nitida et expolita, fastidio habuisse, idque e Dialogo de oratoribus, et e variis Senecae locis perspici posse. Senec. in Prolog. 1. Declam. *Quicquid habet Romana facundia, quod insolenti Graeciae aut opponat, aut praeferat, circa Ciceronem efflorui: omnia ingenia, quae lucem nostris studiis attulerunt, tunc nata sunt, in deterius quotidie data res est, ut ad summum perduct a rursus ad infimum velocius, quam ascenderat, relabatur.* Adeo verum est, quod Vavassor in Oratione pro veteri Eloquentia observat, quicquid optimum in quacumque arte inventum, vel factum, id singulari fato in exiguum temporis curriculum compingi, quasi tot seculorum collecti sapientiae et ingenii fructus in modicum quasi hominis aetatem maturuisse videantur. Imo periisse tum pene Latinitatis ornamenta videbantur, nisi exteri homines, et illi ipsi Hispani, quos peregrinitatis insimulamus, ea conservassent, ut condonandum illis merito sit, si quid ab illis Latinitati vernaculi gustus illatum sit. Frequentes sunt de perdita veteris linguae gloria, imo ipsis vocibus, Varronis lib. 8. de L. L. Quintiliani lib. 8. cap. 3. Gellii et aliorum querelae. Seneca Hispanus illa Latinitatis pereuntis cimelia quasi raptim collegit. Imagines eloquentiae penes Quintilianum remanserunt, in quo tamen et Philelphus Hispanitatem sibi invenisse visus est. Sed injurius

profecto in Quintilianum non solum, sed in omnem Eloquentiam est, qui ita judicat. Ille enim Ciceronis non solum gloriam, sed et omnem orationis facultatem quasi e cineribus resuscitavit, totique se Italiae Magistrum praebuit: imo si Campanum audimus, in Censuris super varios autores, vel ejus dictio proximo post Ciceronem gradu poni meretur, cujus ego sententiam non omnino damno: propius certe a Cicerone abesse profiteor, si priores Augustaei aevi Scriptores exceperis. Popularibus suis sine controversia in Latinitate praeferri debet, neque plus illi Hispanitas, quam Livio Patavinitas, ad bonae dictionis laudem obest, etsi Livio tamen minor habendus est. Magnificum est Vallae de eo judicium lib. 1. antidoti in Poggium: *Neminem posse neque Quintilianum intelligere, nisi Ciceronem optime teneat, neque Ciceronem probe sequi, nisi Quintiliano pareat, neque unquam fuisse quenquam eloquentem post Quintilianum, nec esse posse, nisi qui se totum arti ejus formandum, imitationique crediderit.* Etsi sunt, qui hoc elogium ipsi ex aemulatione adversus Trapezuntium natum existimant, qui perpetuus Quintiliani cavillator fuit, vide et Pogg. Invectiva in Vallam 1. fol. 71. lit. a. Sed tamen in illo, utut imitatore Ciceronis diligentissimo, diversitatem, quae ab aetate est, notavit Budaeus Comm. Graecae linguae pag. 1013. Edit. Paris. et Erasmus in libro de ratione verae Theologiae judicat, frequenter in Quintiliani sermone haesurum, qui praeter Ciceronem nihil legerit. In censendis tamen Autoribus, praecipue Poëtis, minime satisfacit Barthio, ut qui Lucretium ad phrasin et corpus eloquentiae non commendet, cum sit Poëta Latinissimus, Sallustium majoris historiae Autorem faciat, quam Livium, nusquam etiam corruptior sit, quam ubi bonos Autores sub censuram vocat, de quibus videatur Barthius Adversar. lib. 43. cap. 2. lib. 48. c. 19.

De Poëtis Hispanis alioquin notum est Ciceronis judicium, qui ajebat, Cordubenses Poëtas pingue quid sonare et peregrinum, in quorum censum ipse Seneca refert popularem suum Sextilium Henam, Poëtam ingeniosum magis, quam eruditum, qui Ciceronis mortem versibus celebrarit. Quid de Lucano judicent nonnulli, et ipse Quintilianus, notius est, quam ut hic recenseri debeat. De Senecae tamen Tragoediis clementius judicandum existimo, quam fecit Lipsius, non immerito eam ob causam a Josepho Scaligero notatus. Martialem Bilbilitanum quam inique tractarunt nonnulli! Hunc vilem e trivio scurram prae Catullo vocat Muretus. Ejus Epigrammata asinis placere Lilius Gyraldus, Raphaël Volaterranus neque elegantiae Latinae, neque moribus prodesse ajebat. Eorum exempla, quot nancisci poterat, quotannis cum exsecratione Vulcano dicabat Andreas Naugerius: peregrinitatis enim maculam suavitati Romanae intulisse existimabant omnes, quibus omnibus longe sincerius Josephi Scaligeri judicium opponi debet, ut et Fr. Vavassoris in libro de ludicra dictione pag. 231. qui ita litem hanc decidit, ut vincere Catullum, et a Martiale vinci judicet. Ille puro ac simplici candore, figuris quoque elegantibus superat Martialem, atque adeo toto corpore epigrammatis; Martialis vero clausula Epigrammatis et acumine, quod proprium tunc Latinorum et peculiare fieri coepit, Catullum vincit. Praeterea et

Hendecasyllabi et Scazontes, et Iambi Catulliani multo sunt venustiores, quam Martialis; ut Elegiaci Catulliani duriusculi et scabri. Neque contemnendus sane est in universum ille acuminum loco, et tempore apto, ac modo debito usus. Est enim et illa styli virtus, ac Hispanis quasi gentilis et propria.

Opera itaque potius danda, ut hanc virtutem externam etiam Romana civitate donemus, atque ita misceamus sermoni Latino, ut illa minime peregrina, sed nativa, videatur. Hinc gratiae sunt potius Hispanis agendae, qui ea parte Romanum sermonem ornarunt, quam illi ob corruptum sermonem convitiis proscindendi. Si quid enim peccarunt orationem contaminando, alia quadam eloquentiae dote compensarunt. Nisi forte cum Joviano Pontano sentiendum sit, qui Hispanicis illiis argutiis, praesertim plebejis, aliquid amari ac subacidi subesse judicat. Ita enim ille lib. 3. de Sermone c. 18. de Martiale: *Valerius Martialis, artificiosissimus Epigrammatum Scriptor, ita in iis quidem jocatus est, ut frequentius carpat, quam delectet, tametsi e demorsione ipsa delectatio quoque paritur. Adhaec dictis ejus partim occultissima quaedam insunt spicula, partim verba, quae non solum a faceto sunt aliena, verum aut obscoena ipsa admodum scurrilaque, aut maxime ampullosa et acida, QUOD QUIDEM HISPANICUM EST. Nam etsi Hispani cumprimis sint facetiarum studiosi; tamen, si populares respexeris, an plebejos, gentis ejus homines, inventes eorum jocos non tam propendere in lusum ac delicias, quam in submorsiones, magisque spectare in invectivas et subsannationes, quum in risum voluptatemque e jucunditate conceptam, quae in facetis viris tenerrima quidem est. Sunt tamen dicta ejus in universum arguta, subtiliterque conquisita, abstrusae sententiae, eaedemque rarae, salsae, aculeatae, intentio vero maxime acuta, verba autem praecipue accommodata, quaeque non prima tantum facie, atque in explicatu lectorem alliciant, atque auditorem, verum quae in ejus animo relinquunt tacitam quandam quasi subtitillationem. Nihilo tamen minus in iis non pauca quidem animadvertas, quae digna prorsus sunt facetis ac temperatis civibus, retineantque decorum.* Quantum itaque e verbis Pontani licet colligere, Hispanicae genti illos ingenuos jocos et lepores abjudicat, etsi in Martiale illos non negat, ita tamen ut nonnunquam quaedam inspergat, quae gentis suae genium sapiunt. Et hac forte forma distincti fuere a Romanis adeo celebratis salibus Hispanicae illae facetiae, de quibus Cicero in Bruto [cap. 30.] loquens Crassum commendat, quod fuerit in illo cum gravitate junctus facetiarum et urbanitatis Oratorius, non scurrilis, lepos, qui et lib. 9. epist. 15. braccatis et transalpinis nationibus veteres lepores corruptos queritur. Quod ipsum etiam Martiali suboluisse nonnemo judicet, qui, Hispaniae Patriae oblitus, ac vetus Romulidarum hospes, municipales Poëtas et municipalia ingenia ubique exagitat, notatus eam ob causam a Balzaco illa, quam ad Petrum Costardum scripsit, epistola, quae inter selectas ejus habetur. Verum non imputari usque adeo toti genti potest, quod plebis est vitium, non apud Hispanos solum, sed et apud Romanos; qui enim agrestis ingenii sunt, agrestes jocos amant.

Imo vero ex ingenio plebis de caeteris institui judicium potest, quod in illa agreste et sylvestre natura produxit, feliciori cultura ab iis emendari, qui sunt optimis disciplinis instituti, ideoque argutiam genti illi nativam esse, et peculiarem aliquam dotem, quae ab educatione, disciplina perfici, temperarique possit.

Hispanis Afros subjungimus, ob peregrinitatem Latinae linguae illatam male passim audientes. Quoniam enim ex Africa semper aliquid monstri, ut proverbio vulgato dicitur, mirum videri possit, si nec Latinitati aliqua inde monstra subrepserint. Hispanis sane ingenio quodammodo similes Afri. Sed tamen et Siren illa, victa quam dedit Africa, felicissimum Romani sermonis cultum ostendit, in quo ne oculatissimus quidem Africitatis aliquid invenerit. Verum produxerunt posteriora tempora non paucos, qui et monstrosis verbis, et insolito aliquo, et inepto dicendi genere puriorem linguam infamarunt: e quibus vel unum nominasse Apulejum suffecerit. Sed temperarunt sibi in iis quodammodo Christiani scriptores, Patres, Poëtae. Nam haec Genti illi gloria debetur, quod nusquam felicior proventus scriptorum fuerit, qui pro Christiana religione decertarint, omnique scriptorum genere illam excoluerint. Minus sane illis sordium in dictione, quam caeteris, adhaeret. Sed reperies tamen in illis, quod gentem hanc sapiat. De quibusdam Ludovicus Vives lib. 3. de tradendis disciplinis: *Tertullianus perturbatissime loquitur, ut Afer. Cyprianus et Arnobius ejusdem gentis clarius, sed et ipsi nonnunquum Afre. Augustinus multum habet Africitatis in contextu dictionis, non perinde in verbis, praesertim in lib. de Civitate DEI.* Quod de Augustino judicium Ludovico Vivi sublegit ineptus ille veterum Autorum Censor, Verdierius, in censione sua pag. 149. sed flosculis parum Latinis furtum suum ornans, cum ait: *Augustinus quoad contextum orationis multum Africitatis habet, non perinde in dictionibus.* Verborum, non dictionum, ut ajebat Verdierius, delectum majorem instituit Augustinus, quam caeteri, qui et in verbis, et in tota dictione, id est, in charactere, stylo, et toto orationis contextu (id enim significat vox *dictio*) hanc peregrinitatem sequebantur. Scio equidem, esse suos Afris scriptoribus, etiam inter viros doctissimos, defensores. Diserte enim Barthius lib. 41. Advers. cap. 10. Afros maxime proprietatis studiosos vocat, et Fruterius Verosim. 17. Apulejum vocat doctissimum hominem et Latinae linguae exactissimum censorem, Casaubonus in Apologia Apuleji, cum explicat ejus vocem *invidere* pro non videre, ait: *Si quis propter hujusmodi voces fastidiendam putet hujus eruditissimi Scriptoris orationem, eum, quid sit Latine scire, prorsus ignorare.* Lipsius quoque 2. epist. quaest. 22. et lib. 2. Elect. c. 22. stylum ejus adversus istos de Arpinati schola investes pueros (quo dicterio Ciceronis cultores inepte exagitat) afferere non veretur. Etiam Barthius lib. 55. Advers. cap. 2. *proprietatis Latinae scriptorem optimum*, et lib. 24. Advers. cap. 1. *scriptorem verborum et styli eruditissimum*, ac alibi *proprietatis amantissimum veteres vereque Latinos secutum nominat.* Doctissimus quoque Daumius lib. de caus. amiss. radic. cap. 27. verborum farraginem adducit, e. gr. *oculare*, *tunicare*, *galeare*, *titubatus*, *vacuare*, *acer-*

, Plur. Neutr. *alvus* cul. *clienta* pro cliens, pro cupide, *curatura repens* pro repente, *orditum* ab ordior, *orare*, *incerare*, quae liique in Tertulliano, terisque Afris scriprehendunt: cum tacenuinos etiam aureae ptores reperiantur. on nego: fieri enim atina verba aliis auscriptoribus vel parlane non usurpata, o magnam superesse itror, ad hos Afros ; non puto tamen s factum, quod verora nimis frequenquasi in perpetuos erint, quae purioris utores, vel ut sorbejas, vel ut exiles oras rejecerunt, vel ftia usurparunt. Unqui Afros scriptores is inlustrarunt, vorum adjicere glossa duxerunt. Quarum demum rectius noita conglobatae appidum itaque comctissimi Mariangeli t, qui in Dialogo c Volsce conscripto, Apulejanis vocibus monem contextis, ita *Ego pol id sponienterque praeclariem, si L. Appuleji tine lineamentatiotiusque veriverbium ac non nepa lyra Illam, inquam, tiam facundiosam; n melos, quo ipsum gnomento aureum, aurofastigavit. Est a ejus altiloquentia, jus noe non vatratem polylogum, blalingulacam immo am eloquentiam, pro nostris dixe credam.* Vide in Apulejum et Apulejanos declamantem Andream Schottum Tullian. quaest. lib. 1. cap. 21. ubi Apuleji imitatores pueris comparat, qui in pratis locustas potius salientes sectentur, quam flores obvios carpant. Est vero verborum delectus, talium scil. quae suavia sunt, numerosa, civilis usus, evidentia, quibus Ciceronem aliisque uti videmus, origo eloquentiae, in quibus ita laborarunt veteres illi aureae aetatis scriptores, ut obsoleta, sordida, plebeja, exilia, inusitata tanquam scopulos sibi fugiendos existimarint, quae male sedula quorundam industria in orationem Latinam reducere conata est. Quare Picus Mirandula apud Crinit. lib. 8. de honest. disc. cap. 3. ut Hispanos sua natura ad peregrinum inclinare judicat, quibus Plinium et Suetonium, non recte tamen, ut puto, addit, quod sint in scribendo similes, figurisque et Graecis vocibus cupidius ac insolentius utantur, ita Punicos et Carthaginenses duros, audaces et improbos in scribendo vocat. Ne Nemesianus quidem Eclogarum scriptor, etsi puri sermonis amans videri velit, et Africanam illam indolem superarit, judice Rapino, a transmarina peregrinitate immunis est. Ad Apulejum quod attinet, demiror Criticorum nostrorum indulgentiam, qui plus illi, quam ipse sibi, tribuunt. Ac solet sane Criticorum argutatiunculis, qui ipsas etiam verborum sordes non aversantur, non usque adeo cum limato Oratorum judicio convenire. Ipse de se primo Metamorphos. libro: *In Urbe Latia advena studiorum Quiritium indigenum sermonem aerumnabili labore, nullo magistro praeeunte aggressus, excolui. En ecce praefamur veniam, si quid exotici ac forensis sermonis ru-*

dis locutor offendero. E quibus ipsis verbis nescio, quam inconcinne junctis et male inter se aptis, illa ingrata Romanis auribus peregrinitas satis elucet; ut, quibus ista sapiunt, parum in emendata loquendi ratione sapere existimandi sint. Certe qui Ciceroniana cum Apulejanis contenderit, quod in Musicis inter *νήτην* et *ὑπάτην* differre videmus, discrepare deprehendet. Qui ex utroque sermonem miscere se posse crediderit, is eadem opera humano capiti cervicem equinam recte junxerit.

CAP. X.

Gallicismus in lingua Latina. Cicero ipse Gallicismi reus habitus. Allobrox a Rufo dictus. Galli eloquentiae laude olim celebres. L. Plotius ante Ciceronis tempora eloquentiam Romae docuit. Cresollius notatus. Roscius Gallus. Posteriores Galli affectatione peccarunt. De Ausonio Gyraldi judicium. Galli argutiarum affectatores. Grandiloquentia illis singularis. Hieronymi de Hilario judicium. Cothurnus Gallicanus. Erasmus de Gallicismis scriptorum sacrorum. Ejusdem de Budaei stylo judicium. Picus Mirandula de Gallicis scriptoribus quid judicet. Eloquentiae scholae recentiores in Gallia, sed corrupto jam sermone Latino. Anglorum veterum et recentiorum in nitore Latinae linguae negligentia et affectatio. Hodiernorum Gallorum purissima Latinitas laudatur. Italorum fastidium erga Transalpinos. Poëtevinitas Gallorum inepte ab Italis Criticis tarata, ut et Lombardismi in Bentivoglii scriptis.

Subjungimus Hispanis et Afris Gallos ejusdem criminis reos. Nam et ab illis in Latinum sermonem peregrinitas illata est, etsi Hispanos culpae huic magis affines, quam populares suos, Vavassor judicet. Mihi quidem illi nullo vel exiguo discrimine habentur. Nam quod Hispani tumore peccant, hi ventosa quadam loquacitate peccarunt. Nisi hoc illi in laude sua reputent, quod ipse eloquentiae parens Cicero cujusdam quasi Gallicismi reus habitus fuerit, ut quem apud Juvenalem lib. 3. sat. 7. [vers. 214.] Ruffus, Rhetor superbus et ineptus, ejus, ut ex Plinio discimus, aemulus, Allobroga dixit, quod more Allobrogum crasse et fuse loqueretur: nisi forte, ut nonnulli volunt, ideo Allobroga dixit, quod cum Allobrogibus potius, quam cum Romanis, senserit. Si ad vitium orationis respexit, tantum abesset, ut peregrinitatis rei habendi Galli, ut potius in Ciceronianae eloquentiae virtutes arctius admissi fuerint.

Ac fuerunt sane Galli jam antiquissimis temporibus ut omnis sapientiae, ita et eloquentiae laude celebres. Testantur id commercia cum Graecis, unde et *ἀνθρωποι φιλέλληνες* dicti, et Massiliense literarum emporium, in quo tyrocinia sua Romani juvenes posuere, atque Athenis ipsis teste Strabone lib. 3. pag. 125. anteposuere, ac scholae Heduenses, ubi *nobilissimam Galliarum sobolem liberalibus studiis operatam* ait Tacitus [3. Ann. 43.] tum et Ara illa Lugdunensis, virorum illustrium disputationibus celebrata. Ne quid de priscis Druïdum scholis dicam. Testis est Tacitus, duabus rebus fiduisse veteres Gallos, rei bellicae et eloquentiae, et Pomponius Mela lib. 3. cap. 2. e Sosipatro de iis: *Pleraque Gallia*, inquit, *duas res industriosissime persequitur, rem militarem et argute loqui.* In

rei militaris peritia decantanda multus est Gabriel Naudaeus Syntagm. de studio militari lib. 1. num. 7. Eloquentiae affectatio quasi nativa illis semper fuit, atque a plurimis magnopere laudata. Juvenalis testimonio [Sat. 15, 3.]

Gallia causidicos docuit facunda Britannos.

Eam *fertilem Oratorum* D. Hieronymus nominat, ac alibi *ubertatem Gallici nitoremque sermonis* laudat. Idem, ad Hebidiam matronam Gallicam scribens, duos ex ejus familia viros laudat, Paterium, qui artem dicendi Romae docuerat, et Delphidium, summum quoque Oratorem et Poëtam. Etiam Symmachus lib. 8. Ep. 68. cum Romae non deessent Oratores, quos audiret, tamen ipse *Gallicanae facundiae haustus* requisivit. Quid? quod ante Ciceronis tempora, cum ipsi Romani vel nulli vel rari essent, eloquentiae ludos Galli doctores instituerunt, ut de L. Plotio Cicero ad M. Titinnium refert, quod fragmentum in libro de claris Rhetoribus [cap. 2.] Suetonius consignavit: *Equidem*, inquit Tullius, *memoria teneo, pueris nobis, primum Latine docere coepisse L. Plotium quendam: ad quem cum fieret concursus, quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. Continebar autem doctissimorum hominum autoritate: qui existimabant, Graecis exercitationibus ali melius ingenia posse.* Quo e loco patet, non displicuisse Ciceroni Galli hujus hominis eloquentiam, etsi illum tamen M. Caelius, ut ordearium Rhetorem, ut inflatum, levem ac sordidum, eodem Suetonio teste, deridet. Ad hunc locum procul dubio errore quodam ductus respexit Cresollius Vacationum autumn. lib. 1. cap. 4. cum ait: *Ciceronem homine Gallo ad oratoriam duce et magistro, eoque perfecto orandi artifice, gloriari:* neque enim memini, quo loco ille de Gallo eloquentiae magistro glorietur. In muta eloquentia parem, si non superiorem, Cicero Roscium, eundum Gallum, habuit, per quem novo quasi spiritu eloquentia et Comoedia animari coeperunt, ut Graecos etiam illa parte vinceret. De Julio Secundo, qui Quintiliani aequalis ac ab ipso familiariter amatus fuit, atque Julio Floro ejus patruo, utroque Gallo, nota sunt, quae Quintilianus l. 3. c. 3. commemorat, quorum illum mirae facundiae virum, sed infinitae curae; hunc in Eloquentia Galliarum principem atque inter paucos disertum nominat. Strabo [lib. 4. p. 186.] jam inde ab Augusti aevo Gallos negat dicendos amplius esse barbaros *μετακειμένους τὸ πλέον ἐς τὸν τῶν Ῥωμαίων τύπον καὶ τῇ γλώττῃ καὶ τοῖς βίοις, τινάς δε καὶ τῇ πολιτείᾳ, mutatos in Romanorum morem lingua et vita, quibusdam et civili gubernatione.* Ausonius quoque ita Mosellam, Galliae Belgicae fluvium, compellat [vers. 383.]

Aemula te Latiae decorat facundia linguae.

Non itaque omnino sunt eloquentiae gloria fraudandi Galli, in qua prae caeteris excelluerunt, qui aetati aureae propiores, et ab ipsa juventute in urbe Roma educati crebrisque exercitiis firmati fuere. Nam in caeteris, qui primos illos sequuntur, facile est nativum gentis vitium atque illam linguae Latinae notare peregrinitatem. De Ausonio certe, qui et ipse Gallus fuit, Gyraldus in v. Dialogo suo, severius judicium tulit. Ita enim de ejus gratiarum actione scribit: *In ea crebrae quidem*

sententiae, sed eloquentia quidem Gallicana, nec ea, in qua Julius Florus, ut scribit Fabius, princeps fuit: sed longe posterior, hoc est, ut nunc nostri Ciceroniani dicunt, corruptior. Haec de illo Gyraldus, cujus hac quidem in parte sententiam non contemnendam arbitror; licet optime sciam, Scaligerum ita de Gyraldo judicare, ut neminem ineptius de Poëtis judicasse dicat, quam qui de illis scripserit. Ipse quoque Cicero in Gallis, quid sibi displiceat, invenit. Nam cum in libro de claris Oratoribus [cap. 46.] Brutus interrogaret: *Qui est iste tandem Urbanitatis color? Nescio,* respondet, *tantum esse quendam scio. Id tu, Brute, jam intelliges, cum in Galliam veneris, audies tu quidem etiam verba quaedam non trita Romae: sed haec mutari dedisciqne possunt.*

Corruperunt scilicet et illi eadem affectatione Romani sermonis simplicitatem, qua Hispani. Nam et illi acutum quoddam dicendi genus sectati, ut acris animi atque concitati sunt, sed modo tamen ab Hispanis diverso: nam et majori verborum copia illam suam argutiam involvunt, neque ita in abstrusa, et recondita, quemadmodum illi, feruntur. Themistius jam diu Galatas, e Gallia oriundos, orat 4. [pag. 299. Ed. Hard.] vocat ὀξεῖς καὶ ἀγχίνους *acutos et solertes.* Diodorus Siculus lib. 5. [pag. 213.] Gallos vocat ταῖς τε διανοίαις ὀξεῖς καὶ πρὸς μάθησιν οὐκ ἀφυεῖς, *ingenio acutos, minime a natura ineptos ad disciplinas.* Notavit et ipse Hieronymus Epist. 4. 13. *Cothurnum Gallicanum.* Hinc Barthius Advers. lib. 33. cap. 17. haec de Gallis: *Aevo a legitimo Latinitatis flore jam lapso flumen ingenuae et a natura velut manantis eloquentiae spernebatur, et in ejus locum succedebat studium immane concise et argute loquendi, quo omnis et eruditio et eloquentia absolvi videbatur. Id quod in Gallicanorum aut ab iis oriundorum Episcoporum ingeniis ab alta majorum aetate haesit.*

Erat tamen in Gallico illo dicendi genere argutiae juncta singularis quaedam grandiloquentia, non loco adhibita, ac obscura saepe et inepta. Quod in Hilario notat Hieronymus, quem Gallicano attolli cothurno ait, cum alioqui Graecorum flosculis ornatus incedat, frustraque legi ab imperitioribus, quod interdum longis periodis involvatur. Multa quoque eo de argumento differit Erasmus Epistola 8. lib. 28. cujus characterem sermonis ita describit, quod, etiamsi res per se dilucidas tractet, tamen sit et intellectu difficilis et depravatu facilis: *Frequenter,* ait ille, *adsurget ad floridam quandam ac theatricam sublimitatem, praesertim cum incidunt loca facile tractata, neque raro ad schemata usque tragica extollitur, prosopopoeias et apostrophas.* Subjungit porro Erasmus: *Haud scio, an haec grandiloquentia Gallorum ingeniis sit peculiaris. Habet hujusmodi quiddam et Sulpicius Severus, habet et Eucherius, hoc etiam elaboratior, sed cura feliciore.* Procedit inde ad sui seculi ingenia, et quidem ad Guilielmum Budaeum, in quo illum eloquentiae Gallicae colorem sibi deprehendere visus est. *Non degenerat,* inquit, *ab hac phrasi Guilielmus Budaeus, Vir inter hujus aevi scriptores celeberrimus: adeo sublimis, ut tubam sonare credas, non hominem: adeo feliciter elaboratus, ut eruditum lectorem nunquam saturet, trivialiter lite-*

cul submoveat. Porro obscuritas, tametsi de est, quod frequen-nem, diversis e mem-extam, vix tandem uitu absolvit; tamen officit orationis per-, quod in argumento btilitatibus involuto, iam affectavit argu-unquam et copiae. mi judicio de Budaeo Sturmium aliquo in re memini. Imo Andr. Duaeft. Tullian. lib. 1. t Apuleïzantem non otat, cum de Beroaldo *riosos illum in Asi-lejanum commenta-isse, ut flores inde ddaeus, quibus Juris illustraret.* Picus Mi-relatione Petri Cri-ft. discipl. lib. 8. cap. n, ut Cassiodori, Apol-ulgentii, Ennodii et mmentarios aspicien-robandos esse judica-etsi perpetuae apud toricae scholae fue-exuerunt tamen gen-itium, quo peregri-no sermoni afflaba-ius quidem Apollina-Epist. 3. testis est, in undique gentium con-ia literarum, *ubi ser-tici squamam depo-bilitas nunc oratoris c etiam Camoenali-imbuebatur.* Sed vel ijus Panegyristae ver-oquentiae elegantiam Ut satis quidem ap-ratiae aliquid datum ieronymo, cum in li-us Vigilantium haec *ola Gallia monstra t, sed viris semper abundavit.* Imo vero ri illud lib. 8. c. 12. ici Regis Gothorum ctum, non nisi pane-oribus tingitur, cum aït: *Romanorum eloquium non suis regionibus invenisti, et ibi te Tulliana lectio disertum reddidit, ubi quondam Gallica lingua resonuit: Ubi sunt, qui literas Latinas Romae, non etiam alibi, asserunt esse disertas.* Hujus vitiati sermonis Latini etiam Angli rei sunt, qui nescio quam grandiloquentiam, ut olim, ita nunc, saepe affectant, ut rari admodum sint, qui Romanam illam simplicitatem et nitorem sequantur. Certe superioribus temporibus vocibus inepte confictis omnia involverunt, et, ut Malmesburiensis in Vita S. Althelmi cap. 5. aït, pompatice dictare solebant, ac verbis abstrusis et e Graeco petitis uti. Nostro adeo tempore paucissimos reperias nitoris illius Romani studiosos: inter hos superiori seculo Aschamum tamen quis numeret: a Scotis certe in utraque oratione vincuntur.

Non immerito itaque, ut vidimus, exprobrari olim illa Romano sermoni a Gallis illata peregrinitas potuit. Nunc vero ita in cultissima gente mutata sunt omnia, ut nulla magis purum illum Romanae linguae nitorem in scriptis ostendat, quam Gallica. Ut enim illic hodie omnes artes, omnia studia florent: ita eloquentia Romana nova quasi παλιγγενεσία intra paucos annos reviviscere coepit. Testantur pulcherrima ingenii monumenta, quae magno numero, oratione tam soluta, quam ligata, eduntur. Nam de reliquarum artium speciminibus, quae innumera sunt, nunc nihil dicam. Nihil itaque causae est, quare Itala gens, Latinitatis superiore seculo ad superstitionem studiosa, Gallicas illas Veneres, omnibus Italicis magis urbanas et Romanas, fastidiat. Queritur de illo Italorum fastu et fastidio Balzacus in Epistola, quam ad

Petrum Coftardum scripsit, atque inter ejus selectas Latinas reperitur. *Quaenam illa est*, inquit, *Naugeriorum et Victoriorum iniquitas? quis ille morbus populi, ut sibi videtur, Romani, ad nostra quaeque etiam optima nauseantis?* Aegre itaque fert, Pictonis cujusdam Poëtae carmen, qui, ut ait, quamvis natus in Provincia Galliae, suo judicio, Aventino et Quirinali digna scribat, Poëtevinitatis accusari. Quam Poëtevinitatem, vel Poëtavinitatem sive Pictonismum, Gallis nonnullis objectum, salse idem festivissimus Autor ridet in libro Gallico, cui titulus: *Les Entretiens. Entretien V. chap.* 5. Ac alio sermone, *Entretien XI.* quo de Critice spuria agit, Italos exagitat, qui in Historia Cardinalis Bentivoglii, cujus ipse puritatem dictionis et praestantiam admirari satis nequeat, Lombardismos quaerant. Adeo saepe apud Criticos illud Comici verum est:

Nae faciunt homines intelligendo, ut nil intelligant.

Cap. XI.

A Municipalibus Romanae linguae peregrinitas. Urbanum et Oppidanum, Aulicum et urbanum dicendi genus. Oppidana dictio a Cicerone notata. Eadem Atticismi sors. Etiam indocti urbana dictione literatos superant. Sonus quoque in Urbana dictione singularis. Sonus alius verborum, alius oris. Graecae linguae major peregrinitas e Dialectorum usu. Italorum linguae antiquissimae. Romana e Graeca et Celtica coaluit. Romani sollicite suum sermonem a contagio municipalium custodierunt. Italicae linguae enumerantur. Etruscae sive Tuscae linguae origo. Romanae et Italicae linguae nulla vel exigua differentia. Oratores Latini recensentur. Quintiliani judicium laudatur.

Provincias exteras pervagati in Italiam et Latium revertimur, atque in vicinia peregrinitates Romanae linguae venamur. Nam vel e Latio puriori Romano sermoni labem aliquam illatam Cicero ipse in nonnullis locis conqueritur, qui in epistolis familiaribus quodam in loco [9, 15.] *facetias Latio oblitas* dicit. Ut enim oblini homines solent cum peregrinantur, ita lingua etiam e vicinis peregrinatis quid adsciscit. I. L. Vives lib. 2. de ratione dicendi, inter urbanam et rusticam Orationem, genus quoddam medium Oppidanum agnoscit, nec aliter haec duo inter se distare putat, Urbanum et Oppidanum, quam nunc urbanum et aulicum, quod modo sit absque deliciis et ineptiis. Non male sane: cum, quae in Aristocratico et populari regimine urbana dictio triumphabat, ex nostri seculi genio aulica dici possit, ad quem se conformat oppidana. Hoc itaque quasi municipale quoddam dicendi genus est. Ita Caepasios fratres eodem in libro [in Brut. cap. 69.] oppidanum quoddam et inconditum dicendi genus sectatos, exagitat Cicero, et Tineam Placentinum, hominem facetissimum, Romae diu commoratum, Q. Granius, praeco, cum quo dicacitate certaverat, obruit tamen sapore vernaculo, suavitate scilicet illa urbana, ut eodem in loco [cap. 46.] Cicero testatur. Erat vero haec Urbi et urbanis suavitas adeo insita et ingenita, ut vel eruditissimi Latini ab indoctis etiam Romanis vincerentur. Romani minus studebant artibus iis, quae literis constant, quam Latini illi, qui Latium colebant, eosque hac virtute superabant. Testis est idem Cicero lib. 3. de

ap. 11.] *Nostri minus teris, quam Latini: istis, quos nostis, ur. o est, quin literatis. ratorum omnium, Q. Soranum, lenitate e ipso oris pressu et e vincat.*

sane linguae Roma- Atticae, fata fuere, cero libro de claris [cap. 13.] *Ut semel loquentia evecta est, agravit insulas. at regrinata tota Asia eternis oblineret mo nemque illam salu- ticae dictionis, qua- m, perderet, ac lo- ediscere.* Ac Quin- cap. 10.] notat, post- ines Rhodum exilio eoque studia Athena- at, illa *saporem At- grino miscuisse, vel- aedam coelo terra- rant.* De Athenarum sermone ita Cicero atore [cap. 11.] scri- *s jam diu doctrina heniensium interiit, tamen in illa urbe adiorum, quibus va- peregrini fruuntur, mmodo nomine ur- ritate: tamen eru- homines Asiaticos iensis indoctus, non sono vocis, nec tam suaviter, loquendo abit.*

oc loco, praeter usum um, ac subtilitatem, icet verborum urba- nium, animis et au- lam, ad urbanam di- Cicerone requiri et exit ex ore: cujus ticis et Romanis sua- liis non facile imita- enim differente or- otu voces expriman- ex imis pulmonibus hauriant; aliqui ore cavo, aliqui rotundo, dentibus labiisque pressis forment; aliqui obscuri voce sint; aliqui langueant: ita varios edi sonos necesse est, barbaros alios et inconditos, alios venustos et suaves, qui educatione et consuetudine oriuntur, ac firmari solent. Sonus alius est verborum, alius oris. Sonus verborum singularis, Cicerone lib. 3. de Oratore [c. 12.] teste, manet apud Plautum et Naevium, unde conjecturam capere licet, quo sono vocis fuerint usi. Oris autem sonus in pronunciatione consistit. Soli itaque in tot Graecorum gentibus Athenienses, soli in tam diversis Italiae nationibus Romani hunc saporem sonumque linguae habebant, quem *salubritatem et sanitatem*, quem *succum et sanguinem incorruptum orationis*, eleganti translatione Cicero vocavit.

Est vero Graeca lingua ad peregrinitates propensior, quo major in illa est Dialectorum varietas et licentia. Neque custodire puritatem suam Atticus sermo poterat, cum vicinae gentes et Respublicae, aequales potestatis, leges ab Atheniensibus sibi praescribi non paterentur: ut major erat Romanorum autoritas, qui vicinorum linguis sub jugum redactis nunquam illam concesserunt autoritatem, quam Graecae linguae Dialecti sibi arrogarunt. Quales in Rebuspublicis et populari regimine maxime vigere notarunt nonnulli. Ubi vero ab unius arbitrio civitatis omnia pendent, facilius est eam coërcere licentiam, quae sibi relicta latius serpit, seque puriori sermoni immiscet. Nimo in Graecis Poëtis, in quibus licet una aliqua dicendi ratio regnet, e Dialectis tamen aliis multa admista videas: quam libertatem in linguam quoque Galli-

fecerint emunctioris naris homines Romani. Quintilianus de iis diserte ait [lib. 1. cap. 5.] *Verba aut Latina, aut peregrina sunt: peregrina ex omnibus prope dixerim gentibus, ut homines et instituta etiam multa, venerunt. Taceo de Thuscis et Sabinis et Praenestinis quoque: nam eorum sermone utentem Vectium Lucilius insectatur.* Fuerunt tamen etiam inter Romanos, qui, ut saepe fieri solet, etiam cum minime peregrina essent, suspecta tamen quadam censendi prurigine multa habuerunt. Nota sane sunt Urbana erga Provinciales in omni gente fastidia. Coaluerant jam ita Latini et Itali omnes cum Romanis, ut non tam immane inter illos discrimen circa extrema haec tempora quis deprehenderet. Laudat sane e Latinis, qui sua tempora praecesserunt, Cicero in lib. de Oratoribus, Q. Vectium Vectianum e Marsis prudentem virum et in dicendo brevem, Q. et D. Valerios Soranos, C. Rusticellum Bononiensem et omnium eloquentissimum T. Betulium Barrum Asculanum, et apud majores suos disertissimum, ex Latio L. Papirium Fregellanum. Ac fuerunt, qui Romae ab ineunte aetate commorati scriptores omnes elegantias imbiberunt. Patavinitatem tantum abest, ut in Livio deprehenderit acerrimus Latinitatis Censor Quintilianus, ut potius, pronunciata decretoria quasi sententia, omnia Italica suo tempore pro Romanis agnoverit.

Cap. XII.

Urbani fastidiosi erga provinciales. Plures Provinciales eloquentia Latina floruerunt, quam Romani. Ciceronis Arpinitas. Terentius Afer. Plautus Umber. De praestantia Plautinae dictionis adversus Asulanum et Naugerium. Cornelius Nepos non fuit Romanus. Virgilius Mantuanus. In illo a Pollione notata Mantuanitas. Carbilii Pictoris Aeneidomastix. Catullus Veronensis. Propertius Umber. Ovidius Sulmonensis. Defensus adversus Marullum et alios. Horatius Venusinus: in veteres iniquior. Vitruvius, Manilius non fuere Romani. Sallustius Sabinus, Livius Patavinus. Lucretius et Caesar Romani. Ille malae Latinitatis autor male a Lambino habitus. Caesaris dictio nitida. Varro alter Romanus, alter Gallus. Curtii, Cornelii Celsi, Velleji Paterculi patria incerta. De hoc ridiculum Asulani judicium. Phaedrus Thrax purissimae Latinitatis scriptor. Marquardi Gudii in illum animadversiones ineditae laudantur. Barbaries et Thracismus illi objectus discutitur. Intempestivae Criticorum Censurae notantur. Columella Gaditanus. Plinius alter Veronensis, alter Novocomensis. Quintilianus Hispanus. Petronius Romanus. Alii scriptores Neapolitani, Campani, Hispani, etc. Martialis Bilbilitanus. Ejus uxor urbanam dictionem affectabat. Si in tot Provincialibus nulla peregrinitas adverti potuit, qui Pollio potuit in Livio? I. L. Vivis de Pollione judicium.

Vidimus Romanos, tum provinciis exteris, tum Italiae et Latio litem de peregrinitate linguae suae infusa moventes, ut pateret eo clarius, quo jure objici Livio Patavinitas possit; ac deprehendimus, Urbanos nostros homines, in intentato illo crimine, si verum fateri velimus, nimis interdum querulos, fastidiosos, superciliosos, addo et invidos. Ut enim domestica a-

t Tarentina. Inter-
i erant Sabina, Os-
Campana, Brutio-
rans-Tiberinae, ut
jus species Falisca,
t Ligurum. Ab his
is primum crevit La-
quae inopiam suam
vocum accessione
llinc e Graecis voces
imas; hinc ab Etru-
is. Hos e Syriaca
ndas voces habuisse
erunt; Rodornus ve
us e Celtis deductas,
ft verosimilius, au-
Originum Celtica-
antiquum illud mo-
Inscriptionem Etru-
ibi ab Errico Mem-
nte Johan. Passera-
t, proponit et exa-
us commatis Inscri-
es in Tabulis octo
acteribus Hetruscis
runt Eugubii in Um
ae in Etruria, Flo-
Palatio Reipublicae
andam in dextro pe-
cujusdam Chimae-
um in locum Aretio
Eugubiarum tabu-
nen producit Meru-
Part. 2. lib. 4. cap.
. qui plane se hic
ofitetur. Schrieckii
conjecturas audaces
probo, sed Celti-
vestigia subesse est
um. Rheticam, quae
e Germanica multa
ibile est, arguitque
eorum nomen, gen-
manam, atque e Ger-
dam.

Romani cum Italiae
viciniorihus Latinis
tuerunt commercia,
ut veteres illae lin-
consuetudine paula-
tur, iisque Romana
remanentibus tamen
apud omnes populos
veterum linguarum reliquiis inter rusticos ac plebejos homines, ipsaque lingua jam communior facta Latina diceretur. Hinc tot apud Grammaticos antiquos leguntur voces, quas, ut minus Latinas et Romanas, vel saltem ut plebejas, abjecerunt. Tusculanae voces notantur: *Triatrus*, *Quinquatrus*. *Sexatrus*, etc. *Struppus*. Praenestinae, *Nefrones*, id est, Testiculi, *Tongitio*, id est, Notio, *Conia*, id est, Ciconia. Graecae voces innumerae Latinitate sunt donatae. E Sicilia quoque et Tarento quaedam semigraecae voces in illam illatae. Japiges, antiquissimi Italiae Orientalis incolae, inter quos principes Salentini, linguam etiam antiquis temporibus peculiarem literasque habuere, cujus aliquod fragmentum extare Joannes Pontanus, Hermolaus Barbarus, aliique testantur. Sabina lingua *Nerones* fortes dicebantur, Mars *Mamers*. *Sol* Sabinum esse vocabulum, testatur Varro. *Talus* praenomen Sabinum, *Catus* pro acutus, *Curis* hasta, *Ausum* pro auro, *februum* purgamentum, etc. Oscum sermonem a Latino diversum fuisse hic Titinnii versus testatur:

Osce *et* Volsce *fabulantur:*
nam Latine nesciunt.

Osca sunt *Meddix* Magistratus, *Sollum* Solidum, *Famel* Servus; unde postea *famulus* vox Latina; *Ungulus* Annulus, *Dalivus*, Insanus, *Petora* Quatuor, *Casnar* Senex, etc. Huic linguae insultare soliti fuere Romani: nam *Osca Ludicra*, quae vocabant, celebrabant, quorum etiam Strabo lib. 5. [pag. 233.] meminit.

Quando itaque voces ex his gentibus superfuerunt, omnino credibile est, phrases quoque insolitas, ad genium vernaculum formatas, in Romanam linguam illatas fuisse, quas statim subol-

sua ait, quem facto impetu apud inferos Poëtae excarnificent, et in crucem agant. *Tantae omnibus*, ait porro Floridus, *admirationi semper fuit Ovidius, ut non ingeniosus, sed ipsum ingenium, non Latinus, sed ipsa Latinitas, non Musarum sacerdos, sed ipsum Musarum numen sit habitus. Quod autem ad Latinam linguam attinet, eruditi omnes uno ore fatentur, si illa funditus periisset, uniusque Ovidii scripta superessent, ex iis facillime eam restitui posse.* Nolo nunc de iis dicere, qui declamatorias in illo argutias notarunt. Victorium, hominem maxime sibi sapientem, qui in oratione et versibus enervatum ausus est dicere, jam alii contuderunt. Romanae fidicen lyrae Horatius, qui primus lyrico carmine celebratur, an forte is Romae natus, ac illo urbanitatis lacte primum enutritus est? Minime quidem; sed, ut ipse de se Od. 9. lib. 4.

Longe sonantem natus ad Aufidum.

et Sat. 1. lib. 2.

— — Lucanus an Appulus, anceps.
Nam Venusinus arat finem sub utrumque colonus.

Nec fuit, quod ego memini, qui vel levissimum in ipso peregrinitatis vitium notaret, neque hostes habuit, nisi obscuros quosdam homunciones, quos passim in Satyris suis insectatur. Ipse vero in antiquiores, praesertim Comicos et Satyricos, acerbior est, ut Plautum et Lucilium, quorum ille tamen omnium judicils effertur, hic a Quintiliano ita laudatur, ut totus ab Horatiano illo judicio dissentiat. Supersunt in aureae illa aetatis classe Vitruvius et Manilius; quorum etsi Patria incerta est, Romanos tamen non esse constat. Et ille quidem barbare non loquitur, judicio Scaligeri, sed incondite. Hunc peregrinum esse judicat Gyraldus, quod inquinate loquatur, reprehensus in eo a Scaligero, qui idiotismos quosdam et incondita agnoscit, non vero sordes, quas ipsi affricare voluit Gyraldus. Subjicimus his Historicos, Sallustium et Livium nostrum, quorum ille, in agro Sabino natus, primam historiae Romanae laudem reportavit, cujus oratione atque brevitate Quintilianus judicabat fieri nihil posse perfectius, atque adeo Thucydidi illum e Latinis opponere non dubitabat. Hic noster, Patavio oriundus, Sallustii virtutes aliis et, ut ego quidem arbitror, majoribus superavit. Uterque hostem et calumniatorem Pollionem habuit: nam ut in Livio Patavinitatem, ita in Sallustio singulari libro nimiam antiquitatis affectationem, reprehendit.

Ecquos ergo in tota hac aureae aetatis classe, qua potissimum haec censeri debebat Urbanitas, Romanos habebimus, praeter duos forte, Lucretium et J. Caesarem, ambos quidem Latinissimos, quorum ille tamen, si Quintiliani non spernendum judicium sequimur, legendus quidem, sed non ut phrasin, id est corpus eloquentiae, faciat: forte quod ex argumento scholastico civilis dictio formari nequeat. Quo respexit forte Dionysius Lambinus, cum Lucretium malum Latinitatis autorem vocat; qua tamen cum sententia ille minime audiendus est: potest enim Latinitas bona esse in autore, quem necessitas adigit, ut in argumento novo voces et phrases aliquas populo inauditas fingat. Julius Caesar, etsi ipsi Latina, nitida, sine affectatione

fluens

nque consuevimus, onnunquam fit, ut icet optima noftris-, quacunque etiam emoamus. Ac sane, lluftrium virorum, a literarum monu-rata eft, confera-m eorum numerum, ciis et Latio oriun-Romae commorati rovinciis, libros re-am Romanorum ho-niemus. Ipse Cice-homo novus, an t Romanis claruit? nventi fuerint scioli, m ejus e patria ali-Arpinitatis calum-is Terentius? Afer. anius fieri nil pot-an non Umber eft? nc Gellius, optimus , vocat verborum onservatorem dili-et linguae atque ele-rbis Latinae princi-te quidem. Nam si obsoleta, semigrae-eperis, quae Comoe-da videbantur, reli-elegantiffima sunt. e enim sunt Asulani lumniae, quas solide rid. Sabinus Apolo-e Latinae calumnia-forte verus earum ugerius, homo qui-sed mire superci-escio qua *Ρωμαιο*-ns, ut qui Martialis mpla quotannis in llianorum honorem erre solebat. Quid sne aeftimanda eft gerii, quam ipsius autoritas. Is enim tore [cap. 12.] Plau-lum posuit, ad quod , quae minus ipsi atinitatem exigeret, quit ille, *cum au-neam Laeliam, eam t Plautum mihi aut Naevium videar audire.* Addo his magnificum Varronis, at cujus Censoris? judicium, qui, ex sententia Stolonis, Plautino sermone ipsas Musas locuturas ajebat [apud Quintil. 10. Inft. Orat. 1.]

Cornelium Nepotem, quo nil venuftius Romanus scribere calamus poteft, Padi accolam Plinius, Catullus Italum, Ausonius Gallum, Merula Veronensem facit: Romanus certe non fuit. Virgilius, ille Poëtarum Latinorum Princeps, Mantuanus fuit, et in hoc Lynceus nofter Romanus Pollio, scilicet ut gratiam Eclogam quartam inscribenti referret, Mantuanitatem, si Diis placet, observaffe sibi visus eft. Id enim de eo notavit Scaliger Poëtic. lib. 4. cap. 17. quo autore incertum: Fr. Floridus illud Hieronymo tribuit. Sed superant tamen divina Virgilii Carmina, cum Pollionis illae Tragoediae, de quibus Horat. lib. 1. sat. 10. modice, ut videtur, sentit, dudum oblivione sepultae fuerint. Hunc quoque Carbilius pictor aggreffus, a quo Aeneïdomaftix liber in illum scriptus, et Macrobius furti illum arguit, ipse fur plusquam manifeftus, qui libros Gellianos compilavit. Catulli, Poëtae, si quis alius, lepidiffimi et Latinissimi, patria Verona eft. Propertius Umber inter principes aureae aetatis poëtas omnium suffragiis reponitur. Primus enim Italorum Elegiam Latio donavit. Blandi oris Ovidius illum vocat, et jure sodalitii sibi junctum fatetur. Ipse Ovidius, omnium deliciarum et elegantiarum pater, annon Sulmonensis fuit? et hunc tamen ineptissimus Marullus non e Poëtarum solum ordine deturbare ausus eft, sed et in Latinitate ejus nescio quid desideravit. Dignus certe, ut Floridus Sabinus in Apologia

rit. Neque satis mirari Scioppii indignum in hoc autore supercilium possum, qui in Infamia Famiani, hunc scriptorem, *velut domo barbarum et sermone non parum saepe plebejum* vocat, inque eo nescio quid Thracici subodoratur. Quam ob causam reprehendit illum Cl. Schefferus Phaedri commentator, qui tantum abest, ut tale quid in illo invenerit, ut potius in plerisque Virgilium, in caeteris Plautum, Terentium, Ovidium imitatum fuisse judicet, hocque convicium pari jure cum Liviana illa Patavinitate censet. Hos quoque tam delicatulos censores merito vellicat Barthius, cum Advers. lib. 48. cap. 10. hujus ipsius Phaedri quaedam emendaturus, praefationis loco invehitur in *genus quoddam hominum mirae*, ut vocat, *ambitionis*, *quod*, *ut sapere videatur profundius ceteris omnibus, non jam exponere veteres scriptores, sed censere et in ordinem redigere incipit, idque adeo vecordi animo, ut Latinos autores illatinitatis damnare non jam pudori habeat, sed gloriae loco censeat, barbariae eos damnare, qui, vigente flore linguae Latialis, cumprimis clari fuerunt.*

Nolo operose in caeteros inquirere, qui vel eadem aetate, vel Latinitate jam declinante vixere. Columellam Gaditanum novimus, qui tamen sermonis suavitate, politia, vi quoque et eruditione principibus Latinae linguae scriptoribus accensetur, teste Barthio lib. 37. cap. 7. imo Varrone illo Romano tersior est. Plinii duo sunt, alter Veronensis, qui universam rerum naturam pari linguae elegantia descripsit; alter Novocomensis, cujus epistola et oratio Attici quid spirant: et quibusdam prae Ciceronianis, quo tamen falluntur, sunt in pretio. Quintilianus, quo nemo artem oratoriam inter Latinos elegantius adornavit, an non Hispanus? Et hunc tamen, si Ciceronem exceperis, omnibus praeferre non dubitant nonnulli, etsi Philelphus in illo Hispanitatem invenisse sibi visus est. In hac tamen aetate unus prae caeteris laudari meretur eques Romanus, Petronius, pura quidem Latinitate, sed impuro argumento laudabilis, ne quid de Neroniani temporis phrasi, de qua supra, hic dicam. Seneca uterque, Lucanus, Mela, Hispani; Statius Neapolitanus, Valerius Flaccus Campanus, Juvenalis Aquinas, Claudianus Alexandrinus ea eloquentiae laude claruerunt, quam ista tulerunt secula, in quibus tamen alii aliis puriores et elegantiam primae aetatis propius contingunt. Martialis Bilbilitanus, etsi ob peregrinitatem Hispanicam nonnullis, sed maledicis, censoribus vapulat: laude tamen elegantiarum Latinarum minime privandus est. Ipse sane affectavit quam maxime, adeo ut et uxorem suam ob elegantias Romanas magnopere laudet lib. 12. Epigr. 21.

Municipem rigidi quis Te, Marcella, Salonis,
Et genitam nostris quis putet esse locis?
Tam rarum, tam dulce sapis: Pallatia dicent,
Audierint si Te vel semel, esse suam.
Nulla neque in media certabit nata Suburra,
Nec Capitolini collis alumna tibi.
Nec cito ridebit peregrini gloria partus,
Romanam dicat quam magis esse nurum
Tu desiderium dominae mihi mitius urbis
Esse jubes. Romam Tu mihi sola facis.

Verum sufficiat, in tot scriptoribus enarrandis nos fatigas-

o, lineamenta potius uxit, quam corpus. Ideoque Livius iptione praeferendus. usam, ut puto, firistylum vocavit Maeam ob causam reus omnino est. Licet terismos illos perfeae in illo non prera tamen est in illo ftitas, et qualis erat Romana nobilitate. parum diligenter, veritate scripsisse llio, hujus quoque ad nos nunc non perTerentius Varro et us, cum de Re Rugua Latina tantum non adeo ad Auctos phrasis ac eloquenformatur, referri rentii Varronis Ataonensi Gallia oriuninterierunt.

enteam aetatem proplures inveniemus quam Romanos. Curus Paterculus, Cor, patriae incertae, , quod ad Latini. t, scriptores: ubi hoc ridiculum nonotante Gronovio e Livii, Asulanum, s modo mentionem mulare Basileenses, m rerum Romanamine Paterculi ediuo nihil fere Lati quod Augusti temt, quibus eum flo. Quo sane nil diidius et insulsius. ugusti vel Tiberii te Thrax, Aesopi s versiculis descri. idis et limatis, ut dici scribique posde ludier. dict. pag. onem ab omni peinsolentia remotam judicat, narratque, accepisse se a Jacobo Sirmondo, cum Petrus Pithoeus primum misisset Romam hos libros Lutetiae editos, Romanos, ut emunctae naris homines, novitate voluminis percussos, non dubitasse, quin aetatem redoleret Augusti, ac summam illam facilitatem styli et scripturae repraesentaret. Id autem non immerito miratur Vavassor, qui factum, quod Seneca Aesopios logos intentatum Romanis ingeniis opus dixerit, cum Phaedrum hunc haberet, quem opponere possit toti Graeciae. Nec putat tamen ille, quod Petrus Pithoeus et Lipsius judicabant, ideo hoc ab ipso dictum, quod Phaedrus non genere Romanus, sed Thrax, fuerit: ab omni enim maligna invidia alienum fuisse Senecam existimat. Verum quoniam Tiberii, Caligulae et Neronis tempora non admitterent vel cogitationes liberas, ideoque ob apologos, quibus illius seculi tyrannis notatur, silentio suppressum hunc libellum credit. Qua de re integrum esto cuique judicium. Id certum est, libellum hunc Urbanum illum et Romanum nitorem servare incorruptum, modo a mendis omnibus repurgatus esset; quae infinita in eo restare, docebit nos aliquando incomparabilis in his literis MARQUARDUS GUDIUS, si exorari possit, ut suas in illum animadversiones luci publicae exponat. Ut sit autem in hoc opusculo nitidissima Latinitas, non defuerunt tamen inter Criticos etiam magni nominis viri, qui longe aliter judicarint. Scriverius animadvers. in Martial. lib. 3. Epigr. 20. nugari ait, qui hunc Phaedrum ad tempora Augusti et Tiberii referant, quo ille aevo minime dignus sit. Causas hujus sententiae suae se ostensurum promittit, ubi animus otiumque ista frivola pertractandi fue-

satis ea diversitas ab ipsis urbanis hominibus dijudicata fuerit, ac provinciales, in urbe Roma educati, in totam se urbanitatem ita induerint, ut omnis Latinae linguae gloria penes illos steterit, quemadmodum praecedenti capite ostendimus.

Quare intolerabiles videntur recentiorum hominum de antiquis autoribus censurae, qui Latinitatis nullam aliam, quam ex lectione et observatione, instituere possunt. Merito itaque Erasmum reprehendit Scaliger in Oratione, quam adversus Ciceronianum ejus scripsit: nam et Erasmus Pollionis illam de Patavinitate calumniam suam fecerat. *Aliud*, inquit, *sonat auribus tuis, improbo nunc verbo adsuetis, Erasme, aliud Romano viro, qui tamen Asinianae calumniae Patavinitatem Livio objectare ausus es, quam tu quo loco, quo tempore cognoscere, quo modulo Batavus metiri potes? Qua ratione Teutonicus vitium illud conflari, quo judicio dignosci dices? Si omnes voces Romanae sunt, si universa structura ex veterum cementis, lapidibus redivivis, incorrupta materia constat, si candor ille illam felicissimam aetatem etiam superat, si omni invidia, omni calumnia major est, quam in lacteo illo flumine labem labes deprehendas? Cum tamen illius sententiae ne hic quidem, qui objecerat, caeteros Romanos habuerit adsertores.* Acris haec in Erasmum invectiva J. C. Scaligeri est, quam iisdem pene verbis Scaligeri dissimulato nomine Scheurlius in Stat. Merc. sect. 2. part. 2. cap. 9. in Erasmum iteravit: sed a tanto viro profecta, cujus judicio et censurae plus, quam sexcentis aliis, tribuendum. Nam nec ille hanc in Livio Patavinitatem perspicere potuit, cumque cum Livianis ille Pollionis fragmenta conferret, Poëtic. lib. 4. cap. 17. haec de ipso pronunciare veritus non est: *Quod si Pollio sibi solus Romane vel loqui, vel scribere visus est, cui Livius olet Patavinitatem, Virgilius Mantuanitatem, Ciceronis dictio parum sapit, sane si iis, quae illius exstant, non dixit meliora, malim profecto cum hisce minus Romane loqui, quam cum illo eum ad modum, quem legimus ex fragmentis.*

Quid ergo illius Patavinitatis alii notent, quam Scaliger tantus et Censor et Grammaticus deprehendere non potuit? imo quam ipsi Livii tempore Romani dignoscere non potuerunt, cum, notante Strebaeo comm. in Cic. librum 3. de Oratore, ante Livium Urbani ab antiquitate longe deviarint. Mira enim est ejus urbanitatis fluctuatio, neque certa ejus tempora constitui possunt. Nam cum ab usu hominum in urbe viventium illa penderet, placuit alio tempore, quod alio displicuit, ut sunt varii hominum animi et in annos mutabiles, ipsaque lingua et pronunciatio quotidie gliscit. Ciceronem ipsum multa sui temporis offendebant, magisque priorum temporum dictione capiebatur: nam delectabatur, cum audiret socrum suam Laeliam, et eam sic audiebat, ut Plautum sibi ac Naevium videretur audire: *Facilius enim*, inquit [3. de Orat. 22.] *mulieres incorruptam antiquitatem conservant, quod multorum sermonis expertes ea tenent semper, quae prima didicerunt.* Quo fit etiam, ut homines sine literis eleganti tamen dictioni adsuescant, ut Curio ille, qui literarum nihil sciebat, de quo Cicero in Bruto [cap. 58.] *quod splendidioribus verbis uteretur usu aliquo dome-*

deo adduxi, ut de-
, eloquentiam Roma-
lebere ipsis exteris,
nis. Et est sane pro-
s res, tam paucos fu-
s, qui literis quid
t, et, si qui fuerint,
o argutulo Pollione
: cum contra omnes
illam nominis sui
gloriam, tum Pro-
um Itali et Latini,
n hoc ignaviae tam
entium, an fato ini-
tabimus? Jam tuam
tcfior, Pollio! quid
nnum inter tot pro-
vium huic Patavini-
affinem facit? cum
hujus gentilis labis
. An potuerunt cae-
ane eluere peregri-
lam: solus Livius,
nae vivens, non po-
aque leve aliquid et
, in quo illa Pata-
ffit, vel, quod po-
, mera aliqua ca-
a supercilio et in-
is animo profecta.
go Joannis Ludovi-
cium, quod ex his,
s dissertavimus, de-
probaverim: qui l.
orruptarum artium,
libus autoribus ma-
dum eloquentiam,
s Romanis agnoscit.
e: *Livius sermone*
ollio Patavinitatem
, eloquentior fuit
ae natis, et fortas-
Pollione. Et in
Disciplinis libro
vii Patavinitatem,
bat Pollio Asinius,
mus. Scilicet non
m palatum usque
m, aut certe mo-

P. XIII.

atis censura aegre
t. Censuae recen-

tiorum reprehenduntur. Scaligeri in Erasmum Invectiva, quod Livii Patavinitatem cum Pollione probarit. Ejus de Pollione judicium. Urbanitatis incertum judicium. Cicero ipse in illa dignoscenda fluctuans. Feminae optimae urbanitatis custodes. Etiam indocti. Facere contumeliam *Plautino seculo probatum, Tulliano rejectum. Livius non male a Tanaq. Fabro notatus, quod sensum vocis Latinae* Classis *non recte ceperit. Tilemanni ineptum de Patavinitate et voce* Majestatis *judicium. Urbanitas an ad Ciceronis tempora restringenda. Censurae nonnullorum in antiquos autores. Soloecismi, Archaïsmi, Singularia in Cicerone.* Νεωτερισμοὶ *ex Analogia vitandi. Q. Mar. Corradus notatus. Scioppii audacia in censendis Metelli verbis. Peregrinitates aliae a Scioppio et Francisco Sanctio notatae. Non temere de his judicandum. Pollionis nonnullae voces a Manutio damnatae. Palmari. In Coelio et Cicerone filio duriora notata. Criticorum depravationes generant voces et phrases barbaras. Nizolius e corruptis exemplaribus multas collegit. Exempla earum. Lambinus et Manutius notati.*

Cum plurima hactenus inquisiverimus, ut tandem pateret, qua in re Patavinitas Livio objecta consisteret, parum tamen isto conatu nostro profecimus: aliae enim ex aliis oriuntur difficultates, quae ejus investigationem, si qua illa fuerit, remorentur. Nam etsi quidam Urbanitatis color fuit, etsi et peregrinitas quaedam a nonnullis illata, tamen ejus a nobis censura nulla institui potest; praesertim, cum et ipso illo perfectissimae Latinitatis tempore non

Quam sententiam etiam nos amplecti ipsa ratio jubet: cum ab hoc quasi puncto et apice nitor ille sensim labi coeperit. Etsi non defuerunt ingenia obstinatiora et morosiora, qui antiquiora tempora praeferrent. Quemadmodum Hadrianus Ennium Virgilio, Catonem Ciceroni praetulit, quod antiquum scribendi genus amaret, utque tam praeposteri ingenii aliquod urbi monumentum relinqueret, Catacrianos libros obscurissimos composuit. Neque tamen, cum in Ciceronis aetatem urbanitatem compingo, illo solo illam censeri volo. Stultus enim est Doletus, meritoque a Fr. Florido Sabino exagitatur, qui alios autores omnes, praeter Ciceronem, stercus appellavit. Suae etiam caeteris Veneres sunt, in quibus si dissimilitudo quaedam apparet, ea tamen ita delectat, ut non dissimiles esse nolis. Ut vultuum, ita eloquentiae varietas est, ita Oratorum et scriptorum; qui tamen suam sibi suavitatem, quamquam in diverso genere, servant, et eodem tamen Urbanitatis colore orationem pingunt.

Ut vero non defuerunt olim putidi Grammatici, qui Ciceronem Virgiliumque sub censuram vocarint: ita et hodie, quod mireris, inventi, qui heroïbus illis, omnem invidiam supergressis, malae Latinitatis dicam scribere non verentur. Quo nomine Richardum Pacaeum Britannum Fr. Floridus Sabinus in eleganti illa Apologia sua reprehendit, ejusque calumnias contundit. Cui addi potuisset Kultissimus ille veterum et recentiorum autorum Censor Verderius, qui ut in omnibus aliqua, ita in Virgilio barbarismos, sibi notasse visus est. In Ciceronem nostro quoque tempore ferociter adeo debacchati fuerunt inepti rhetoreuli, non digni qui matulam illi porrigerent, imo ad triremes damnandi. Doctissimam in illos invectivam vide apud Inchoferum Hist. Sacr. Latinit. lib. 2. cap. 15. In hoc tamen soloecismos quidam deprehendere sibi visi sunt. Notavit id Erasmus lib. 28. Epist. 8. pag. 1646. lit. F. edit. Londin. Manutius quoque in Cicerone ferendum esse soloecismum ait, si vetera exemplaria consentiant. Sed veros Henricus Stephani in suo Pseudo-Cicerone soloecismos Ciceronis non admittit, nisi forte ubi is vehementi dicendi vel scribendi impetu praeter opinionem abreptus: imo multis ostendit exemplis, archaïsmos, soloecismos vel insolentes loquendi modos non inveniri in Cicerone, nisi qui per Criticorum et librariorum negligentiam et audaciam eo irrepserint. Occurrunt tamen apud illum voces minus usitatae. Jampridem Statilius singularem de singularibus Ciceronis librum conscripserat, et ostendit ille Index Grammaticus, quem Gruterus operi Ciceroniano subjecit, quam multis ille usus fuerit vocibus et phrasibus, quas apud alios non facile invenias, quibus uti nunc non adeo conveniat. Budaeus, sed ille mire Ἑλληνομανής, et ut omnium Latinorum, ita et Ciceronis, contemptor, Ciceroni νεωτερισμοὺς objecit in Comm. Gr. Ling. pag. 1019. cujus tamen ipsius ob crebras verborum conversiones minime Romana dictio est, ut jam supra diximus. Non est ingenio i.· his indulgendum, adeoque, quod antiquis non licuit, multo minus licet recentioribus; qui, Analogiam secuti, licentiam sibi saepe sumunt nova formandi vocabula. Qua in re supra modum facilis est Q. Marius Corradus, qui in libro de Copia Latini sermonis

lib. 2. pag. 52. et seqq. indiculum verborum nectit, quibus nos sine vitio uti posse autumat, Vir alioquin purae satis Latinitatis. Verum illius neutiquam probanda est sententia, quam Vir in his literis summus Olaus Borrichius in cogitat. de Aetat. Latinae linguae, in verbo *Puritas*, optimis et rationibus et exemplis refutavit. Reperti sunt inter recentiores Grammaticos, qui etiam in Romanis scriptoribus peregrinitates notare voluerunt. Quanta Scioppii audacia est, qui in Scaligero pro soloecismo reprehendit: *Quam a multis jam annis capite et fortunis oppugnarat:* neminemque sic locutum ait, praeter Q. Metellum Celerem, hominem et arrogantem plus satis, et in sermone non satis neque proprietatis neque elegantiae studiosum. Sunt vero haec verba Metelli apud Ciceronem lib. 5. familiar. Epist. 1. *Nec Metellum ob dictum capite et fortunis per te oppugnatum iri.* A Scioppio igitur jam discet Metellus homo Romanus, quomodo proprie et Romane loquatur. Quis ille stupor, imo potius, quis furor est! Vulgatissima enim loquendi ratio est, ut multis exemplis adversus Scioppium ostendit Gronovius Observat. libro 4. cap. 13. Neque multo felicior ille est in Peregrinitatis Exemplis, quae judicio de stylo Historico inseruit: in quibus, ut caetera praeteream, Graecismum Casauboni, ut nullo autore dictum, damnat: *desine querelarum;* cum eadem verba apud Horatium reperiri vel pueri sciant. Recensuit et Franc. Sanctius, longe Scioppio modestior et doctior, sub finem Minervae suae [pag. 856. ed. ult. Periz.] quasdam peregrinitates. Habere orationem *dicimus, non* facere: verba facere, *non* agere: agere gratias, *non* facere: fer opem *dicimus*, da opem *non dicimus:* dare verba *usitatum est*, tradere, *seu* praebere verba *inauditum Quid dicam de illis, qui sibi docti videntur, et passim habentur. Quidam enim ex illis scripsit:* Vigilant milites in monte, *pro, speculantur de monte:* tentat frangere aciem, *pro, conatur aciem perrumpere:* dimisit suos milites, *pro dimisit copias, seu exercitum:* impedivit commeatum, *pro, interclusit:* victu carebat Caesar, *pro, re frumentaria:* duxit vineas, *pro, egit:* primi in consilio, *pro, consilii principes:* reportarunt praedas, *pro, egerunt:* milites monuit, *pro hortatus est:* signum facit, *pro, signum dedit:* renovavit praelium, *pro, restituit vel redintegravit:* aciem ordinavit, *pro, instruxit:* redierunt milites, *pro, receperunt se:* misit ad succurrendum, *pro, misit subsidio:* fecerunt vim, *pro, impetum fecerunt:* magnis viis contendit, *pro, magnis itineribus:* perdidit opportunitatem, *pro, amisit occasionem. Sic loquuntur, qui linguam, non stylum, exercent.* Bene haec ab illo notata, sed tamen in iis nonnulla defendi possunt. Etsi enim non negem, in actibus civilibus phrases quasdam occurrere illis plane proprias, quibus eo sensu si non utaris, imperite et improprie loqueris: tamen temperandum hic est a decretoria sententia. Non enim omnia notari ab omnibus possunt.

Illud quoque lepidum est, illum Romanissimum Hypercriticum nostrum Pollionem a nonnullis sub virgulam Censoriam vocari, et de verbis minus Romanis, vel saltem asperis et novis, reum peragi. Manutius ille est, qui Pollionis Epistolam, quae 31. est lib. 10. famil. interpretans, primum haec verba: *Nam, de legione trigesima tradenda*

quantas conciones habuerim, (ita enim legitur in antiquissimis codicibus) *quid ego scribam!* reprehendit. Vox enim *Concio nes*, qua hic utitur, quaeque significare deberet vehementes literas, minus illi commoda videtur. Deinde in 33. ejusdem libri epistola, vox *PALMARER*, inaudita apud alios, Manutio reprehenditur. Locus ille est: *Neque ego non videbam, quanto usui Reipublicae essem futurus, si ad Lepidum venissem: sed scribenti ad me ejusmodi literas, quas leges, et concionibus, videlicet quas Narbone habuisse dicitur, similes, PALMARER, necesse erat, si vellem commeatum, per ejus provincias iter faciens, habere.* Ita in omnibus antiquis libris scriptum fuit. Putat vero Manutius *Palmari* hic idem esse, quod *Palpari*, id est, adulari; palma enim blandimur, item ut palpo. Henricus Stephani in Pseudo-Cicerone suo a Pollione potius *palparer*, quam palmarer, scriptum fuisse autumat, quod verbi *palmare* aliae sint significationes, quae nihil cum illa verbi *palpari* significatione commune habent: quod vox composita *depalmare* arguit. Ridicule itaque, ut putat, φιλόκαινος fuerit Pollio, si, cum usitatam vocem *palpari* in promptu haberet, unica litera mutata longe petitam vocem afferre maluisset. Ideoque Victorius vocem *palparer* in editione retinuit, eamque suo calculo nuper probavit CL. Graevius. In Coelio quoque, cujus epistolae Tullianis mixtae, Manutius multa notavit, non dura solum, sed durissima, quae vix pro Latino habere videtur, e quibus unum hoc, ut caetera praeteream, *objurgatus est*, pro *objurgavit*; quem tamen adversus ipsum defendit Henricus Stephani. Idem Manutius de Ciceronis filio judicat, non modo ab elegantia et copia, sed interdum etiam a proprietate, paterni sermonis longe distare, e quibus forte illud est lib. 16. fam. [Epist. 21.] *Cum omnia mea causa velles mihi successa, tum etiam tua.* Nec desunt e Criticis, qui verba illa *mihi successa* audacter tollunt: fortassis eodem modo vox *successus, a, um*, usurpata fuit, quo *defectus, a, um*. Sed caute iis vocibus utendum est, cum metus de exemplaribus corruptis cohibere nos debeat, neque insolens vocabulum, quod olim tamquam scopulum vitandum judicabant eloquentiae magistri, etsi Ciceronianum, nos contra tanquam pretiosam gemmam consectabimur.

Accedit etiam, quod multa in Autoribus, ut jam supra monui, corrupit librariorum imperitia, ac Grammaticorum et Criticorum audacia; ut non adeo firmum de singulis judicium instituti possit. Saepe in codicibus occurrunt, e quibus nullus elici sensus possit, vocabula ita depravata, ut, quid sibi velint, ignores. Hic cum lectiones illae qualescunque retinendae essent, illi, ubi occurrit insolitum quid, statim haerere, verba mutare pro libitu, primo margini notare alia, quae paulatim in sermonem ipsum irrepunt. Quod infinitis Ciceronis locis invenisse, demonstrat Henricus Stephani, ut e Cicerone demum factus sit Pseudo-Cicero. Atque ex his locis eorumque corruptione vocabula quaepiam, ceu vermes ex putredine, nata. Ex his lacunis hausit infelix Nizolius, qui tot barbara et illatina e corruptis Ciceronis exemplaribus collegit, quibus magna cum audacia Ciceroniani illi usi sunt, ut non exiguam illorum silvam idem Henricus Stephani in suo Nizolio-Didascalo collegerit. Hujus farinae sunt: *Facetosus*,

. 52. et seqq. indicu-
rum nectit, quibus
io uti posse autumat,
n purae satis Latini-
um illius neutiquam
est sententia, quam
literis summus Olaus
in cogitat. de Actat.
guae, in verbo *Puri-*
s et rationibus et ex-
itavit. Reperti sunt
tiores Grammaticos,
n Romanis scriptori-
nitates notare volue-
ta Scioppii audacia
Scaligero pro soloe-
chendit: *Quam a*
annis capite et for-
rnarat: neminemque
aït, praeter Q. Me-
rem, hominem et ar-
olus satis, et in ser-
satis neque proprie-
elegantiae studiosum.
haec verba Metelli
onem lib. 5. familiar.
ec Metellum ob di-
e et fortunis per te
miri. A Scioppio igi-
scet Metellus homo
quomodo proprie et
quatur. Quis ille stu-
otius, quis furor est!
a enim loquendi ra-
multis exemplis ad-
ppium ostendit Gro-
ervat. libro 4. cap.
multo felicior ille est
itatis Exemplis, quae
stylo Historico inse-
bus, ut caetera prae-
raecismum Casaubo-
autore dictum, dam-
e querelarum; cum
a apud Horatium re-
oneri sciant. Recen-
nc. Sanctius, longe
nodestior et doctior,
Minervae suae [pag.
Periz.] quasdam pe-
. Habere orationem
on facere: verba fa-
agere: agere gratias,
: fer opem *dicimus,*
da opem *non dicimus:* dare verba *usitatum est*, tradere, *seu* praebere verba *inauditum Quid dicam de illis, qui sibi docti videntur, et passim habentur. Quidam enim ex illis scripsit:* Vigilant milites in monte, *pro, speculantur de monte:* tentat frangere aciem, *pro, conatur aciem perrumpere:* dimisit suos milites, *pro dimisit copias, seu exercitum:* impedivit commeatum, *pro, interclusit:* victu carebat Caesar, *pro, re frumentaria:* duxit vincas, *pro, egit:* primi in consilio, *pro, consilii principes:* reportarunt praedas, *pro, egerunt:* milites monuit, *pro hortatus est:* signum facit, *pro, signum dedit:* renovavit praelium, *pro, restituit vel redintegravit:* aciem ordinavit, *pro, instruxit:* redierunt milites, *pro, receperunt se:* misit ad succurrendum, *pro, misit subsidio:* fecerunt vim, *pro, impetum fecerunt:* magnis viis contendit, *pro, magnis itineribus:* perdidit opportunitatem, *pro, amisit occasionem. Sic loquuntur, qui linguam, non stylum, exercent.* Bene haec ab illo notata, sed tamen in iis nonnulla defendi possunt. Etsi enim non negem, in actibus civilibus phrases quasdam occurrere illis plane proprias, quibus eo sensu si non utaris, imperite et improprie loqueris: tamen temperandum hic est a decretoria sententia. Non enim omnia notari ab omnibus possunt.

Illud quoque lepidum est, illum Romanissimum Hypercriticum nostrum Pollionem a nonnullis sub virgulam Censoriam vocari, et de verbis minus Romanis, vel saltem asperis et novis, reum peragi. Manutius ille est, qui Pollionis Epistolam, quae 31. est lib. 10. famil. interpretans, primum haec verba: *Nam, de legione trigesima tradenda*

solus, scopus in textu emaculando; quod, si quid video, ita magnifice praestitisti, ut jam Livium legamus. Livium, inquam, non autem inficetorum correctorum hariolationes: adeo penitissime omnem ejus, quaecunque illa sit, Patavinitatem *imbibisti et exhibuisti.*

Ut itaque tandem hanc de Patavinitate commentationem absolvamus, ac porro declaremus, quam futiliter illa objiciatur Livio, ipsam urbanitatem, quae in certis vocibus et phrasibus consistit, ejusque affectationem non esse sine vitio, et olim plus urbanitatis extra urbem atque in provinciis saepe fuisse, quam in ipsa urbe, ostendemus. Quae si vera sunt, ut certe verissima esse probabimus, Pollio cum sua illa Patavinitate exsibilandus est. Est haec urbanitatis affectatio et urbanis et provincialibus propria. Hi enim, cum familiare sibi et gentile vitium objici sciant, eo sollicitiores in exuendo illo sunt. Quare fit interdum, ut ipsos urbanos elegantia superent, qui melius saepe et accuratius, velut advenae, characterismos illos sermonis observant; ut interdum nimia urbanitatis affectatione se prodant. Illi urbani, cum provinciales contemnant, ac sibi in omnibus plaudant, suos saepe sensus sequuntur; quaecunque, etiam plebeja et exilia, optime dicta interpretabuntur: provincialium autem curam et industriam, nitori sermonis additam, ut ornatum aliquem peregrinum, repudiabunt. Utrique in ipsa urbanitatis affectatione plus peregrinitatis habent, quam qui sui succi et saporis sermonem formant. Theophrasto id accidisse meminimus, qui, cum diu vixisset Athenis, atque ita loqueretur, ut a divinitate in dicendo nomen invenisset, aniculae tamen Athenien-si hospes visus est, quod, ut Quintilianus testatur, nimis loqueretur Attice, etsi Cicero illum minus Attice locutum dicat. Erat vero apud Graecos magna Atticarum vocum affectatio, quas ideo singularibus quibusdam Lexicis colligebant, ut eorum usus promptior esset. Hinc Philostr. lib. [1.] de vit. Sophist. [cap. 16.] Critiae stylum laudans ait: ὥσπερ ἀκτίνων ἀυγαί, τὰ Ἀττικὰ ὀνόματα διαφαίνεται τοῦ λόγου. *Sicut radiorum fulgores, sic Attica verba in oratione relucent.* Platonis eloquentiam laudat Lucianus [in Pisc. Sect. 22.] cum vocat καλλιφωνίαν δεινῶς ἀττικήν, καὶ τὸ κεχαρισμένον, καὶ πειθοῦς μεστόν. Quoniam vero Sophistae tum demum pulchre se dicere putarent, si Atticas voces sermoni immiscerent, factum est, ut a prudentioribus riderentur. Hinc Plutarchus vocat hoc νόσημα lib. de audit. et Philostratus barbarum, intemperanter et nimium uti Atticis. Lucianus vero, ut pro more suo sannis quibusdam exagitaret, in Ῥητ. διδασκ. [sect. 16.] Sophistis suis suadet, ut sibi verba quaedam Attica seligant, ac semper in ore habeant: ἔπειτα πέντε καὶ δεκά που ἢ οὐ πλείωγε τῶν εἰκοσιν ἀττικὰ ὀνόματα συλλέξας, τὸ ἄττα, καὶ κᾶττα, καὶ μῶν, καὶ λῷστε, καὶ ἀμεγέπη. Extat elegans Ammiani super hos Atticissantes Rhetorculos Epigramma lib. 2. Epigrammatum Graecorum a Brodaeo collectorum cap. 46. ubi illa verba recenset:

Καὶ ταυτὶ, καὶ μῶν, καὶ τεττεράκοντα, καὶ ἄττα
Σκεψάμενος· καὶ τοι νὴ δία, καὶ μὰ δία.

et aliud Anthol. lib. 2. cap. 52.

Ὦ γαθὲ, καὶ μῶν οὖν, καὶ ποῖ δὴ, καὶ πόθεν ὦ τᾶν,
Καὶ θαμὰ, καὶ φέρε δὴ, κομιδῆ, καὶ ἴθι,

s, Complices, Capi-
nonyma, antitheta,
i sine judicio colli-
cum inter synonyma
i ponit *Bonus* et *In-*
sine discrimine illis
Ut, cum Cicero di-
substructiones, ego
ominem, *insanam*
o magnis dicere me
n: Vel cum *bonam*
magna dixerit Cice-
iiliter in quacunque
oc uti epitheto pos-
corrigendi audacia
o Stephani tantum,
, Dionysius Lambi-
dit. Huic idem jun-
s, ipso Lambino pe-
, qui multo plura
ionibus suis depra-
minorem in Latini-
tiam ipso Manutio
it, cujus plurima il-
ur exempla. E qui-
s patet, quam diffi-
rbanitate vel pere-
cujus autoris ferre
m non idem sit Au-
delectu verborum
t pulchra nonnullis
uae aliis minus apta
Ut vanus itaque la-
futurus sit, si esset
equam Patavinitatis,
ostro tempore a na-
nctiis et Scioppiis,
mmaticorum et Cri-
u, saltem quantum
aticis dependet, in-

A P. XIV.

as Livii a recentio-
is deprehendi non
zaci lusus in Bar-
avinitatem demon-
Cl. Sarravio Pata-
emta. In urbe in-

itum invenio. Forte
oof. scribere voluit
ano.

terdum plus peregrinitatis, et in provincialibus plus urbanitatis. Urbanitatis inepta affectatio. Theophrastus ex affectatione verbi Attici pro hospite habitus. Graeci magni Atticarum vocum affectatores. Sophistae ob eam causam irrisi. Apud Romanos quoque intempestivi verborum Romanorum antiquorum affectatores. Italorum recentiorum Latine scribentium Ρωμαιομανία. Eorum erga Gallos et Italos fastidium. Inde orta illa Ciceronianorum κακοζηλία. Illi a viris doctis passim explosi. Itali, vulgari lingua scribentes, mire Florentinitatem affectant. Alberici Gentilis de illa censura.

Cum adeo difficilis et incerta sit, inprimis si inter veteres autores comparatio instituatur, urbanitatis in verbis et phrasibus indagatio: quid est, quod Patavinitati amplius immoremur? Quae si nec antiquis, praeterquam maledico illi Pollioni, notari potuit, frustra nos erimus ea de re solliciti, cum certi simus, nodum in scirpo quaerere, qui istam in Livio venantur. Quare facetissimus Balzacus, Vir omnium elegantiarum, in lepidissima illa Satyra Gallica sua, quam in Rhetoreulum et Magistellum Barbonen lusit, cum multos ejus Χειμερινοὺς ὀνείρους salse exagitasset, inducit gloriantem: se monstraturum in Livio Patavinitatem illam, quam reprehendebat Pollio, et in quibusdam Senecae Tragoediis pingue illud Cordubensium Poëtarum, de quo olim Cicero, et in Cicerone ipso vitia illa, quae in eo Brutus animadvertit. Ostendit et Cl. Sarravius Senator Parisiensis, Vir summus, quam ille hanc Patavinitatem contemnat, in epistola, qua J. Fr. Gronovio de edito Livio gratulatur, pag. 188. *Praecipuus tibi*, ait, *quanquam non*

et ne considere ny la faveur d' Auguste, ny l' amitié de Mecenas, ny les applaudissemens de tous les siecles, ny toutes les voix de la renommée, qui donnent gagné à sa partie. Refert eodem in loco Balzacus, alium quendam ejus loci delicatulum, cum existimaret primam linguae corruptionem incepisse in Ovidio, libros Metamorphoseon, ut fabulas tamen sciret, in vernaculam linguam convertendos curasse, ne aliquod e Latinitate Ovidiana contagium contraheret filius. Narrat et eandem historiolam Hercules Ciofanius praef. in Metam. Ovid. Fuit et Academicus quidam Romanus, eodem Balzaco teste, qui in Barclaji Argenide ostendere voluit, ut ipse loquitur, *quinze cens improprietés de conte fait, et je ne scay combien de pechés originels, et de locutions estrangeres.* Ex hac Italorum superstitione Balzacus adeo se anxium in Gallico sermone factum scribit, ut pene omnia, quae legeret, Gasconismis infecta crederet. *En François* (inquit) *tout m'estoit suspect. Sur chaque mot d'un Escrivain de Province je consultois l'oreille d'un habitant de Paris.*

Ex hac Ῥωμαιομανίᾳ et fastu Italorum, qui linguam Latinam non virili judicio, sed, nescio qua, puerili imitatione aestimarent, in verbis solis haerentes, at in rebus jejuni, orti sunt illi, qui se Ciceronianos nominabant, et nulla nisi Ciceronis verba, cujus tamen eloquentiae vim non capiebant, in oratione admittere volebant. Qui cum maxime urbani haberi cupiebant, facti sunt plusquam oppidani et plane lutulenti. Nam et de Ciceronianis vocibus et phrasibus non rectum formabant judicium, ut qui corruptis uterentur exemplaribus, et lacinias quasdam formularum e Cicerone contexebant, cum Ciceronem illo divinae eloquentiae vigore et spiritu exprimere deberent. Hinc menses in unam epistolam scribendam impendebant; nisi cavillantur Erasmus et Scioppius. Commovit illa res Erasmum, ut Ciceronianum suum scriberet, quo nomine praeter meritum ille a Scaligero exagitatus. Infinitos eorum errores, ut jam supra diximus, Henricus Stephani in *Pseudo-Cicerone* suo et *Nizoliodidascalo* ostendit. Eosdem, ut multos nunc alios praetermittam, Taubmannus in tractatu de lingua Latina digne excepit: inter quos tamen aliqui, non satis idonei judices, ita adversus Ciceronianos pugnant, ut Ciceronis ipsius causam prodant.

Non minus hic in vulgari sua lingua insaniunt Itali, in qua et ipsi Florentinas voces singulari cura infarcire sermoni suo, atque in iis, velut in mustaceo, laureolam quaerere consueverunt, ut jam supra cap. 7. docuimus. Idem de iis testatur Albericus Gentilis libro de Actoribus fabular. cap. 17. eoque nomine eos quam maxime reprehendit. *Tantum abest, ut probare Florentinos aliquos nunc possis, qui nolunt Italum loqui, nisi quod Boccacius et Petrarcha, et unus praeterea atque alter locuti sunt olim. Stulti! An, quia lingua eorum est Attica, caeteris nobilior, non propterea aut Umbra, aut Picena, aut alia est Italica? Thuscus, Sabinus, Praenestinus sermo reprehensus, et Patavinitas; ego omnia Italica pro Romanis habeo. Sic Quintilianus, qui sapit aliquantum supra nuperos Florentinos. Sermonis nostri oculos Virgilium et Ciceronem dicit Petrarcha, et nos, si cum his oculis cernimus, non ultra Florentinum ho-*

ον, μάλιον, πωγω-
ῶμιον ἔξω,
των ᾗ νῦν ἐυδοκιμεῖ
ι.

pud Romanos intem-
es veterum Romana-
ad ipsam usque ru-
fectatores, jam su-
. Sallustium impri-
gitavit Pollio, quod
voces seligeret. E
commentariis verba
et velut breviarium
prium habuit. Hinc
Pompeji M. libertus,
rt Catonis verborum
ditissimum appella-
quoque in Antonio
ugustus reprehendit,
ientem vocat, quod
vellet, quae mira-
us homines, quam
gerent. Ciceronis ac-
ua omnia laudabant,
ut erat aequius, sui
equentiam antepone-
Aut. Dial. de Orato-
n cum nonnulla re-
in Cicerone, subji-
.] *Sola mirantur*
munt hi, qui se an-
res vocant. Versan-
oculos, qui Luci-
ratio. et Lucretium
o legunt. quibus e-
tui Aufidii Bassi,
i Noniuni, ex com-
Bisennae aut Varro-
. Major tamen fuit
teris renascentibus
a. Quippe qui, ubi
teras Latinas resu-
nus admovissent, ne-
talium in hujus glo.
atem admittere vo-
'anto enim fastidio
salpina et peregrina
ut optima quaeque,
ultiora. ipsis sorde-
runtur de illo Italo-
et supercilio passim
Germani quoque ini-
habiti, de quibus

nunc prolixius differendi locus non est, cum peculiari Dissertationi de Germanorum meritis literariis haec reservemus. Illud sane lepidum est, quod Georgio Fabricio, Patavii eximiam Latine loquendi peritiam in Melanchthone dilaudanti, Lazarus Bonamicus respondit: *Profecto ille homo incipit loqui:* quasi Melanchthon, si cum Italis conferatur, tantum balbutiat, cujus tamen Latinitas adeo nitida et pura est, ut majorem, quam illa Italorum dictio, ingenuitatem et ἀφέλειαν spiret. Quare et Galli Italos, ob hunc fastum ridiculos, non raro exagitant, ut Henr. Stephani in suo Pseudo-Cicerone pag. 85. Victorium, qui Turnebi adversaria vellicaverat. Ita enim H. Stephani: *Si fuisset ostentator Turnebus, ut ille, qui eum per contemtum Cisalpinum, nescio quem, appellat, et aeque verbosus, atque is Variarum Lectionum scriptor, de cujus loquacitate memini te aliquando questum esse, ita suos Adversariorum libros dilatare potuisset, ut quatuor mulos onerarent.*

Atque is ipse Victorius, quod mirere, non in sui tantum temporis scriptores, sed et in vetustos arrogantissimam sibi censuram arrogavit. Nam teste Balzaco Opusculis Gall. diversis Diss. 6. cui titulus, *les Passages defendus*, in quodam super Aristotelis librum commentario, Virgilium reprehendit, quod proprietatem verborum non observarit, quodque minus pure et Latine scribat, quam Lucretius; de quo tamen Quintilianus judicarat, ex illo formari non posse phrasin, seu corpus eloquentiae. Itaque de illo Balzacus: *Ce commentateur chagrin intente un procés contre une possession de seize cens ans,*

est, sua componant, et praeterea omnis ille urbis cultus et nitor, illi mores urbani ampla splendidaque agendi dignitate compositi, aliaque sensim in orationem irrepunt: non illi soli onerandi hoc crimine sunt, cum in partem, et fortassis maximam, plebs urbana veniat, Patricii vero et homines principes facile sua autoritate hospites in ordinem redigant. Neque enim nunc ideo Lutetiae Parisiorum minus nitidus est sermo Gallicus, quod tot provincialium illic confluxus sit. Voces Oratorum publicae, et librorum monumenta facile illam integritatem conservant, atque ipsis illis oppidanis exemplo sunt. Neque adeo solet linguae diversitate hic, quam vocis sono peccari, qui cuique genti quasi a natura insitus. Et hunc interdum magis formidant delicatae urbanorum aures, quam voces ipsas inconditas. Atque ita sono discrepasse provinciales, Ciceroni aliisque notatum est, et nos jam supra ostendimus. Qua inductus ratione Pignorius Patavinitatem, alicujus soni a Romana discrepantiam, definire volebat, Quintiliani quodam loco invitatus, qui e Pediano cognoverat, Livium litera *E* pro litera *I* usum. Cujus sententiae vanitatem satis deduximus. Nam non Patavinis tantum, sed et quibusvis aliis, etiam Romanis, illa literarum mutatio in usu fuit. Testaturque ipse Cicero 3. de Oratore [cap. 12.] Sulpicium Cottam imitatum jota literam tollere, et *E* plenissimum dicere.

Quis porro non crediderit, illo tempore, quo regnabat maxime Romae urbanitas, provincias omnes etiam sermone fuisse cultissimas? Propagarunt illum colonias. Ludi apud illos plurimi et quidem magna cum cura, instituti. Gallia, Hispania, Graecia, Illyricum, totus Imperii Romani orbis, consitus fuit gentibus Romanis. Nulla, dicere ausim, gens nominis Latini in toto Romano imperio fuit, quae non ex urbanis oriunda sit, per clientelas in provincias et exteras nationes propagata. Testabitur in Inscriptionum corpore Index nominum propriorum, ubi multas gentes cum agnominibus suis in Gallia, Hispania, Graecia invenimus. Etsi e tam vasto numero earum, quae perierunt, paucarum tantum superest memoria. Quis nescit, quam magnus saltem in Gallia et Hispania Inscriptionum numerus sit, quarum aliquae in lucem erutae, longe plures temporum injuria periere? Ideoque non omnia statim peregrina, quae e provinciis, habenda.

De Gallia nemini superesse dubium potest. Nam Cisalpina, quae Togatae nomine venit, et diu Latina lingua usa est, praeclaros Oratores dedit, Italiae legibus ac institutis formata, ut Dionysius scribit. De Gallis Braccatis, qui Narbonenses dicuntur, Strabo testis est libro 4. [pag. 186.] *non esse barbaros, sed plerosque jam omnes Romanam formam linguamque et vitae rationem et civitatem adeptos.* E Gallia comata primores Romanam civitatem affecuti, teste Tacito Annal. lib. 2. [cap. 23.] et ex illo tempore, moribus, artibus, affinitatibus Romanis mixti. Martialis quoque lib. 7. Epigr. 87. sibi gratulatur, quod in Vienna, Galliae Narbonensis urbe, Romanorum colonia, sua ab omnibus carmina legantur:

Fertur habere meos, si vera est fama, libellos
Inter delicias pulchra Vienna suas.

omnis ibi senior,
isque, puerque,
m tetrico casta pu-
iro.
maluerim, quam si
carmina cantant,
um ex ipso protinus
ibunt:
eus Hispano si me
s implent auro,
et Hybla meas, pa-
dymettus opes.
ergo sumus, nec
ne murmure linguae
ur. Credam jam
Lause, tibi.

iam ostendimus, fu-
Ciceronis tempora
atinitate viros Gal-
blicos Romae ludos
e quibus omnibus
linguae Latinae Gal-
sse vernaculum, ac
ac plures, viros
ncipes, urbanitatis
quam peregrinitate
olitos.

os Latinae linguae
satis propagatum,
atet, quam adeo il-
am fuisse Strabo te-
3. pag. 151.] *ut nec*
idem vernaculi me-
t, illi maxime, qui
abitarunt. Non sine
ius de Hispanis et
inum suorum lecto-
atur, cum suo tem-
solum Romae, sed
cupide legerentur,
umentis illi linguam
m extra urbem per-
rant. Ita vero ille
o.

— *Me peritus*
lber, Rhodanique
:

singulari epitheto
t, ut qui, prae cae-
ncialibus, Romanis
ngua imbuti. Vul-
nis linguam Latinam

fuisse, vel ex eo patet, quod Caesar, ut lib. 2. de bello civili [cap. 21.] refert, *habita concione, Cordubae omnibus gratias egerit: Civibus Romanis, quod oppidum in sua potestate studuissent habere: Hispanis, quod praesidia expulissent: Gaditanis, quod conatus adversariorum infregissent, seseque in libertatem vindicassent.* Audita ergo et intellecta Hispanis Caesaris oratio, qua Latinius nil dici poterat. Testatur et Pollio epistola ad Ciceronem, quae est in familiarium libro decimo trigesima prima, se Cordubae conciones ad populum habuisse: *Illud me Cordubae pro concione dixisse, nemo vocabit in dubium: Provinciam me nulli, nisi qui a Senatu missus fuisset, traditurum.* Linguae Romanae apud Hispanos receptae testimonium illustre est in quodam lapide Emporitano. Urbs enim a Massiliensibus in Hispania condita Emporiae, cujus meminit Strabo lib. 3. quae partim Graecis, partim Hispanis, partim Romanis constitit. Ita vero habet Inscriptio [inter Spuria Gruter. pag. 2. n. 2.

EMPORITANI POPVLI GRAECI HOC TEMPLVM SVB NOMINE DIANAE EPHESIAE EO SECVLO CONDIDERE, QVO NEC RELICTA GRAECORVM LINGVA NEC IDIOMATE PATRIAE IBERAE RECEPTO IN MORES IN LINGVAM IN IVRA IN DITIONEM CESSERE ROMANAM M. CETEGO ET L. APRONIO COSS.

Novi equidem, non genuinam hanc Inscriptionem haberi: sed ad probandum illud, quod volumus, satis auctoritatis habet. Licet enim non sit antiquissima,

scripta tamen ab iis fuit, qui antiquitatis notitiam habuere, et ad quos rei historia per manus tradita, praesertim cum consonent Historici. Nam Strabo [lib. 3. pag. 160.] testatur, Emporiis Dianam Ephesiam cultam, et Livius lib. 34. [cap. 9.] satis accurate describit, *quomodo in corpus unum confusi omnes, Hispanis prius, postremo Graecis in civitatem Romanam adscitis.* Non fuit porro ex ulla gente felicior et eloquentior post Ciceronem eloquentiae magister, quam ex gente Hispana Quintilianus, qui Romae publico stipendio eam artem professus est. Meminit et Gellius Antonii Juliani, Hispani, qui Rhetor Romae erat, eumque lib. 1. cap. 4. ita describit, *quod fuerit honesti atque amoeni ingenii, doctrina quoque ista utiliore ac delectabili, veterumque elegantiarum cura et memoria multa, scriptaque omnia antiquiora tam curiose spectarit, aut virtutes pensitarit, ut judicium factum esse ad amussim diceres.* Hujus ille Hispani certamen eruditum cum Asiatico juvene aliisque Graeculis, Latinis et Hispanis illudentibus, lib. 19. cap. 9. recenset. Postquam ille multa Sapphica et Anacreontica cecinisset, et Graeculi Julianum tanquam barbarum et agrestem, qui ortus terra Hispania foret, lacesserent, tum, ait Gellius, illum pro lingua patria, (ita Latinam vocat) tanquam pro aris et focis, animo irritato indignabundum ita respondisse: *Ne nos, id est nomen Latinum, tanquam profestos quosdam et insubidos, ἀναφροδισίας condemnetis, permittite mihi, quaeso, operiri pallio caput, quod in parum pudica oratione Socratem fecisse ajunt, et audite ac discite, nostros quoque antiquiores, ante eos, quos nominastis, Poëtas, amasios ac venereos fuisse.* Tum resupinum, capite velato, voce admodum quam suavi versus ait cecinisse Valerii Aeditui veteris Poëtae, item Porcii Licinii, et Quinti Catulli, quibus mundius, venustius, limatius, pressius Graecum Latinumque nihil quicquam reperiatur. Videre ex illis exemplis licet, domesticam Hispanis et patriam fuisse linguam Latinam habitam, pro qua in acerrimam contentionem venire veritus non est Julianus, dignissimus etiam suo tempore elegantiarum Romanarum praeco et defensor: nam, urbanitati et nitori illum studuisse, ex autoribus illis, quorum carmina recitavit, notat. An non et ex Hispanis Columella, etsi aetate posterior, purissimam et Romanam Latinitatem sectatur in Rusticis suis, ut prae ipso Varro durus et rusticus videatur? an non multa ille vocabula adducit Latina, quibus populares sui res rusticas efferant? quod manifestum est indicium, etiam rusticos Hispanos non aliam, quam linguam Latinam, locutos. Neque Latronis Porcii Hispani eloquentia hic silentio praetermittenda, quam Seneca in Prooemio Controversiarum multis laudibus effert.

Denique, an non iis temporibus idem factum esse credi potest, quod nunc nostro seculo contigisse videmus? Sunt Itali, Galli, Hispani, Germani, Scoti, Belgae, qui adeo exquisitam in monumentis suis Latinitatem ostendunt, ut ipsa Roma antiqua nihil elegantius scribere potuerit, domesticae peregrinitatis nemo quicquam, licet oculatissimus, deprehendat. Ejus perquam multa possent exempla proferri, si ea de re dubitare quis possit. Quare non sine causa Barthius judicat, esse inter recentiores nostros, qui cum Romanis ipsis cer-

certare possint, Romam autem jam declinantem multis parasangis antecedant. Quod si id hodie fit, cur non idem in Romanis fieri provinciis potuit, ut quos sollicitiores in eo fuisse verosimile est, ut ad fastigium Romanae eloquentiae gradu proximo accederent.

Non sola itaque Provincialium peregrinitas causa corruptae eloquentiae fuit, sed domestica quaedam urbanorum intemperies, et, ut in rebus caeteris omnibus, ita et in sermone, luxus et fastidium, imo et ignavia. Ea enim ingenii humani indoles est, ut optimarum etiam rerum, si quotidiana sunt, nauseam quandam concipiat, et semper novum aliquid, inauditum, insolitum, admirabile, excelsum quaerat. Quare statim post Ciceronis tempora ejus dictio minus nitida quibusdam visa est, ortique fuerunt, qui sententiarum argutiis se totos dederent. Tunc Caestii, inepti declamatoris, orationes Ciceronianis, indignante Seneca, praelatae. V. Prooem. in l. 3. Controv. Multae sunt Senecae in Prooem. 1. Controv. ac alibi, Quintiliani in Institutionibus, et in Dialogo de Oratoribus querelae, de qua re etiam nos pag. 112. egimus.

CAP. XVI.

Brevis eorum, quae de Patavinitate Livii dicta sunt, Ἀναπεφαλαίωσις. De Pollionis moroso ingenio nonnulla interseruntur. An Patavinitas Liviana in quibusdam idiotismis vel singularibus constiterit. Iniqui Livii censores, Erasmus, Joseph. Scaliger, Lipsius notantur. Erasmus maturiore aetate Livio aequior. Scaliger nimium ornatum in Livio reprehendit, atque in illo Patavinitatem consistere autumat. Grande dicendi genus si fuit in Livio, ornari volebat. Caesaris Commentarii sine ornatu non implent omnia Historiae requisita. Ciceronis judicium. An Liviani styli sublimitas oratoriam sublimitatem aequet? περισσολογία inepte in Livio taxata. Brevitas et Celeritas styli historici. Patavinitas Livii in redundantia verborum nonnullis reponitur. Quintiliani de μακρολογίᾳ Livii judicium refellitur. Lipsii in Livium scommata retunduntur. Summa Livii virtus ubertas. Benianae calumniae a Pignorio refutatae. De versibus in Liviana historia observatis judicia. An in Compositione verborum quaedam reprehendenda? Censores veterum autorum denuo notati. Modestia illis commendata. Livii gloria Pollione omnibusque Censoribus superior. Finis operis.

Ut tandem manum de tabula tollamus, atque huic dissertationi nostrae, omni Patavinitatis suspicione discussa, coronidem imponamus, primum, quod a nobis dissertatum est, ad unam summam referemus; deinde, si quid de censuris in Livium audacioribus reliqui est, eadem opera discutiemus.

Non itaque vel in Pompejanarum partium studio, vel in Gallicae nationis odio, vel in Patriarum laudum affectatione, non in orthographiae peregrinitate, sed in aliquo dictionis vitio, ista Pollioni Patavinitas consistere visa fuit. Qui cum ita de praestantissimo Historico judicaret, non rei veritate, sed invidia familiarique illa maledicentia, qua erga omnes suos aequales usus est, ductus fuit. Qui enim Ciceroni, Sallustio, Caesari, Virgilio non pepercerat, qui teste Seneca prooem. lib. 3. Controvers. (illa enim superioribus nunc addimus) ea ambitione laboravit, ut primus Romanorum advocatis hominibus sua scripta

recitarit: qui naturae adeo contumacis, ut cum fortuna etiam sua rixaretur; quarto enim post filii obitum die declamaverat: qui Augusti ipsius amicitiam adeo vilipendebat, ut in gravissimo ejus luctu laetitiae signa ederet: an is cum Livio humanius ageret? ut ejus gloriam aequo animo ferret? Quoniam vero occasionem huic calumniae dederat illa, quae inter Romanos et oppidanos notata fuit, sermonis discrepantia; in quo urbanitas et peregrinitas Latinae linguae consisteret, disquirendum erat. Erat vero urbani et oppidani sermonis magna antiquis temporibus differentia, quae cum incremento Romani imperii paulatim disiit, exiguis remanentibus reliquiis. Urbanae dictionis virtutes erant, quod perspicua, morata, simplex, suavis, arguta. Peregrinitas vel e provinciis, Hispania, Gallia, Africa, in quibus lingua Latina prae caeteris floruit, vel e municipiis Italiae et Latii in Romanam linguam illata. Quibus accedunt, quae hodie e vernaculo sermone a qualibet gente peregrinitates admitti solent. Fuerintne jam in Livii dictione, quae peregrinitate aliqua Patavina Latinum sermonem infuscarint, id ut antiquis ipsis inquisitu difficile, ita nobis longe difficillimum, qui non gentilem et domesticum habemus, sed lectione sola linguam nobis Latinam formamus. Etsi enim in Livio sint quidam Idiotismi, scilicet ἴδια quaedam, quae apud alios non inveniantur, ita enim Patavinitatem Livianam doctissimus Cellarius in Prolegomenis Curarum posteriorum intelligi voluit: quo judice istos Idiotismos, quos non adeo multos esse arbitror, ut a pura Latinitate abhorrentes damnabimus? cum multa in ipso Cicerone singularia occurrant, non temere rejicienda, quod apud alios non legantur: quarum aliqua Andreas Schottus in Nodis Ciceron. lib. 3. cap. 17. notavit: quemadmodum et illa, quae in Hygini Fabulis Munckerus aliique deprehenderunt, etsi prima specie insolita videantur, non tamen statim exturbanda, cum non pauca ex iis vindicarit CL. Schefferus; neque ea sit MStorum codicum integritas, ut in illis semper acquiescere possimus. Quod si ergo Livio aliquid Patavini adhaesit, mirum id videri poterat, qua in solo Livio gentilem hanc labem notarit Pollio; cum caeteri, tam aureae, quam argenteae aetatis, scriptores pene omnes non Roma, sed e provinciis oriundi, nihil hujus vitii contraxerint. Accedit adeo incertum urbanitatis, si voces et phrases spectes, judicium: in qua cum veteres ipsi fluctuant, multo magis recentiores illi Censores fluctuabunt. Quae urbanitas non ita intra urbem unam compingenda est, ut nulla ex ipsa peregrinitas oriri potuerit: non ita provinciis in universum abjudicanda, quin in illis fuerint, qui ipsos urbanos urbanitate vincerent; cum vel inter recentiores sint, qui sola autorum lectione eos in Latina lingua profectus fecerint, ut vel cum antiquis certare possint.

Facessat itaque hinc maledicus Pollio, et qui ipso magis e recentioribus Criticis temerarii judices sunt, et censuram suam sine populi suffragio exercent. Equidem Viris summis talia nonnunquam excidisse doleo; ut Erasmo, Scaligero, Lipsio. Ac Erasmus quidem, qui primum in Ciceroniano suo in Pollionis partes concesserat, maturiore aetate, ut de Cicerone, ita de Livio, rectius procul dubio sensit. Ita enim in Epistola ad Georgium Haloïnum, quae est libr. 12, 26. *Quod hactenus nemo*

animo, nec inter
oserunt de ratione
guae Latinae, nec
unc complures li-
testantur, quan-
sint in lingua La-
se nec ipse Cicero
nimo tuo, ut non
uibus Maro visus
, et barbarus Li-
us Scaliger suis in
olegomenis, quam
tis sui judicio dis-
cum ille se minus
Livio, quam cum
is in fragmentis
qui malle diceret;
sententiae suum ad-
um non veretur:
um, inquit, *aliud*
qui, aliud pure:
βαρβαρίζειν, aliud
ui; quod quidem
uit. qui βαρβαρι-
nconditum sermo-
nus, quae in Theo-
one peregrinitatem
ris Attice, et minus
n Theophrastus lo-
Idem dicas de Li-
tio ornatior. quam
Critico videbatur,
tatem in eo anim-

ornatum hic Scali-
dit, qui Romanum
n obfuscaret? An
dicendi genus se-
ic enim Patavinita-
abatur Philelphus,
Livius plerumque
qui vulgare genus
se communis sen-
lini minus accom-
Quid Philelphus hic
velit, ipse, credo,
plicaret. Sed, si
vio dicendi genus
ullum Latinae lin-
Requirebat certe
ti argumenti maje-
satis ornabat histo-
am pura illa sim-
saris dictio; quae,

ut Cicero ait, omni ornatu, quasi veste, detracta. Quae etiam Fr. Florid. Sabin. lib. 1. Lect. subcisiv. cap. 2. sententia est: *Cum illos Commentariorum libros mundissimos credamus, virtutes tamen, quae ab historico requiruntur, non exacte docent. Quid enim, si ducem apud milites concionantem exprimere cupias, an Caesaris iter insistas? non opinor: cum nulla apud eum absoluta legatur oratio, quod est historico, ut si quid aliud, necessarium. Quid si rei difficultatem, horrorem, perturbationem et alia, quae se scribenti offerunt, verborum structura, seu contextu ob legentis oculos ponere, et facta (ut ait Sallustius) dictis exaequare labores? an in Caesaris commentarios intueberis? an non potius in duo historiae Romanae lumina Livium et Sallustium?* Quare Cicero ipse, etsi prae manibus haberet Caesaris commentarios, tamen hoc scriptionis genus apud Romanos non satis ornatum querebatur. Nam in 1. de Legibus haec ad Ciceronem ex Attici persona dicta habentur: *Postulatur a te jam diu, vel flagitatur potius, historia. Sic enim putant, te illam tractante, effici posse, ut in hoc etiam genere Graeciae nihil cedamus. Atque, ut audias, quid ego ipse sentiam, non solum mihi videris eorum studiis, qui literis delectantur, sed etiam patriae, debere hoc munus, ut ea, quae satis per se est, per eundem te sit ornata. Potes autem tu profecto satisfacere in ea, quippe cum sit opus, ut tibi quidem videri solet, unum hoc Oratorium maxime.* Quod si ergo e Ciceronis sententia Oratorium maxime est, Historiam scribere, et ad orationem ornatus omnino requiratur; non potest a justo Historiae corpore abesse ornatus.

Ipsae Ciceronis orationes an non sunt ornatissimae? nihil tamen ille ornatus Latinae linguae derogat. Quare inepte haec, tanquam contraria, sibi opponit Scaliger.

Non probaverim tamen illud Andreae Schotti, lib. 1. Tullian. quaest. cap. 18, qui Livium hoc grandi genere uti existimat, quo Cicero in orationibus utitur. Nam etsi Livius prae caeteris plenius rerum et factorum circumstantias recenset, variasque digressiones et descriptiones loci et temporis immiscet: ita tamen se gerit, ut historicum se esse meminerit, qui res gestas dilucide, et quanta fieri potest cum delectatione, enarrat; non vero omni amplificandi genere, facta ubique mora, exardet. Itaque in concionibus rerum argumentis est densior, quam rerum ornamentis copiosior; ut recte de eo judicavit Bucoldianus lib. 2. de Invent. et amplificat. orat. cap. 38. In omnibus ita se gerit Livius, ut de historico stylo praecepit Trapezunt. lib. 5. Rhet. pag. 175. *Nullam, quae ad rem pertinet, circumstantiam historicus relinquet, et, cum nihil minutarum rerum etiam praetermittat, modum quoque ad unamquamque rem adjiciet. Neque tamen in singulis, ut oratores faciunt, immorabitur, sed singulorum expositione, non amplificatione, consequetur, ut et res geri videatur, et affectus moveatur, ex quo fit, ut in hac quoque minuta descriptione rerum ab historico genere formaque narrationis non discedat, quam quidem descriptionem tum scilicet latissime occupabit, cum res magna acciderit.* Ita porro hoc grande dicendi genus in Livio circumscribit Trapezuntius, ut nunquam humilitate rerum demitti, nunquam magnitudine ulterius, quam oporteat, efferri, nunquam denique multitudine confundi judicet.

Inepti itaque sunt, et nihil in eloquentia sapiunt, qui, nescio quam, in Livio περισσολογίαν damnant, quod etiam in Cicerone vitium a stultis hominibus reprehensum fuit, qui illam copiose loquentem sapientiam non capiebant. Quod si quis Sallustii historiam cum Liviana conferre velit, ut erudite contulit Joannes Jovian. Pontanus in Actio Dialogo, satis, quantum prae Sallustiana brevitate decoris habeat Liviana copia, deprehendet. Argumento sane differunt. Sallustius flumen aliquod decurrit; Livius totum Oceanum pernavigat. Ut credam ego, Quintiliani judicium non vacare aliquo mendo, cum lib. 2. cap. 5. Sallustium majoris historiae autorem vocat, quam Livium: ubi tamen Barthii emendatio Advers. lib. 48. cap. 19. mihi non satisfacit.

In illa tamen ubertate, quod mireris, non desunt illae Historici styli virtutes, Brevitas et Celeritas, sed suo dicendi generi accommodatae. Nam etsi Sallustius brevitate superat Livium, tamen Livius in copiosa oratione intra illos se fines continet, ne ultra ubertatem historici styli excurrat. Celeritas vero, γοργότης, brevitati quodammodo cognata, (nam in ipsa brevitate copiam quasi continet, et in copia brevitatem prae se ferre videtur, estque brevis et accurata complexio, collectio sive conglutinatio complurium simul rerum ac verborum et quasi partium) adeo in Livio est mirabilis, ut ipsam rem subjicere oculis videatur, ut cum de Annibale [lib. 21, 4.] *Inhumana crudelitas, perfidia plusquam Punica, nihil veri, nihil sancti; nullus Deum metus, nullum*

, nulla religio. De
te pulchre Ponta-
nus ad agendum,
ambulandum inni-
nultis pollent jun-
ipsa celeritas suis
lefessa indefatiga-
Quae sermonis vir-
fice narrationi in-
a natura destinata
et varietatem non
et venustatem ora-
et, delirant profe-
lem hanc verborum
em existimant, eas-
s *περισσολογίαν* et
undantiam in Livio
.

n eo Patavinitatem
re autumant. Nam
otthaeus Vayerus in
de antiquis et prae-
icis hoc recenset:
pense, qu'elle con-
ement en une repe-
lutost multiplicité
lictions synonymes
sme periode, con-
se pratiquoit à Ro-
n'aimoit pas cette
qui faisoit remar-
ngeres. Nemo non
esse haec et teme-
, pari numero cum
e censura habenda,
n Livium vocabat,
n tanquam nullius
maeque doctrinae
uit, et de Homeri
bolendis cogitavit.
m sane coacervatio
Ciceroni imprimis,
a. Reprehendit et
lib. 8. cap. 3. in
oyiav cum ait lib.
on impetrata pace,
, unde venerant,
ui male respondet
libro de Eloq. Viri
e differre interdum
ibentis a legente;
magistris dicendi
omnia ad regulas
artis usque ad minutias revocare: ita scriptores de industria a praeceptis, cum ratione, ad fiduciam et securitatem quandam sua studia referre, denique ad venustatem orationis totius vix pertinere, si capillus non prorsus ad leges Geometricas sit repositus.

Quis ergo Lipsium, Virum quidem doctum, sed minime idoneum harum rerum judicem, ferat? qui notis ad Polit. lib. 1. cap. 9. Livium supinum et frigidum, imo et *ταυτόλογον*, sententiis quidem bonum, sed non frequentem, agnoscit. Ex Lipsii ingenio si veteres aestimari autores deberent, miram haberemus et nullius boni succi ac coloris eloquentiam. Quae ille in Livio, ut vitia, reprehendit, virtutes sunt. An ille in Livii vitiis tam acutum cernat, ut aquila aut serpens Epidaurius,

Cum sua pervideat oculis mala lippus inunctis.

Nisi enim omnia argutiis et minutis ac abruptis sententiis fracta fuerint, illi frigida erunt et *ταυτόλογα*. Cum nemo magis in illa brevitate frigidus et *ταυτόλογος* sit, quam Lipsius, et qui illum sequuntur. Non est ineptus sententiarum ostentator Livius; sed, quae in illo latitent civilis prudentiae oracula, abunde ostendit Machiavellus. In Lipsium, frequentiores in Livio sententias requirentem, optime convenit, quod Cicero in Oratore suo de Thucydideis illis judicat, qui multas habent obscuras abditasque sententias, vix ut intelligantur. Quid illi in Livio laudabile videatur, qui etiam in Caesare, scriptore purissimo, Elect. 2. cap. 7. multa otiosa, disjuncta, intricata, interpolata reperit, et in dictione ipsa spirare naribus suis auram illam purae antiquitatis negat? Cujus culpam etsi in imperitos

librarios confert, mirum tamen hic videri possit, adeo obesae naris prae emunctae naris Critico Lipsio fuisse caeteros, ut hanc ipsi auram non subolfacerent. Non male adversus has similesque Lipsii calumnias Livium defendit Facius in Politicorum Livianorum prologo. Tantum ergo abest, ut *περισσολογίας* vitio notari oratio Liviana debeat, ut potius lacteam in illo ubertatem depraedicet Quintilianus, mare tranquillum vocet Caesar Scaliger. Ubertate Quintilianus orationis amplitudinem commendat; cum lacteam vocat, candorem ac facilitatem ostendit. Mari Scaliger comparat, cum inexhaustam ejus ubertatem respicit: tranquillum appellat, ut demat vitia, quae copiam haud raro comitari solent.

Plura restant apud Benium in Livium scommata, impune adeo a mordacissimo hoc homine sine pudore et ratione protrusa, ut vix sanae mentis esse, et furiis quibusdam agitatum credas. Quorum stultitiam dignis modis excepit Laurentius Pignorius in Symb. Epist. epist. 44. In quibus etiam futile hoc et nugatorium, quod in compositione verborum integris nonnunquam versibus utatur: quasi non infinita talia in omni scriptorum genere notari possint, quae aliud agentibus exciderunt, neque tamen recte versus vocantur, etsi pedibus certis constant. Nisi enim adsit numerus et concinnus vocum positus, vel aures accuratissimas effugiet. Eorum farrago colligitur apud Barth. Adversarior. lib. 8. cap. 21. lib. 32. cap. 4. lib. 31. cap. 17. lib. 41. cap. 22. lib. 16. cap. 14. lib. 11. cap. 16. ac ipse non pauca exempla notavi. Ac profecto verum est, quod Jo. Lud. Vives lib. 4. de causis corrupt. disc. ait: *Adhibeat, quantamcunque operam et diligentiam quis volet, attentissime se observet ipse custos sui, non poterit tamen versum effugere. Si quis maximorum autorum orationes excutiat, ex versibus, aut magna eorum parte, videbit omnia conflata, etiam notis, etiam sonoris magis, quam sunt trimetri jambici familiares fabulis.* Est vero multus illic in hoc argumento Vives, et plurimis tum rationibus, tum exemplis suam sententiam firmat. Frustra per haec exempla Livius Poëtismi arguitur. Quousque Poëtae cum Historico sit convenientia, jam supra diximus, et versus nonnunquam intermisti suavitatem sermoni conciliant, ut Hermog. de Ideis lib. 2. cap. 4. probat. Verum, ut ab historica abesse dictione debent, ita hi ne versuum quidem loco habendi sunt.

Exsibilandus itaque cum his suis argutatiunculis omnino est Benius, qui in primis illis Livii verbis, quae versum Hexametrum nonnullis exprimere videntur, *Facturusne operae pretium sim, si a primordio*, etiam phrasin illam *facere operae pretium*, ut minus Latinam, reprehendit. In structura sermonis et in compositione verborum, nescio, quid eidem displicet: etsi enim e verborum non satis apta collocatione praecipue peregrinitas inferri in sermonem possit, ut demonstrare voluit, qui de praerogativa Gallicae linguae prae Latina dissertationem Gallicam ante aliquot annos scripsit: non video tamen, quibus in ordinem redigere rationibus Livium velit Benius, qui tota sua dissertatione id operam dat, ut cum ratione insaniat. De Livio quidem Böclerus in Eloq. Viri civilis: *Fortassis delicati oris limatique judicii politicus, etiamsi totum*

etque Livium, non riodorum structuras ue interdum suo pro- stimabit conducere. ec, ut opinor, Böcle- ieo dicta vult, ut Li- nalam verborum col- reprehendat, sed ut n ipso non imitanda

niquissimi illi veterum censores, quales cum m monstris comparat . 17. cap. 1. qui de ortalibus impias opi- ddiderunt; ac sibi il- i dictum putent: *spe- sacrilegii, non aesti- quos.* Cum enim sum- lis gratulari debere- d e tam multis tempe- nos evaserint, in il- injurii et ingrati su- petulantissimis nostris llos insectamur. Dis- potius, occultemus, i potest, errores ma- ominum, ut Balzacus n. Gallico de spuria : vel saltem malo ex- publicum non profe- ueamur nonnunquam ntentias adversus ocu- rorum fidem, adver- tices et Grammatices bia, ita ut vel nullos rrores, vel pulchros lamus, et potius velut nperfectas veneremur, vitia damnemus. Vi- in imperitos et acer- ensores, ut telum ali- tici non solum claris- et Viri eloquentissimi, . 17. cap. 11. Var. Lect. : *Quod mihi inter- m, interdum stoma- vet, obscuri homun- eriuntur, qui nobilis- sque scriptores, quos- am in coelo, ut ita nerita collocarunt, in cogere, et de iis ad- versus tot seculorum sententiam judicare audeant. Alius Homerum damnat: alius in Virgilio multa reprehendit: alius praecepta Horatii de arte Poëtica irridet: alius Ovidium ait nescisse Latine loqui: quasi nos hodie, quid sit Latine loqui, sciamus: alius alia, quorum me pudet pigetque. Miseri, quanto melius facerent, si ad res intelligendas, et ad virtutes eorum penitus cognoscendas, et, quantum cujusque vires ferunt, imitandas studium conferrent, quam nunc, cum canum lunam allatrantium more, ad quos aspicere non possunt, eorum famam lacerare contendunt. Neque negaverim, esse et in veteribus, quae culpari possint: homines enim fuerunt: sed, ut in formosis corporibus naevos notamus, non propterea totam formam despicimus: sic et in illis, si qua non placent, modeste notanda, non ipsos tribu movendos censeo. Modesta judicia fero: impudentiam et arrogantiam non fero.* Inculco denuo, et repetens iterumque iterumque monebo, quod supra cap. 2. e Quint. lib. 10. cap. 1. adduximus: *Modeste et circumspecto judicio de magnis autoribus pronunciandum est: ne, quod plerumque accidit, damnent, quod non intelligunt. Ac, si necesse est in alteram errare partem, omnia eorum legentibus placere, quam displicere, maluerim.*

Haec, in omnes veterum autorum immodestos Censores dicta, merito insidere omnium animis debent. Quibus enim non objurgationibus, qua non procella verborum impia haec capita obrui merentur? Nos Livii causam hac dissertatione pro virili adversus Pollionem defendendam suscepimus. Qui etsi vivum Livium e Roma in Patavium rele-

gare voluit; hic tamen etiam post fata perenni Romanae civitatis jure donatus immortales in orbe literato triumphos agit, cum Pollio, ex illa sua Roma in perpetuum pulsus exilium, inanem nominis sui et illaudatam tantum memoriam nobis reliquerit. Et hic quidem suos jamdudum passus est manes. Illustribus seculi nostri viris, si quid in Livium acerbius dixerint, condonandum arbitror. Reliquos illos Deos patellarios ac Criticastros, hesternos Livii nostri censores, cum Demetriis et Tigelliis Horatianis,

Discipulorum inter jubeo plorare cathedras.

JOANNES BUHERIUS

DE

PATAVINITATE LIVIANA.

T. Livio, Romanorum Historicorum facile principi, *Patavinitatem*, nescio quam, exprobrabat olim Asinius Pollio, magna quoque ipse inter Romanos rerum gestarum et eloquentiae fama clarus. Id testatur Quintilianus Inst. Orat. 1, 5. et 8, 1. Cui si credimus, Livianum istud vitium in aliqua verborum insolentium ac peregrinorum affectatione constitit. Verum, etsi non minimi ponderis sit tanti Auctoris judicium, illius hac de re conjecturam viri docti non immerito dubitant admittere. Hactenus enim inventus est nemo, non dico recentiorum, sed ne veterum quidem, qui Patavina illa vocabula in Livio deprehenderit. Imo Quintilianus ipse ubique miram illius facundiam praedicat, lacteamque ubertatem; ita ut eum juvenibus potius legendum suadeat, quam Sallustium; ut pote candidiorem ac magis expositum.

Ea ratio, ni fallor, optima, eruditissimos a duobus retro saeculis viros impulit, ut *Patavinitatis* voce aliud quid intelligendum esse censerent. Itaque ab Asinio suspicantur tacite exprobatas esse Livio, vel nimias Patavinorum laudes, vel Gallici nominis odium, vel orthographiae insolentiam, sive etiam Pompejanarum partium studium. Varias illas opiniones recensuit, et feliciter improbavit vir doctus Daniel Georgius Morhofius in luculenta De Patavinitate Liviana Dissertatione. Sed nihilo mihi ceteris felicior fuisse videtur, dum *Patavinitatem* Livii putavit consistere in aliquo dictionis vitio, ita tamen latente, ut a nemine hodie possit animadverti.

Ego vero arbitror, si quid in Livio vitii inesse dicendum est, nihil esse aliud, quam redundans illud atque Asiaticum dicendi genus, quod, quasi a Romana virilitate alienum ac frigidum, ut in Cicerone Brutus, sic in Livio quidam carpere ausi sunt. Unus horum Imperator Caligula, *qua-*

sum in Historia negli-
gue, Livium traducebat,
tonio in ipsius vita cap.
n et Quintilianus Instit.
ρολογίαν in eo repre-
. Haud dubie sane in
ententia fuisse quoque
Pollio, cujus in scriptis
quidem laudatur; sed
io dura, salebrosa, ac
isse dicitur, uti ex ve-
diciis observavit Mor-
ctae Dissertationis cap.
gitur aurea Livii uber-
ispliceb at, *quod exili-*
m praegravaret, quod-
si sibi conscius gene-
re se in dicendo posse
s ille placeret, diffide-
in pari casu de Seneca
lianus Instit. 10, 1.
gitur dicax esset et ur-
llio, frigidam illam et
elumbem, ut sibi videbatur, Livii prolixitatem festive *Patavinitatem* appellabat ea ratione, quam a nemine hactenus, quod sciam, observatam demiror. Patavinis scilicet mulieribus vitio dabatur, quod essent in Venerem frigidiores. Unde Martialis Epigramm. 11, 16.

Tu quoque nequitias nostri lususque libelli
Uda puella leges, sis Patavina licet.

Haec certe in Patavinis mulieribus morum severitas laudari potius meruit, uti laudata est a Plinio juniore Epist. 1, 14. Sed inde Pollionem jocandi in Livium occasionem arripuisse manifestum mihi videtur. Quod quin facete fecerit, licet maligne, nemo, ut opinor, ibit inficias.

OH. HENRICUS BOECLERUS

DE

LYBII LIVIIQUE

versa scribendi ratione, et hujus imitatione.

saepissime imitari Poly-
mo eruditorum dubi-
enim rebus, quas Po-
ipsit, Livius non ha-
ris ingenii et judicii
nem imitaretur. Cum-
adverteret, Polybium
ut historia scribenda
a civilem prudentiam
negotiorumque natu-
tum, tractationem prae
bus singulariter com-
retur: ipse, in eodem genere disciplinae ne minor haberetur, diversa quidem, sed exquisita, arte meruit. Vitavit ergo ea, quae in Polybio, vel nimium reprehendendi alios studium, vel manifestiorem sui laboris praedicationem, vel ambagiosam circumductionem, aut operosius molimen, prae se ferebant: deditque specimen politi decoriique operis; in quo rerum gestarum series et expositio, perpetuis ac opportune subnatis ra-

tionum civilium momentis, apte simul et speciose, tanquam venusti sine ruga et naevo corporis spectaculum, cohaereret. Et vix sane reperias in Livio, quod delicatissimo etiam lectori taedium creare queat: nisi quod prodigiis memorandis solicitiori diligentia studet, quam ille tamen partem religionis facit. Nescio, an nimis in contrarium nitatur Polybius, cum omnem fidem etiam isti narrationi abrogat, (lib. 3. cap. 48.) quam de *vastitate Italiae*, prodigio significata, plerique tradiderunt. Ex qua sive historia, sive fabula, Livius (lib. 21. cap. 22.) nihil Polybii judicio territus, id sumit, quod ad fidem proclivius, minusque poëticum est. Si quis conferat Livii libros 21. et 22. cum Polybiano tertio, pulcrum ingeniorum certamen apparebit. Oppugnationem et excidium Sagunti, Livius quam bene judicaverit, haud obiter memorari debere, in aperto est. Legatos Romanorum ab Hannibale admissos negantibus maluit accedere Livius (21, 9.) quam Polybium sequi, ea Hannibali tribuentem (lib. 3. cap. 15.) quae incredibilia videntur. Hannibal scilicet prae ira non satis compos mentis fuerit, ut, omissis veris causis, ad injustos praetextus confugeret? Fac, eum respondisse legatis, quae Polybius responsa refert: an hoc irae tribuendum potius, quam meditatae versutiae, non minimam certe dubitationem habebit. Livius legationum argumenta diligenter distinguit, quod in Polybio haud aeque observes. Vide lib. 3. c. 20. Consultationem Senatus Carthaginiensis, omissam Polybio, ad lucem et declarationem totius causae, potentibus momentis retulit Livius lib. 21. cap. 10. et 11. Romanas copias diligentius memorare Livius voluit 21, 17. etc. Flaminii iter verbo prosequitur Polybius 3, 77. Livius uberius describit fine libri 21. et principio 22. Orationes Aemilii Paulli et Fabii, ante expeditionem Cannensem, quantum conferant, ad statum belli custodiendum signandumque, et ad omne consilium imperatorium, Livius ab omnibus conspici voluit 22, 38. etc. Polybius nihil aliud, quam Aemilium milites alloquentem inducit. Foedera Carthaginiensium cum Romanis verbose repetit Polybius 3, 21. et seqq. et postea judicii quoque sui copiam facit liberalius lib. 3. cap. 29. et 30. Tu tamen vide, an minus dixerit Livius lib. 21. cap. 19. non toto. Gratiae equidem debentur Polybio, quod formulas tabulasque foederis historiae suae inserendas censuerit; haec enim monumenta in thesauris reponi, ratio est. At Livio forma et lex suscepti operis non permittebat toto sacco serere. Quanto est conspectior fortuna diei Cannensis illa narratione Livii (22, 51.) quam Polybius vix per transennam ostendit fine libri tertii.

De imperio, Scipioni adolescenti in Hispaniam mandato, ex Polybio pleraque Livius transtulit; magno delectu versans in singulis. Lege, quae Polybius de Scipionis credita divinitate fusius exposuit lib. 10. et considera, quomodo inter miraculi et probabilitatis rationes misceri solitas incesserit Livius 26, 19. Lege, quam orationem, antequam Iberum transiret Scipio, a Polybio acceptam jejuno quodam et macro habitu, exstare toris, lacertisque valere fecerit Livius 26, 41. In altera oratione, qua ad oppugnandam Novam Carthaginem milites Scipio cohortatur (apud Liv. 26, 43.) mireris, quod omittit Livius commentum Polybio memoratum de Neptuno in somnis viso, et victoriam pollicente, quod tamen

tibus moribusque Sci-
horret, et militibus con-
apprime inservit. nisi
alia promptius spernere
olybium, non satis gra-
us argumenti auctorem
Regium Scipionis ani-
ecusato Regis nomine,
scripsit Polybius lib. 10.
etc. Brevius agit, sed
us, Livius lib. 27. cap.
loquium Hannibalis et
s (apud Polybium lib.
35.) tractando melius fecisse Livium lib. 30. cap. 30. nulla opus est demonstratione. Quibus aliquis rebus adductus facile credat, Polybium exquisitis prudentiae et eloquentiae artibus a Livio superari. qua tamen in re non est dissimulandum, imitatores saepe ingenio eorum, quos imitantur, ad accuratiora quaedam invenienda excitari et submoneri.

CAROLI SIGONII
ONOLOGIA IN T. LIVII HISTORIAS
AB URBE CONDITA.

Reges.

Romulus regnat annos XXXVIII.
nterreges regnant annum I.
Numa Pompilius annos XLIII.
Tullus Hostilius annos XXXII.
Ancus Marcius annos XXIV.
L. Tarquinius Priscus annos XXXVIII.
Serv. Tullius annos XLIV.
L. Tarquinius Superbus annos XXV.

Consules.

. Junius Brutus.	L. Tarquinius Collatinus.
Sp. Lucretius Tricipitinus.	P. Valerius Poplicola.
M. Horatius Pulvillus.	
Valerius II.	T. Lucretius.
Lucretius.	P. Valerius Poplicola III.
. Lartius.	T. Herminius.
. Valerius.	P. Postumius.
Valerius IV.	T. Lucretius.
grippa Menenius.	P. Postumius.
piter Virginius.	Sp. Cassius.
ostumus Cominius.	T. Lartius.
er. Sulpicius.	M. Tullius.
. Vetusius.	T. Aebutius.
. Cloelius.	T. Lartius.
. Sempronius.	M. Minucius.

258	A. Postumius.	T. Virginius.
259	Ap. Claudius.	P. Servilius.
260	A. Virginius.	T. Vetusius.
261	Sp. Cassius.	Postumus Cominius.
262	T. Geganius.	P. Minucius.
263	M. Minucius.	A. Sempronius.
264	Sp. Nautius.	Sex. Furius.
265	T. Sicinius.	C. Aquillius.
266	Sp. Cassius.	Proculus Virginius.
267	Ser. Cornelius.	Q. Fabius.
268	L. Aemilius.	K. Furius. (a)
269	M. Fabius.	L. Valerius.
270	Q. Fabius.	C. Julius.
271	K. Fabius.	Sp. Furius.
272	M. Fabius.	Cn. Manlius.
273	K. Fabius.	T. Virginius.
274	L. Aemilius.	C. Servilius.
275	C. Horatius.	T. Menenius.
276	A. Virginius.	Sp. Servilius.
277	C. Nautius.	P. Valerius.
278	L. Furius.	A. Manlius.
279	L. Aemilius.	Opiter Virginius, vel Vopiscus Julius.
280	L. Pinarius.	P. Furius.
281	Ap. Claudius, Ap. F.	T. Quinctius.
282	L. Valerius.	Ti. Aemilius.
283	T. Numicius Priscus.	A. Virginius.
284	T. Quinctius.	P. Servilius.
285	Ti. Aemilius.	Q. Fabius.
286	Q. Servilius.	Sp. Postumius.
287	Q. Fabius.	T. Quinctius.
288	A. Postumius Albus.	Sp. Furius Fusus.
289	L. Aebutius.	P. Servilius.
290	L. Lucretius Tricipitinus.	T. Veturius Geminus.
291	P. Volumnius.	Ser. Sulpicius.
292	C. Claudius, Ap. F.	P. Valerius Poplicola.
293	Q. Fabius Vibulanus III.	L. Cornelius Maluginensis.
294	L. Minucius.	C. Nautius.
295	Q. Minucius	C. Horatius Pulvillus.
296	M. Valerius.	Sp. Virginius.
297	T. Romilius.	Sp. Veturius.
298	Sp. Tarpejus.	A. Aterius.
299	P. Curatius.	Sex. Quinctilius.
300	T. Menenius.	P. Sestius Capitolinus.
301	Ap. Claudius.	T. Genucius.

(a) Ita hunc consulem vocant variae Sigonii edd. Sed sine dubio legendum est *K. Fabius;* ita enim Liv. 2, 42. aliique passim: neque aliter Sigonius in commentario in Fastos ad A. v. C. CCLXIX.

DECEMVIRI CONSULARES.

. Claudius.	Sp. Postumius Albus.
Genucius.	Ser. Sulpicius.
Sestius.	T. Romilius.
Veturius.	P. Curatius.
Julius.	A. Manlius.
. Claudius II.	Q. Fabius.
. Cornelius.	M? Rabulejus.
Minucius.	Q. Poetelius.
. Antonius.	R. Duilius.
. Sergius.	Sp. Oppius.

em Decemviri per vim in hunc annum continuarunt.

Valerius.	M. Horatius.

em consules continuasse videntur in hunc annum.

Herminius.	T. Virginius Coelimontanus.
Geganius Macerinus.	C. Julius.
Quinctius Capitolinus IV.	Agrippa Furius.
Genucius.	C. Curtius.
Sempronius Atratinus.	Trib. mil. cons. pot. abdicarunt. In eorum L. F. sunt consules.
Cloelius.	
Atilius.	
Papirius Mugillanus.	L. Sempronius Atratinus.
Geganius Macerinus II.	T. Quinctius Capitolinus V.
Fabius Vibulanus.	Postumus Aebutius Cornicen.
Furius Pacilus.	M? Papirius Crassus.
culus Geganius Macerinus.	L. Menenius Lanatus.
Quinctius Capitolinus VI.	Agrippa Menenius Lanatus.
am. Aemilius.	
Quinctius, Cincinnati F.	Trib. mil. cons. potest.
Julius.	
Geganius Macerinus III.	L. Sergius Fidenas.
Cornelius Maluginensis.	L. Papirius Crassus.
Julius II.	L. Virginius.
Julius III. vel M. Manlius.	L. Virginius II. vel Q. Sulpicius.
Fabius Vibulanus.	
Sergius Fidenas.	Trib. mil. cons. potest.
Fossius.	
Pinarius Mamercus.	
Furius Medullinus.	Trib. mil. cons. potest.
. Postumius Albus.	
Quinctius L. F. Cincinnati. Pennus.	C. Julius Mento.
Papirius Crassus.	L. Julius.
Sergius Fidenas II.	Hostus Lucretius Tricipitinus.
Cornelius Cossus.	T. Quinctius Pennus II.
vilius Abala.	L. Papirius Mugillanus.

Tr. mil. 328	(T. Quinctius Pennus.	C. Furius.
	(M. Postumius.	A. Cornelius Cossus.
Tr. mil. 329	(A. Sempronius Atratinus.	L. Furius Medullinus.
	(L. Quinctius Cincinnatus.	L. Horatius Barbatus.
Tr. mil. 330	(Ap. Claudius Crassus, X viri F.	L. Sergius Fidenas.
	(Sp. Nautius Rutilus.	Sex. Julius Julus.
331	C. Sempronius Atratinus.	Q. Fabius Fibulanus.
Tr. mil. 332	(L. Manlius Capitolinus.	L. Papirius Mugillanus.
	(Q. Antonius Merenda.	L. Servilius Structus.
333	T. Quinctius Capitolinus, Capit. F.	N. Fabius Vibulanus.
334	Interreges uno anno regnarunt.	
335	(L. Quinctius Cincinnatus III.	L. Furius Medullinus II.
	(M. Manlius.	A. Sempronius Atratinus.
Tr. mil. 336	(Agrippa Menenius Lanatus.	P. Lucretius Tricipitinus.
	(Sp. Nautius.	C. Servilius.
337	(L. Sergius Fidenas.	
	(M. Papirius Mugillanus.	Trib. mil. cons. pot.
	(C. Servilius, Prisci F.	
Tr. mil. 338	(Agrippa Menenius Lanatus.	L. Servilius Structus II.
	(P. Lucretius Tricipitinus.	Sp. Veturius Crassus.
Tr. mil. 339	(A. Sempronius Atratinus III.	Sp. Nautius Rutilus II.
	(M. Papirius Mugillanus II.	Q. Fabius Vibulanus.
Tr. mil. 340	(P. Cornelius Cossus.	* Quinctius Cincinnatus.
	(C. Valerius Potitus.	N. Fabius Vibulanus.
Tr. mil. 341	(Cn. Cornelius Cossus.	L. Valerius Potitus.
	(Q. Fabius Vibulanus II.	P. Postumius Regillensis.
342	A. Cornelius Cossus.	L. Furius Medullinus.

343	Q. Fabius Ambustus.	C. Furius Pacilus.
344	M. Papirius.	C. Nautius Rutilus.
345	M? Aemilius.	C. Valerius.
346	Cn. Cornelius Cossus.	L. Furius Medullinus II.
347	C. Julius Julus.	Trib. mil. cons. pot.
	P. Cornelius Cossus.	
	C. Servilius Ahala.	
348	L. Furius Medullinus II.	C. Valerius Potitus II.
	N. Fabius Vibulanus II.	C. Servilius Ahala II.
349	P. Cornelius Cossus.	N. Fabius Ambustus.
	Cn. Cornelius Cossus.	L. Valerius Potitus.
350	T. Quinctius Capitolinus.	A. Manlius.
		L. Furius Medullinus III.
	T. Quinctius Cincinnatus.	M. Aemilius Mamercinus.
351	C. Julius Julus II.	Cn. Cornelius Cossus.
	C. Valerius Potitus III.	K. Fabius Ambustus.
	M? Sergius Fidenas.	Sp. Nautius Rutilus II.
	P. Cornelius Maluginensis.	M. Quinctilius Varus.
352	M? Aemilius Mamercinus II.	L. Julius Julus.
	L. Valerius Potitus III.	M. Postumius.
	Ap. Claudius Crassus.	M. Postumius Albinus.
	M. Furius Camillus.	Q. Sulpicius.
353	C. Servilius Ahala III.	A. Manlius II.
	Q. Servilius.	M? Sergius II.
	L. Virginius.	Cn. Cornelius Cossus.
354	L. Valerius Potitus IV.	K. Fabius Ambustus.
	M. Furius Camillus.	L. Julius Julus.
	M. Aemilius Mamercinus III.	P. Maenius.
355	P. Licinius Calvus.	P. Maelius.
	L. Titinius.	L. Publilius Vulscus.
	L. Furius Medullinus.	

Tr. mil. 356	(M. Veturius.	M. Pomponius.
	(C. Duilius.	Volero Publilius.
	(Cn. Genucius.	L. Atilius.
Tr. mil. 357	(L. Valerius Potitus v.	L. Furius Medullinus III.
	(M. Valerius Maximus.	Q. Servilius Fidenas II.
	(M. Furius Camillus II.	Q. Sulpicius Camerinus II.
Tr. mil. 358	(L. Julius Julus.	A. Postumius Regillensis.
	(L. Furius Medullinus IV.	P. Cornelius Maluginensis.
	(L. Sergius Fidenas.	A. Manlius.
Tr. mil. 359	(P. Licinius P. F. Calvus.	L. Titinius II.
	(P. Maenius II.	P. Maelius II.
	(Cn. Genucius II.	L. Atilius II.
Tr. mil. 360	(P. Cornelius Cossus.	P. Cornelius Scipio.
	(K. Fabius Ambustus III.	L. Furius Medullinus V.
	(M. Valerius Maximus II.	Q. Servilius III.
Tr. mil. 361	(L. Furius Medullinus VI.	Sp. Postumius.
	(C. Aemilius.	P. Cornelius II.
	(L. Valerius Poplicola.	M. Furius Camillus.
362	L. Lucretius Flavus.	Ser. Sulpicius Camerinus.
363	L. Valerius Potitus.	M. Manlius Capitolinus.
Tr. mil. 364	(L. Lucretius.	L. Furius Medullinus VII.
	(Ser. Sulpicius.	Agrippa Furius.
	(M. Aemilius.	C. Aemilius II.
Tr. mil. 365	(Q. Fabius Ambustus.	Q. Sulpicius Longus.
		Q. Servilius IV.
	(Duo fratres Q. Fabii Ambusti.	Ser. Cornelius Maluginensis.
366	M. Furius Camillus annum.	Dictaturam continuavit in hunc
Tr. mil. 367	(L. Valerius Poplicola II.	A. Manlius.
	(L. Virginius.	L. Aemilius.
	(P. Cornelius.	L. Postumius.
Tr. mil. 368	(T. Quinctius Cincinnatus.	L. Aquillius Corvus.
	(Q. Servilius Fidenas V.	L. Lucretius Tricipitinus.
	(L. Julius Julus.	Ser. Sulpicius Rufus.

(L. Pa-

	(L. Papirius.	C. Sergius.
. 369	(L. Aemilius II.	C. Cornelius.
	(L. Menenius.	L. Valerius Poblicola III.
	(M. Furius Camil-	L. Horatius Pulvillus.
	(lus.	
. 370	(Ser. Cornelius Ma-	L. Quinctius Cincinnatus.
	(luginensis.	
	(Q. Servilius Fide-	P. Valerius.
	(nas VI.	
	(A. Manlius.	L. Quinctius Capitolinus.
	(P. Cornelius.	
371	(T. Quinctius Capi-	L. Papirius Cursor II.
	(tolinus.	C. Sergius II.
	(Ser. Cornelius Ma-	P. Valerius Potitus II.
	(luginensis III.	
372	(M. Furius Camil-	Ser. Sulpicius Rufus II.
	(lus V.	
	(C. Papirius Cras-	T. Quinctius Cincinnatus.
	(sus.	
	(L. Valerius IV.	L. Lucretius.
373	(A. Manlius III.	L. Aemilius.
	(Ser. Sulpicius III.	M. Trebonius.
	(Sp. Papirius.	Q. Servilius.
374	(L. Papirius.	C. Sulpicius.
	(Ser. Cornelius IV.	L. Aemilius IV.
	(M. Furius Camil-	L. Furius.
	(lus VI.	
375	(A. Postumius Re-	L. Lucretius.
	(gillensis.	
	(L. Postumius Re-	M. Fabius Ambustus.
	(gillensis.	
	(L. Valerius V.	L. Menenius II.
376	(P. Valerius III.	P. Papirius.
	(C. Sergius III.	Ser. Cornelius Maluginensis.
	(P. Manlius.	C. Sextilius.
377	(C. Manlius.	M. Albinius.
	(L. Julius.	L. Antistius.
	(Sp. Furius.	P. Cloelius.
378	(Q. Servilius II.	M. Horatius.
	(C. Licinius.	L. Geganius.
	(L. Aemilius.	Ser. Sulpicius.
379	(P. Valerius IV.	L. Quinctius Cincinnatus.
	(C. Veturius.	C. Quinctius Cincinnatus.
382.	(C. Licinius Stolo.	Tribuni pleb. per annos V.
	(L. Sextius.	
	(L. Furius.	Ser. Cornelius.
385	(A. Manlius.	P. Valerius.
	(Ser. Sulpicius.	C. Valerius.
	(Q. Servilius.	M. Cornelius.
386	(C. Veturius II.	Q. Quinctius.
	(A. Cornelius.	M. Fabius.

Tr. mil. 387	(L. Quinctius.	Ser. Cornelius.
	(Ser. Sulpicius.	Sp. Servilius.
	(L. Papirius.	L. Veturius.
Tr. mil. 388	(A. Cornelius II.	M. Cornelius II.
	(L. Veturius.	M. Geganius.
	(P. Manlius.	P. Valerius VI.
389	L. Sextius.	L. Aemilius.
390	L. Genucius.	Q. Servilius.
391	C. Sulpicius Peticus.	L. Licinius Stolo.
392	L. Aemilius Mamercus II.	Cn. Genucius.
393	Q. Servilius Abala.	L. Genucius II.
394	C. Sulpicius.	C. Licinius Calvus.
395	C. Poetelius Libo.	M. Fabius Ambustus.
396	M. Popillius Laenas.	Cn. Manlius.
397	C. Fabius.	C. Plautius.
398	C. Marcius.	Cn. Manlius.
399	M. Fabius Ambustus II.	M. Popillius Laenas II.
400	C. Sulpicius Peticus III.	M. Valerius Poplicola.
401	M. Fabius Ambustus III.	T. Quinctius, vel M. Popillius.
402	C. Sulpicius Peticus IV.	M. Valerius Poplicola III.
403	P. Valerius Poplicola.	C. Marcius Rutilus.
404	C. Sulpicius Peticus.	T. vel K. vel C. Quinctius Pennus.
405	M. Popillius Laenas.	L. Cornelius Scipio.
406	L. Furius Camillus.	P. Claudius Crassus.
407	M. Valerius Corvus.	M. Popillius Laenas IV.
408	T. Manlius Torquatus.	C. Plautius.
409	M. Valerius Corvus II.	C. Poetelius.
410	M. Fabius Dorso.	Ser. Sulpicius Camerinus.
411	C. Marcius Rutilus III.	T. Manlius Torquatus II.
412	M. Valerius Corvus III.	A. Cornelius Cossus.
413	C. Marcius Rutilus IV.	Q. Servilius.
414	C. Plautius II.	L. Aemilius Mamercinus.
415	T. Manlius Torquatus IV.	P. Decius Mus.
416	Ti. Aemilius Mamercinus.	Q. Publilius Philo.
417	L. Furius Camillus.	C. Maenius.
418	C. Sulpicius Longus.	P. Aelius Paetus.

Papirius Craſſus.	K. Duilius.
Valerius Corvus IV.	M. Atilius Regulus.
Veturius.	Sp. Poſtumius.
cerreges anno uno.	
Cornelius II.	Cn. Domitius.
Claudius Marcellus.	C. Valerius Flaccus.
Papirius Craſſus II.	L. Plautius Venno.
Aemilius Mamercinus.	C. Plautius.
Plautius Proculus.	P. Cornelius Scapula.
Cornelius Lentulus.	Q. Publilius Philo II.
Papirius Mugillanus, alias ursor.	C. Poetelius.
Furius Camillus II.	Junius Brutus Scaeva.
Sulpicius Longus II.	Q. Aemilius, vel Aulius Cerretanus.
Fabius.	L. Fulvius.
Veturius Calvinus.	Sp. Poſtumius.
Papirius Cursor II.	Q. Publilius Philo.
Papirius Cursor, vel Mullanus.	Q. Aulius Cerretanus II.
Foslius Flaccinator.	L. Plautius Venno.
Junius Bubulcus.	Q. Aemilius Barbula.
Nautius.	M. Popillius.
Papirius Cursor IV.	Q. Publilius Philo IV.
Poetelius.	C. Sulpicius.
Papirius Cursor V.	C. Junius Bubulcus II.
Valerius.	P. Decius.
Junius Bubulcus III.	Q. Aemilius Barbula II.
Marcius Rutilus.	Q. Fabius.
Fabius.	P. Decius.
Claudius.	L. Volumnius.
Marcius Tremulus.	P. Cornelius Arvina.
Poſtumius.	Ti. Minucius.
Sempronius Sophus.	P. Sulpicius Saverrio.
Genucius.	Ser. Cornelius.
Livius Denter.	M. Aemilius.
Valerius.	Q. Appulejus Pansa.
Fulvius Paetus.	T. Manlius Torquatus.
Cornelius Scipio.	Cn. Fulvius.
Fabius Maximus IV.	P. Decius Mus III.
Volumnius.	Ap. Claudius.
Fabius V.	P. Decius IV.
Poſtumius Megellus.	M. Atilius Regulus.
Papirius Cursor.	Sp. Carvilius.
Fabius Gurges, Maximi F.	D. Junius Brutus Scaeva.
Poſtumius.	C. Junius.
Cornelius Rufinus.	M? Curius Dentatus.
Valerius.	Q. Caedicius.
Marcius.	P. Cornelius.
Marcellus.	Sp. Nautius.
Valerius.	C. Aelius.
Claudius.	M. Aemilius.
Servilius.	L. Caecilius.

469	P. Cornelius Dolabella.	Cn. Domitius.
470	C. Fabricius.	Q. Aemilius.
471	L. Aemilius.	Q. Marcius.
472	P. Valerius.	Ti. Coruncanius.
473	P. Sulpicius.	P. Decius.
474	C. Fabricius.	Q. Aemilius.
475	P. Cornelius.	C. Junius.
476	Q. Fabius.	C. Genucius.
477	M? Curius.	L. Lentulus.
478	Ser. Cornelius.	M? Curius.
479	C. Fabricius.	C. Claudius.
480	L. Papirius Cursor.	Sp. Carvilius.
481	C. Quinctius.	L. Genucius.
482	C. Genucius.	Cn. Cornelius.
483	P. Sempronius.	Ap. Claudius.
484	M. Atilius.	L. Julius Libo.
485	D. Junius.	N. Fabius.
486	Ap. Claudius.	M. Fulvius.
487	M? Valerius.	M? Otacilius.
488	L. Postumius.	Q. Mamilius.
489	L. Valerius.	T. Otacilius.
490	Cn. Cornelius.	C. Duilius.
491	C. Aquillius.	L. Cornelius.
492	A. Atilius Calatinus.	P. Sulpicius.
493	Cn. Cornelius.	C. Atilius.
494	Q. Caedicius.	L. Manlius.
495	M. Aemilius Paullus.	Ser. Fulvius Nobilior.
496	Cn. Cornelius.	A. Atilius.
497	Cn. Servilius.	C. Sempronius.
498	A. Aurelius Cotta.	P. Servilius.
499	L. Caecilius Metellus.	C. Furius.
500	C. Atilius Regulus.	L. Manlius.
501	P. Claudius.	L. Junius.
502	P. Servilius.	C. Aurelius.
503	L. Caecilius.	N. Fabius.
504	M. Fabius.	M. Otacilius.
505	M. Fabius.	C. Atilius.
506	A. Manlius.	C. Sempronius.
507	C. Fundanius.	C. Sulpicius.
508	C. Lutatius Catulus.	A. Postumius.
509	Q. Lutatius Cerco.	A. Manlius.
510	C. Claudius Centho.	M. Sempronius.
511	C. Mamilius.	Q. Valerius.
512	Ti. Sempronius.	P. Valerius.
513	L. Cornelius.	Q. Fulvius.
514	C. Licinius.	P. Cornelius.
515	T. Manlius Torquatus.	C. Atilius.
516	L. Postumius.	Sp. Carvilius.
517	Q. Fabius.	M? Pomponius.
518	M. Lepidus.	M. Poblicius.
519	C. Papirius.	M. Pomponius.
520	M. Aemilius.	M. Junius.
521	L. Postumius.	Cn. Fulvius.
522	Q. Fabius II.	Sp. Carvilius.

alerius.	M. Atilius.
uſtius.	M. Valerius.
ilius.	L. Aemilius.
anlius.	Q. Fulvius II.
aminius.	P. Furius Philus.
arcellus.	Cn. Cornelius.
rnelius.	M. Minucius.
turius.	C. Lutatius.
vius.	L. Aemilius.
rnelius Scipio.	Ti. Sempronius Longus.
ervilius Geminus.	C. Flaminius.
rentius Varro.	L. Aemilius Paullus.
oſtumius Albinus III.	Ti. Sempronius Gracchus,
laudius Marcellus III.	
abius Maximus III.	
bius Maximus IV.	M. Claudius Marcellus III.
bius Maximus, Verru- F.	Ti. Sempronius Gracchus II.
laudius Pulcher.	Q. Fulvius Flaccus III.
lpicius Galba.	Cn. Fulvius Centumalus.
lerius Laevinus II.	M. Claudius Marcellus IV.
bius Maximus V.	Q. Fulvius Flaccus IV.
laudius Marcellus V.	T. Quinctius Crispinus.
audius Nero.	M. Livius Salinator II.
ecilius Metellus.	L. Veturius Philo.
rnelius Scipio.	P. Licinius Craſſus.
rnelius Cethegus.	P. Sempronius Tuditanus.
ervilius Caepio.	C. Servilius.
laudius Nero.	M. Servilius Geminus.
ornelius Lentulus.	P. Aelius Paetus.
lpicius Galba.	C. Aurelius Cotta.
rnelius Lentulus.	P. Villius Tappulus.
inctius Flamininus.	Sex. Aelius Paetus.
rnelius Cethegus.	Q. Minucius Rufus.
rius Purpureo.	M. Claudius Marcellus.
orcius Cato.	L. Valerius Flaccus.
rnelius Scipio Africa- II.	Ti. Sempronius Longus.
rnelius Merula.	Q. Minucius Thermus.
inctius Flamininus.	Cn. Domitius Ahenobarbus.
cilius Glabrio.	P. Cornelius Scipio Nasica.
rnelius Scipio.	C. Laelius.
laulius Vulso.	M. Fulvius Nobilior.
vius Salinator.	M. Valerius Meſſalla.
emilius Lepidus.	C. Flaminius.
oſtumius Albinus.	Q. Marcius Philippus.
Claudius Pulcher.	M. Sempronius Tuditanus.
audius Pulcher.	L. Porcius Licinus.
abius Labeo.	M. Claudius Marcellus.
emilius Paullus.	Cn. Baebius Tamphilus.
ornelius Cethegus.	M. Baebius Tamphilus.
oſtumius Albinus.	C. Calpurnius Piso.
	Q. Fulvius Flaccus.
anlius Acidinus.	Q. Fulvius Flaccus.

572	M. Junius Brutus.	A. Manlius Vulso.
573	C. Claudius Pulcher.	Ti. Sempronius Gracchus.
574	Cn. Cornelius Scipio Hispalus.	Q. Petillius Spurinus.
	C. Valerius Laevinus.	
575	P. Mucius Scaevula.	M. Aemilius Lepidus II.
576	Sp. Postumius Albinus.	Q. Mucius Scaevula.
577	L. Postumius Albinus.	M. Popillius Laenas.
578	C. Popillius Laenas.	P. Aelius Ligus.
579	P. Licinius Crassus.	C. Cassius Longinus.
580	A. Hostilius Mancinus.	A. Atilius Serranus.
581	Q. Marcius Philippus II.	Cn. Servilius Caepio.
582	L. Aemilius Paullus II.	C. Licinius Crassus.
583	Q. Aelius Paetus.	M. Junius.
584	M. Marcellus.	C. Sulpicius.
585	Cn. Octavius.	T. Manlius.
586	A. Manlius.	Q. Cassius.
587	Ti. Sempronius.	M? Juventius.
588	P. Cornelius Scipio Nasica.	C. Marcius.
589	M. Messalla.	C. Fannius.
590	L. Anicius.	M. Cornelius Cethegus.
591	Cn. Cornelius Dolabella.	M. Fulvius.
592	M. Aemilius.	C. Popillius.
593	Sex. Julius.	L. Aurelius.
594	L. Lentulus.	C. Marcius.
595	P. Scipio Nasica.	M. Claudius.
596	L. Postumius.	Q. Opimius.
597	Q. Fulvius.	T. Annius.
598	M. Marcellus.	L. Valerius.
599	L. Licinius Lucullus.	A. Postumius Albinus.
600	T. Quinctius.	M? Acilius.
601	L. Marcius.	M? Manilius.
602	Sp. Postumius.	L. Piso.
603	P. Africanus.	C. Livius.
604	Cn. Cornelius.	L. Mummius.
605	Q. Fabius Maximus.	L. Hostilius.
606	Ser. Galba.	L. Aurelius.
607	Ap. Claudius.	Q. Metellus.
608	L. Metellus.	Q. Maximus.
609	Cn. Caepio.	Q. Pompejus.
610	Q. Caepio.	C. Laelius.
611	Cn. Piso.	M. Popillius.
612	P. Scipio.	D. Brutus.
613	M. Aemilius.	C. Hostilius Mancinus.
614	P. Furius.	Sex. Atilius Serranus.
615	Ser. Fulvius.	C. Calpurnius.
616	P. Africanus.	C. Fulvius Flaccus.
617	P. Mucius.	L. Calpurnius.
618	P. Popillius.	P. Rupilius.
619	P. Crassus.	L. Valerius.
620	C. Claudius.	M. Perperna.
621	C. Sempronius.	M? Aquillius.
622	Cn. Octavius.	T. Annius.
623	L. Cassius.	L. Cinna.

. Aemilius.	L. Aurelius.
. Plautius.	M. Fulvius.
. Caſſius Longinus.	C. Sextius.
. Caecilius.	T. Quinctius.
. Domitius.	C. Fannius.
Opimius.	Q. Maximus.
Manlius.	C. Papirius.
Caecilius.	L. Aurelius.
. Cato.	Q. Marcius.
Caecilius.	Q. Mucius.
Licinius Geta.	Q. Maximus.
. Metellus.	M. Scaurus.
. Acilius Balbus.	C. Cato.
Caecilius.	Cn. Papirius.
Livius Drusus.	L. Piso.
Scipio.	L. Calpurnius Beſtia.
. Poſtumius.	M. Minucius.
Metellus.	M. Silanus.
r. Galba.	M. Scaurus.
Caſſius.	C. Marius.
Servilius Caepio.	C. Atilius.
Rutilius Rufus.	Cn. Mallius.
Marius II.	C. Flavius Fimbria.
Marius III.	L. Aurelius Oreſtes.
Marius IV.	Q. Lutatius.
Marius V.	M. Aquillius.
Marius VI.	L. Valerius Flaccus.
Antonius.	A. Poſtumius.
Metellus.	T. Didius.
. Lentulus.	P. Craſſus.
. Domitius.	P. Caſſius.
Craſſus.	Q. Scaevula.
Coelius.	L. Domitius.
Valerius Flaccus.	M. Herennius.
Claudius Pulcher.	M. Perperna.
Marcius.	Sex. Julius.
Julius Caesar.	P. Rutilius Lupus.
Porcius.	Cn. Pompejus.
Sulla.	Q. Pompejus.
Cornelius Cinna.	Cn. Octavius.
Cinna II.	C. Marius VII.
Cinna III.	Cn. Papirius.
Cinna IV.	Cn. Papirius II.
Scipio.	C. Norbanus.
Marius.	Cn. Carbo III.
Tullius.	Cn. Dolabella.
Sulla II.	Q. Metellus.
Servilius.	Ap. Claudius.
Lepidus.	Q. Catulus.
Aemilius.	D. Brutus.
. Octavius.	C. Curio.
Octavius.	C. Cotta.
Licinius Lucullus.	M. Cotta.
Lucullus.	C. Caſſius.

678	L. Gellius.	Cn. Lentulus.
679	Cn. Aufidius.	P. Lentulus.
680	M. Craſſus.	Cn. Pompejus.
681	Q. Metellus.	Q. Hortensius.
682	L. Metellus.	Q. Marcius.
683	C. Piso.	M? Glabrio.
684	M? Lepidus.	L. Volcatius.
685	L. Cotta.	L. Torquatus.
686	L. Caesar.	C. Figulus.
687	M. Cicero.	C. Antonius.
688	D. Silanus.	L. Murena.
689	M. Pupius.	M. Valerius.
690	Q. Metellus.	Q. Afranius.
691	C. Caesar.	M. Bibulus.
692	L. Piso.	A. Gabinius.
693	P. Lentulus.	Q. Metellus.
694	Cn. Lentulus.	L. Philippus.
695	Cn. Pompejus.	M. Craſſus.
696	Ap. Claudius.	L. Domitius.
697	Cn. Domitius.	M. Meſſalla.
698	Cn. Pompejus.	Q. Metellus.
699	M. Marcellus.	Ser. Sulpicius.
700	L. Paullus.	C. Marcellus.
701	L. Lentulus.	C. Marcellus.
702	C. Caesar.	P. Servilius.
703	Q. Fufius Calenus.	P. Vatinius.
704	C. Caesar.	M. Lepidus.
705	C. Caesar.	Q. Maximus.
706	C. Caesar.	M. Antonius.
707	C. Pansa.	A. Hirtius.
708	M. Lepidus.	L. Plancus.
709	P. Servilius II.	L. Antonius.
710	Cn. Domitius.	C. Asinius.
711	L. Censorinus.	C. Calvisius.
712	Ap. Claudius.	C. Norbanus.
713	M. Agrippa.	L. Caninius.
714	L. Gellius.	M. Coccejus.
715	Sex. Pompejus.	L. Cornificius.
716	M. Antonius.	L. Scribonius Libo.
717	C. Caesar.	L. Volcatius.
718	Cn. Domitius.	C. Sosius.
719	C. Caesar II.	M. Meſſalla.
720	C. Caesar III.	M. Craſſus.
721	C. Caesar IV.	Sex. Appulejus.
722	C. Caesar V.	M. Agrippa II.
723	C. Caesar VI.	M. Agrippa III.
724	C. Auguſtus Caesar VII.	T. Statilius.
725	C. Caesar Auguſtus VIII.	M. Silanus.
726	C. Caesar Auguſtus IX.	C. Norbanus.
727	C. Caesar Auguſtus X.	Cn. Piso.
728	M. Marcellus.	L. Arruntius.
729	M. Lollius.	Q. Lepidus.
730	M. Appulejus.	P. Silius.
731	C. Sentius.	Q. Lucretius.

tulus.	P. Lentulus.
ius.	C. Silanus.
itius.	P. Scipio.
us.	L. Piso.
tulus.	M. Crassus.
o.	P. Quinctilius.
alla.	P. Sulpicius.
Fabius.	Q. Aelius.
ntonius.	Q. Fabius.
Nero.	T. Quinctius.

LI SIGONII

IN

NOLOGIAM

HOLIA.

NUM CXLV.

riptione haud dubie rario, quam a Si- orem hic Glareanus . Nec enim CXLV. scribenda sunt."] o primi consules utus et Tarquinius, m quadragesimum co ab Urbe condita, [1, 60.] regnatum dicat per *annos du- draginta quatuor.* summa ex uniuscu- i spatio colligitur. ionysius [5. Antiq. 1.]

UM CCXLVIII.

nnum consules edi- tium et T. Hermini- codice Liviano vul- ntur. [„Glareanus m hosce consules re- nysio."] Etenim prae- s non a Livio, sed a librariis, credimus. ta credamus, dicen- cis. Primum, quia , qui tabulas suas d Livianorum anna- s (ut paulo post aper- it) direxisse videtur, anno consules edit.

Neque vero solum Cassiodorus, sed etiam Dionysius. Deinde quia, nisi hunc annum numeremus, annus ille, quo decemviri consulares primum inierunt, non poterit a Livio [3, 33.] *trecentesimus alter* vocari; verum *trecentesimus* dicatur, necesse est. Accedit, quod ne Eutropius quidem recte dixerit [1, 12.] *nono post reges exactos anno* Dictatorem primum esse creatum, Postumo Cominio et T. Lartio consulibus, verum *octavo* erit scribendum. Praeterea vero ne scite quidem Paedianus pro Cornelio, A. Virginio et T. Veturio consulibus, anno post reges exactos XVI. tribunos plebis primum creatos ex Livii auctoritate tradiderit, verum XV. fuerit scribendum. Postremo ne Cicero quidem recte M? Tullium, Ser. Sulpicium *anno post reges exactos X.* consules fuisse dixerit in Bruto [cap. 16.] neque Plinius [lib. 35, 3.] Ap. Claudium et P. Servilium consulatum *anno ab urbe condita CCLIX.* gessisse prudenter scripserit. [„Haec ex Glareani „annotationibus habet Sigonius, „sed pulchre omnia dissimulat."] Dicet aliquis, quomodo nomina consulum intercidere sine rerum, de quibus agebatur, historia potuerunt? Dico exulem annum nihil praeter nomina consulum habuisse, quomodo etiam paulo post inquit Livius [2, 21.] *Consules Q. Cloelius, et T. Lartius. Inde A. Sempronius, et M. Minucius*, deceptum autem libra-

rium similitudine nominum inconsulto duos consules transcendisse.

In Annum CCLXIV.

Ante hunc annum Dionysius numerat duos annos cum consulibus, Q. Sulpicio Sp. Lartio, et C. Julio L. Pinario. Eumque sequutus est Glareanus in ea Chronologia digerenda, quam se Livianae historiae causa ait confecisse, quod se credere dicat, consules illos non Livii, sed librariorum, temeritate omissos. [„Glareanus ubique clamat, Livii ac Polybii supputationem „cum Dionysii duobus differentem annis. Hic igitur Glareanus inserit omissos annos, quod „videbat Dionysii certiorem supputationem, quam illorum. Ipse Sigonius paulo post plurimum se dubitare ait de anno „cccv. et mox versu septimo miratur, Livium in tam paucis annis rectam supputationem tenere non potuisse. Haec ille de „Livio."] Nos autem longe secus opinamur, et a Livio consulto eos esse praetermissos; et propterea ei, qui Chronologiam Livianam scribere velit, esse negligendos. Nam, ni ita sit, quomodo Livius [3, 30.] Q. Minucio et C. Horatio consulibus x tribunos plebis factos esse ait anno xxx. (*a*) post primos tribunos plebis, qui A. Virginio et T. Veturio consulibus facti sunt? aut quomodo [3, 33.] Ap. Claudio et T. Genucio consulibus decemviros factos esse inquit anno trecentesimo altero ab urbe condita? duobus praesertim utrobique annis ad summam deficientibus. [„Glareanus ait ex Dionysio trecentesimo altero, sed expleto, formam civitatis immutatam, ita ut trecentesimo tertio inirent magistratum decemviri. Sigonius intelligit trecentesimo altero, id est primo, „nova Latinitate, cum *alter* de „duobus dicatur, et Donatus superper Terentii Andriam etiam in „tertium deducat. Sed Roborrtellus ostendit, Sigonium in hac „parte pessime errare."] Adde, quod Cassiodorus, qui (ut dixi) aperte sequutus est Livium, ne hos quidem consules suggerit. Postremo ne deesse quidem apud Livium duos annos illud certissimo argumento sit, quod historiae expositio non mutila sit. Nam, quae a Dionysio gesta quatuor annis traduntur, ea in duos a Livio translata sunt, ita ut nemo quicquam desiderare possit. Neque vero mirum videri debet, binos consules ab uno poni, ab altero praetermitti. Id enim fecisse quoque Pisonem, testatur libro nono [cap. 44.] Livius his verbis: *Hos consules Piso Q. Fabio et P. Decio suggerit, biennio exempto, quo Claudium Volumniumque, et Cornelium cum Marcio consules factos tradidimus: memoriane fugerit in annalibus diggerendis, an consulto binos consules falsos ratus transcenderit, incertum est.*

In Annum CCXCV.

Q. Minucio, C. Horatio consulibus scribit Livius tribunos plebis decem factos esse anno xxxvi. post primos, qui facti sunt A. Virginio et T. Veturio consulibus, anno ab urbe condita ccix. Ex quo intelligi potest, recte hunc annum a nobis ccxcv. nominari.

In Annum CCCI.

Livius, itemque eum sequutus Eutropius [1, 18.] decemviros Ap. Claudio et T. Genucio consulibus *anno trecentesimo altero* primum factos tradunt. [„Hic rursus alterum pro primo accepit."]

(*a*) Ita omnes edd. Sigonianae Chronologiae, sed legendum est ex Livii loco laudato *anno XXXVI.* Et ita mox ipse Sigonius ad annum ccxcv.

rum Glareanus, qui res eodem modo di-
ana tempora putat, cogitur, et *trecen-*
tium scribit.

NUM CCCV.

ocus apud Livium, , quid sequar, aut
ossim dicere, quam
n nunc tracto. Est
annum interponere,
m Livianorum sum.
Etenim annum pri-
virorum vocat *tre-*
alterum [3, 33.]
anno post, tribu-
aït iniſſe *anno tre-*
ecimo [4, 7.] cum
ligenter numeres,
nonus is sit vo-
ue vero dici poteſt,
teriorem eſſe men-
n omnibus vetuſtis
et, si eum nume-
qui deinceps ab eo
omnes erunt mu-
numerorum orie-
Miror autem, Li-
aucis annis rectam
n tenere non potu-
m vero cum iidem
ab decemviris ad
ares numerat, sint
onysium et Cassio-
atur et Glareanus,
ebacchatum in ip-
em de Livio mira-
n hoc loco."] Cau-
ris inde nata eſt,
plebis de conti-
latu in alterum an-
ratio, L. Valerio
aturos fuiſſe scri-
nen eos ex verbis
ret. An vero le-
ose habuerit, quae
a quidem fuerat,
eros posuit, in in-

NUM CCCX.

dixi) annum, quo
res consulari pote-
ſtate primum facti sunt, *trecen-*
tesimum decimum vocat. Quem numerum negligit Glareanus, et ad arbitrium numeros commutandos eſſe censet. [„Glareanus „de uno anno nullam facit diffi-„cultatem, et miratur hic aper-„te sibi fieri injuriam."]

IN ANNUM CCCXXXIV.

Hoc anno Interreges ponimus sine consulibus aut tribunis militum, ex verbis Livii libro 4. [cap. 43.] *Cum pars major sequentis anni per novos tribunos plebis et aliquot interreges certaminibus extracta esset.* Adhaec vero si omittamus hunc annum, sequentes numeri, quos ponit Livius, non quadrabunt. Hunc tamen etiam contempsit Glareanus. [„Glareanus in an-„notationibus suis causas multas narrat, quare omiserit."]

IN ANNUM CCCLXII.

L. Lucretium Flavum et Ser. Sulpicium Camerinum consules aït Livius [5, 29.] factos eſſe *post quintum decimum annum.* Quod ita intelligendum eſt, poſt consules superiores, per quindecim annos tribunos militares eſſe creatos; poſt autem annum quintum decimum rursus consules eſſe creatos.

IN ANNUM CCCLXV.

Livius lib. 5. [cap. 54.] in oratione Camilli Romam captam significat tribus Fabiis tribunis militum, anno ab v. c. CCCLXV. Qui numerus ad noſtram rationem praeclare quadrat: non poterat autem quadrare ad supputationem Glareani, nisi annum illum transcenderet, quem nos CCCXXXIV. nominamus. [„Glarea-„nus hunc habet annum, ac ne-„scit, quid sibi velit Sigonius."]

IN ANNUM CCCLXVI.

Hoc anno nos Camillum Dictaturam continuaſſe scribimus.

Quod discitur ex Livio [6, 1.] qui ait, Romanos non esse passos, eum Dictatura, *nisi anno circumacto*, abdicare. Quod idem et ex Plutarcho [in Camill. pag. 144.] et ex Capitolina supputatione colligitur. Id quia turbabat, nescio quos numeros praetermisit Glareanus: non posse autem omitti, sequentes numeri indicant. [„Idem innuit Glareanus, sed noluit ponere ob certas, quas ibi commemorat, causas."]

In Annum CCCLXXXVIII.

Glareanus ante hunc annum contra Livii auctoritatem interseruit annum cum duobus tribunis militum. Videbat enim ad numerum anni quadringentesimi, qui a Livio [7, 18.] nominatur, se non posse pervenire, nisi interponeret annum. Multo autem erat melius, dictaturam Camilli ex verbis ipsius Livii, (ut nos fecimus) quam tribunos militares duos contra fidem historiae, numerare. Tribunos autem nominat C. Licinium Stolonem et P. Valerium v. Qui quo anno sint reponendi, a nobis supra suo loco monstratum est. De C. Licinio vero et L. Sextio tribunis plebis, quos decimum tribunos vocat Livius [6, 42.] qui non nisi nonum esse possint, nisi annus ille interponatur, dico decimum refici posse sine anno illo. Nam, qui anno CCCLXXVIII. tribuni plebis primum facti sunt, non video, cur iidem anno CCCLXXXVII. decimum refecti recte dici non possint.

In Annum CCCXC.

Hunc annum, quo L. Genucius, Q. Servilius consules fuere, Livius [7, 1.] vocat XXV. post Romam captam: captam autem fuisse dixerat anno CCCLXV. qui numerus praeclare quadrat. [„Glareanus eundem hunc numerum habet in sua Chronologia."]

In Annum CD.

Hunc annum, quo C. Sulpicius, M. Valerius consules fuerunt, *quadringentesimum ab V. C.* nominat Livius [7, 18.] *undecimum* autem post primum plebejum consulem. Quae omnia conveniunt. „[Et hunc quoque habet Glareanus."]

In Annum CDI.

Hic annus, quo M. Fabius, T. Quinctius consules fuerunt, dicitur a Livio [7, 18.] *XXXV. post Romam captam:* qui numerus quadrat, et ostendit, recte a nobis dictaturam Camilli pro anno uno esse numeratam. [„Livius priore anno hunc habet numerum, non hoc loco."]

In Annum CDXXII.

Annum hic sine consulibus interserimus necessario: neque enim aliter sequentes numeri convenire ad summam annorum ibi traditam possunt. Quod facimus in hac Chronologia, fecimus etiam necessario in Fastis consulum Capitolinorum. neque enim eorum annorum ratio sine hoc anno probe poterat custodiri. Quin etiam Haloander, qui primus hac aetate Chronologias consulares scripsit, idem fecit. Glareanus autem, quia id negligit, haud ita multo post, verbis (ut solet) Livii parum intellectis, alium et ipse annum interponit, de quo ibi dicam. [„Sigonio licet inserere annum, „ubi ipsi supputatio hiat extra „Livii codicis fidem, Glareano „non licet, ubi Dionysium alios„que habet, quos sequatur auctores. Hic haberet Glareanus justam debacchandi causam in Sigonium, si cum inhumano inhumaniter agere vellet."] Ac-

l Livius id ipsum, us, etsi non aperte, tamen, subsignifica- cum ait lib. 8. [cap. *r ex auctoritate se- s P. Cornelius Ru- ster equitum M. An- eligio deinde inces- creatos, magistra- dicaverunt, et, quia insecuta est, velut itio contacti; auspi- interregnum rediit.*

N U M CDXXIX.

, quia interregum em nos anno CDXXII. us, praetermisit, pro- nnum interserere co- fidem historiae. Ni- verbis Livii lib. 9. *ano circumacto, bel- ps ab Dictatore Q. um; consules novi, iores, Romae man- ec verba ita inter- t priore anno dicta- um, posteriore no- s collocet, L. Papi- Publilium.* [„Si pro uo Sigonio annum icere licuit, cur non bonis rationibus ad- m?"] Qua in re ve- rrat. est enim intel- odem anno, quo Q. tator bellum gessit, ules L. Papirium et n magistratum gessis- em ita esse, probant Capitolina, quae L. rsori IV. et Q. Publi- IV. consulibus Q. Fa- rum Dictatorem cum agistro equitum, et Aulii occisi C. Fa- ciunt, ut etiam Livius 23.] Item Diodorus, i.

N U M CDXXXI.

ante hunc annum Gla- rjicit annum L. Papi- s Dictatoris sine con- sulibus, cum his verbis: „Alios „sequuti hos posuimus, cum ta- „men Livius ne verbo quidem „meminerit ejus anni, sed prae- „cedente anno eorum facit men- „tionem." Si Livius ergo non meminit ne verbo quidem, ne- que ad rationem annorum Livi- anam hic annus pertinet, imo vero eandem, ut ex sequentibus numeris apparebit, valde per- turbat, cur in Chronologia Li- viana interseritur? Neque ve- ro disputo, recte fecerit Livius, nec ne. nam hunc dictatorem vi- deo in Capitolinis monumentis probari. Sed id dico, Glarca- num in ea Chronologia aut Livii auctoritatem ubique debuisse complecti, aut ubique contemne- re. neque enim ad unam normam omnes scriptores supputationes annorum Romanorum direxe- runt. [„Ecce hic mirum acumen „dialecticum. Cur vero Sigonius, „quod in alio statuit, ipsemet non „observavit?"]

IN ANNUM CDLVII.

Hunc annum, quo consules fuerunt Q. Fabius V. P. Decius IV. vocat [10, 31.] *quadragesi- mum sextum* belli Samnitici, quod bellum coeptum esse scri- bit M. Valerio, A. Cornelio consulibus, id est, anno ab Ur- be cond. CDXII. Qui numerus ad nostram rationem praeclare cadit, ad Glareani non item, ve- rum *quadragesimus septimus* erit legendum, idque quia Di- ctaturam L. Papirii Cursoris, discedens a Livio, numeravit.

IN ANNUM CDLXI.

Hic interciderunt X. libri Li- vii. Itaque consules, qui ejus libris continebantur, ex Cas- siodoro subjecimus. Cujus summam quia cum numeris Livia- nis, qui sequuntur, maxime con- venire comperimus, in eam o- pinionem venimus, tabulas Cas- siodori ab ipso Cassiodoro ex Li-

viana esse historia concinnatas. Idem etiam in reliquis libris, qui amissi sunt, faciemus.

In Annum CDLXXXVI.

Annum, quo Ap. Claudius consul bellum Poenis intulit, vocat Livius [31, 1.] ab Urbe condita CDLXXXVI. quamquam Glareanus CDLXXXVIII. corrigit, ut eo loco dictum.

In Annum CDLXXXIII.

Ante hunc annum, quo consules edidimus P. Sempronium, Ap. Claudium ex Cassiodoro, Glareanus interjicit annum alterum cum consulibus Q. Fabio Pictore, L. Quinctio Gulone. Quos consules non habet Cassiodorus. Et quamquam scio, Glareanum id ipsum optimis fretum auctoribus fecisse, quos ipse etiam in Capitolinis consulibus restituendis sequutus sum, dico tamen eos ad Livianam summam non convenire: recte autem a Cassiodoro ex Livii auctoritate omissos esse. Quod ipsum sequentes numeri indicabunt.

In Annum CDLXXXVI.

Glareanus item ante hunc annum alium interserit annum cum consulibus M. Valerio Maximo, Q. Manilio Vitulo, quos non habet Cassiodorus. Deest autem forte hic annus ad aliorum scriptorum supputationem, ut ad Capitolinam, at ad Livianam nullo modo. Quod ex sequentibus numeris apparebit. Est autem intelligendum, quamquam Capitolinae tabulae annum hunc desiderant, respuere tamen nomina consulum eorum, quos edit Glareanus. Ac tres quidem adhuc anni in Chronologia Liviana contra Livii auctoritatem a Glareano sunt interjecti. [„Glareanus ubique fatetur, Dionysii supputationem a Livii ac Polybii duobus differre annis, hoc „cum ille toties legerit, mirum „cur dissimulet."]

In Annum DI.

Annum, quo P. Claudius, L. Junius consules fuerunt, *quingentesimum primum ab Urbe condita* vocat Livius, ut in anno DCL. demonstrabo: qui numerus ostendit, recte a nobis et a Cassiodoro annos eos tres, quos de suo addidit Glareanus, esse omissos, si quidem hunc annum vocat DIV. [„Glareanus, cum Cassiodori depravatum haberet codicem, cum sequi noluit, ut „nec Sigonius ubique facit. Non „itaque in alio reprehendat, in „quo ipse culpandus est."]

In Annum DXIX.

Ante hunc annum, qui consules habuit, auctore Cassiodoro, M. Pomponium et C. Papirium, Glareanus quartum annum temere interserit cum consulibus, quorum nomina ait se reperire non potuisse, idque se facere ait Cicerone Plinioque auctoribus. Est autem intelligendum, hunc annum respui primum a Livio, cui ipse in ea Chronologia servit, quod sequentes numeri confirmant: deinde a Cassiodoro, et a Capitolinis auctoribus, qui ambo Lepido et Poplicio consulibus Pomponium et Papirium consules suggerunt, nullo anno, ut nos fecimus, interjecto. Gellius lib. 17. [cap. 21.] divortium primum Romae factum ait anno ab urbe condita DXIX. id est, M. Pomponio, C. Papirio consulibus, ut ait Dionysius lib. 2. [pag. 96.]

In Annum DXXIII.

Annum, quo P. Valerius, M. Atilius consules fuerunt, vocat Gellius lib. 4. cap. 3. *ab Urbe condita quingentesimum vigesimum tertium*, ut nos fecimus. Quod est argumento, aut Livium,

uctorem hanc ratio-
m, quam nos ex Li-
ius, esse sequutum.
m Glareanus vocat
mum vigesimum se-

NUM DXXXII.

ro 30. [cap. 44.] bel-
m secundum, quod
i P. Scipione, Ti.
consulibus, coeptum
os XXIII. post pacem
um victis datam Q.
Manlio consulibus.
s egregie quadrat,
n quemquam a Gla-
eri patitur.

NUM DXLIX.

ecundum Punicum,
o et Paeto consuli-
st, anno LXIII. a pri-
confectum est, quod
consule coeptum
ginta vero post pa-
atam Q. Lutatio, A.
ulibus, itemque de-
o anno, quam coe-
Hoc Livius lib. 30.
31, [1.] qui nume-
n omnino redargu-
anus sequitur Dio-
tationem, secuturus
i certa fuisset."]

NUM DL.

no consules fuerunt
Galba, C. Aurelius
us lib. 31. [cap. 1.]
n *tertium* nominat
io consule, qui pri-
Poenis intulit, anno
uadragesimum ter-
. Manlium, Q. Lu-
es, quibus pax Poe-
nno DIX. Idem [31,
ndem annum vocat
num quadragesi-
be condita, quam-
agesimum, ut ait
ius, pro *quadrage-*
endum est. Qui nu-
on potest, quam ad
nostram rationem conveniant. a qua quia sine causa discessit Glareanus, in eam necessitatem compulsus est, ut omnes tamen tamquam depravatos emendare cogatur.

IN ANNUM DLVI.

Livius libro 34. [cap. 54.] annum, quo P. Scipio Africanus II. consul fuit, vocat *DVIII*, aperte per mendum, pro *DLVI*, nam *V* in *L*, *II* in *V* vertenda sunt, quae ratio non quadrat ad Glareani institutum, qui *DLVIII* corrigit: cum *DLVI* ex superioribus et inferioribus numeris sit legendum. [„Non vult omnino „Sigonius intelligere, quae Gla„reanus de Livii numeris con„queritur."]

IN ANNUM DXCVIII.

Magnam habet quaestionem, quid velint verba quaedam, quae sunt in Epitoma libri 47. et apud Cassiodorum in consulibus. De quorum interpretatione prope desperasse Glareanus videtur. [„Glareanus jubet inspici locum; „de desperatione verbum nul„lum."] Ea sunt: *Consules anno quingentesimo nonagesimo octavo ab urbe condita magistratum, peractis comitiis, insequentisque anni consulibus creatis, inire coeperunt. Mutandi comitia causa fuit, quod Hispani rebellabant.* Apud Cassiodorum vero:

Q. Fulvius. T. Annius.
Hi primi consules K. Januar. magistratum inierunt propter subitum Celtiberiae motum.
M. Marcellus. L. Valerius.

Magnam quidem, inquam, haec verba habent quaestionem; verum eam ego, quia ad rem, quam suscepi, maxime pertinet, quoad potero, explicabo. Est igitur intelligendum, non Q. Fulvium et T. Annium consules primos K. Jan. inisse anno ab Urbe con-

dita sexcentesimo nonagesimo septimo, sed M. Marcellum et L. Valerium sexcentesimo nonagesimo octavo. Nam cum Celtiberi Q. Fulvio consule, qui proelio ab iis victus fuerat, ut aït Appianus in Iberico [pag. 280.] in spem victoriae erecti, subito omnes rebellassent, placitum est, ut consulum statim comitia haberentur, ac consules designati extemplo magistratum occiperent, neque Idibus Martiis, ut ante, sed K. Jan. ut numquam ante alias, inirent. Quod ipsum etiam ex Obsequente [cap. 77.] probatur, qui aït, Marcello consule omnes Magistratus abdicasse. Cassiodori autem verba ita accipienda sunt, ut Q. Fulvio et T. Annio consulibus mutatum esse ineundi diem dicamus, non ipsos inisse, atque ex sequentibus consulibus id ipsum evenisse interpretemur. Quod si ita est, et hic etiam numerus optime a Livio traditus est.

In Annum DCI.

Annum, quo consules fuerunt M? Manilius et L. Marcius, ab Urbe cond. DCI. nominavimus. praeclare. Iis enim consulibus (ut omnes tradunt) tertium bellum Punicum coeptum est. Quod anno DCI. initum esse, scriptum est in epitoma libri 49. his verbis: *Tertii Punici belli initium altero et sexcentesimo anno ab Urbe condita, intra quintum annum, quam erat coeptum, consummati.* Adde quod ludi saeculares quarti, qui, Censorino auctore [cap. 17.] ex Livii sententia facti sunt M? Manilio et L. Marcio consulibus, in eadem epitoma editi esse dicuntur anno ab urbe condita sexcentesimo primo. *Ludi Diti patri ad Tarentum ex praecepto librorum Sibyllinorum facti, qui anno centesimo, primo Punico bello, quingentesimo et altero anno ab Urbe condita facti fuerant.* Haec ille. His ex verbis non solum illud intelligi potest, M? Manilium, L. Marcium, consules in annum DCI. incidisse, sed etiam P. Claudium et L. Junium, qui consules centesimo ante anno fuerunt, et quibus consulibus ludos tertios saeculares ex Livii sententia factos fuisse scribit Censorinus, anno DI. ab Urbe condita magistratum, ut nos scripsimus, gessisse. hunc tamen annum corrector Livii Glareanus vocat DCV.

In Annum DCCI.

In Epitoma libri 133. scriptum est, Augustum triumphos tres in urbem invexisse, et finem bellis civilibus imposuisse *anno altero et vigesimo*, qui numerus quadrat: nam bella civilia coepta sunt Lentulo et Marcello consulibus.

In Annum DCCLI.

Si historia Liviana morte Drusi in Germania et funere ejus (ut apparet) finita est, profecto usque ad annum DCCXLI. pervenit. est enim mortuus se et T. Quinctio consulibus, ut aït Dio lib. 55. [in princ.] quem annum vocat Glareanus DCCXLV. exponit autem consules usque ad annum DCCLXXII, quia inquit usque eo Livianam historiam pervenire, praeter unum aut alterum annum, cum in septimo et decimo ante anno finiatur. [„Nemo certe scire potest, quousque Livius historiam extenderit. Glareanus extendit, ut verisimile „est, usque ad Tiberii tempora, „quamquam hoc incertum. Ad „historiae veritatem nihil hoc „attinet, sicut nec prima Sigonii annotatio de numero librorum per Decadas distincto. Certe tertia Decas suam habet praefationem, quarta item. Quare „Petrarchae opinio non satis „fulta est rationibus, quin contrarium facile defendi posset.

Res

„Res est dubia. Romani quidem „ita absque Decadum ratione li„bros edidere, ut Plinius: at „non omnes."]

CAROLI SIGONII LIVIANORUM SCHOLIORUM ALIQUOT DEFENSIONES ADVERSUS *GLAREANUM* ET *ROBORTELLUM.*

Anni sunt prope septemdecim, cum ego scholia in T. Livium scripsi, quibus locos scriptoris ejus aliquot partim emendare, partim explicare contendi; nixus scilicet, ut tum testatus sum, non contemnendis aliquot veterum monumentorum subsidiis, quibus Liviani emendatores ceteri ante me fere caruissent. Quoniam autem Henricus Glareanus plus, quam ceteri, in hoc genere studii atque operae collocarat, usque adeo ut non solum, quae sibi depravata, sed etiam quae aut suspecta, aut obscura viderentur, notaret, aut, ingenue se non intelligere confitens, lectorem iterum atque iterum de investiganda veritate non modo admoneret, sed saepe etiam obsecraret: haudquaquam gravate feci, ut locos omnes, ab eo partim pro obscuris notatos, partim pro deploratis relictos, in primis considerarem, et, quam male affectis medicinam adhibendam esse censerem, aut quid de iis omnino sentirem, testatum apud omnes, optimi viri commotus voluntate, relinquerem. Verum, quod minime de homine gravissimo suspicatus fueram, mea quaedam in eodem, in quo ille versatus fuerat, studio nequaquam illi jucunda aemulatio in eam suspicionem ipsum adduxit, ut me notationibus atque observationibus meis de auctoritate sua detrahere voluisse existimaret. Itaque cum mea in Livium scholia legisset, seque multis perstringi in locis veritus esset, (credo, quia turpe putaret, quod senex ipse se ignorasse confessus esset, juvenem exstitisse, qui tradidisset) commotus est vehementius, quam moderatum atque prudentem hominem decuit: atque ad Jo. Hervagium nescio quam epistolam misit, in qua modeste ille quidem errorem suum, culpa in saeculi sui malignitatem conjecta, excusavit: verum pro gratia, quam se habiturum esse ei, qui tam multis se difficultatibus exsolvisset, ostenderat, convicium retulit; asperius scilicet eo nomine me appellans, quam pudentem facere hominem, in tam levi praesertim injuria, aequum erat. Haec epistola deinde, cum in manus Francisci Robortelli pervenisset, ejus opera Patavii est divulgata. Quamobrem cum ego Robortello, insanis prope in me illo tempore et suorum et alienorum scriptorum apparatibus invadenti, resistere pararem, haudquaquam mihi committendum putavi, quin illi etiam epistolae responderem, ac Glareano de me expostulanti satisfacerem, quoquo modo possem. eam vero responsionem in primum librum Emendationum contuli. Quae si quis inter se scripta conferet, facile intelliget, quanta animi impotentia senex octogenarius, ac nullo, ut queritur, a me convicio laesus, de me scripserit, quanta contra moderatione juvenis vix tricennarius, quamquam maxima injuria lacessitus, rescripserit. Sic

igitur Glareanus me, dum vixit, est ultus. Demum mortuo illo exstitit, nescio quis, homo, ut vere dicam, ne nunc quidem mihi notus, verum, quantum ego intelligere possum, ab harum litterarum studio non abhorrens; qui, quasi arbiter inter me et meum adversarium ex compromisso adactus, in ea epistola, quam nuper Glareani scholiis praefixit, me erudite quidem, sed inhumane nimis in Glareanum esse invectum, ac juste propterea a Robortello accusatum pronunciavit. Neque vero hoc habuit satis. quin etiam in meorum scholiorum contextum, nescio quam, defensiunculam, ex Robortelli ferme scriptis adversus me ab ipso Glareano collectam, dispersit: neque, quae ego quondam aut Glareano, aut Robortello responderam, ut illum facere oportuit, addidit. Quamobrem faciendum mihi duxi, ut novae isti defensioni responderem. Ac primum quidem, cur ille, aut quisquam alius, meam erga Glareanum humanitatem desideret, plane non video. etenim, cum saepissime Glareani nomen usurparem, tamen ab ipsius contumelia semper ita abfui, ut asperiore verbo nullo umquam ipsum appellarim. Nisi vero his dicendi generibus est offensus, cum dixi, *Hanc lectionem laudat Glareanus injuste. Nescio, cur Glareanus miretur. Hoc dixi, quia Glareanus incertus sententiae videtur.* Quibus verbis, quis est, qui merito offendi possit, nisi qui, quod ipse non vidit, aegre ferat, videri alteri fuisse perspectum? Quomodo autem ego aliter agere poteram, cum ita ab initio instituissem, ut, quoties Glareanus aut ambigeret, aut sibi obscurum, aut vitiosum, aut inexplicabile videri aliquid diceret, aut lectorem de loci difficultate expedienda rogaret, toties ego, si quid ex veterum, quae ipse non viderat, monumentis, quod haerentem in salebris levare hominem posset, haberem, id vero studiosissime promerem? Age enim, cur dubitare se praetulit Glareanus, si dubitationis suae explicationem excogitari noluit? aut cur de loci vulnere nos admonuit, si opportunum atque industria quaesitum adhiberi remedium recusavit? aut cur denique laboranti singulis in locis sibi opem prope supplex imploravit; si tempestivum bonorum atque amicorum hominum auxilium repudiaturus inaudita ante contumacia fuit? At appellasti illum saepius, quam hominis dignitas postulabat. Qua ille praeditus dignitate fuerit, ne nunc quidem me plane scire confiteor. Poëta Laureatus inscribebatur. At ea jam pridem inter literatos recepta consuetudo est, ut quisque de literatis, non solum qui Laurea donati sunt, sed etiam qui donarunt, libere in rem communem, quid sentiat, sine ulla justa reprehensione expromat, modo sine convitio agat, ut ego cum Glareano. semel enim aut iterum tantum usus sum trito illo jam ac pervulgato verbo, ut dicerem, *errare ipsum*: quem vero errorem vocavi, ne ipse quidem defendit. Quod si scripsissem, ut ille de aliis, *Quidam putant*, *Quidam mutant absque judicio*, multo ille mihi justius succensuisset: quasi vero celebre apud alios Glareani nomen meis unus ipse inserere scriptis erubuissem. Nam si locutus essem, quo modo idem ille de Valla locutus est: *Laur. Valla mirum in modum hoc loco luctatus est, sed nihil promovit:* aut si, quo modo de Livio ipso scripsit, cui tertio quoque verbo *oblivionem*, *negligentiam*, *confusionem*, *inconstantiam*, *longitudinem*, *improbabilitatemque*, objecit,

uando contumeliosa
indignatione excla-
est Historiam scri-
i vero non Livii hi-
is emendare, sed Li-
n a nobis amandare
hoc, inquam, modo
psissem, quis eum de-
admiratores ferre il-
? Unde igitur istae
unde? nisi quod,
dere aut Glareanus,
jus aut nesciunt, aut
, ea ad contumeliam
ertinere, nec nisi in-
ntumelia se delere,
are existimant posse.
umanitatem objici-
i jure liceat esse in-
contumeliam se ac-
runtur, ut honestio-
ontumeliam inferant.
em contumelia? no-
t inaudita, explicuis-
liquem, quod alter
icabile esse confessus
enim Glareanus se
d excusat. at quo mo-
eanus hunc locum
xit. at et Glareanus
t, *jam id videt; sed*
io verti dolet. Gla-
legit. immo legit,
sed non meminit.
non vidit. Non vi-
Graecos libros, quos
i, non habuit. Gla-
bitavit. Dubitavit,
um est dubitare. Gla-
etur, se non intelli-
etur: quia homo est
tu vero inhumanus,
intelligas, id ei cri-
Dii boni, quis erit
n averso a me animo,
liquando legens non
r, ac pejus actum es-
areano non existimet,
ei in mentem defen-
t, quam quod a me eo
ppugnatus? quae, ma-
defendendi ratio est,
us confiteatur, quam
accusat, cupiat confi-

teri? ac locum defensioni aut sibi aut amicis suis nullum amplius reliquat? Verum hoc etiam ferendum. habet enim saltem ingenuitatem ista oratio. Quod vero Robortelli adversus me scripta protulerit, hoc plane miserum, aut potius miserandum, videtur. An vero, si virium Glareanus aliquid habuisset, ac nocere mihi, ut cupiit, voluisset, alienis me telis oppugnasset, non autem suis? aut si quidquam in eo sanitatis fuisset, iis me armis umquam petiisset, quae ego jampridem fregissem prorsus, atque ex adversarii manibus eripuissem? Bis enim Robortellus adversus me scripsit: bis ego illi ita respondi, ut obmutuerit. quod ego hoc loco non scriberem, nisi aut compulsus essem, aut res non certo et literarum, et hominum testimonio teneretur. Exstant mea adversus illum volumina duo, unum Emendationum, alterum Disputationum, quae in quatuor libros distributa incredibilem hominis ferociam incredibiliter compresserunt. Quibus igitur ille telis, si iterum in certamen descenderet, uti amplius, aut nollet, aut non posset, quis non graviter commoveatur animo, cum ea, quasi firma admodum sint, quia in me aliquando jacta sint, Glareanum insigni illa sua abjecta laurea de terra temere colligentem, atque saevo in caput meum animo jaculantem inspiciat? Jam vero illa, quam animi iniquitatem, aut quam jejunitatem non indicant? cum, quae recte a me scripta esse inficiari non potest, eorum laudem aut manuscriptorum, aut Graecorum librorum copiae tribuit: aut sibi, qui dubitatione sua quaerendi occasionem, atque inveniendi viam aperuerit, intemperanter assumit? Verum Glareanus fortasse excusationem aliquam habet; qui, quae scripsit, ea, dum vixit,

diligenter suppressit. qui vero illa ediderunt, ac judicium suum ultro interposuerunt, quis excusare poterit? quid enim ad eos aut Glareanus, aut saltem Robortellus pertinuit? ut Glareani epistolam, aut Robortelli librum iterum publicarent, meas autem adversus illos defensiones omitterent? et Glareanum a me injuste convicio lacessitum, Robortellum juste propterea in me esse invectum affererent? an vero ex animi sententia scribunt, an nimis potius Glareani adducti studio ita scribunt? si ita sentiunt, cur non Robortelli scripta a me oppugnata, quae admirari videntur, defendenda suscipiunt, atque insignem hanc, quam doctissimus ille vir adipisci non potuit, triumphi de me acti gloriam sibi parant? sin autem honesta eos erga Glareanum pietas acuit, commendo officium, modo ab eorum, qui illos non offenderunt, offensione abstineant. Laudent non modo Glareanum, sed etiam Robortellum, facient non solum patiente, sed etiam approbante, me. at judicii sui testimonium istud, in quo grave sunt aut manifestae inscitiae, aut certae iniquitatis crimen subituri, in aliud, quaeso, tempus omittant: et, si ipsis convicia tantopere displicent, ne velint, dum haec in aliis injuste vituperant, dare operam, ut in iis ipsis juste possint insimulari. Sed jam, quales sint istae Robortelli aut Glareani reprehensiones, videamus: atque eis veteres defensiones meas, quas queror omissas, objiciamus.

IN LIBRUM FR. ROBORTELLI de Convenientia Supputationis.

Livianam annorum ab Urbe condita summam cum Capitolina discrepare demonstratur, et Liviani loci multi a turpissimis ejus expositionibus et correctionibus vindicantur.

Quod scripsi in commentario Fastorum Capitolinorum, idem hoc quoque loco necessario mihi repetendum videtur: magnam in annis ab Urbe condita numerandis ac digerendis inter antiquos scriptores dissensionem fuisse. Hoc enim et tradit Cicero in Bruto, et nos ita esse ex variarum supputationum observatione deprehendimus. omnis autem hujus controversiae causa inde oritur, quod, quos alii consules, et sine consulibus dictatores saepe interserunt, eos omnino alii praetereunt. Quod et in commentario Fastorum, et in Chronologia Liviana ostendi. Est autem varia et inconstans annorum apud omnes ratio usque ad quingentesimum ferme annum ab Urbe condita. ab eo vero hanc constantem inter eos esse controversiam invenio, quod alii alios uno, alii duobus, alii tribus, alii quatuor annis antecedunt, aut subsequuntur. Verba vero Ciceronis [in Bruto cap. 18.] quibus hoc confirmatur, sunt haec: *Livius primus fabulam C. Clodio, Caeci filio, et M. Tuditano consulibus docuit, post Romam conditam anno quingentesimo decimo, ut hic ait, quem nos sequimur. est enim inter scriptores de numero annorum controversia.* Atqui annus ille in Fastis est quingentesimus decimus tertius, at vero apud Plinium et Ciceronem ipsum quingentesimus decimus quartus: apud Livium, ut ego subduxi, quingentesimus decimus. fit tamen, ut malim eo loco legere *quingentesimo quarto decimo*, ut est in scriptis libris. quoniam Plinium et Ciceronem eam annorum descriptionem, quae Capitolinam uno anno antecedit, sequi animadverti. Quod

t, equidem satis mi-
oossum, unde Francis-
tellus ad eam opinio-
rit, ut summam anno-
nam et Dionysianam
am Capitolinam redi-
utarit: cumque ipsae
ffimillimae sint, me,
ilitudinem illam sen-
demonstrarim, coar-
atque inscitiae no-
usandum existimarit.
m feram hanc etiam
iam, ut alias, aequo
que ipsum toto coelo
dum maledictis ejus
ondebo, puer senem
viam deducam. Quid
aït? *Livius, Diony-
Capitolini in nume-
Urbe condita annis
nveniunt.* quid ego?
sime discrepant. Un-
firmari potest? unde,
bis eorum? Qui ergo
ctorum servatis sen-
m firmarit, is causam
opinor, egregie pro-
ut probet, quod vult,
alium ipsorum verba
, is merito in hac dis-
audiendus non erit.
est, causa dicta est.
amplius. ego enim in
a summa constituen-
Livii verbum muto,
Audiamus ipsum ar-
em. Sic enim de an-
disputat. *Ex Fasto-
olinorum sententia
rimi inierunt annos
lucentesimo quadra-
rto, regesque regna-
ducentos et quadra-
idem sentit Diony-
Livius: ergo omnes*
. Ego, Robortelle,
Capitolinis nihil dico.
labor meus jam satis
entario comprobatus.
o et Livio respondeo,
eorum, Romae regna-
nos ducentos quadra-
uor, consules autem
primos iniisse anno ipso ducentesimo quadragesimo quinto, sensisse. Dicam primum de Dionysio, qui primo libro [pag. 61.] ita loquitur: *Spacium, quod est ab exactione regum usque ad Romulum, qui primus Romae imperavit, annos complectitur ducentos quadraginta quatuor. Romulus enim regnavit annos* XXXVII, *Interreges annum, Numa* XXXIII, *Tullus* XXXII, *Ancus* XXIV, *Priscus* XXXVIII, *Servius* XLIV, *Superbus* XXV. et lib. 5. [princ.] *Regium imperium, cum Romae annos* CCXLIV. *post* V. C. *stetisset, dissolutum est.* Hic opponit Robortellus, Dionysium dixisse, anno ipso ducentesimo quadragesimo quarto primos consules iniisse. quod nec ille dixit, nec dicere potuit. quid autem dixit? tum, cum consules inierunt, quatuor menses anno illi defuisse: ita ut extremus regum annus non, ut ille vult, quatuor, sed octo mensium fuerit, primus consulum sexdecim. verum non ita accepit illum annum Dionysius, ut annum ipsum ducentesimum quadragesimum quartum consulibus assignarit, sed regibus; ducentesimum autem quadragesimum quintum consulibus. Indicant hoc verba ejus, quibus docet, spacium regni annos ducentos quadraginta quatuor consumpsisse. Indicat ipsarum Olympiadum ratio; inquit enim, Superbum regem iniisse regnum anno IV. Olympiadis LXI. regnum ejus annos XXV. absumpsisse: regnum Romae dissolutum sexagesima octava instante Olympiade, id est vigesimo quinto anno, quam Superbus inierat, quatuor quibusdam mensibus ante sexagesimam octavam Olympiadem: sic enim legendum est. nam, ut scis, hic Dionysii locus [lib. 5. in princ.] in vulgatis libris mutilus est: at in libro, qui in Bibliotheca Divi Marci asservatur, integer hoc

modo: *Ἡ μὲν δὴ βασιλικὴ Ῥωμαίων πολιτεία διαμείνασα μετὰ τὸν οἰκισμὸν τῆς Ῥώμης ἐτῶν τεττάρων καὶ τετταράκοντα καὶ διακοσίων ἀριθμὸν, ἐπὶ δὲ τοῦ πελευταίου βασιλέως τυραννὶς γενομένη, διὰ ταύτας τὰς προφάσεις ὑπὸ τούτων κατελύθη τῶν ἀνδρῶν, ὀλυμπιάδος μὲν ὀγδόης καὶ ἑξακοστῆς ἐνεστώσης, καθ' ἣν ἐνίκα σάδιον Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης. Ἀθήνησι τὴν ἐνιαύσιον ἀρχὴν ἔχοντος Ἰσαγόρου. ἀριστοκρατίας δὲ γενομένης οἱ πρῶτοι τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν παραλαβόντες ὕπατοι τεττάρων τινῶν μηνῶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ὑπολειπομένων. Λεύκιος Ἰούνιος Βρούτος καὶ Λεύκιος Ταρκύνιος Κόλλατῖνος.* Quomodo autem hoc factum sit, planius a me in Fastorum commentario demonstratum est. Indicat etiam, quod M. Valerii et P. Postumii consulatum, qui est annus post reges exactos primus, Dionysius confert in annum primum sexagesimae nonae Olympiadis, cum is in annum quartum sexagesimae octavae deberet incurrere. Indicat consulatus A. Virginii et T. Vetusii, quem idem ille in annum ab A. C. ducentesimum sexagesimum conjicit. Indicat consulatus L. Aemilii et Kaesonis Fabii, quem idem initum esse anno ducentesimo septuagesimo scribit. cum tamen, si primos consules occepisse magistratum anno CCXLIV. dicas, quinquagesimo nono illi, hi sexagesimo nono anno inierint, necesse sit. Dixi de Dionysio. nunc dicam de Livio, qui libro primo [cap. 9.] ait, *Regnatum Romae ab Urbe condita ad liberatam annos* CCXLIV. *duos inde consules esse creatos.* id est, ut ego interpretor, anno CCXLV. Hunc autem numerum recte habere, apparet ex annis, quos eosdem ipse cum Dionysio singulis regibus tribuit. Hoc loco occurrit Robortellus, et ait, *Livium Prisco regi non* XXXVIII. *annos, sed* XXXVII. *tantum assignasse. ita Romani regni spacium* CCXLIII. *annis includi.* quid ad hoc dicam? nihil tale sensisse Livium, cum ita scripsit [1, 40.] *Duodequadragesimo ferme anno, ex quo regnare coeperat Tarquinius, non apud regem modo, sed Patres plebemque longe maximo honore Ser. Tullius erat.* Neque enim ibi de regno Prisci expleto loquitur; quanquam haud ita multo post eum morte affectum esse innuere videtur. neque, si Priscum regnasse annos XXXVII. voluisset, post in extremo libro, *Romae regnatum esse annos* CCXLIV. scribere potuisset. Conveniunt ergo inter se de regum annis Livius et Dionysius; verum cum Capitolinis tabulis discrepant. Quid sit autem, quod Robortellus modestissime, ut caetera, me pueriliter haec scribere ait, non video. Uter nostrum rectius horum auctorum verba perpenderit, alii viderint. Pergamus ad alia. Primum ergo consulum annum ex Dionysii et Livii sententia ducentesimum quadragesimum quintum, ut dixi, constituo: ille, Dionysio Livioque non intellecto, ex eorum item sententia CCXLIV. Post autem anno CCLXIV. et CCLXV. duos annos ille cum duobus consulatibus interserit, qui non sunt apud Livium. Hic ille, quanta cum gravitate, Dii immortales? *at debent reponi*, inquit. Ego contra reponendos esse ex Livii sententia non existimo. me vero, ut ita credam, tres potissimum rationes adducunt. una, quod, quas res Dionysius in quatuor, his duobus interjectis, annos dispensavit, easdem Livius in duos extremos, mediis ipsis duobus sublatis, contulit, ac nullam ejus historiae partem, quae a Dionysio maximo duorum horum consulatuum auctore narratur, praetermisit. altera, quod Cassiodo-

tabulas suas consulares
nis annalibus videtur di-
neque hos consules pro-
tertia quod Livius [3, 30.]
ucio, C. Horatio consu-
ibunos plebis decem fa-
e scriptum reliquit, *an-*
simo sexto post primos
, *qui facti sunt A. Vir-*
T. Vetusio consulibus,
V. C. CCLX. Qui nume-
i tricesimi sexti nullo
uadrabit, si duos hos an-
rposueris: verum *trice-*
tavo erit reponendum:
modum ille contra om-
ororum et scriptorum et
rum consensum censet
endum. tantam ei liber-
at ars ab eo primum e-
di excogitata. Accedit
quo X viri consulares
, quem Livius [3, 33.]
et trecentesimum ab
cat, id est, ut interpre-
m et trecentesimum. qui
ne ipse quidem con-
i duorum illorum anno-
ionem habueris, verum
simus tertius erit repo-
Non est ita. inquit, *im-*
ntesimus alter retineri
ed pro trecentesimo se-
non trecentesimo pri-
cipiendus est. cur ita?
ti Capitolini Xviros in
trecentesimum secun-
unt. non est hoc satis.
m ex Ciceronis senten-
us, inter scriptores ma-
te de numero annorum
ersiam. Addit, *quia al-*
ar de duobus, ergo tre-
us alter, est trecentesi-
ndus. Ego contra: *Al-*
ur de duobus: ergo *al-*
centesimo est trecente-
imus. ut enim Virgilius
u nunc eris alter ab
est, secundus. non ter-
annum alterum ab un-
pro duodecimo, (nam
r sentiunt. probabilem
nullam, cur ita sentiant,
afferunt) sic *trecentesimus al-*
ter, est trecentesimus primus.
Argumento sunt aliquot scripti,
quos ego habeo, Livianarum e-
pitomarum libri, in quibus [Epit.
l. 3.] scriptum est, *Xviros crea-*
tos esse uno et trecentesimo
anno ab Urbe condita. argu-
mento sunt eaedem epitomae, in
quibus legitur l. 49. *Anno quin-*
gentesimo et altero ludos Te-
rentinos factos: anno sexcente-
simo et altero tertium Punicum
bellum esse initum, id est quin-
gentesimo, et sexcentesimo pri-
mo, ut a me in Chronologia Livia-
na planissime demonstratum est.
Quid plura? Bellum civile ulti-
mum initum esse Lentulo et Mar-
cello consulibus, confectum au-
tem Caesare IV. et M. Crasso, in
omnibus annalibus scriptum est.
numera annos, XX. efficies. Itaque
Vellejus, qui idem Lentulo et
Marcello consulibus ad arma
civilia primum itum esse tradi-
derat [2, 49.] *vigesimo anno ci-*
vilia bella finita esse, literis
prodidit [2, 89.] At vero Livius,
qui bellum ipsum non armis po-
sitis, sed Caesaris triumphis a-
ctis, terminavit, Caesarem scri-
bit, *tribus triumphis in urbem*
invectis, finem bellis civilibus
imposuisse anno altero et vi-
gesimo. eo nimirum, qui ipsius
et Crassi consulatum proxime
consecutus est, quo inter omnes
constat Caesarem ter gloriosis-
sime triumphasse. Hos vero an-
nos nulla umquam intercalatio-
ne viginti duos reddideris. at-
que hoc in epitoma CXXXIII. scri-
ptum est, quas Epitomas ex Li-
vianis ipsis fere verbis contex-
tas videmus. Cum ergo hanc lo-
cutionem Livio familiarem esse
videamus, ut *quingentesimum,*
sexcentesimum, et *vicesimum*
alterum annum, pro uno et sive
quingentesimo, sive sexcentesi-
mo, sive vicesimo usurparit, et,
si aliter interpreteris, reliquos
omnes ejus numeros labefactes,

necesse sit, quos hac expositione conserves; cur non apud eundem etiam *trecentesimo et altero* interpretabimur, trecentesimo uno, praesertim vero cum veteres epitomarum ejus libri eo in loco consentiant? nec in alium annum decemviri apud eum incidere possint? nisi consulatus aliquot contra sententiam ejus interponas: id quod ei faciendum non est, qui ad Livianos calculos revocare hanc annorum temporumque descriptionem velit. His ille perculsus argumentis ad artem suam confugit. reperit praeceptum, quo facultas datur quemcumque cujuslibet auctoris locum pro libidine deformandi. utitur eo contra me, et aït, qua fiducia, immo potius confidentia, Dii boni? Aristarchum esse diceres: *Legendum est, quingentesimo quarto. Legendum est, sexcentesimo quarto.* Cur Robortelle? quia illi consulatus in eum numerum in Fastis Capitolinis incurrunt. At hoc suscepisti probandum ex verbis Livii, Livium ipsum cum Fastis concordare. nihil ergo Fasti ad Livium. sed sit hoc artificii tui. Sequitur annus, quo primi tribuni militares consulari potestate facti sunt, quem *trecentesimum decimum* numerat Livius [4, 7.] Atque hunc numerum uterque nostrum tuetur. tu quidem ex Livii et Dionysii sententia, ego ex Livii tantum. Neque enim ipse attendis, si annum, quem tu numeras CCXLIV, Dionysius CCXLV, quem tu CCLIX, ille CCLX, quem tu CCLXIX, ille CCLXX. appellat, eum demum, quem tu CCCX. nominas, ex ejus esse sententia CCCXI. nominandum. Quod autem hunc annum a me CCCIX. numerari apud Livium arguis, injustissime mehercule facis. qui enim possum eum CCCIX. vocare, si sequentes Livianos annorum numeros tueri volo? Patet hoc ex mea Chronologia, patet etiam ex eo, quod tu me inter CCCI. et CCCX. incertum annum interjecisse insimulas. si ergo interjeci annum, cur ad numerum hunc CCCX. non perveni? quem tamen cur interjecerim, satis nosti. Dices, *servasti in Liviana, non servasti in Capitolina summa constituenda.* Diversa ratio est. Livius enim tres annos Xviris ipsis attribuit, at vero L. Valerio et M. Horatio consulibus duos. Ita fit, ut tribuni militares ibi anno CCCIX. sint, hic anno CCCX. quod ut planius intelligatur, subscribam omnes has annorum descriptiones.

Capitolina descriptio.

300 (Sex. Quinctilius Sex. F. P. N. Varus.
(P. Horatius Tergeminus.

301 (P. Sextius Q. F. Vibi N. Capitolinus.
(T. Menenius T. F. Agrippae N. Lanatus.

302 (Ap. Claudius Ap. F. M. N. Crassinus.
(T. Genucius L. F. L. N. Augurinus.
Decemviri primi in locum consulum facti.

303 Decemviri secundi.
(Iidem decemviri in hunc annum continuarunt.
(quibus abdicare coactis in eorum locum facti
304 (sunt consules.
(L. Valerius Poplicola Potitus.
(M. Horatius Barbatus.

305 (Lar Herminius.
(T. Virginius.

eganius.
lius.
inctius.
pa Furius.
enucius.
rtius.
mpronius.
elius. Tribuni mil. cons. potestate
lius. primi.
ganius.
inctius.

Mea Liviana.

uinctilius. P. Curatius.
enius. P. Sestius.
audius. T. Genucius.
Decemviri consulares primi.
viri consulares secundi.
viri consulares tertii.
erius. M. Horatius.
consules videntur continuasse in hunc annum.
rminius. T. Virginius.
ganius. C. Julius.
nctius. Agrippa Furius.
ucius. C. Curtius.
mpronius.
elius. Tribuni militares primi.
ius.
anius. T. Quinctius.

Robortelliana.

uinctilius. P. Curiatius.
enius. P. Sestius.
audius. T. Genucius.
Decemviri consulares primi.
viri consulares secundi.
viri consulares tertii.
erius. M. Horatius.
rminius. T. Virginius.
ganius. C. Julius.
nctius. Agrippa Furius.
utius. C. Curtius.
pronius.
elius. Tribuni mil. cos. pot. primi.
us.

haec? ut intelligas, tu Livium secutus tres concessisti. non esse autem tibi annum
s Capitolinos sequi ccciv. decemviris, sed Valerio
lis, non posse tribu- et Horatio consulibus tribuen-
es in annum cccx. dum, ex eo discere potes, quod
Nam, ut dixi, illi in triumphalibus tabulis Capito-
annos dant Xviris,

linis consules illi scribuntur triumphasse anno ipso CCCIV. Horatius quidem VII. K. Sept. Valerius vero Idibus Sext. nisi forte eximia tua ista arte lapides etiam illos corrigas, aut eos consules ante consulatum triumphasse exponas: quo nihil perversius. Si ergo Valerius et Horatius consules triumpharunt mense Sextili anno CCCIV, quo tempore idus Majae sollemnes incundo consulatui erant: profecto, si diligenter annorum rationem subduxeris, tribunos militares primos, nisi in annum CCCIX. conjicere non poteris: nisi forte et tu continuasse in alterum annum consulatum eos volueris. quod nec concedis, nec concedi in Fastis Capitolinis oportere existimo. Immo vero anno CCCIX. sunt collocandi. sed C. Julii III. et L. Virginii II. consulatus, cujus auctores multi sunt, non est a te postea omittendus. Quam lynceus ergo sit oportet, qui annorum descriptiones instituere velit, et ut Capitolina summa nullo modo cum Liviana congruere possit, et ut eam ipse non intellexeris, jam vides. Sed pergamus ad alia. Cum ergo summus mihi tecum sit in Liviana Chronologia concinnanda in anno tribunorum militarium numerando consensus, (nam uterque eum CCCX. vocat) quaeres fortasse, cur, si in trecentesimo decimo anno convenimus, in reliquis deinceps annis discrepemus? nimirum, quia tu alios annos tollis, alios addis, idque contra Livii, quam assequi non potes, sententiam. audi autem quo modo. Anno CCCXIX. consules sunt apud Livium L. Julius II. L. Virginius. Eosdem ego in annum CCCXX. refectos esse scribo ex Livii et Cassiodori sententia, quos tu transcendis. Verba Livii sunt haec [4, 23.] *Eosdem consules insequenti anno refectos Julium tertium, Virginium iterum apud Macrum Licinium invenio. Valerius Antias et Q. Tubero M. Manlium et Q. Sulpicium consules in eum annum edunt. ceterum in tam discrepanti editione et Tubero et Macer libros Linteos auctores profitentur. neuter tribunos militum eo anno fuisse traditum a scriptoribus antiquis dissimulat. Licinio libros haud dubie sequi Linteos placet, et Tubero incertus veri est, sed inter cetera vetustate incomperta hoc quoque in incerto positum.* Hos ergo consules tu praeteris, quia Livium existimas his verbis hunc omnino consulatum damnasse, cum tamen Livius non tam de magistratibus hujus anni, quam de nominibus ipsorum magistratuum ambigat, neque pro certo horum neminem fuisse in magistratu affirmet, sed, qui potissimum fuerint, parum sibi convenire dicat. Fuisse autem aliquot ex iis, quos nominavit, declarat Cassiodorus, qui Macrum secutus in hunc annum C. Julium, ut ego, et L. Virginium consules edit. Declarant fasti Siculi Graeci; qui, Tuberonem et Antiatem secuti, Capitolinum Manlii et Camerinum Sulpicii cognomen in hunc annum profitentur. Declarat Diodorus, qui, in tertiam discedens sententiam, tribunos in hunc annum militares nominat, M. Manlium, Q. Sulpicium et Ser. Cornelium. Adde, quod, si hunc annum transcendas, serpet hoc erratum longius. neque enim Romam anno CCCLXV. captam esse unquam efficies, quod scribit Livius [5, 54.] neque L. Valerii Potiti et M. Manlii Capitolini consulatum in annum centesimum decimum nonum post reges exactos conjicies. quod libro primo [pag. 61.] scriptum reliquit Dionysius. quae omnia mea summa custodiuntur, tua vero penitus evertuntur.

XXXVIII. In epito-
nis [lib. 49.] *Ludi Te-*
nno quingentesimo al-
. e. *facti* dicuntur, id
nsorinus [cap. 17.] au-
io, ait, *P. Claudio,*
consulibus. Item, *ter-*
um Punicum coeptum
sexcentesimo altero,
. Marcio, M? Manilio
s. nihil melius potest
ne spectes: nihil foe-
llum. nam *quingente-*
artum, et sexcentesi-
tum reponit. Diony-
secundo [pag. 96.] *di-*
quod nullum intra
s viginti annos fa-
rat, primum factum
dit *M. Pomponio, C.*
onsulibus, eumque an-
us lib. 17, [21.] *DXIX.*
te, si ad meos calcu-
s: si ad Robortellia-
item. nam is annus in
xxii. P. Valerii et M.
ulatum Gellius lib. 4.
annum ab urbe con-
it DXXIII, Livium, cre-
us; at hic noster, ex
auctoritate, in annum
ius [31, 5.] consulatum
et C. Cottae in annum
ingentesimum quin-
um. congruenter ad
nnam. num creditis
ortellianam? non cer-
im *quinquagesimum*
eponit. P. Africani
alterum in annum
ivius [34, 54.] ut vul-
se legitur, *DVIII.*
erum ego, *V.* in *L.*
versis, corrigo *DLVI.*
alienius *DLIX.* Quam-
nod ille quaerit, *cur*
astis Capitolinis Q.
P. Decium consules
n, *e Livianis autem*
siodorum secutus ex-
jam quaerere desinet,
eandem esse summae
rationem intellexerit,
nes omnium calculos
ad unam normam tanta cum librorum pernicie referendos esse cognoverit. Haec pauca in hoc libro libuit notare. mitto reliqua, quae aut ita vana sunt, ut nullo, aut ita aliena, ut alio loco videantur esse refutanda. quale illud est, quod opponit de duobus Livii locis a me corruptis. Ex his autem paucis satis intelligi posse arbitror, quid praestare novae hic hujus artis auctor in ratione literarum restituenda possit: qui, ut Livianam annorum summam colligeret, totum sibi Livium ante perdendum esse existimarit. Atque hic tamen, cum ejusmodi sit, audet Livium a se emendatum, et novam in eum Chronologiam profiteri.

DE LUDIS SAECULARIBUS.

Ludos saeculares, in prima editione Fastorum, sub consulibus dispensaveram, quos e posteriore exemi. cur apposuissem, ea caussa fuit, quod quincti ludi in lapide Capitolino ita descripti sunt, ut sub consulibus C. Silio et L. Munatio poni debere videantur. sic enim habet.

C. SILIVS. P. F. P. N. L. MVNATIVS. L. F. L. N. PLANCVS.
LVDI. SAECULARES. QVINCT.
IMP. CAESARE. DIVI. F. AVGVSTO.

Itaque, cum ea meam mentem opinio imbuisset, quinctos ludos sub consulibus his esse dispositos, quamquam eos Furnio et Silano consulibus multo ante factos veterum annalium auctoritate persuasum habebam, putavi quartos etiam, et tertios, et secundos, et primos mihi esse sub consulibus collocandos. Cur removerim, id causae fuit, quod eos postea non sub consulibus, sed e regione consulum et in

Valerii Corvi, de qua Livius [10, 3.] *Multiplex deinde exortus terror. Etruriam rebellare nunciabatur. Itaque propter eum tumultum dictus M. Valerius Maximus dictator, magistum equitum sibi legit M. Aemilium Paullum.* et paulo post [cap. 5.] *Proelio ab dictatore commisso, fractae iterum Etruscorum opes. dictator triumphans in urbem rediit, consul ex dictatura factus M. Valerius.* An vero tibi videtur, Robortelle, his verbis Livius dictatores hos per annum sine consulibus fuisse dicere, an eos in aliorum, ut adsolebat, consulatu dictaturam gessisse? at ei, credo, verba deerant, quibus hoc exprimeret, si ita sensisset. Nonne attendis, si trium horum annorum rationem habeas, reliquos omnes, qui apud eum sequuntur, numeros esse pervertendos? et alios annales Livium, alios Fastorum Capitolinorum auctores esse secutos, atque omnino ipsos inter se discordare non sentis? Caute autem, immo callide Robortellus, cum se in tota hac de dictaturis Livianis ratione nutantem ac claudicantem sentiret, statim, ut aliquo insigni praecepto alio lectoris mentem averteret, fragmenta illa lapidum Capitolinorum praepostero ordine esse in Capitolio collocata adjecit; nec videt, id ipsum a me primum, vel ipsomet teste, esse demonstratum, atque in Fastorum commentario confirmatum. His rebus expositis concludit, *summam annorum Livianorum et Capitolinam eandem esse usque ad annum* CDLXXI. quas ego longe diversas inter se esse contendo. Uter autem nostrum est verior? nimirum ille, qui numeros Livii custodierit, non ille, qui, ut eo perveniat, quo velit, eos omnino labefactarit. Dixi ante, Livium scribere [3, 30.] *sexto et tricesimo anno post primos tribunos plebis decem tribunos esse factos.* is numerus a me conservatur, ab illo evertitur, ac *octavus et tricesimus* ex conjectura reponitur. Prodit item Livius [5, 54.] *anno ab U. C. CCCLXV. Romam esse captam.* eo numero nihil ad meam summam potest esse convenientius: ad Robortelli nihil ineptius, qui CCCLXIII. emendare cogetur. Idem [7, 1.] *Q. Servilio, L. Genucio consulibus Camillum annos post Romam captam XXV. mortuum,* refert. recte ad meos calculos: at ille XXI. reponit. Idem [7, 18.] *annum, quo M. Fabius Ambustus III. et T. Quinctius consulatum gesserunt, post urbem captam XXXV.* numerat; Robortellus *XXXI.* quamquam in eo etiam peccat Robortellus, qui hoc scribi a Livio ait in consulatu M. Fabii Ambusti et T. Quinctii, cum id prodat in consulatu C. Sulpicii Petici et M. Valerii Poplicolae, atque ita numerus ille ad meam rationem conveniat. Idem in consulatu Q. Fabii V. P. Decii IV. ita scribit [10, 31.] *Supersunt etiam nunc Samnitium bella, quae continua per quartum jam volumen, annumque sextum et quadragesimum, a M. Valerio, A. Cornelio consulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, agimus.* Quo numero nihil ad meam summam potest esse aptius, quia tres illas dictaturas praeterii, cum Robortellus adeo incertus sententiae est, ut *quadragesimum octavum,* vel *quadragesimum nonum* restituendum putet; eosque numeros a librariis et a Cassiodoro corruptos exclamet. Idem Livius l. 31, [1] *Ap. Claudium consulem primum Poenis bellum intulisse* scribit *anno.* ut in scriptis libris est, *CDLXXVIII* quod ego levi mutatione *CDLXXXVI, V.* in *X, II.* in *V.* versa lego;

ille *CDLXXXVIII.* In epitomis Livianis [lib. 49.] *Ludi Terentini anno quingentesimo altero ab* U. C. *facti* dicuntur, id est, ut Censorinus [cap. 17.] auctore Livio, ait, *P. Claudio, L. Julio consulibus.* Item, *tertium bellum Punicum coeptum esse anno sexcentesimo altero*, id est, L. Marcio, M? Manilio consulibus. nihil melius potest esse, si me spectes: nihil foedius, si illum. nam *quingentesimum quartum, et sexcentesimum quartum* reponit. Dionysius libro secundo [pag. 96.] *divortium, quod nullum intra quingentos viginti annos factum fuerat, primum factum fuisse* prodit *M. Pomponio, C. Papirio consulibus*, eumque annum Gellius lib. 17, [21.] *DXIX.* vocat. recte, si ad meos calculos revoces: si ad Robortellianos, non item. nam is annus in Fastis est DXXII. P. Valerii et M. Atilii consulatum Gellius lib. 4. cap. 3. in annum ab urbe condita conjicit DXXIII, Livium, credo, secutus; at hic noster, ex Fastorum auctoritate, in annum DXXVI. Livius [31, 5.] consulatum P. Galbae et C. Cottae in annum confert *quingentesimum quinquagesimum.* congruenter ad meam summam. num creditis ita ad Robortellianam? non certe. ille enim *quinquagesimum tertium* reponit. P. Africani consulatum alterum in annum transfert Livius [34, 54.] ut vulgo mendose legitur, *DVIII.* quem numerum ego, *V.* in *L.* et *II.* in *V.* versis, corrigo *DLVI.* ille multo alienius *DLIX.* Quamobrem, quod ille quaerit, *cur ego in Fastis Capitolinis Q. Fabium et P. Decium consules reposuerim, e Livianis autem ipsum Cassiodorum secutus exemerim?* jam quaerere desinet, cum non eandem esse summae utriusque rationem intellexerit, neque omnes omnium calculos ad unam normam tanta cum librorum pernicie referendos esse cognoverit. Haec pauca in hoc libro libuit notare. mitto reliqua, quae aut ita vana sunt, ut nullo, aut ita aliena, ut alio loco videantur esse refutanda. quale illud est, quod opponit de duobus Livii locis a me corruptis. Ex his autem paucis satis intelligi posse arbitror, quid praestare novae hic hujus artis auctor in ratione literarum restituenda possit: qui, ut Livianam annorum summam colligeret, totum sibi Livium ante perdendum esse existimarit. Atque hic tamen, cum ejusmodi sit, audet Livium a se emendatum, et novam in eum Chronologiam profiteri.

DE LUDIS SAECULARIBUS.

Ludos saeculares, in prima editione Fastorum, sub consulibus dispensaveram, quos e posteriore exemi. cur apposuissem, ea caussa fuit, quod quincti ludi in lapide Capitolino ita descripti sunt, ut sub consulibus C. Silio et L. Munatio poni debere videantur. sic enim habet.

C. SILIVS. P. F. P. N. L. MVNATIVS. L. F. L. N. PLANCVS.
LVDI. SAECVLARES. QVINCT.
IMP. CAESARE. DIVI. F. AVGVSTO.

Itaque, cum ea meam mentem opinio imbuisset, quinctos ludos sub consulibus his esse dispositos, quamquam eos Furnio et Silano consulibus multo ante factos veterum annalium auctoritate persuasum habebam, putavi quartos etiam, et tertios, et secundos, et primos mihi esse sub consulibus collocandos. Cur removerim, id causae fuit, quod eos postea non sub consulibus, sed e regione consulum et in

alio lapide incisos comperi. quinctos autem casu, nescio quo, a fabro, commoditatem suam quandam secuto, sub consules illos esse subscriptos. Itaque mihi, qui Fastos consulares scribendos susceperam, ludorum saecularium mentionem necessariam non esseduxi: Robortellus autem, qui *sua Patavina castigatione* factum esse aït, ut eos exemerim, quod ludos primos saeculares non P. Valerio primum, sed quartum consule factos probasset, non intelligit, si vera ea sint, non me omnes exempturum fuisse, sed primos tantum mutaturum. Nunc vero, etsi ea me defendere, quae a me ipso ante damnata sunt, oportere non existimo, tamen, ut intelligat ipse, me suo admonitu nihil fecisse, nec facere debuisse, ita, quod scripseram de ludis saecularibus, tuebor, ut me recte sensisse, illum in tota hac quaestione nutare confirmem. Negat is, *ludos saeculares primos in primum P. Valerii Poplicolae consulatum, qui primus post reges exactos consul fuit, esse conjiciendos; sed in quartum, cujus auctor sit Plutarchus.* Cui ego respondeo, magnam de primis, secundis, tertiis, et quartis ludis saecularibus, quibus potissimum consulibus facti sint, esse opinionum varietatem, quas omnes Censorinus in libro de die natali [cap. 17.] literis persecutus est Primos autem alios in primum Poplicolae consulatum, alios in quartum retulisse; in XVvirùm autem libris M. Valerio, Sp. Virginio consulibus factos scriptum esse, teste Censorino. De Poplicola primum consule hos ludos faciente sic Censorinus: *Primos ludos saeculares exactis regibus constat post Romam conditam anno CCXLV. a Valerio Poplicola institutos esse.* quae verba si diligenter attendas, intelliges, ad quartum Poplicolae consulatum referri nullo modo posse, sed duntaxat ad primum. non enim de quarto consulatu dixisset, *exactis regibus;* neque *anno CCXLV.* quamquam tu, dominus emendationum, ex ingenio *CCXLIX.* reponis, neque numerum ullum tua non violatum manu esse permittis, ut eos ludos in quartum Poplicolae consulatum transferas. Hoc idem Valerius Maximus [2, 4, 5.] videtur indicare, cum aït, *Valerii exemplum Valerius Poplicola, qui primus consul fuit, secutus eandem aram terra obruit*, etc. Nam, *qui primus consul fuit*, videtur adjecisse, ut annum post exactos reges, sicuti dixit Censorinus, exprimeret. Hoc idem etiam Politianus vir doctus in Miscellaneis ex Zosimo et existimavit, et tradidit. Si ergo, Poplicola primum consule factos primos saeculares ludos, auctores tres habeo, quid deliqui, cum eos in primum potius ejus, quam in quartum consulatum, cujus solus est auctor Plutarchus, conjeci? Sed vide, quam meum judicium a tuo dissideat. ego, si veritatem annorum, quibus ludi saeculares omnes facti sint, tueri velim, libros XVvirales, quos identidem auctores citat Censorinus, quam historicos alios ullos, audire malim. ex libris autem Quindecemvirùm apparet, primos M. Valerio, Sp. Virginio consulibus, anno ad Capitolinam summam ducentesimo nonagesimo septimo esse factos: secundos M. Valerio Corvo et C. Poetelio consulibus, anno CDVII. tertios P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo consulibus, anno quingentesimo decimo septimo: quartos M. Aemilio Lepido, L. Aurelio Oreste consulibus anno DCXXVII. ita ut centesimo decimo quoque anno relati sint. quod etiam signifi-

d facere, atque impu-
tomen, vel Censori-
o arbitrio, ut me op-
pravare. ex quo etiam
poteris, an ego, tuam
auctoritatem secutus,
ftis consularibus sae-
merim. Locus eſt in
qui in vulgatis libris
: *Diti patri ludi ad*
ex praecepto libro-
linorum facti, qui
Punici belli, quin-
et altero ab Urbe
cti erant. Hunc e-
ta ex scriptis multis
davi, sed maxime ex
ego poſſideo, et ti-
voles, commodabo:
ntesimo, primo Pu-
quingentesimo et
Urbe condita, facti
illud *centesimo* im-
od ego ita confirmo.
cum tertium Marcio
consulibus coeptum
ero et sexcentesimo
dita, ut scriptum eſt
ma: iisdemque con-
ti ludi ex Livii sen-
orino teſte, et epi-
tiente, facti sunt:
ludi anno altero et
ex Livii sententia
At P. Claudio et L.
libus ex Livii sen-
ludi, ut aït Censo-
sunt, qui annus in
condita incidit, er-
atri centesimo ante
erant ante tertium
llum, cujus primo
facti eſſe dicuntur.
expositionem non
, *qui centesimo an-*
t, id eſt, qui suo
nno (is erat ex Li-
centesimus) facti
si tu ne hanc qui-
rectionem librorum
, vel interpreta-
didiſſimam probas,
s ego probare de-
i, cum *quingente-*

simum et sexcentesimum alterum, pro *quingentesimo* et *sexagesimo secundo* interpreteris, deinde sine ulla librorum auctoritate *quingentesimum*, et *sexcentesimum quartum* reponis, inani hac conjectura ductus, scriptum fuiſſe *DIV.* et alteram literam *V.* deletam eſſe altero ceure, et factum eſſe *DII.* inde poſtea scriptum eſſe *altero et quingentesimo.* quod ipsum cum aïs, non considerare, sed sortiri, quid dicas, mihi videris. an vero tu meis scriptis libris fidem non habebis, ego tuis somniis habebo? qui inquis legendum eſſe: *Qui sextodecimo anno primi Punici belli*, quod ii consules in sextumdecimum annum ejus belli inciderint: neque, in quos te errorum laqueos induas, animadvertis? Sed de epitoma hactenus: nunc ad Censorinum veniamus; cujus tu verba cap. 17. corrigendo ita depravaſti, ut sincerae sententiae simulacrum nullum reliqueris. Verba ea in vulgatis Aldinis ita leguntur: *Primos ludos saeculares exactis regibus cum post Romam conditam annis CCLV. a Valerio Publicola institutos esse ad XLvirorum commentarios, anno CCXCIX. M. Valerio, Sp. Virginio consulibus, anno post Urbem conditam VIII. et XL. ut vero in commentariis XIIvirorum scriptum est, anno quadringentesimo et decimo, M. Valerio Corvino et C. Petilio consulibus. Tertii ludi*, etc. Haec verba ita ex ingenio, quo, ut confiat, excellit, emendat Robortellus: *Primos ludos saeculares exactis regibus constat post Romam conditam annis CCXLIX. a Valerio Poplicola institutos esse ad XLvirorum commentarios. Secundi autem ludi fuerunt* (*ut multi tradunt*) *anno ab Urbe condita CCXCVII. M. Valerio M.ᵒ F. Volusi N. Maximo*,

toris et M. Aemilii Paulli consulum mentio fieret, adductum esse, ut in ea tempora hos ludos conjicerem. sciebam enim jam pridem, magisterium XVvirale nihil ad consulatum pertinere. Nam quod vitio vertis, me, auctoritatem XVviralium librorum secutum, quartos ludos in consulatum Lepidi et Orestis transtulisse, cum potius in Marcii et Manilii consulatum, ex Livii sententia, essent rejiciendi, respondeo, primum, malle me in hac re, dum possum, XVvirales libros, quam Livium, sequi: in quibus summam video annorum constantiam juxta Horatii versum et Augusti sententiam conservari; deinde, ne si voluissem quidem, Livium sequi potuisse. Nam illa tempora, quae in Marcii et Manilii consulatum incurrunt, quanquam aliqua ex parte debilitata, tamen ita integra sunt, ut satis ostendant, non posse versus aliquot de ludis saecularibus inter consules interponi. Quod autem alio loco aïs, *non fuisse, quod angerer in enumerandis annis centum adeo exquisite; quamvis ne id quidem scierim, aut, si scierim, non potuerim tamen Livii locum confirmare*; respondebo tibi primum de numero centesimo, deinde de Livii loco. Ego existimo, Robortelle, si secundi ludi in annum, quo M. Popillius consul fuit, teste Zosimo, inciderunt; tertii in consulatum P. Claudii et L. Junii; quarti in consulatum L. Marcii et M. Manilii, (atque hi sunt anni apud Livium CDI. DI, DCI. idque sine ulla correctione, aut mutatione vulgatorum librorum) satis me probasse, ex Livii sententia ludos saeculares centesimo quoque anno relatos. siquidem ego a CDI. usque ad DI. centum annos numerare soleo, ut a DI. usque ad DCI. alios centum. Nam quod aïs, *non semper ex spectatos esse annos centum; quod ex eo intelligi possit, quia alii auctores a Livio, qui numerum centesimum intulit, dissentiant*; quid me hoc torquet, dummodo constantiam hanc in opinione Liviana inveniam, ut in XVvirali illam alteram, quod centesimo decimo quoque anno relati sint? et si quaeris, unde tanta annorum in his edendis ludis varietas nata sit, te docebo, qui hoc, ut multa alia, confiteris te ignorare. docebo autem te, quae non tam ego, quam Onufrius Panvinius, vir in observanda omni antiquitate diligentissimus, et summo ingenio praeditus, existimet. Scribit Acro in saeculare carmen Horatii ita: *Saecularis carminis duplex devotio esse consueverat. aut enim pro sedanda, aut pro vitanda pestilentia, aut pro certo et constituto numero annorum: centesimo enim decimo anno in Capitolio a pueris et puellis impuberibus cantabatur.* Si ergo duplex fuit devotio carminis saecularis; ergo, etiam ludorum saecularium fuisse, facile existimari potest: ita ut alii ordinarii essent, qui certo tempore et constituto referrentur, ut qui centesimo decimo quoque, vel centesimo anno fiebant, ut dixi; alii vero, qui extra ordinem pro re nata, sedandae, vel vitandae pestilentiae caussa, ut illi; quorum alii scriptores fortasse meminerunt. Quare non est, quod tu inconstantiam in annis horum ludorum labores inveniste, cum ignores tempora, caussas non distinguas, et annalium varietatem non accipias; sed omnia monumenta, omnia saecula, omnes caussas, coelum denique et terram omnem una norma atque una regula metiaris. Et quoniam in hac disputatione iisdem auctorum locis usi sumus, tu autem arte tua, tanquam Proteus, e manibus elabi meis conaris, non pa-

patiar te id facere, atque impune vel Epitomen, vel Censorinum pro tuo arbitrio, ut me oppugnes, depravare. ex quo etiam intelligere poteris, an ego, tuam aliquando auctoritatem secutus, ludos ex Fastis consularibus saeculares exemerim. Locus est in epitoma 49. qui in vulgatis libris ita legitur: *Diti patri ludi ad Terentum ex praecepto librorum Sibyllinorum facti, qui anno primo Punici belli, quingentesimo et altero ab Urbe condita, facti erant.* Hunc ego locum ita ex scriptis multis libris emendavi, sed maxime ex uno, quem ego possideo, et tibi, cum voles, commodabo: *qui anno centesimo, primo Punico bello, quingentesimo et altero ab Urbe condita, facti erant.* Hic illud *centesimo* improbas, quod ego ita confirmo. Bellum Punicum tertium Marcio et Manilio consulibus coeptum est, anno altero et sexcentesimo ab urbe condita, ut scriptum est in hac epitoma: iisdemque consulibus quarti ludi ex Livii sententia, Censorino teste, et epitoma consentiente, facti sunt: ergo quarti ludi anno altero et sexcentesimo ex Livii sententia facti sunt. At P. Claudio et L. Junio consulibus ex Livii sententia tertii ludi, ut ait Censorinus, facti sunt, qui annus in DI. ab Urbe condita incidit, ergo ludi Diti patri centesimo ante anno facti erant ante tertium Punicum bellum, cujus primo anno etiam facti esse dicuntur. Quod si hanc expositionem non accipis, dic, *qui centesimo anno facti erant*, id est, qui suo et legitimo anno (is erat ex Livii sententia centesimus) facti erant. Quod si tu ne hanc quidem vel correctionem librorum disertissimam, vel interpretationem splendidissimam probas, quanto minus ego probare debeo tuas; qui, cum *quingentesimum* et *sexcentesimum alterum*, pro *quingentesimo* et *sexagesimo secundo* interpreteris, deinde sine ulla librorum auctoritate *quingentesimum*, et *sexcentesimum quartum* reponis, ioani hac conjectura ductus, scriptum fuisse *DIV.* et alteram literam *V.* deletam esse altero erare, et factum esse *DII.* inde postea scriptum esse *altero et quingentesimo.* quod ipsum cum aïs, non considerare, sed sortiri, quid dicas, mihi videris. an vero tu meis scriptis libris fidem non habebis, ego tuis somniis habebo? qui inquis legendum esse: *Qui sextodecimo anno primi Punici belli*, quod ii consules in sextumdecimum annum ejus belli inciderint: neque, in quos te errorum laqueos induas, animadvertis? Sed de epitoma hactenus: nunc ad Censorinum veniamus; cujus tu verba cap. 17. corrigendo ita depravasti, ut sincerae sententiae simulacrum nullum reliqueris. Verba ea in vulgatis Aldinis ita leguntur: *Primos ludos saeculares exactis regibus cum post Romam conditam annis CCLV. a Valerio Publicola institutos esse ad XLvirorum commentarios, anno CCXCIX. M. Valerio, Sp. Virginio consulibus, anno post Urbem conditam VIII. et XL. ut vero in commentariis XIIvirorum scriptum est, anno quadringentesimo et decimo, M. Valerio Corvino et C. Petilio consulibus. Tertii ludi*, etc. Haec verba ita ex ingenio, quo, ut confiat, excellit, emendat Robortellus: *Primos ludos saeculares exactis regibus constat post Romam conditam annis CCXLIX. a Valerio Poplicola institutos esse ad XLvirorum commentarios. Secundi autem ludi fuerunt* (ut multi tradunt) *anno ab Urbe condita CCXCVII. M. Valerio M.ᵒ F. Volusi N. Maximo,*

Sp. Virginio consulibus, anno post Urbem conditam CCXCVII. ut vero in commentariis XV. virorum scriptum est, anno CCCCVII. M. Valerio Corvo et C. Petelio consulibus. Haec ille. nunc ejus enumeremus errata. Primum putat, primos ludos non in primo Poplicolae consulatu factos, sed in quarto, et ideirco mutat annum *CCXLV.* in *CCXLIX.* quanquam debuit potius, si quartum spectabat consulatum, *CCL.* scribere. nam quartus consulatus Poplicolae ad Livianam et Dionysianam summam, ut supra ostendi, cadit in annum ccx. Deinde, quod non agnoscens mendam, ait, *institutos esse ad XLvirûm commentarios:* cum nulli tum fuerint XLviri. fuerunt enim librorum Sibyllinorum custodes primum Duumviri Sibyllini, post Decemviri, tum XVviri: atque inde XVvirûm libri et commentarii dicti. tertio, quod addens haec de suo, *Secundi autem ludi fuerunt, ut multi tradunt,* confundit primus ludos cum secundis. nam qui anno ccxcvii. facti sunt, non secundi fuerunt, sed primi, ut XVvirûm libri tradiderunt: quomadmodum et supra dixi, et infra apparebit. quarto loco, quod numerum *CCXCIX.* corrumpit, et facit *CCXCVII.* dirigit enim summam aliorum scriptorum ad Capitolinam, sine caussa. quincto, quod bis ejusdem anni numerum apponit; primum ita: *anno ab Urbe condita CCXCVII.* deinde ita: *anno post Urbem conditam CCXCVII.* nec attendit, priorem numerum ad primos ludos pertinere, posteriorem ad secundos, quem tamen mirifice depravavit; eum pro *VIII. et CD.* reponit *CCXCVII.* Sexto, quod *M. Valerio M.ᵒ F. Volusi N. Maximo,* ex lapidibus Capitolinis sine causa intulit, cum, *M. Valerio,* ut scripsit Censorinus, satis effet. postremo, quod *CCCCX* in *CCCCVII.* eodem imbutus errore, mutat. Quare ego ita emendo: *Primos ludos saeculares exactis regibus constat post Romam conditam annis CCXLV. a Valerio Poplicola institutos esse; at ex XVvirûm commentariis anno CCXCVIII. M. Valerio, Sp. Virginio consulibus. Secundi facti sunt, Livio et Antiate auctoribus, M. Fabio et M. Popillio consulibus, anno post Urbem conditam VIII. et CD. ut vero in commentariis XVvirûm scriptum est, anno CDVIII. M. Valerio Corvino et C. Poetelio consulibus.* Haec ita se habere, hinc colligere possumus, quod de singulis ludis diversae opiniones referuntur; extrema autem semper XVviralium librorum est: ut post in tertiis et quartis ludis apparebit. Cum autem primos ex XVviralibus libris scriptum sit factos anno ccxcix, secundos anno cccc. et x. tertios anno duodevigesimo et quingentesimo; quartos anno dcxxix. malim, ut servetur constantia centesimi decimi anni legi *CCXCIIX, CDIIX, DXIIX, DCXXIIX.* neque enim M. Valerius et Sp. Virginius anno ccxcix. inire potuerunt, cum primi consules anno ccxlv. inierint. neque ullae supputationes sunt, quae eam rationem et summam tueantur. praeterea in secundis ludis videtur verisimile ex *CCCCIIX.* factum esse mendose *CCCC ET X.* nam de tertiis non est dubium. scriptum est enim diserte *D. duodevigesimo.* Porro autem desiderari nomina auctorum *Livii et Antiatis* maxime puto, qui concordes in tertiis et quartis citantur; itemque nomina consulum, quae ex Zosimo supplevi. Anni numerum Livianum, id est cccci, non adscripsi, quia Censorinus, non ut Livium ludorum facit auctorem, ita Livianam etiam affert

annorum summam: quod post etiam quartos ludos ex auctoritate Livii edat in consulatum Marcii et Manilii, anno DCV. cum DCI. ad summam Livianam esset scribendum; DCV. autem sit ad summam Plinii et Ciceronis, quam plerique hoc tempore, ut Glareanus in sua Chronologia, sequuntur. Itaque eum numerum, quod divinare nolui, reliqui. Transeamus ad alia. Deinceps sic vulgo legitur: *Tertii ludi fuerunt, Antiate Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, L. Junio Pullo consulibus, anno D. duodevigesimo, P. Cornelio Lentulo, C. Livio Varo consulibus.* Robortellus ita legit: *Tertii ludi fuerunt, Antiate Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, L. Junio Pullo consulibus, anno DIV. vel, ut alii, anno DXVII. P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo consulibus.* Hic Robortellus, in sua permanens sententia, P. Claudium et L. Junium consules anno quingentesimo quarto consules fuisse ait, cum tamen *DV.* sit reponendum, ex eo quod sequitur, *L. Marcio, M. Manilio consulibus anno DCV.* Si enim illi consules anno sexcentesimo quinto fuerunt, ut Pliniana et Ciceroniana docet summa, et hi quingentesimo quinto fuerunt. Praeterea non animadvertit, post Antiatis et Livii opinionem recitari Quindecemviralium librorum sententiam, quod ex numero annorum perspicitur, *DXVIII.* etenim centesimo decimo relati scribuntur. Itaque ego sic emendo: *Tertii ludi fuerunt, Antiate Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, L. Junio Pullo consulibus, anno ab Urbe condita quingentesimo quinto, ut in XVvirorum autem commentariis scriptum est, anno quingentesimo duodevigesimo, P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo consulibus.* Pergit deinceps Censorinus in vulgatis ita: *De quartorum ludorum anno triplex opinio est. Antias enim, et Varro, et Livius relatos esse prodiderunt L. Marcio Censorino, M. Manlio consulibus, post Romam conditam anno sexcentesimo quinto; at Piso Censorius, et Cn. Gellius, et Cassius Hemina, qui illo tempore vivebat, post annum factos tertium affirmant, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico consulibus, id est, DC. anno III. In XVvirorum autem commentariis notantur sub annis DCXXIX, Aemilio Lepido et L. Aurelio Oreste consulibus.* Hic Robortellus numerum anni sexcentesimi quinti non mutat, cum tamen ad calculos suos, id est, Capitolinos, is annus sit sexcentesimus quartus; alterum sexcentesimum tertium mutat in *DCVIII.* tertium corrumpit: nam pro *DCXXIX.* reponit *DCXXVII*, nec videt, si Marcius et Manilius anno sexcentesimo quinto consules fuerunt, Lentulus vero et Mummius anno sexcentesimo octavo, Lepidum et Orestem necessario futuros anno DCXXIIX. Itaque aut priores numeri erant mutandi, aut postremus prudentius corrigendus. Adde quod *vivebant*, non *vivebat*, fuit ab eo corrigendum. nam et Piso Censorius, qui Frugi dictus est, eo tempore vixit; siquidem paulo post consulatum, et censuram, unde Censorius dictus est, cepit. qui locus est a me pluribus in Fastorum commentario perpurgatus. Est etiam alter Censorini locus eodem capite positus, quem ille corrigit capite decimo. Verba vulgo ita leguntur: *Testis est Piso, in cujus annali septimo sic scriptum est: Roma condita anno DVII saeculum accipit his consulibus, qui proximi sunt consules M. Aemilius M. F. Lepi-*

dus, *C. Pompilius II. absens.* ille ita emandat: *Roma condita anno DXXI. saeculum accipit his consulibus, qui proximi consules sunt, M. Aemilius M. F. M. N. Lepidus, M. Poblicius L. F. L. N. Malleolus.* Quod tandem hoc portentum est, Robortelle? unde annum DXXI. et remotissimos consules, M. Aemilium Lepidum et M. Poblicium Malleolum, extraxisti? an ignorabas in Fastis Capitolinis anno quingentesimo nonagesimo quinto M. Aemilium M? F. Lepidum, et C. Popillium P. F. Laenatem II. atque eos a Pisone esse intellectos? Potuit enim ille suos *proximos consules* vocare, quippe qui tribunus plebis fuit Marcio et Manilio consulibus, anno vel DXI, ut Livius, vel DCIV, ut Fasti, vel DCII, ut Plinius et Cicero existimarunt. Manilius vero et Popilius consulatum decennio ante gesserunt. et quomodo saeculum accipisse Romam proximis consulibus dici potuit, his, qui anno DXXI. fuissent?

Lustrum V. VI. VII. ab Urbe condita unde confirmatum.

Lustrum quinctum ego conjeci in consulatum P. Valerii Poplicolae, consulis II. et T. Lucretii in Fastis Capitolinis. Reprehendit id factum Robortellus hoc modo: *Livius nullum de lustro verbum facit. Dionysius censum actum prodit, lustri non meminit. ergo imperite Sigonius, qui lustrum notavit, cum censum deberet. neque enim efficitur, ut, quia census actus est, lustrum etiam factum sit. ut Livius libro tertio* [c. 22.] *Census actus eo anno. lustrum propter Capitolium captum, consulem occisum condi religiosum erat.* Egregie Robortellus et docte. Nunc quaero ab eo, an legerit in fragmentis Capitolinis anno ducentesimo septuagesimo nono ab Urbe condita lustrum VIII. factum esse? legit enim sine dubio. Si ergo illo anno lustrum octavum factum est, perquirenda sunt septem superiora, quibus annis condita sint. Ac Ser. quidem Tullium regem, qui lustrum instituit, *quater lustrum fecisse*, scribit Valerius libro tertio [cap. 4. ex. 3.] Superbum regem nullum censum fecisse, (erat autem lustrum censendi populi finis) tradit Dionysius [lib. 5. pag. 293.] Ergo ab anno ducentesimo quadragesimo quinto, quo primi consules inierunt teste Dionysio [lib. 5. pag. 277.] usque ad annum ducentesimum octogesimum, tria lustra condita sunt. Cum ergo Dionysius [lib. 5. pag. 277. 330. et lib. 6. pag. 416.] auctor sit, anno CCXLVI, et CCXVI, et CCLXX. censum actum esse; lustri vero neque ipse, neque alius quisquam meminerit, nonne necessario intelligendum est, Dionysium pro censu lustrum etiam accepisse? Nam Dionysius numquam lustrum nominavit; semper autem censum, cum alii lustrum. Etenim et octavum lustrum, cujus Fasti meminerunt, et decimum, et decimum octavum, quorum Livius, ille τιμητὴν, id est, censum libro primo, et sexto vocavit. Huc adde Eusebium in temporibus, qui et haec lustra, et alia omnia, quorum meminerit, *census* appellavit. quem nisi tu, quamquam aliqua ex parte mendosum, contempsisses, haud profecto in hunc errorem incurrisses. Nam quod mu quodam in loco Eusebii, quem depravatum dicis, studiosum esse opponis, sic habeto, maluisse me semper Eusebii tempora, etiam depravata, aliquo cum judicio observare, quam, ut tu, Liviana integerrima sine ullo judicio depravare. Si ergo ad octavum lustrum pervenire non possumus, si tria haec lustra, quos Dionysius et Euse-

*Dionysius eos con-
it.* Hic ego dico,
os ex Livio, non ex
ſſe colligendos: a-
utem nullam eorum
entionem fieri. re-
s imprudentibus li-
ianis annalibus ex-
utem hoc colligant,
: non enim libro-
am auctoritatem op-
loci alterius firma-
ar, immo potius,
Livio adversantur.
anus, his duobus
nis, cogitur decem-
ires in annum tre-
tertium conferre,
ires in annum tre-
ndecimum; cum ta-
disserte illos inisse
ccentesimo altero,
centesimo decimo.
t *alter* sit *tertius*,
t *undecimus*. quo
cum ipse se urgeri
t; *de uno anno*
ne certaturum. ne-
, hunc annum esse
mihi proposui in-
o Liviana annorum
ubaret. Robortel-
e hoc incommodo
*primos consules in-
hanc ab urbe con-
simo quadragesi-*
hec animadvertit,
onysium aperte, ut
, scripsisse, *con-
risse anno ducen-
tagesimo quinto*:
ecte docuit Clarea-
nnum Robortellum
recedere. Uterque
inione in eum sco-
, quod, cum dicat
.] *tribunos plebis
s esse, Q. Minucio,
consulibus, anno
xto post primos
creati sunt A. Vir-
etusio consulibus,
simo sexagesimo*;
versus omnium li-
brorum auctoritatem ex conjectura corrigere, *tricesimo octavo*. Cum igitur illi nulla ratione adducti hoc faciant, ego eorum sententiam approbabo? non hercule. quid enim roboris habet hoc argumentum? *Hos consules edit Dionysius, ergo apud Livium reponendi sunt.* Primum enim quaero, an hoc novum esse existimes, duos consulatus ab uno scriptore praeteriri, qui ab altero numerentur? non certe. Hoc enim etiam a Pisone factum testatur Livius libro nono [cap. 44.] his verbis: *Hos consules Piso, Q. Fabio et P. Decio suggerit, biennio exempto, quo Claudium Volumniumque, et Cornelium cum Marcio consules factos tradidimus. memoriane fugerit in annalibus Hygerentis, an consulto binos consules, falsos ratus, transcendat, incertum est.* Atque idem etiam indicant Diodori annales, qui, si cum aliis comparentur, multos saepe prodere consulatus, quos alii transcendant; multos praeterire, quos alii profiteantur, invenientur. declarat denique Cassiodorus, quem apparet, quos consulatus praeterit, non librariorum culpa, sed de industria, praetermittere: nimirum, quod talem annorum seriem ii annales, unde suos ipse consulum fastos compilavit, ediderint. Si ergo fieri potest, ut binos consules, quos Dionysius profitetur, Livius praeterierit, vestigemus nunc ex verbis ipsis Livii, utrum librariorum, an Livii culpa praeteritos eos esse probandum sit. Ac primum quidem illud satis liquet ex sequentibus Livianis annorum numeris, Livium horum duorum annorum rationem non habuisse, cum *Q. Minucio, C. Horatio consulibus*, ut dixi, *tribunos plebis decem factos* dicat, *anno tricesimo sexto post primos, qui facti sunt, A. Virgi-*

ani, aliorumque Graecorum auctorum inopia, vitiosos saepe se Livii locos non posse ex sententia restituere querebatur. cur ego, qui libros illos legi, anxias illius dubitationes eximere, ac melioribus quasi auspiciis, quod ille assequi se posse negavit, praestare non debui? memoria praeterea ille nutante multis in locis titubare atque haesitare videbatur; cur ego idcirco, veteribus annalium monumentis memoria repetitis, scrupulum, quem ille nobis injecerat, evellere ex animo studiosae juventutis non debui? Nominum denique Romanorum rationem difficillimam ille atque impeditissimam esse sibi persuaserat; scilicet, quod ea ipse adjumenta, quae sunt ad hanc quaestionem tractandam accommodata, desideraret, an propterea ego, qui lapides Capitolinos, quibus in hoc genere nihil esse melius potest, supplevi, in tanta re constituenda eos praeterire, aut abjicere debui? *At*, inquit ille, *clamat Sigonius, me non legisse Stephanum, non legisse Priscianum; quem ego conjicio me legisse, antequam ille nasceretur. potuisset, si quid pudoris in eo esset, modeste dicere, Glareanus non animadvertit, quod apud Priscianum est, vel quod Stephanus scribit. quod equidem moleste non tulissem. nihil enim offendor candida admonitione.* Cui ego respondeo, fieri quidem potuisse, ut ille, si vere, ut audio, annos jam octoginta natus est, Priscianum et ceteros multo ante, quam ego in hanc lucem prodirem, perlegerit; at tum, cum illa scribebat, locum tamen memoria non tenuerit. me vero, cum ad ejus contumeliam nihil, ad studiosorum utilitatem omnia, compararem, inter hanc atque illam dicendi formam non multum interesse existimasse. Sed quoniam, quae scripsi, ea ne ulla quidem in parte ab eo reprehendi animadverti; reliqua omittam omnia: ad illud tantum, in quo ipse se mecum discordare ait, accedam; non ut probabilem summo judicio praediti viri conjecturam evertam, sed ut meam sententiam contra tanti, ut dixi, viri auctoritatem defendam. verba ejus haec sunt: *Risi maxime, cum mecum velut expostulat, quandoquidem Chronologiam ad Livianam historiam, atque adeo Romanam, illustrandam desumpsisse me dixerim, cur duos annos post CCLXIII. ab Urbe condita non omiserim; quos Livius consulto, ut asserit Sigonius, praetermisit. ad hoc ego ingenue, ut res est, dico: cum viderem, librariorum vitio annum ducentesimum quadragesimum octavum ab U. C. temere omissum. quod et Sigonius fatetur, putabam et hosce eodem modo incuria temporum praetermissos, et adhuc sum in ea opinione.* Nunc demum intelligo, Robortelle, quid sit, quod et hos tu consules librariorum vitio, non Livii consilio, esse praeteritos affirmaris. Scilicet Glareanum auctorem secutus es, cujus etiam epistolam hanc te dicere audio, ad te potissimum esse ex Germania ab Hervagio missam. Itaque jam nunc mirari desino, unde tua ista repentina sapientia nata sit; qui per te aliquid aliquando dixeris. Qua de re, etsi satis multa dixi, cum in te disputavi, non omittam tamen, quin aliquid hoc etiam loco adjungam, ut hanc potissimum tibi hujus epistolae auctori gratiam referam. Quid igitur inquit Robortellus, aut is, quem ipse sequitur, Glareanus? *Post Sempronium et Minucium consules in Chronologia Liviana bini consules debent poni, Sulpicius cum Lartio, et cum Pinario Julius.*

cur? *quia Dionysius eos consules apponit.* Hic ego dico, annos Livianos ex Livio, non ex Dionysio, esse colligendos: apud Livium autem nullam eorum consulum mentionem fieri. respondent, eos imprudentibus librariis e Livianis annalibus excidisse. unde autem hoc colligant, nihil afferunt: non enim librorum scriptorum auctoritatem opponunt, non loci alterius firmamento nituntur, immo potius, hoc posito, Livio adversantur. Etenim Glareanus, his duobus interjectis annis, cogitur decemviros consulares in annum trecentesimum tertium conferre, tribunos militares in annum trecentesimum undecimum; cum tamen Livius diserte illos inisse dicat anno trecentesimo altero, hos anno trecentesimo decimo. ex quo fit, ut *alter* sit *tertius*, *et decimus* sit *undecimus*. quo incommodo cum ipse se urgeri videat, addit, *de uno anno se cum nemine certaturum*. neque intelligit, hunc annum esse illum, quem mihi proposui inveniendum, ne Liviana annorum descriptio titubaret. Robortellus autem, ne hoc incommodo premeretur, *primos consules inisse*, dixit, *anno ab urbe condita ducentesimo quadragesimo quarto*: nec animadvertit, Livium et Dionysium aperte, ut supra ostendi, scripsisse, *consules primo inisse anno ducentesimo quadragesimo quinto*: quod etiam recte docuit Glareanus; a quo miror Robortellum ausum fuisse recedere. Uterque autem hac opinione in eum scopulum incidit, quod, cum dicat Livius [3, 30.] *tribunos plebis decem creatos esse, Q. Minucio, C. Horatio consulibus, anno tricesimo sexto post primos quinque, qui creati sunt A. Virginio. T. Vetusio consulibus, anno ducentesimo sexagesimo*; coguntur adversus omnium librorum auctoritatem ex conjectura corrigere, *tricesimo octavo*. Cum igitur illi nulla ratione adducti hoc faciant, ego eorum sententiam approbabo? non hercule. quid enim roboris habet hoc argumentum? *Hos consules edit Dionysius, ergo apud Livium reponendi sunt.* Primum enim quaero, an hoc novum esse existimas, duos consulatus ab uno scriptore praeteriri, qui ab altero numerentur? non certe. Hoc enim etiam a Pisone factum testatur Livius libro nono [cap. 44.] his verbis: *Hos consules Piso Q. Fabio et P. Decio suggerit, biennio exempto, quo Claudium Volumniumque, et Cornelium cum Marcio consules factos tradidimus. memoriane fugerit in annalibus digerendis, an consulto binos consules, falsos ratus, transcendat, incertum est.* Atque idem etiam indicant Diodori annales, qui, si cum aliis comparentur, multos saepe prodere consulatus, quos alii transcendant; multos praeterire, quos alii profiteantur, invenientur. declarat denique Cassiodorus, quem apparet, quos consulatus praeterit, non librariorum culpa, sed de industria, praetermittere: nimirum, quod talem annorum seriem ii annales, unde suos ipse consulum fastos compilavit, ediderint. Si ergo fieri potest, ut binos consules, quos Dionysius profitetur, Livius praeterierit, vestigemus nunc ex verbis ipsis Livii, utrum librariorum, an Livii culpa praeteritos eos esse probandum sit. Ac primum quidem illud satis liquet ex sequentibus Livianis annorum numeris, Livium horum duorum annorum rationem non habuisse, cum *Q. Minucio, C. Horatio consulibus*, ut dixi, *tribunos plebis decem factos* dicat, *anno tricesimo sexto post primos, qui facti sunt, A. Virgi-*

nio, T. Vetusio consulibus, anno CCLX. praeterea, quod idem [3, 33.] *Xviros inisse* scribat *anno altero et trecentesimo ab Urbe condita*, qui est, ut ego ostendi, trecentesimus primus. Ne mireris autem, Xviros in annum CCCI. conjici, cum in Fastis Capitolinis in CCCII. incurrant, sic habeto: Orosium eos in CCC. contulisse, cum dixit [2, 18.] *Ipso trecentesimo anno, hoc est, Olympiade nonagesimo quinta, potestas consulum Xviris tradita est*; Dionysium autem, ut recte subduxit Glareanus, in trecentesimum tertium. Adde etiam Cassiodorum, quem satis constat et hos consules consulto praeteriisse, atque ex Liviana historia Fastos suos consulares concinnasse. Nam, nisi Cassiodorum sequaris, nunquam Livianos ipso numeros omnes incolumes conservabis. Ex his satis perspici consilium Livii potest. nunc videamus, an ulla ratione fieri potuerit, ut librariorum culpa horum consulum nomina interierint; et locusne sit apud Livium ullus, ubi reponi illi consules ex ingenio possint. Primum igitur dico, mirabile videri, nuda nomina binorum deinceps consulum ex historia, reliqua manente sententia, excidisse: deinde addo, nihil ex ejus historia desiderari; quaeque Dionysius in quatuor annos distribuit, ea in duos Livium contulisse: tum vero illud etiam adjungo, in hac historia narranda non omnino Dionysium cum Livio consentire. unde probabile conjectura fit, etiam in annis supplendis et eximendis inter eos controversiam esse. Exponam primum res per consulatus ex Dionysii sententia gestas, deinde ex Livii.

Anno ducentesimo sexagesimo tertio, Sempronio et Minucio consulibus.

In summa annonae caritate frumentum advehitur. Coriolanus auctor est, ne plebi dividatur. plebs ira accensa Coriolanum multat exilio.

Anno CCLXIV. Sulpicio et Larcio consulibus.

Portenta, pestilentia narrantur. T. Latinius e plebe homo, in senatum debilis delatus, somnium de instaurandis ludis exponit.

Anno CCLXV. Julio et Pinario consulibus.

Coriolanus exul Attium Tullum in Volscis adit. Arma capienda persuadet. Legati Volscorum Romam de bello mittuntur. Bellum a Volscis decernitur. Attius et Coriolanus duces leguntur. Coriolanus, facta in fines Romanos impressione, Circejos Romanam coloniam capit. Romae omnia ad bellum comparantur: sed ante exit annus, quam in aciem exercitus adducatur.

Anno CCLXVI. Furio et Nautio consulibus.

Aequi ad Volscos deficiunt. Coriolanus agrum Romanum populatur. Tolerinos, Bolanos, Laviceanos, Pedanos, Corbionem, Bovillas, Pedum in potestatem redigit. Romam propius accedit. Legatis, qui de pace missi erant, reversis, uxor demum cum matre mittuntur.

Hoc modo Dionysius. Livius autem hoc:

Anno CCLXIII. Minucio et Sempronio consulibus.

Frumentum advectum ne plebi dividatur, contendit Coriolanus; atque a plebe in exilium agitur. Is in Volscos abiens parat bellum. Latinius, in senatum delatus, somnium de ludis instaurandis exponit. Volsci, qui ad ludos venerant, arte Attii Tulli urbe ejiciuntur. ea contumelia accepta, Tulli consilio bellum indicitur. Coriolanus dux

belli lectus Circejos, Satricum, Longulam, Poluscam, Coriolos, Lavinium, Corbionem, Pedum invadit, inde agrum Romanum populatur.

Anno CCLXIV. Furio et Nautio consulibus.

In summa civitatis trepidatione urbs custoditur. Legati de pace ad Coriolanum primum, deinde cum uxore mater mittuntur.

Ex his apparet, variari inter hos auctores in causa belli aperienda. nihil enim Dionysius aït de contumelia Volscis Romae illata, tum cum urbe ejecti sunt; nihil de ludis instauratis. Livium autem ita rem cum re continuare videmus, ut ne suspicari quidem possimus, nomina ipsa consulum excidisse. exempli gratia, Coriolanum Dionysius uno anno in exilium actum aït, altero Latinium somnium exposuisse senatui. quas duas res inter se copulat Livius (2, 35. et 36.) hoc modo: *Damnatus absens in Volscos abiit. Venientem Volsci benigne excepere. Hospitio utebatur Attii Tullii longe is princeps Volsci nominis erat. Romanisque semper infestus: ita cum alterum vetus odium, alterum ira recens stimularet, consilia conferunt de bello Romano. haud facile credebant, plebem suam impelli posse, ut toties infeliciter tentata arma caperet. arte agendum in exoleto jam vetustate odio, ut recenti aliqua ira exacerbarentur animi. Ludi ex instauratione Magni parabantur. Instaurandis haec causa fuerat ludis. vide ut in senatum Latinius delatus somnium de instaurandis ludis narraverit, ut ludi instauraretur, ut Volsci ad ludos venerint, ut arte Tulli urbe pulsi, ut ad arma capienda impulsi sint, ut Coriolanus dux electus non Circejos solum, sed reliqua etiam oppida, coeperit, ita continenter narrat, ut locum nullum, quo amissos consules restituas, excogitare queas. quid plura?* Dionysius in unum annum captos Circejos aït, in alterum Lavicos, Pedum, et reliqua. at Livius (cap. 39.) ita loquitur, ut uno anno haec omnia gesta videantur. *Circejos profectus*, inquit, *primum colonos inde Romanos expulit. inde in Latinam viam transversis tramitibus transgressus, Satricum, Longulam, Poluscam, et cetera oppida cepit.* Adde, quod Dionysius in consplatum Furii et Nautii expugnationem horum oppidorum conjicit; Livius, urbis tantum trepidationem, et legatorum uxorisque cum matre deprecationem refert. Si ergo varietas annalium in rebus gestis dispensandis et caussis exponendis constat, cur non potest etiam in annis addendis et omittendis existere? Plutarchus quidem etiam et Zonaras haec eadem omnia ita narrant, ut ea in duos tantum annos, Livium secuti, conjicere videantur. Addit Glareanus: *Nullum majus in me habet telum declamandi, quam quod nonnunquam in temporum supputatione uno, aliquando duobus annis ratio nostra ab eo discrepat; cum Dionysii a Livii et Polybii ratione in totum fere duobus annis distet; quod toties in annotationibus nostris clamo: et in uno anno cum nemine me certaturum ubique profiteor.* Scilicet Glareanus haec mea verba *telum* appellat, quae sunt in Epistola: *Quoniam ad Romanam intelligendam historiam nihil tam aptum esse, quam rectam annorum temporumque descriptionem, judicabam, (qua in re dissidentes inter se veteres auctores esse comperiebam) dedi etiam operam, ut, quod Glareanus ante me fecit, neque*

hac in parte historiae Livianae deessem. cujus quidem eruditissimi viri labore facile contentus esse poteram, nisi ab eo in tota ipsa re dissensissem. Neque enim Livium in numerandis ab urbe condita annis eadem ratione usum, qua ceteros, esse reperiebam. Qua ille opinione ductus, dum eorum auctoritatem ad Livianam Chronologiam conscribendam adhibuit, in eam saepe se necessitatem induxit, ut, tum aliorum numeros sequitur, omnino Livianos aut negligere, aut immutare coactus fuerit. Quod illi profecto in ea Chronologia committendum non erat, quam ipse se Livianae praesertim historiae comparare profiteretur. Quibus verbis me usum esse profiteor, non, ut ipsum tamquam telo aliquo jugularem, sed ut Livianorum annorum veritatem indicarem, quae, uno aut duobus illis, de quibus ait, annis neglectis, nullo modo confiare potest. Addit deinde: *Tandem Sigonius ad quatuor annos devenit, et, ut Hercules Antaeum prorsus conficiat, ultima illa pulchella annotatione, quae est de anno, quando Livius finierit historiam Romanam, ad XVII. annos me jugulat, cum sint etiam confessione mea XXVIII. in quibus tamen nihil negotii est. quis enim certo scire potest, quot ediderit libros Livius, aut quos adjicere voluerit?* Significat autem mea verba in extremis scholiis haec: *Si historia Liviana morte Drusi in Germania et funere ejus* (ut apparet) *finita est, profecto usque ad annum DCCXLI. pervenit. est enim mortuus, se et T. Quinctio consulibus, ut ait Dio libro quinquagesimo quinto, quem annum vocat Glareanus DCCXLV. exponit autem consules usque ad annum DCCLXXII, quia inquit usque eo Livianam historiam pervenire, praeter unum aut alterum annum, cum in septimo et decimo ante anno finiatur.* Quae verba quam vim habeant confodiendi aut jugulandi, non sentio: me certe eo tantum animo illa scripsisse scio, ut historiam Livianam, quoad possem, vel Glareani ipsius exemplo illustrarem. Quod si ille his dicendi generibus, quibus me ab eo modeste diffidere ostendo, se jugulari existimat, qui sensus ejus esset, si forte contigisset, ut hanc quaestionem amicus meus incredibili illo suo robore argumentorum tractaret? quoties imperitum, quoties nullo judicio praeditum ipse se appellari audisset; quibus ego nominibus non modo non Glareanum, sed ne ipsum quidem etiam Robortellum unquam affeci, quem tamen nullo pacto cum Glareano ipso esse existimo conferendum. Quamobrem tantum abest, ut ei, quod me hac epistola asperius appellarit, ulla ratione succensem, ut, quamquam scribi moderatius potuisse existimo, tamen cum dolori ejus ignoscam, tum vero eos, qui hanc Epistolam, illo inscionte, ediderint, multo majorem illi, quam mihi, injuriam fecisse puto.

EX PRIMO LIBRO LIVII.

Nunc, quibus in locis mea Robortellus in Livium scholia reprehenderit, videamus; et, quemadmodum ego in libris Emendationum reprehensionibus ejus occurrerim, subtexamus.

Praefat. *Velut dissidentes primo mores sequatur animo.*] In haec ego sic in scholiis: *Probo doctorum quorundam hominum conjecturam, qui* desidentes *legunt. Etenim subsequitur:* Ut magis magisque lapsi sint, tum ut ire coeperint praecipites. *Vi-*

detur enim eadem semper translatione res magis crescere. quam translationem, quia primo duriorem esse putavit, adhibita particula, Velut, *molliorem effecit, quod in proprio* diffidentes *faciendum non fuisset. Est autem* desidere *leni quodam motu in semet considere, ut Livius libro trigesimo secundo* [cap. 9.] Terra Velitris trium jugerum spatio caverna ingenti desedit. *Porro autem his verbis mutationes omnes Romani imperii brevissime complexus est. nam cum* Partum imperium *ait, intervallum illud totum indicat, quod a Romulo usque ad Ap. Claudium consulem intercedit, qui primus bellum extra Italiam Carthaginensibus fecit; cum* Auctum, *tempus inde ad Carthaginem eversam notat.* Desedisse *praeterea* mores *intelligit Gracchanis temporibus*, lapsos magis esse *Sullanis*, praecipites esse *Caesarianis.* Hic Robortellus inquit: Diffidentes *malim, ut est in vulgatis omnibus libris. vocat enim Livius* diffidentes mores, *in diversa euntes. ut de toga Horatius* [1. Ep. 1. vers. 96.] Si toga diffidet impar. Utra vero lectio firmiori ratione fulciatur, judicent alii. Illud quidem miror, Glareanum, cum *desidentes* in Scholiis suis approbasset, post Robortello de *dissidentes* assensum esse, ac secum ipsum dissentire voluisse, ut cum Robortello adversus me consentiret.

Cap. VIII. *Centum creat Patres; sive quia is numerus satis erat, sive quia soli centum erant, qui creari Patres possent.*] In haec ego ita: *Sane legendum esse videtur*, qui ciere patres possent. *Sic enim scribit libro decimo*, [cap. 8.] Qui patrem ciere possent, eos patricios esse appellatos. *Dionysius etiam, ac Plutarchus, ubi exponunt causas, cur centum potissimum senatores, quos Patres appellaverit, Romulus crearit, ita ajunt, ὅτι πατέρας εἶχον ἀποδεῖξαι μόνοι, id est,* quod soli centum patres nominare possent; *quasi vero alii terrae filii essent.* Adversus haec Robortellus robustissimas duas affert rationes: unam, quia, licet *patricii* inde dicti sint, non tamen *Patres* inde appellatos sentit Livius; alteram, quod Dionysius opinionem hanc, qua multorum mentes imbutae sunt, non approbat. Exentiam primum vulgatam lectionem, deinde confirmabo meam. Dionysius civitatem a Romulo in duas partes divisam tradit, in plebejos, et Patres; Patres autem dictos ait, vel quod aetate ceteris antecellerent, vel quod filios haberent, vel quod generis splendore praestarent, vel, ut Romanorum obtrectatoribus placuit, patricios vocatos esse, quia soli ciere patres possent. quid Plutarchus? centum optimos fecit senatores, et eosdem patricios; coetum autem eorum senatum appellavit. Patricios vero senatores vocatos ajunt alii, quia justorum filiorum erant patres; alii potius, quia ipsi suos ciere possent patres, quod non multis facere licuit ex iis, qui in urbem primi confluxerunt. quid Livius? *Centum creat Patres, sive quia is numerus satis erat, sive quia soli centum erant, qui creari Patres possent. Patres certe ab honore, patriciique eorum progenies appellati.* Cum ergo Dionysius et Plutarchus probabiles aliquot caussas ejus nominis *Patrum* attulerint, quam hanc esse Livianam dicemus? *Patres creati centum sunt, quia soli centum erant, qui creari Patres possent.* at cur non poterant ducenti, cur non trecenti? quid est hoc? quid senatori cum Pa-

tribus? deinde quid est *creari Patrem*? quando dixit Livius alias, *aliquos Patres esse creatos*? quod ergo nemo dixit, quod per se inane est, quod genus dicendi parum Latinum infert, id a Livio esse dictum afferemus? *At, patricii inde dicti sunt*, inquis, *non Patres*. Respondeo, apud Romulum eosdem fuisse patricios, et Patres, et senatores. Vides enim Dionysium, divisam esse ab eo civitatem, dicere, in plebejos et Patres. qui sunt Patres, an senatores? non, sed patricii. ibi enim discrimen gentium notat. quos vero Patres appellavit, in reddenda ejus nominis caussa patricios vocat. Vides Plutarchum eosdem senatores et patricios factos dicere, cur autem senatores patricii dicti sint, caussas reddere. Tradit etiam Zonaras, auctor, ut scis, Graecus, qui non nisi ex bonis auctoribus hausisse suam historiam videtur, *Romulum centum creasse senatores, eosque patricios appellasse*. Lege Livium, saepe invenies *Patres* plebi opponi, non ut senatum populo, sed ut patricias gentes plebejis. an vero, cum toties inquit, *consules factos, unum e Patribus, alterum e plebe*, illum unum ex senatoribus lectum significat? non certe. at nonne etiam idem inquit, *centum in Patres esse a Prisco rege lectos, eosque minorum gentium appellatos*, quos Cicero, ad Pactum scribens, [9. ad fam. 21.] *patricios minorum gentium* nominavit? Fuerunt ergo Romuli tempore centum senatores, qui Patres iidem, et patricii dicti sunt. itaque idem erat numerus patriciorum ac senatorum. progredientibus autem temporibus crevit numerus patriciorum. Nam filii nepotesque eorum patricii fuerunt illi quidem, non tamen statim senatores. immo vero senatores etiam fuerunt, qui ne patricii quidem erant, sed plebeji. Ergo si Romuli tempore iidem sunt senatores, Patres, et patricii, cur *centum Patres*, id est senatores, legit Romulus? inquit Livius, *quia vel is numerus satis erat, vel quia soli centum erant, qui ciere patres possent*. atque hoc idem ostendit Livius in decimo libro [c. 8.] cum P. Decium plebejum ita loquentem facit, *Patricios quondam dictos, qui ciere patrem possent, se, quia patrem ciere possit, patricium esse*. At Dionysius, inquis, hanc opinionem non probat. at ne eam quidem probat Livius, cum ait, *Sive quia soli centum erant, qui ciere patres possent. Patres certe ab honore dicti*. Sed faciamus hanc probari a Livio, improbari a Dionysio, an hoc portentum tibi videtur? quot in rebus, et quidem gravissimis, dissenserunt? lege commentarios meos; ibi, quanta sit inter eos discordia, demonstratum invenies, quanquam si Dionysius eam non probavit; at probavit Plutarchus, non neglexit alio in loco Livius.

Cap. IX. *Crustuminum*] *Ignoratione*, inquit, *rationis veterum in scribendo labi aliquis potest, ut lapsus est Sigonius, qui putat, apud Livium ubique legendum* Crustomerium, *et* Crustomerinos. *attendite: quia, inquit, apud Halicarnassaeum* Κρουσομέριον, *et* Κρουσομερινοὺς *video semper scribi. imperitus hic ignorat, Graecos certam rationem secutos in dictionibus Romanis vertendis. Longum esset, si singulas nunc vellem persequi. sed quatenus ad rem propositam spectat, quotiescunque erat Latina dictio vertenda in Graecam, quae literam haberet* u *longum, vertebant in* ου, *si autem* u *breve esset, in* ο μικρόν. *Hinc videes*

apud eundem Ποτόλους dici Rutulos, Κορατίους Curatios. quod autem in Crustumerii nomine u sit breve, Virgilii testimonio probatur, ait enim [7. An. 631.]

Ardea, Crustumerique, et turrigerae Antemnae, et Nomas Numa. Virgilius idem libro nono [vers. 454.] *Sarranoque Numaque.* Atque haec quidem, ut modeste in me Robortellus effundat, omnes vident; ut autem vere, nunc accipiant. Mea, ubi hac de re egi in scholiis Livianis, haec verba sunt: *Veteres libri habent* Crustomini. *Dionysius, Plutarchus, Stephanus, Κρουστόμιον, Κρουστομινοῦς.* Tu, si literas calles, Robortelle, ostende, ex his verbis elici posse, me velle, aut ubique legi *Crustomerium*, aut damnare *Crustumerium*. tum ego tibi ostendam, non solum *Crustumerium*, quod ego non reprehendi, sed *Crustomerium*, quod tu improbasti, dici posse. Primum enim est *librorum veterum*, ut dixi, auctoritas. cum *veteres* dico, non impressos quondam, sed scriptos dico, quos multos inspexi, ex bibliothecis sumptos divi Joannis de Verdavia Patavii, Divorum Marci, Antonii, Joannis, et Pauli Venetiis, atque multorum amicorum. memini autem hanc scripturam esse libri potissimum, quem mihi Augustinus Gadaldinus, medicus Graecis et Latinis literis egregie eruditus, dedit; quam cum nunc quaererem, eam etiam in uno, quem tum non videram, M. Antonii Mureti reperi. Quod cum ita sit, quis mihi juro succensere potest, cum priscorum librorum scripturam, Graecorum auctoritate munitam, in medium profero? praesertim vero cum ea Grammaticorum etiam veterum gravissimo testimonio fulta sit, qui literas o et u eam inter se societatem habuisse asserunt, ut multas voces antiqui promiscue modo per o, modo per u pronunciarint. Sic enim loquitur Quinctilianus, non Grammaticus solum, sed Rhetor etiam nobilissimus, libro primo cap. de literis [4.] *Quid o, et u permutatae invicem? ut* Hecoba, *et* Notrix, *et* Culchides, *et* Pulyxena *scriberentur. ac ne in Graecis id tantum notetur,* Dederont *et* Probaveront. et Victorinus de Orthographia [pag. 2458.] *Nostri, ut apparet ex libris antiquis foederum et legum, qui, etiamsi frequenti transscriptione aliquid mutarunt, tamen retinent antiquitatem. Nam* o *non solum pro brevi et longa, sed etiam pro* u *poni, ut pro* populus populos, *pro* piaculum piacolom, *pro* huic hoie, *pro* funus fonus. *Item alia multa.* Et Priscianus libro primo [pag. 554.] U *quoque multis Italiae populis non erat in usu, sed e contrario utebantur* o, *unde Rontanorum quoque vetustissimi in multis dictionibus loco ejus* o *posuisse inveniuntur*, poblicam *pro* publicum, *quod testatur Papirianus de orthographia*, polchrum, *pro* pulchrum, colpam, *pro* culpam *dicentes, et* Hercolem *pro* Herculem. Ac ne hoc usurpatum existimes Romulo tantum aut Numa regnante, Augustus hoc etiam observasse a Victorino [pag. 2456.] traditur, qui patrio casu *domos* pro *domus* dixit, et alii, qui *quojus*, et *quoi*, pro *cujus*, et *cui* protulerunt. In Fastis etiam Capitolinis Augusti tempore incisis, vel certe Tiberii, videmus esse *Poblicium*, et *Poblicolam*, quos alii *Publicium* et *Publicolam*; item *Poblilium*, et *Publilium*, item *Scaevulam*, quam alii *Scaevolam*. *Flovium* p o *Fluvium* ego etiam legi in exemplo tabulae aeneae antiquissimae. Si ergo tot voces tam o, quam u receperunt, cur non et-

iam *Crustomerium* inter eas referre possumus, libris praesertim Livianis veteribus afflantibus? Nam T. Livium ipsum adeo antiquitate delectatum scribit Quinctilianus, ut *Sibe*, et *Quase* eum dixisse, se ex Pediano comperisse affirmet. At quam modeste Robortellus me arguit? *Imperitus hic*, inquit, *ignorat, Graecos* u *breve per* o *vertisse, ut Dionysium Ρουτόλους, Κορατίους, Νομᾶν, pro Rutulis, Curiatiis, Numa.* Male versatus es in Graecis annalibus, Robortelle; et tamen, cum haec scripturus esses, eos studiose evolvere debuisti. Lege Strabonem lib. 5. semper Ρουτούλους ab eo scribi invenies. lege Plutarchum in Parallelis, et Zonaram lib. 2. *Κουριατίους* reperies. lege Plutarchum in Numa *Νοῦμαν* semper, numquam *Νομᾶν* ab eo scribi cognosces. Dio *Γοβᾶν* scripsit, eundem a Strabone lib. 6. et 17. *Γουβᾶν* appellari deprehendes. quid? *Νομαντίαν*, et *Νουμαντίαν* urbem a Juba historico dictam esse, apud Suidam invenies. Jam credo te videre, ut praeclarae tuae istae regulae jaceant, et uter nostrum imperitior sit; ego, qui *Crustumerium* non improbavi; an tu, qui *Crustomerium* reprehendis.

Cap. XIII. *Equus Curtium in vado statuit.*] In hunc locum ita Glareanus: *Lectio haec*, Equum Curtius in vado statuit, *siquidem vetusta est, maxime placet, Sabellicus tamen* Eques Curtium, *pro* Equus Curtium in vado statuit, *legendum putat.* Ego vero ita. *Hanc lectionem*, Equus Curtium in vado statuit, *laudat Glareanus injuste. veteres enim libri habent*, Equum Curtius in vado statuit. *ex quo intelligi potest, legendum esse*, Equum Curtius in vado destituit. *Nam Plutarchus hanc sententiam ita vertit, καὶ ἐάσας τὸν ἵππον, ἑαυτὸν ἔσωσεν, id est*, destituto equo semet servavit. *Errori locum dederunt finitimae illae syllabae* do de. Adversus haec Robortellus: *Sigonius Livii verba corrumpit; dum ad sententiam Plutarchi ipsa vult accommodare, cum tamen uterque diversa protulerit, alios secutus auctores. sententia est: equum emersisse ex palude illa, et statuisse Curtium in vado, id est in loco tuto ac minime profundo. Sigonius, dum accommodat Livii verba ad Plutarchi sententiam, ita emendat temere, conjectura utens:* Equum Curtius in vado destituit. *Sed hae merae sunt nugae. nam omnes vetusti libri habent, ut ante ego retuli.* Quae sunt merae nugae, Robortelle modestissime? primum vides in suo lib. ita legisse Glareanum, eamque lectionem probasse, dummodo vetustatis auctoritate fulciretur. deinde in multis, quos ego inspexi, olim scriptis libris, et nunc etiam in Mureti, scito ita esse disertissime. habes deinde sensum hunc optimum: *Monumentum ejus pugnae, ubi primum ex profunda emersus palude equum Curtius in vado destituit, Curtium lacum appellarunt.* Significat enim Curtium evasisse incolumem, relicto in vado equo. atque idcirco loco nomen inditum, ubi Curtius destituit equum. Habes eandem sententiam a Plutarcho confirmatam. quem animadverti multa ad verbum e Livio, quem etiam saepe citat auctorem, transtulisse. Habes genus dicendi planum, et nulla sui parte novum. ut illud paullo ante [cap. 4.] *Cum fluitantem alveum tenuis in sicco aqua destituisset.* habes erroris similitudinem, *vado statuit, vado destituit.* Quod si excutere velimus tuam; primum eam non in omnibus libris

inveniemus. deinde quasi rationem equo tribuemus, ut equitem in vado collocarit. tum novam et inauditum hoc genus dicendi, *equum statuere in vado equitem*, invehemus. postremo contra Plutarchi (qui multa a Livio sumpsit) sententiam, ex nullius autem scriptoris auctoritate, incommodum sensum inferemus. Nam Dionysius [2, 108.] Curtium tandem ex palude cum armis emersum incolumem ad suos pervenisse scribit, ita: *ὁ δὲ Κούρτιος πολλὰ μοχθήσας σὺν χρόνῳ σώζεται ἐκ τῆς λίμνης τὰ ὅπλα ἔχων, καὶ εἰς τὸν χάρακα ἀπάγεται.* equi vero non meminit. Fuit certe Curtio commodius equum in vado deficiuere, quam in palude. Non probas ex conjectura syllabam addi similem praecedenti. an est hoc contra praecepta, an contra exempla tua? qui, dictiones etiam integras mutari, versus integros adimi posse, scriptum reliquisti. Si haec tibi nugae visae sunt, et quidem merae, quae librorum scriptorum auctoritate roborata, quae Plutarchi judicio confirmata, quae usitata loquendi formula comprobata, quae sententia optima sunt innixa, quid de tua, immo de tuis judicabimus, quos levissima sola semper conjectura commotus, adducis?

Cap. XVIII. *Augur ad laevam, ejus capite velato, sedem cepit.*] In haec ego: *Hunc in modum distinguendum esse Rhodigino placuit, Plutarchi auctoritate adducto, qui scribit in Numa* [pag. 64.] *ἐνταῦθα τῶν μαντέων ὁ ἀρωτεύων τὸν μὲν εἰς μεσημβρίαν τρέψας ἐγκεκαλυμμένον, αὐτὸς δὲ παρασὰς ἐξέπισθεν. Videtur enim Plutarchus, si modo recte est apud illum vox illa ἐγκεκαλυμμένον, caput regis velatum fuisse, non auguris, significare. Me autem juvat eorum esse sententiae, qui ad laevam ejus scribunt, et caput velatum auguris intelligunt: quod infra dicat* [cap. 36.] Statua Attii capite velato in comitio fuit. *et libro* 10, [7.] Si augur capite velato victimam caedat, auguriumve ex arce capiat. Adversus haec Robortellus: *Plutarchus non dissentit a Livio, sicuti Sigonius existimat. Nam legi debent illa verba, et interpungi sic: τὸν μὲν εἰς μεσημβρίαν τρέψας, ἐγκεκαλυμμένος αὐτὸς, καὶ παρασὰς ἐξέπισθεν.* Quid Glareanus? *Non dissentit Plutarchus a Livio, ut ostendit Robortellus.* o rem ridiculam! quasi vero, si Livius et Plutarchus per vim ad concordiam adducendi essent, non ego rationem indicaverim.

Cap. XIX. *Atque omnium primum ad cursum lunae in duodecim menses describit annum, quem, quia tricenos dies singulis mensibus Luna non explet, desuntque dies solido anno, qui solstitiali circumagitur orbe, intercalares mensibus interponendo, ita dispensavit, ut vigesimo quoque quarto anno ad metam eandem solis, unde orsi essent, plenis annorum spaciis dies congruerent.*] *Vigesimo quoque anno* habent omnes scripti libri, quos ego legerim, quos Rhenanus, quos Glareanus, quos Sabellicus, quos Nannius, quos Faërnus. quod Robortellus non inficiatur, et tamen legendum putat, *Vigesimo quarto quoque anno.* Ego vero, cum incredibilem hunc librorum consensum religiose observandum esse ducerem, dandam mihi operam esse arbitratus sum, ut *Vigesimo quoque anno* servarem. servatur autem, si dicamus, Numam annum instituisse dierum CCCLIIII, non CCCLV. Itaque, cum Plutarchum auctorem haberem, qui, dum hanc

anni a Numa factam descriptionem tradit, hunc numerum tradit, non dubitavi, quin *Vigesimo quoque* retinerem, ac *vigesimo quoque quarto*, quod jam in libros audacius invaserat, exturbarem. Hic inflat Robortellus, et ait: *Numam, Macrobio et Censorino auctoribus, dierum annum primum CCCLIIII ordinasse, deinde in honorem imparis numeri diem addidisse, ita ut esset dierum CCCLV. qua ratione docent illi effectum esse, ut vigesimo quoque quarto anno dies congruerent.* Confiteor, hanc esse Macrobii et Censorini doctrinam, ut vigesimo quoque quarto anno, habita diei in honorem imparis numeri additi ratione, dies convenirent. sed iidem etiam rationem, quasi intento ad locum digito, indicant, qua facile veterem Livii lectionem et Plutarchi auctoritatem defendas. Etenim, cum Numa annum primum fecerit dierum CCCLIIII, post autem diem addiderit, conjectura probabile est, ipsum aut additi ab se diei oblitum esse, aut certe unius diei in supputando rationem non habuisse. Quod subindicant haec verba Macrobii [1. Saturn. 13.] ubi de Numa loquitur: *Hunc ergo ordinem Romanis quoque imitari placuit. quippe fugit eos, diem unum (sicut supra demonstravimus) additum a se ad Graecum numerum, in honorem imparis numeri. ea re per octennium convenire numerus atque ordo non poterat. sed nondum hoc errore comperto, per octo annos nonaginta quasi superfundebant dies, alternisque annis binos et vicenos, alternis ternos vicenosque intercalares expensabant intercalationibus quatuor*, etc. Item Censorinus [cap. 20.] Numam etiam non omnino scite instituisse annum, docet Plutarchus, cum ait [in Num. p. 71.] ἥψατο δὲ καὶ τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν πραγματείας, οὔτε ἀκριβῶς, οὔτε παντάπασιν ἀθεωρήτως. et paulo post [pag. 72.] καὶ τοῦτο μὲν αὐτοῦ τὸ ἁμα τῆς ἀνομαλίας μεισόνων ἔμελλεν ἁμάτων δεήσεσθαι. Si ergo errorem in numerando suum non vidit Numa, sed credidit rectam a se annorum rationem esse initam, profecto apparet, ipsum imparem numerum, quem postremo adjecerat, non respexisse; neque hoc Livii erratum, sed Numae, fuisse: neque a Livio rationem ejus summae, sed a Numa, exigendam esse; Livium autem et Plutarchum multum vidisse, qui rem, ut acta est, literarum monumentis prodiderint; eos vero plane caecos esse, qui, cum ipsi semitam non videant, aliis viam, quam ingrediantur, se ostensuros esse profiteantur. Faërnus certe mihi est assensus.

Cap. XXI. *Et soli Fidei solemne instituit*] In haec ego: *Si in quibusdam scriptis est, (ut audio)* Et simul Fidei, *non improbo.* Contra Robortellus: *Ego soli legendum puto, quia non instituerat aliis Diis solemne sacrum, id est anniversarium.* Deinde de voce *solemni* exempla, quasi id negetur, aut non ab omnibus, illo excepto, sciatur. Ut facilius ea, quae dicam, intelligantur, recitabo locum Livii integrum: *Camoenis eum lucum sacravit, quod earum sibi concilia cum conjuge sua Egeria essent, et soli Fidei solemne instituit.* Ego, quia *Soli Fidei solemne institutum* ait, si vera narrentur a doctis, quos aliquando de literis differentes audivi, in aliquot scriptis legi *et simul Fidei*, malim ita: *Lucum Camoenis sacravit, et simul Fidei solemne instituit.* Hoc rodit Robortellus quam avide? primum *solemne* dicitur anniversarium, Varrone, Virgilio, Li-

Livio auctoribus. scio. *soli autem Fidei legendum, quia non aliis Diis solemne instituerat, id est anniversarium.* Videte ergo, quibus se angustiis, in angulo hujus disputationis extremo, concludat, ut historiae notitia juguletur, et se nihil scire fateri cogatur. Si demonstraro, aliis etiam Diis Numam solemne instituisse, id est anniversarium, profecto, ipse se nihil in hoc genere scire confiteatur, necesse est. Confitebitur autem, neque enim pugnax est: et jam id ita esse pro certo habet. Jam tum, cum scribebat in me, non credebat: puerum enim me putabat, nunc virum expertus est. Scribit Dionysius [2. pag. 133.] *Numam Terminalia diem festum Termino Deo instituisse, eique sacrum non solemne solum, sed etiam statum consecrasse.* Idem scribit [pag. 134.] *Fidei quoque sacrificia publica, ut etiam aliis Diis, ordinasse.* afferam verba, ne fingere videar: *ἱερὸν ἀπέδειξεν Ὁρίου Διὸς τοῦ λίθους, καὶ θυσίας ἔταξεν αὐτοῖς ἐπιτελεῖν ἅπαντας ἡμέρᾳ τακτῇ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐπὶ τὸν τόπον συνερχομένους, ἑορτὴν ἐν ταῖς πάνυ τιμίαν, καὶ τὴν τῶν ὁρίων θεὸν καταστήσαμενος, ταύτην Ῥωμαῖοι Τερμινάλια καλοῦσιν.* et post: *πρῶτος ἀνθρώπων ἱερὸν ἱδρύσατο Πίστεως δημοσίας, καὶ θυσίας αὐτῇ κατεστήσατο, καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς, δημοτελεῖς.* Sic, Robortelle, quid est, quod ait, Numam instituisse Termino θυσίας ἡμέρᾳ τακτῇ κατ' ἐνιαυτὸν, nisi *sacra stata et solemnia*, id est, quae certo die quotannis celebrarentur? Aude nunc dicere, soli Fidei solemne institutum, aliis Diis non item, et meam emendationem eo nomine labefactare.

Cap. XXXI. Venio ad *FUFETIUM* de quo tu ita: Fufetium *etiam scribendum censet, et ita imprimi jussit in suo; quia Φουφέτιον videt scribi ab Halicarnasseo. Sed cur non* Bubetium *etiam scribit Sigonius, secutus Plutarchum, qui scribit ubique Βουβέτιον. cur Halicarnasseum potius, quam Plutarchum, sequitur?* Haec ille. Ego primum, quid scripserim, indicabo; deinde, quae scripserim, confirmabo. De Fufetio ita ego scripsi in scholiis Livianis libro primo: *ALBANI METIUM SUFETIUM CREANT.*] *Lege* Fufetium. *nam Dionysius habet Φουφέτιος, Plutarchus in libro τῶν παραλλήλων Μέτιον Φουβέτιον appellat. Eodem modo* Q. Fufius Calenus, *non* Fusius, *uti vulgo, vocandus est. Quod ex Capitolino ejus consulatu et Graeco Dionis libro intelligi potest.* Haec ego tum. His nunc adjicere possum, habere me aliquot etiam Valerii Maximi exemplaria scripta, in quibus sit *Fufetius*, non *Sufetius.* Libet autem hic Pierii Valeriani, viri doctissimi, judicium ac testimonium de *Metio* et *Fufetio* afferre; ut ipse, dum haec reprehendis, quantum in observatione antiquitatis valeas, aliquando intelligas; atque, ubi intellexeris, studiosius aliorum, et maxime vetera, monumenta perlustres et perlegas. Pierii in 8. Aeneïdos [642.] verba sunt haec: *Citae Metium in diversa quadrigae Distulerant.*] *Antiqui omnes codices, quotquot habui,* Metum *legunt, dictione bisyllaba; quam alibi unico* T, *alibi geminato reperias. mutilatamque esse dictionem causa metri, Servius ait, dum ipse quoque* Metum *bisyllabum agnoscit. Sane* Mettius, *duplicato* TT, *pluribus locis in veterum monumentis scriptum animadverti. Placentiae in D. Paulli templo* L. METTIUS. L. F. *duobus* TT *notatum est; et Ro-*

mae in aedibus Pauli Plancae legere est, Q. METTIO, *et* P. METTIO. *tametsi non ignorem, et* Metia, *et* Metius *unico* T *alibi notatum. Utcumque vero, primam in eo syllabam produci volunt. Sed enim hic minime praeterire possum, quod pervulgato errore in Livianis codicibus, et alibi passim* Metius Suffetius *per* S *prima littera scriptum est, cum dubio procul* Fuffetius *per* F *sit scribendum. ita enim apud Dionysium Halicarnasseum et Graecos alios invenias Φουφέτιος. Praeterea, si qui noluerint Graecis adhibere fidem, ostendit mihi Janus Parrhasius, vir utraque lingua eruditissimus, T. Livii codicem vetustate venerabilem, in quo* Fuffetius *scriptum erat prima litera per* F, *non per* S. *quem quidem codicem nomina quaedam speciosa Vindicianus, Nicomachus Dexter, et Victorianus se emendasse adscripserunt; idque in Symmachorum gratiam se fecisse professi sunt. Ad haec, et Nonii Marcelli vetustum codicem protulit, et alios quosdam auctores, in quibus eodem modo* Mettius Fuffetius *scriptum habebatur. Ajunt praeterea, Pomponium Laetum, totius antiquitatis virum observantissimum, qui superiori aetate in Romano gymnasio primas obtinuit, saepius inclamare solitum,* Fuffetius *dicendum.* Haec Pierius. Quae si tu legisses, aut nisi viri hujus, imo horum auctoritatem, ut aliorum omnium, contempsisses, nunquam me, quod pro *Sufetio Fufetium* reposuissem, ut increpares, animum induxisses. Ex his autem illud intelligi potest, primam syllabam *Metii* apud Virgilium longam esse, cum tamen tu brevem existimes, cum sis, *falsum esse, quod* Mettius *duobus* TT *scribi debeat, idque ex versu Virgiliano ostendi:*

Haud procul inde citae Metium in diversa quadrigae.

Quomodo enim brevis ea syllaba esse potest in *Metum*, quem Servius, attestantibus omnibus antiquis libris, agnoscit. deinde quid in tanto veterum librorum doctorumque hominum consensu de *Fufetio* respondebis, quem ubique a Plutarcho *Βουβέντιον* nominari sis, idque falso; nam in libro quem protuli *τῶν παραλλήλων*, *Φουβέντιον*, idque, ut apparet, littera una mendosa, appellat? quam hinc ridicula esse illa videntur, quae profers, *Βουβέτιος. ϝουϝέτιος, Fufetius, ϝufetius, Sufetius. at*, inquis, *erat etiam magistratus Carthagine, qui Punica lingua* Suffetes *dicebatur. ergo non inusitata erat talis pronunciandi et scribendi ratio.* quid? ergo Albani, aut Romani linguam suam a Carthagine usque duxerunt? et Romana dicendi ratio ex Punica ipsa petita est? O prudentiam hominis incredibilem!

Cap. XXVI. *Sic eat, quaecumque Romana lugebit hostem.*] Robortellus ita: *Emendant isti,* quaecunque Romanum lugebit hostem. *nec sentiunt tolli omnem vim ex eo dicto.* Audi, Robortelle, quid dicam? Antea legebatur, *Romanum*, ut etiam in plerisque, quos olim inspexi, scriptis, et nunc etiam in Mureti libro, animadverti. Rhenanus autem, unius libri auctoritate adductus, *Romana* reposuit. *Romana* tibi, mihi *Romanum* magis placet. tibi vis dicti posita videtur in *Romana*, mihi in *Romanum hostem.* cupit enim Horatius, sororis percussor, quamcunque mulierem, quae Romanum luget hostem, non Romanam modo, sed etiam peregrinam, ejusmodi morte multari. ita enim supra etiam Romulus (cap. 7.) *Sic denique quicumque alius transiliet moenia*

sfrenorum auctorem, oſtumio magiſtrum e-at, qui Aemilio fuit, ndus eſt potius Flo-notandus? non enim antum in nomine ma-in consilio, quod ne in bello adhibitum itum, inquis, *hoc ello egregia opera lictator, auctore Li-equis descendere, inire jussit.* Pri-ſt idem, detractis e-nis effuso impetu in rrere, et dimiſſis e-em pugnam capeſſe-illud fuiſſe magiſtri silium traditur, hoc andatum. Si ergo s hoc in bello ma-m fuit, neque illud ium hoc in bello u-, apparet, non li-Flori, vitio Coſſum tatori magiſtrum e-adjectum. Hoc er-, ita scripsi: *Idem ui de viris illustri-, cum Cossi strate-exponit, de quo Li-CCCXXVII.* quo-um haec sententia or *libri de viris il-agistrum equitum ostumii equis fre-jussisse ait, ergo quod Florus, Cos-io magistrum equi-* *Nam Livius post ssum hujus aucto-facit.* Nunc ille ehendit: *Falsa re-s. nam auctor de ibus Cossi non fa-m ullam.* Robor-cumine ingenii es, meorum verborum non percipias, cur es, ut falsa me re-cribas? egone seri-illum Coſſum no-ignificaſſe?

res fuere sententiae. P. Virginius rem non vulgabat, de iis tantum, qui fidem secuti P. Servilii consulis Volsco, Sabino, Auruncoque militassent bello, agendum censebat. T. Lartius totam plebem aere alieno esse demersam, nec sisti posse, ni omnibus consulatur. Ap. Claudius, et natura immitis, et efferatus: Agedum, inquit, dictatorem, a quo provocatio non est, creemus. jam hic, quo nunc omnia ardent, conticescet furor. pulset tum mihi lictorem, qui sciat, jus de tergo vitaque penes unum illum esse, cujus majestatem violavit.] Ex his verbis apparet, tres sententias eſſe dictas de plebe ob aes alienum militiam detrectante, unam a Virginio, qui parti plebis satisfaciendum eſſe censebat; alteram a Lartio, qui omnibus; tertiam ab Appio, qui nemini. Quid de his sententiis judicatum sit, deinceps exponit Livius, sed ea verba, aliter ab aliis interpuncta, diversam edunt sententiam. Sic legit Rhenanus: *Multis, ut erat, horrida et atrox videbatur Appii sententia, rursus Virginii Lartiique exemplo haud salubres. utique Lartii putabant sententiam, quae totam fidem tolleret. medium maxime et moderatum utroque consilium Virginii habebatur.* Quam lectionem ego non probavi, quia sequitur, ut Virginii sententiam primo vituperet, cum ait, *exemplo haud salubrem* fuiſſe; deinde laudet, cum ait, *moderatum utroque Virginii consilium* habitum eſſe; et ut his de ea et Lartii sententia judicet. Ea causa fecit, ut meliorem multo eam eſſe lectionem duxerim, quam ego in aliquot scriptis libris reperi, hoc modo: *Multis, ut erat, horrida atque atrox videbatur Appii sententia, rursus Virginii Vetusiique exemplo perniciosa. Haud salubrem*

habitos esse, ostendit idem hoc loco [cap. 24.] cum ait: *Hoc proposito edicto, et qui aderant nexi profiteri extemplo nomina, et undique ex tota urbe proripientium se ex privato, cum retinendi creditori jus non esset, concursus in forum fieri.* Nam si nexi aliquot, tum cum edictum propositum est, in foro aderant, ergo non in vinculis erant. Robortellus autem veterem lectionem retinet, *Nexu vincti.* atque ita Livium dixisse ait, quomodo Cicero pro Murena [cap. 2.] *nexu obligati*: *In iis rebus, quae mancipi sunt, is periculum judicii praestare debet, qui se nexu obligavit.* Ego vero dico, aliud esse, *nexu obligari*, et aliquid *nexu*, *et mancipio nostrum esse*, quod ille praeter rem, ut solet omnia, profert, atque id de quo agimus; quemadmodum in primo de jure civium Rom. docui. Cum autem ipse exponat *nexu vinctos*, id est, qui corpus ob aes alienum tradiderant creditori in servitium; quaerit a me, *quomodo, si vincti erant, potuerint in publicum procurrere?* neque attendit, seditionem eam exarsisse, quod acerbius in ergastulis tractarentur; et se eadem difficultate urgeri. dico vero evasisse e vinculis, quomodo C. Publilius libro octavo [cap. 28.] e compedibus Papirii foeneratoris evasit. Quamobrem, quod addit, me corrupisse Livium in pluribus, quam mille et sexcentis locis, et se id propediem patefacturum, mallem ab eo consideratius esse dictum. quis enim ei fidem est habiturus, praeter Glareanum, cum videat, eum ex tanto numero vix quindecim tentare ausum esse.

Cap. XIX. *A. Postumius Dictator*] Dictatori A. Postumio Albo bello Latino ad lacum Regillum magistrum equitum fuisse T. Aebutium Elvam, Livius et Dionysius auctores sunt. cum autem ego Florum pro Aebutio Cossum profiteri viderem, notavi id ipsum in commentario Fastorum. Hic Robortellus, Flori patronus, me reprehendit, quod eum notaverim, et ait, *putare se, vocem illam* Cossum *ex verbis Flori esse tollendam; irrepsisse enim ex glossemate alicujus imperiti.* Bona tua venia dicam, Robortelle, nimis studiosus es antiquitatis. neque enim me pateris veteris cu[illegible]quam iheptias indicare. Unde tuus iste in veteres amor tam repentinus? Iniquis Dii malefaciant, qui te quotidie optimum et vetustissimum quemque auctorem maledictis figere nunciant. nisi forte hanc castigandae antiquitatis laudem tu solus appetis, ac tibi deposcis. Ego vero, cum nondum haec tua emendandorum librorum ars esset edita, qua tu quamcumque vocem tollendi, reponendi, mutandi pro arbitratu facultatem concedis, cum in scriptis impressisque Flori libris *Cossum* esse viderem, nec posse quamcunque vocem temere deleri dèmens putarem, dixi decipi Florum. Nunc, si tollitur vox *Cossus*, nihil dico. An autem tolli debeat, tibi, qui id affirmas, etiam atque etiam cogitandum esse censeo. Sic enim loquitur Florus [1, 11.] *Cossus equitum magister exuere frenos imperavit, (et hoc novum,) quo acrius incurrerent.* At nihil tale de Aebutio magistro equitum Livius, nihil Dionysius. unde ergo hoc sumpsit Florus? nimirum ab Cornelio Cosso, qui post fuit magister equitum M. Aemilio Mamercino dictatori, bello, ut opinor, Fidenati. de quo ita Livius [4, 34.] *Magister equitum Cossus, frenos ut detrahant equis, imperat.* Si ergo apparet, Florum memoriae vitio lapsum, qui Cossum, detrahen-

dit, Thamyrimque, Pho-
mque,
congressus, et hunc:
um eminus.
m [11. Aen. 684.]
illa exceptum transji-
, etc.
us Orsilochum, et Bu-
, duo maxima Teu-
ùm
a: sed Buten adverso
pite figit
chum fugiens.
m [10. Aen. 696.]
Prolem Dolicaonis He-
um
t humi, cum quo La-
rum; Palmumque fu-
cem.
atagum saxo, atque
enti fragmine montis
t os faciemque adver-
n; poplite Palmum
volvi segnem sinit.
m [10. Aen. 575.]
bijugis iaferit se Lu-
gus albis
lios, fraterque Liger;
frater habenis
equos: strictum rotat
r Lucagus ensem.
m [10. Aen. 390.]
am gemini Rutulis ce-
istis in arvis, etc.

o in his exemplis colle-
m suum, plerumque c-
butio. numquam autem
roprio verbo collectio.
oratione Liviana, quam
lianis similem esse vis,
nullum habet verbum,
superiore membro alie-
nat, hoc modo: *Appii*
et atrox sententia vi-
rursus Virginii Lar-
baudi, sententia hor-
rox videbatur. haec e-
ectio illa est, de qua
ortellus, cui subsequens
utio, suo ornata ver-
plo haud salubrem pu-
tabant Lartii sententiam, Virginii moderatum utroque consilium habebatur. Quod si collectio proprio caret verbo, nihil eum haec exempla ad hanc emendationem inferendam adjuvant, imo omnia supervacanea sunt; si ex superiore membro, (non enim ex inferiore potest, quod exempla Virgiliana demonstrant) alienum verbum mutuatur, dico alienissimam et foedissimam sententiam inferri, ut aeque atrocem et horridam Virginii et Lartii sententiam appellet, qui aut parti, aut omnibus satisfaciebant, atque Appii, qui nemini, et qui dictaturae terrore in terga plebis dicto non audientis minabatur. adde etiam expositionem illam Livii alienissimam. Cur enim horrida et atrox Lartii sententia? quia exemplo haud salubris, quia tollebat omnem fidem. Cur Virginii? quia moderatum utroque ingenium erat: O Livium stultum, si haec voluisti; sapientem Robortellum, si hoc eum voluisse credidisti. Ergo aut exempla tibi meliora, atque aptiora quaerenda sunt, Robortelle, aut mea lectio, quam improbas, approbanda.

Cap. xxxiii. *Ita tribuni plebeji creati duo, C. Licinius et L. Albinus. hi tres collegas sibi creaverunt. in his Sicinium fuisse seditionis auctorem. de duobus, qui fuerint, minus convenit. sunt, qui duos tantum in Sacro monte creatos tribunos dicunt.*] Hic ille me insimulat, quod haec nomina non emendaverim. esse enim ea a librariis corrupta, et pro *C. Licinio* reponendum esse *C. Sicinium*, pro *L. Albino*, *L. Junium*. Adducitur autem Dionysii, Plutarchi, Pediani, et aliorum, quos ipse commemoravit, auctoritate, qui inter duos primos tribunos plebis summo consensu *C.*

utique Lartii putabant sententiam, quae totam, etc. hoc sensu: Appii sententia horrida et atrox videbatur, et eadem rursus Virginii Vetusiique exemplo perniciosa. Lartii sententiam haud salubrem exemplo putabant. Virginii moderatum utroque habebatur ingenium. Quod autem ait, perniciosam Appii sententiam visam Virginii Vetusiique exemplo, consules, qui tum erant, intelligit: qui, cum cogere, ut Appius censebat, plebem in bellum volnissent, nihil profecerant, atque consularis majestatis jus imminuerant. Sic enim scribit Livius: *Redeunt in tribunal consules, citari nominatim unum ex iis, qui in conspectu erant, dedita opera jubent. cum staret tacitus, et circa eum aliquot hominum, ne forte violaretur, constitisset globus, lictorem ad eum consules mittunt. quo repulso, tum vero indignum facinus esse clamitantes, qui Patrum consulibus aderant, de volant de tribunali, ut lictori auxilio essent. Sed ab lictore nihil aliud, quam prehendere prohibito, cum conversus in Patres impetus esset, consulum intercursu rixa sedata est.* Apparet ergo, ut Appii sententia atrox esset, cum animadverti vellet in detrectantem militiam plebem, et ut perniciosa Virginii Vetusiique consulum exemplo, qui id cum summa Patrum ignominia frustra tentaverant. Hanc autem lectionem vituperat Robortellus duabus rationibus. primum, quod ex conjectura pro *Lartii*, *Vetusii* reposui. id quod fateor. Sed, id librarii vitium fuisse, inde suspicor, quod vox *Lartii* statim subsequitur; ad quam ille respiciens, pro *Vetusii*, *Lartii* scripsit. Id autem, hoc novum ei videri, demiror, qui artem addendi, adimendi, mutandique ad arbitrium edidit. deinde, *quod formulam loquendi Livianam non agnoverim, quam formulam repraesentari lectione, quam ipse protulit*, ait, ea vero est haec: *Multis, ut erat, horrida atque atrox Appii sententia videbatur, rursus Virginii Lartiique, exemplo haud salubrem utique Lartii putabant sententiam, quae*, etc. Est autem, inquit, loquendi ratio eleganter per collectionem primo, mox per distributionem, perplexa quidem et obliqua, sed apta ad orationem grandem conficiendam. Ego autem, ubi attente hanc dicendi formulam, atque ea, quae citat, exempla consideravi, alienissimam et minime ferendam sententiam ex hac promi lectione inveni. Exempla autem ejus hanc habent vim, ut collectio suum habeat verbum, et distributio fere suum. ut illud Aristotelis: γινομένης οὖν ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικῆς καὶ αὐτῆ. καὶ ἡ κωμῳδία, ἡ μὲν ἀπο τῶι ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν τὰ φαλλικὰ ἠυξήθη. et Virgilii illud [4. Georg. 334.]

— — *Eam circum Milesia vellera Nymphae*
Carpebant, Drymoque, Xanthoque, etc.
Cydippeque, et flava Lycorias, altera virgo,
Altera tum primos Lucinae experta labores.

Item [Ecl. 7, 2.]

Compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum;
Thyrsis oves, Corydon distentas lacte capellas.

[Item 11. Aen. 861.]

— — *Et manibus jam tangeret aequis.*
Laeva aciem ferri, dextra nervoque papillam.

Item [12. Aen. 341.]

Jamque neci Sthenelumque

vium immutandum sit. rem gratulor T. Livio, gratulor, qui non te, le, emendatorem ade- neque enim ulla verae aut germanae antiqui- igia apud eum, quae ientia atque prudentia, s.

Coëuntibusque Etru- i jam continenti agmi- torum septi, quo ma- ostis inferebat, coge- reviore spatio et ipsi olligere; quae res et m eorum insignem, et inem Etruscorum mul- in arcto ordinibus fa- dujus loci hunc sensum scholiis scripsi: *Aciem, ore in spatio cogitur, colligit, eo plures abere; quo majore in plicatur, eo pauciores.* ero ille ita: *Ego qua-, quod Sigonius pro percipio, nec ullum, qui percipere possit. o longe secus se res o enim breviore in spa- ur acies, eo paucio- es esse necesse est. quo ajore in spatio expli- o plures. Sed Sigo- i verba non intelligit. atis enim cum dixit, , ac si dixisset, con- ut sit sententia, mul- in arcto ordinibus, id tis, factum est, ut Fa- erant CCC. tantum, viderentur; hostes plurimi erant, et ante erant, videbanturque stquam in unum colle- reviore spatio, plures r. Verum rem totam Aelianus in libro de Graecorum instruen-, ὅτι διπλασιάζεται ἢ ἢ προσώποις, ἢ τόπῳ.* miror, cur, quod ipse se elligere, reprehendat. em, cum id scripsi, spectarim, demonstrabo. *Multiplicari in arcto ordines* intellexi, augeri non magnitudine, sed numero. Secutus autem sum sententiam illam Livii lib. 42, [15.] *primo a mari circumfusa turba amicorum ac satellitum procedebat, deinde extenuabant paullatim angustiae agmen.* Quo ergo magis ab angustiis loci ordines extenuantur, eo plures fiunt: ut si xx. sint ordines, quorum singuli decem habeant milites, deinde angustiis loci compulsi non nisi quinque complecti possint, multiplicabuntur ordines, et erunt quadraginta, sed tenuiores atque hoc esse opinor διπλασιασμὸν κατὰ προσώπων, de quo Aelianus in libro de aciebus instruendis, ὅτε ἀπὸ τοῦ βάθους τοὺς ἡμίσεις ὁπλίτας εἰς λόχους ποιήσαντες συντάξομεν μετὰ τῶν λοιπῶν τὸ μῆκος, ὡσε γενέσθαι τοὺς λόχους ἀντὶ α κ ὁ, β μ η, τοῦτο διπλασιασμὸς προσώπων ἐσὶν, id est, *duplicatio personarum est, cum ex latitudine dimidiam partem militum in ordines conjectam cum reliquis instruemus in longitudinem, ut ordines sint pro mille XXIIII. duo millia XLVIII.* Atque hoc modo fit, ut haec multiplicatio ordinum et paucitatem insignem reddat, quia ordines exiliores fiunt, et multitudinem insignem, quia ordines plures evadunt. Itaque quod dixi, *breviore spatio plures ordines fieri*, refero tam ad Fabios, quam ad Etruscos: quod dixi, *majore pauciores*, ad nullos. Tu autem *multiplicatis*, pro *condensatis*, accipis, ac vis eamdem condensationem ordinum eos, qui pauci sunt, reddere pauciores, qui multi, plures. ego vero contra putarem, si condensati paucorum ordines pauciores videntur, pari ratione et multorum non ita multos potius, quam plures videri. Sed de hoc sensu judicent alii. Quod vero,

Sicinium Bellutum, seditionis auctorem, et *L. Junium Brutum* referunt. Est autem illud ridiculum, quod, in quo me injuste reprehendit, jure reprehendendus ipse est. Hoc autem ita esse demonstremus. Recitat Livius duas opiniones de primis tribunis plebis. unam, quae fuit, quinque primum creatos tribunos; alteram, quae duos tantum. Ex quinque nominat solum tres, C. Licinium, L. Albinium, C. Sicinium seditionis auctorem. de duobus, qui fuerint, ait non convenire. Ille vero pro *C. Licinio C. Sicinium* reponit. quam considerate, non attinet dicere. ita enim fit, ut C. Licinium honore injuste depellat, C. Sicinium bis nominet. Erit enim idem primus et tertius apud Livium tribunus plebis C. Sicinius seditionis auctor, quo nihil ne cogitari quidem potest absurdius. Spoliat autem honore C. Licinium indigne, cum Dionysius inter primos quinque tribunos plebis duos Licinios numeret, Cajum et Publium, et praeterea C. Sicinium Bellutum, seditionis auctorem. cum L. Junio Bruto et C. Icilio Ruga. Est ergo hoc prudentiae, quod videndum erat, non animadvertisse; probitatis autem, amicum, quem laudare debebat, sine ratione asperius appellasse? Praeterea pro *L. Albino L. Junium* reponit, maxime ex Pediano, qui de duobus tribunis plebis Livium citat auctorem, et duos primos tribunos plebis nominat *L. Junium Paterculum* et *C. Sicinium Bellutum*. Cui ego respondeo, non idcirco, quia Pedianus auctorem profitetur Livium in numero, etiam eum citat in nomine tribunorum. Sic enim ait [ad Cic. pro Corn.] *Sunt, qui eundem illum duorum numerum, quem Cicero, ponant, inter quos Tuditanus, et Pomponius Atticus, Liviusque noster. Idem hic et Tuditanus adjiciunt, tres praeterea ab illis duobus collegas creatos esse. Nomina duorum sunt haec, qui primi creati traduntur, C. Sicinius L. f. Bellutus, L. Junius C. f. Paterculus.* Haec ille. Ex Livio autem non esse sumpta haec nomina patet, quod Livius inter primos duos *C. Licinium*, ut dixi, numeravit, non *C. Sicinium*, quem tertio loco statuit. Si ergo in eo aperte discrepat, cur non potest etiam in altero? praesertim veteribus libris omnibus aperte *L. Albinum*, non *L. Junium* profitentibus? Accedit, quod nulla causa est, cur potius apud Livium *L. Junius* ex Pediano reponendus sit, quam ex Livio apud Pedianum *L. Albinius*. Veteres enim libri Pediani olim impressi habent, *Lavinius Paterculus*. ut tam facile restitui possit pro *Lavinius*, *L. Alvinius*, quam *L. Junius*; immo vero etiam facilius illud, quam hoc. Nam *Paterculum* nusquam alias Juniis cognomen fuisse accepimus, et hunc L. Junium tribunum plebis, de quo agimus, omnes, praeter Pedianum, *Bruti* cognomine afficiunt; ut *Paterculus* Albiniorum esse cognomen videatur, et potius apud Pedianum ex Livio reponendus sit *L. Albinius*, quam apud Livium ex Pediano *L. Junius*. Hoc ita esse apparet etiam ex tertio libro [cap. 54.] ubi de tribunis plebis refectis post decemvirum abrogationem loquitur. inter eos enim *C. Sicinium* creatum ait, *progeniem ejus* Sicinii, *quem primum tribunum plebis creatum esse in Sacro monte memoriae proditum est.* ut, cum de duobus primis tribunis plebis in Sacro monte creatis loquimur, quae fuit altera a Livio tradita opinio, vel C. Sicinium et L. Junium, vel C. Licinium et L. Albinium, statuere debeamus, neque aliquid

m, tribunos plebis crea-
tore non abdicasse; nam
est, consules abdicasse
dictatore. Non dico,
liena haec ejus ratio sit,
nanis, quam ridicula: il-
o, me utrumque aperte
ftraturum, et πανέσθαι
lutarchum esse, quod La-
unt abdicare; et consu-
ato dictatore abdicasse.
im, Robortelle, nonne
ivium legisti, mortuo cen-
llegam ejus abdicasse?
certe; at, cum de ea re
r Plutarchus, nonne πάν-
utitur? Eodem quaestio-
libro: τῶν τιμητῶν θα-
τελευτήσαντος ἔδει καὶ
ρον πεπάνσθαι τῆς ἀρ-
id est ibi πεπάνσθαι, an
e uti jure suo, an magi-
deponere, quod Latine
abdicare? Et alibi [pag.
διότι τῶν ἄλλων ἱερέων
αδικασθέντα πάνοντες ἐ-
ίρουνται· πάνοντές est,
nies, et abdicare cogen-
consules, inquis, crea-
atore, non abdicabant.
m ergo Polybium, demen-
onysium, qui hoc literis
ftis. quid inquit Polybius?
3. [cap. 87.] Δικτάτωρος
τοῦ παραχρῆμα διαλύεσ-
βαίνει πάσας τὰς ἀρχὰς
ώμη, πλὴν τῶν δημάρ-
est, dicto dictatore, sub-
nes magistratus dissol-
praeter tribunum ple-
id est dissolvuntur, nisi
nt? Accipe nunc, quid
us dicat lib. 5. [pag. 334].
quitur de dictatore pri-
creato: ἦν δὲ τὸ προβού-
τοιόνδε· Λάρκιον μὲν καὶ
ον τοὺς τότε ὑπατεύοντας
θαι τὴν ἐξουσίαν. καὶ ἕτι-
ος ἀρχὴν τινὰ εἶχεν, ἣ
ίτων κοινῶν ἐπιμέλειαν,
ἄνδρα, ὃν ἂν ἡ βουλὴ
ται, καὶ ὁ δῆμος ἐπιψη-
ι τὴν ἁπάντων ἐξουσίαν
αβόντα ἀρχὴν μὴ πλείω-
να χρόνον ἐξαμήνου. et post [p. 336.] ὁ Κλείλιος ὕπατος ἀναγορεύει τὸν Λάρκιον δικτάτωρα, καὶ αὐτὸς τὴν ὑπατείαν ἐξόμνυται. Quibus verbis apparet, decretum fuisse, ut creandi dictatoris causa omnes magistratus abdicarent, et Cloelium consulem, ubi Lartium collegam dictatorem dixit, abdicasse. Utitur enim his verbis ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν, et ἐξόμνυσθαι τὴν ἀρχὴν. quae nihil aliud sunt, quam *magistratum deponere, et abdicare*. Nam idem libro 6. dixit, τὴν δικτατωρίαν ἐξωμόσατο, pro eo quod Latini dicunt, *dictatura se abdicavit*. Si ergo idem est πάνεσθαι τὴν ἀρχὴν, quod διαλύεσθαι, et hoc idem, quod ἀποθέσθαι, et ἐξόμνυσθαι, haec autem Latini dixerunt *abdicare*, ergo illud etiam recte *abdicare* verti potest: et, qui creato dictatore *consules abdicasse* ait, egregie ait. At ille magnus auctor antiquitatis, Catonem aut Varronem diceres, *Non abdicabant*, inquit, *se consules, creato dictatore, sed interim desistebant uti potestate et jure suo, dum dictator is est. Solebant enim non abdicare se consules, sed parere dictatori. quod si dictator se abdicasset, antequam exitus anni esset, consules resumebant potestatem pristinam.* Hui, quam sapienter? Dic, quaeso, Robortelle, quid est aliud *abdicare*, quam *privatim se reddere?* at, creato dictatori consulem privatum occurrisse, tradit Plutarchus in Fabio [pag. 176.] Φάβιος δικτάτωρ συνενεγκάμενος εἰς ταὐτὸ ῥαβδουχίας εἰκοσιτέσσαρας, καὶ τοῦ ἑτέρου τῶν ὑπάτων ἀπαντῶντος αὐτῷ, τὸν ὑπηρετὴν πέμψας, ἐκέλευσε τοὺς ῥαβδούχους ἀπαλλάξαι, καὶ τὰ παράσημα τῆς ἀρχῆς ἀποθέμενον, ἰδιώτην ἀπαντᾶν. id est, *Fabius dictator, obviam prodeunte altero consule, viatore misso, li-*

ctores dimittere eum jussit, atque insignibus magistratus abjectis, privatum ad se venire. At, inquis, Consules, creato dictatore, non abdicabant, sed parebant ipsi dictatori, aeque ac si legati ipsius fuissent. Scite Robortellus, stulte Livius, qui scripsit ita [3, 29.] *Tu, L. Minuci*, inquit dictator, *legatus his legionibus praeeris. Ita se Minucius abdicat consulatu, jussusque ad exercitum manet.* Sed sit hoc ineptum, illud vero quam grave, quod idem addit. *Sed si verum esset, quod scribit Sigonius, consules abdicare solitos; non utique resumsissent.* At Dionysius, qui consules abdicare solitos ait, scribit, A. Postumium consulem, a collega suo dictatorem dictum, ei partem exercitus tradidisse. ubi vero dictatura abdicavit, ipsum cum collega suo consule, quem abdicatum innuerat, comitia consularia habuisse: nec tamen apparet, quemadmodum ille, qui abdicaverat, potestatem recuperaverit consularem. Sed ego ineptus, qui doctissimi hominis argutias tot verbis mihi sumpserim refutandas. Venio ad alteram reprehensionem ejus, quae est his verbis prolata: *Jam vero errat etiam Sigonius, cum purpuram vertit. nam περιπόρφυρον habet Plutarchi liber. et satis notum est, hanc a Plutarcho dici, quam* praetextam *Latini vocant.* Dii immortales, quam doctus est iste Franciscus Robortellus! dat vitio, quod verterim *περιπόρφυρον οὐ φορεῖ*, *purpura non utitur*, cum dicendum fuerit, *praetexta*. Non nego, Robortelle, quin praetextam intellexerit Plutarchus. Sed cum *praetexta* nihil aliud sit, quam toga, cui purpura praetexta sit, in eoque a toga differat, quod purpuram habeat in ora intextam, nescio cur mihi vertendum vitio sit, quod *purpuram* pro praetexta verterim, praesertim cum dicat Livius libro 34, [7.] *Purpura viri utemur, praetextati in magistratibus, sacerdotiis, liberi nostri praetextis purpura togis utentur.* Quid est enim aliud, *utemur in magistratibus, et sacerdotiis purpura*, quam *toga purpura praetexta*? quod quale esset, ut intelligeretur, dixit, *praetextati*. Item paullo post: *Et cum tibi viro liceat purpura in veste stragula uti.* et Plinius lib. 33. (cap. 1.) *Vulgoque purpura latiore tunicae usos invenimus etiam praecones.* Cum hos habeam hujus locutionis auctores, quid Robortellum aut Glareanum dissentientes curare debeo?

EX TERTIO LIBRO.

Cap. x. *Ecce Hernici nunciant, Volscos et Aequos, etsi accisae res sint, reficere exercitus: Antii summam rei positam: Ecetrae Antiates palam concilia facere. id caput, eas vires belli esse.*] Hanc locum ego non attigi; quem a me corruptum esse, falso insimulat Robortellus, atque ita legendum contendit: *Antii summam rei positam, non Ecetrae:* nec videt, se, addenda particula *non*, pulcherrimam et verissimam historici sententiam depravare. Antiates enim et Ecetrani Volsci erant, Antiates quidem coloni Romani, Ecetrani vero non item. Volsci autem cum bellum renovare vellent, Antii summam rei posuerant illi quidem; sed Antiates, ne sua consilia Romanis patefierent, Antii clam fortasse, at Ecetrae palam concilia de belli ratione habebant. Non ergo, ut Robortellus interpretatur, Hernici nunciabant, Antii summam rei positam a Volscis, non Ecetrae; sed Antiates non Antii, sed Ecetrae, palam

tarchum, tribunos plebis creato dictatore non abdicasse; nam falsum est, consules abdicasse creato dictatore. Non dico, quam aliena haec ejus ratio sit, quam inanis, quam ridicula: illud dico, me utrumque aperte demonstraturum, et *παύεσθαι* apud Plutarchum esse, quod Latini dicunt *abdicare*; et consules creato dictatore abdicasse. Die enim, Robortelle, nonne apud Livium legisti, *mortuo censore collegam ejus abdicasse?* legisti certe; at, cum de ea re loquitur Plutarchus, nonne *παύεσθαι* utitur? Eodem quaestionem in libro: *τῶν τιμητῶν θατέρου τελευτήσαντος ἔδει καὶ τὸν ἕτερον πεπαύσθαι τῆς ἀρχῆς.* quid est ibi *πεπαύσθαι*, an desistere uti jure suo, an magistratum deponere, quod Latine dicitur *abdicare?* Et alibi [pag. 284.] *Διότι τῶν ἄλλων ἱερέων τὸν καταδικασθέντα πάντες ἕτερον αἱροῦνται· πάντες* est, *abrogantes*, et *abdicare cogentes.* At consules, inquis, creato dictatore, non abdicabant. O stultum ergo Polybium, dementem Dionysium, qui hoc literis prodidistis. quid inquit Polybius? ita lib. 3. [cap. 87.] *Δικτάτωρος καλεσθέντος παραχρῆμα διαλύεσθαι συμβαίνει πάσας τὰς ἀρχὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ, πλὴν τῶν δημάρχων.* id est, *dicto dictatore, subito omnes magistratus dissolvuntur praeter tribunum plebis.* quid est *dissolvuntur*, nisi *abdicant?* Accipe nunc, quid Dionysius dicat lib. 5. [pag. 334]. ubi loquitur de dictatore primum creato: *ἦν δὲ τὸ προβούλευμα τοιόνδε· Λάρκιον μὲν καὶ Κλοίλιον τοὺς τότε ὑπατεύοντας ἀποθέσθαι τὴν ἐξουσίαν, καὶ εἴτις ἄλλος ἀρχὴν τινὰ εἶχεν, ἢ πραγμάτων κοινῶν ἐπιμέλειαν, ἕνα δὲ ἄνδρα, ὃν ἂν ἡ βουλὴ προέλεται, καὶ ὁ δῆμος ἐπιψηφίσηται τὴν ἁπάντων ἐξουσίαν παραλαβόντα ἄρχειν μὴ πλείω-να χρόνον ἐξαμήνου.* et post [p. 336.] *ὁ Κλοίλιος ὕπατος ἀναγορεύει τὸν Λάρκιον δικτάτωρα, καὶ αὐτὸς τὴν ὑπατείαν ἐξόμνυται.* Quibus verbis apparet, decretum fuisse, ut creandi dictatoris causa omnes magistratus abdicarent, et Cloelium consulem, ubi Lartium collegam dictatorem dixit, abdicasse. Utitur enim his verbis *ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν*, et *ἐξόμνυσθαι τὴν ἀρχήν.* quae nihil aliud sunt, quam *magistratum deponere, et abdicare.* Nam idem libro 6. dixit, *τὴν δικτατωρίαν ἐξωμόσατο*, pro eo quod Latini dicunt, *dictatura se abdicavit.* Si ergo idem est *παύεσθαι τὴν ἀρχὴν*, quod *διαλύεσθαι*, et hoc idem, quod *ἀποθέσθαι*, et *ἐξόμνυσθαι*, haec autem Latini dixerunt *abdicare*, ergo illud etiam recte *abdicare* verti potest: et, qui creato dictatore *consules abdicasse* ait, egregie ait. At ille magnus auctor antiquitatis, Catonem aut Varronem diceres, *Non abdicabant*, inquit, *se consules, creato dictatore, sed interim desistebant uti potestate et jure suo, dum dictator is est. Solebant enim non abdicare se consules, sed parere dictatori. quod si dictator se abdicasset, antequam exitus anni esset, consules resumebant potestatem pristinam.* Hui, quam sapienter? Dic, quaeso, Robortelle, quid est aliud *abdicare*, quam *privatim se reddere?* at, creato dictatori consulem privatum occurrisse, tradit Plutarchus in Fabio [pag. 176.] *Φάβιος δικτάτωρ συνενεγκάμενος εἰς ταὐτὸ ῥαβδούχους εἰκοσιτέσσαρας, καὶ τοῦ ἑτέρου τῶν ὑπάτων ἀπαντῶντος αὐτῷ, τὸν ὑπηρετὴν πέμψας, ἐκέλευσε τοὺς ῥαβδούχους ἀπαλλάξαι, καὶ τὰ παράσημα τῆς ἀρχῆς ἀποθέμενον, ἰδιώτην ἀπαντᾶν.* id est, *Fabius dictator, obviam prodeunte altero consule, viatore misso, li-*

ctores dimittere eum jussit, atque insignibus magistratus abjectis, privatum ad se venire. At, inquis, Consules, creato dictatore, non abdicabant, sed parebant ipsi dictatori, aeque ac si legati ipsius fuissent. Scite Robortellus, stulte Livius, qui scripsit ita [3, 29.] *Tu, L. Minuci*, inquit dictator, *legatus his legionibus praeeris. Ita se Minucius abdicat consulatu, jussusque ad exercitum manet.* Sed sit hoc ineptum, illud vero quam grave, quod idem addit. *Sed si verum esset, quod scribit Sigonius, consules abdicare solitos; non utique resumsissent.* At Dionysius, qui consules abdicare solitos ait, scribit, A. Postumium consulem, a collega suo dictatorem dictum, ei partem exercitus tradidisse. ubi vero dictatura abdicavit, ipsum cum collega suo consule, quem abdicatum innuerat, comitia consularia habuisse: nec tamen apparet, quemadmodum ille, qui abdicaverat, potestatem recuperaverit consularem. Sed ego ineptus, qui doctissimi hominis argutias tot verbis mihi sumpserim refutandas. Venio ad alteram reprehensionem ejus, quae est his verbis prolata: *Jam vero errat etiam Sigonius, cum purpuram vertit. nam περιπόρφυρον habet Plutarchi liber. et satis notum est, hanc a Plutarcho dici, quam* praetextam *Latini vocant.* Dii immortales, quam doctus est iste Franciscus Robortellus! dat vitio, quod verterim *περιπόρφυρον οὐ φορεῖ*, *purpura non utitur*, cum dicendum fuerit, *praetexta.* Non nego, Robortelle, quin praetextam intellexerit Plutarchus. Sed cum *praetexta* nihil aliud sit, quam toga, cui purpura praetexta sit, in eoque a toga differat, quod purpuram habeat in ora intextam, nescio cur mihi vertendum vitio sit, quod *purpuram* pro praetexta verterim, praesertim cum dicat Livius libro 34, [7.] *Purpura viri utemur, praetextati in magistratibus, sacerdotiis, liberi nostri praetextis purpura togis utentur.* Quid est enim aliud, *utemur in magistratibus, et sacerdotiis purpura*, quam *toga purpura praetexta?* quod quale esset, ut intelligeretur, dixit, *praetextati.* Item paullo post: *Et cum tibi viro liceat purpura in veste stragula uti.* et Plinius lib. 33. [cap. 1.] *Vulgoque purpura latiore tunicae usos invenimus etiam praecones.* Cum hos habeam hujus locutionis auctores, quid Robortellum aut Glareanum dissentientes curare debeo?

EX TERTIO LIBRO.

Cap. 1. *Ecce Hernici nunciant, Volscos et Aequos, etsi accisae res sint, reficere exercitus: Antii summam rei positam: Ecetrae Antiates palam concilia facere. id caput, eas vires belli esse.*] Hunc locum ego non attigi; quem a me corruptum esse, falso insimulat Robortellus, atque ita legendum contendit: *Antii summam rei positam, non Ecetrae:* nec videt, se, addenda particula *non*, pulcherrimam et verissimam historici sententiam depravare. Antiates enim et Ecetrani Volsci erant, Antiates quidem coloni Romani, Ecetrani vero non item. Volsci autem cum bellum renovare vellent, Antii summam rei posuerant illi quidem; sed Antiates, ne sua consilia Romanis patefierent, Antii clam fortasse, at Ecetrae palam concilia de belli ratione habebant. Non ergo, ut Robortellus interpretatur, Hernici nunciabant, Antii summam rei positam a Volscis, non Ecetrae; sed Antiates non Antii, sed Ecetrae, palam

concilia facere. nam cum addit, *id caput, eas vires belli esse*, de Antiatibus, non de Ecetranis, intelligendum est.

Cap. XXXIII. *Anno trecentesimo altero, quam condita Roma erat, iterum mutatur forma civitatis.*] Reprehendit Robortellus, quod *trecentesimum alterum annum* interpreter *trecentesimum primum*, duobus argumentis; uno, quod in fastis Capitolinis hic annus est trecentesimus secundus; altero, quod *alter* significet *secundum*, non *primum*. Utrique ita respondeo. Primum illud positum esse volo, quod aliter haberi non posse supra demonstravi, Capitolinam annorum summam nihil ad Livianam pertinere; Livianam autem non nisi ex verbis ipsis Livii esse hauriendam; neque Livianos numeros, ut annorum rationem Livianam inveniamus, pro arbitrio esse mutandos, sed esse incolumes relinquendos. His autem rebus ita constitutis, dico, Livium, cum inquit, *anno trecentesimo et altero decemviros esse creatos*, trecentesimo primo intelligere. Etenim si consules primos iniisse dicas anno ipso ducentesimo quadragesimo quinto, quod diserte apud Livium scriptum esse supra ostendi, non poteris decemviros nisi in annum trecentesimum primum conjicere. Quod si duos eos annos, de quibus diximus, annumeraris, in trecentesimum tertium eos referre cogeris. non esse autem eorum rationem habendam, satis alio loco probatum est. me autem magis etiam movent scripti epitomarum libri, in quibus invenio, *Uno et trecentesimo anno ab U. C. decemviros esse creatos.* Praeterea nominat Livius annum, quo C. Sulpicius Peticus III. et M. Valerius Poplicola consulatum gesserunt, quadringentesimum ab urbe condita, his verbis [7, 18.] *Quadringentesimo anno, quam urbs condita erat, quincto et tricesimo, quam a Gallis recepta, ablato post undecimum annum a plebe consulatu, patricii consules ambo ex interregno magistratum iniere.* Quem tam nobilem et tam rotundum numerum, ut ego tueor, sic Robortellus corrumpit, et *trecentesimum nonagesimum octavum* reponit: quoniam hi consules in eum annum in Fastis Capitolinis incurrant. quo errore nullum foedioremesse posse opinor. Si ergo hi consules ex Livii sententia fuerunt anno quadringentesimo, profecto M. Popillius consul, qui eos proxime consecutus est, anno quadringentesimo primo consulatum gessit. quo consule accepimus secundos ludos saeculares, teste Zosimo, esse factos. Cum autem tertii ludi saeculares, auctore Censorino, ex Livii sententia, relati sint L. Junio et P. Claudio consulibus, iidemque, teste epitoma Liviana [49.] *centesimo anno editi sint, altero et quingentesimo ab urbe condita*, cumque a M. Popillio consule ad Junii et Claudii consulatum centum anni numerentur; sane apparet, *quingentesimum alterum* in epitoma esse quingentesimum primum. praeterea si Junius et Claudius anno quingentesimo primo consules fuerunt, profecto Marcius et Manlius, quibus consulibus quarti ludi saeculares post centesimum annum, sexcentesimo autem et altero ab Urbe condita anno relati a Livio in epitoma, et a Censorino ex Livii sententia feruntur, in annum sexcentesimum primum incurrent; atque ita etiam *sexcentesimus alter*, erit sexcentesimus primus. Atque hoc quidem ita esse decet etiam alio loco Livius [31, 5.] qui Cottam et Galbam in *an-*

sus sanguine, in se tota castra convertit. Haec si non videt, aut videre non potest, non est, quod in tantis veterum scriptorum tenebris ambulet, aut aliis lucem ostendere cogitet, quam ipse intueri prope caecus non possit.

EX LIBRO VII.

Cap. 11. *Impletas modis satyras, descripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti, peragebant. Livius post aliquot annos, qui ab satyris ausus est primus argumento fabulam serere, (idem scilicet, id quod omnes tum erant, suorum carminum actor) dicitur, cum saepius revocatus vocem obtudisset, venia petita puerum ad canendum ante tibicinem cum statuisset, canticum egisse aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis usus impediebat.*] Horum verborum hunc esse sensum putavi: primum Ludiones ex Etruria accitos sine carmine ad tibicinis modos saltasse; post versus, sed inconditos, et motus a voce non absonos adjunxisse. Livium autem Andronicum separasse primum cantorem a saltatore, ita ut unus histrio caneret, alius saltaret: atque hoc simile ei esse, quod dixit Aristoteles in poëtica, *Tragoediam imitationem esse, quae fieret rhythmo*, id est saltatione, harmonia, et oratione aut conjunctim, aut separatim. Robortellus autem alio spectans inquit, *Aristotelem in eodem libro dixisse: Sophoclem auxisse numerum histrionum. cum enim Aeschylus ante primus auxisset usque ad duos, Sophocles tertium addidit. sicque, inquit, tres histriones primarum, secundarum, et tertiarum partium esse coeperunt. et Aeschylus, quem scribit Aristoteles invenisse λόγον πρωταγωνιστὴν, invenit sermonem histrionis primarum partium, Sophocles vero tertiarum.* Ego vero respondeo: neque illum, neque hunc locum a Robortello, aut a Glareano, qui Robortello assentitur, esse intellectum. priore enim loco de Tragoedia Aristotelem loqui, in qua Chorus idem et cantaret, et saltaret, histriones autem canerent tantum. quod ex sequentibus liquet. Livium loqui de histrionibus Latinis, qui cum antiquitus iidem et saltarent et canerent, Andronici instituto utrumque munus diviserunt, ut canticum, quae pars est fabulae, alii saltarent. atque hoc etiam olim factitatum Lucianus tradit in libro de Saltatione, cum inquit [Sect. 30.] *Olim iidem et cantabant, et saltabant. deinde, posteaquam saltantium spiritus odam interrumpebat, praestare visum est, alios ipsis succinere.* Quod vero de tribus histrionibus scribit Aristoteles, id est tale, antiquitus Tragoedia ex choris solis constitit, neque histriones habuit; inde additi sunt histriones, qui cum choro negociarentur, unus a Thespide, alter ab Aeschylo, tertius a Sophocle. observatumque est, ne quarta persona loqueretur. Haec eliciuntur ex Athenaeo lib. 14. [cap. 7.] ubi inquit: *Constitit vero et Satyrica tota poësis antiquitus ex choris, quemadmodum et Tragoedia ejus temporis. itaque neque histriones habuerunt.* Item ex Diogene in vita Platonis ita scribente [Sect. 56.] *Antiquitus in tragoedia solus chorus agebat. deinde Thespis histrionem unum, ut chorus interquiesceret, excogitavit, alterum Aeschylus, tertium Sophocles.* atque ita tragoediam expleverunt. λόγον autem πρωταγωνιστὴν non esse *sermonem primarum partium*, sed *prologum*, satis evidenter Madius et

Vi-

Victorius ex ipso Aristotele docuerunt.

EX LIBRO XXVI. et XXVII.

[Lib. 27.] cap. 6. *Galeria juniorum, quae sorte praerogativa erat, Q. Fulvium et Q. Fabium consules dixerat eodem jure vocatae reliquae inclinassent, ni.* Item [lib. 26, 22.] *Fulvius Romam comitiorum causa accersitus, cum comitia consulibus creandis haberet; praerogativa centuria juniorum declaravit T. Manlium.*] In priorem locum Glareanus ita scripsit: *Ego sane, quid Galeria sit, non intelligo. Si equitum est ordo, fortasse a Galero nomen habet.* Haec cum ego legissem, scripsi in hunc modum: *Galeria nomen est centuriae, ut Veturia.* Item [ad 26, 22.] *Ut hoc loco in veteribus libris est pro* centuria, Veturia *sic infra:* Redire in suffragium Veturiam juniorum. *Item:* Veturiam seniorum citaret. *item:* Citatis Veturiae senioribus. *idque, ut ego censeo, recte. est enim* Veturia *Centuriae nomen, ut* Galeria. *cujus meminit lib.* 27, [6.] *his verbis.* Galeriam juniorum, quae sorte praerogativa erat. Nunc vertit vitio Robortellus, quod sine veterum librorum auctoritate pro *Centuriae* voce *Galeriam*, et *Veturiam* reposuerim. addit deinde *Galeriam tribum*. non *centuriam*, esse. nam centurias nomine caruisse. Ego vero dico, me *Veturiam* et *Galeriam* ex antiquis libris hausisse, atque hujus lectionis doctos omnes, praeter ipsum, adstipulatores habere. *Galeriam* autem et *Veturiam* tribuum nomina esse illa quidem, verum centuriarum etiam esse posse. Nam cum ex tribu Galeria centuria praerogativa esset educta, sive juniorum, sive seniorum; fiebat, ut ipsa centuria nomen tribus adipisceretur, et *Galeria juniorum*, sive *seniorum* diceretur. quod erat nihil aliud, quam dicere, centuria praerogativa juniorum, aut seniorum ex tribu Galeria educta. nam Cicero pro Plancio *praerogativam centuriam*, unius tribus partem vocavit. atque idem dico de *Veturia*, et caeteris. Habent ergo centuriae nomen, cum a tribu, unde educuntur, id accipiant. Quamobrem quod addit, se putare, *me, cum haec scripsi, somniasse*; scito me vehementer gaudere, cum somnia mea multo, quam ipsius vigiliae, sint meliora. neque enim, nisi ipse vigilans dormienti similis esset, *Galeriam* et *Veturiam* centurias ex Liviana historia sustulisset. de quibus egregie Nicolaus Gruchius in libris de Comitiis disputavit.

EX EPITOMA XLIX.

Diti patri ludi ad Terentum ex praecepto librorum Sibyllinorum facti, qui anno primo Punici belli, quingentesimo et altero ab U. C. facti erant.] Ego cum ex scriptis libris correxissem: *Qui anno centesimo, primo Punico bello, id est, quingentesimo et altero ab U. C. facti erant.* Robortellus ex conjectura ita emendavit: *Qui sexto decimo anno primi Punici belli.* improbavit autem vocem illam *centesimo*. quam ego confirmo in hunc modum: Bellum Punicum tertium Marcio et Manilio consulibus coeptum est, anno altero et sexcentesimo ab U. C. ut scriptum est in hac epitoma. iisdemque consulibus, quarti ludi sacculares ex Livii sententia, Censorino teste, et epitoma consentiente, facti sunt. ergo quarti ludi anno altero et sexcentesimo ex Livii sententia facti sunt. at tertii, a P. Claudio et L. Junio consulibus ex

Livii sententia, ut ait Censorinus, facti fuerant, qui annus in quingentesimum primum ab U. C. incidit. ergo ludi saeculares, de quibus agitur in epitoma, centesimo ante annb facti sunt ante tertium bellum Punicum, cujus primo anno etiam facti esse dicuntur.

EX EPITOMA L.

P. Scipio Aemilianus, cum aedilitatem peteret, consul a populo dictus, quoniam per decem annos fieri minime licebat, legibus solutus, et consul creatus.] Ego, quoniam legem de decem annis non observari, nisi in iis, qui consules reficerentur, sciebam, ea enim caveri, ne quis intra decem annos consul reficeretur, cumque in scriptis libris legi animadverterem, *per annos*, numero *decem* omisso, non dubitavi, quin germana haec esset lectio: praesertim vero cum Scipionem tum XXXVII. annos natum scirem, id est, nondum aetate consulari praeditum; de qua legibus annalibus esset cautum. hanc autem lectionem, cum et librorum et rationis auctoritate nitatur, tamen Robortellus temere irrisit. Atque hi quidem sunt mille illi, et sexcenti Livii loci, quos me corrupisse Robortellus insimulavit: quosque primum ille, deinde Glareanus, adversus me protulit: de quibus aliorum esto, non nostrum, judicium.

nes, et Geographiam, am ingeniis veterum longeque praeter omriam, obscurandam. m de venia tua cerinde potius principii ordium, quam ὥσπερ b ea, cui omnes has nditias, omnes hos s acceptos referimus, ipso Livii ordine sic cujus verba de eo uo circa matrem suam batur, a Metto Fufeduce edita ad regem stilium, perquam lipes ista libro 1. cap. *ca res quanta cirie maxime sit, quo vos, hoc magis scis.* adfert, aut continet quo non dico inteion incurvus caecae is dolore incedat? ulta numeri variatio n quandam xerophanime unctam oratiabrupta soni vani i Latinae ingratiffi n vero ad membranas editiones principes ris, tot maeandros inexire mali modus ulderatur potuisse. In ad S. Marci legebam *r es Vulscis*; nec a it pater ex Vossiano ex veteri, ut addit, *propior ex Volscis*; erunt Juntae et Aldus Vossianus 1. *quo ulscis*: Rottendorforentinus alter, *quo olscis*; quomodo ba e editiones usque ad n anni MDXXXI, quae ctionem prodidit. Gunique *quo propior* statne fides mea, et el inaestimabile videirato Isidis sistro ocjus loci lectores cor e inter coelum ac terasse suspensos? Unde potuit tanta inconstantia exstitisse, nisi quod, primae lectionis veritate perdita, posteriores nulla circuitione verum consequi et retrahere valuerint? Pater nihil aliud nisi his adscripsit locum alium Livii e libro 31. eodem capite, ubi leguntur ista: *Vos, quo propiores Macedoniae estis, melius nostis.* Quae, sicut loquendi modum confirmant, ita ad rem ipsam nihil conferunt. Agitur enim de Etruscorum potentia; ejus contemplatione Fufetius Tullum ad pacem hortatur, ne, seu vicerit, sive succumbat, illi victum pariter victoremque postea corripiant. Eam vero potentiam Volsci, gens Latina, ad alterum Romae latus, et cui nihil cum Etruria erat, declarare nequit tanquam ejus exemplum, et quos Romani jam essent experti periculosos vicinos. Plane ita patet hoc crimen, ut ampliari in eo non oporteat. Propter quae sitellam ad te, Patrue, defero, et rogator adsum, ut suffragio tuo significes, an non et vulgatam scripturam valida dolabra subverterim, et pro ista emendationem veritate armatam majori, quam Gorgone est Minervae sinus, proferam reponendo: *Quanta circa nos teque maxime sit, quo propior es Vejis, hoc magis scis.* Hujus enim civitatis Etruscae non modo vim, sed etiam in Romanae urbis prima incrementa odium, poterat cognovisse Tullus ex regno Romuli, narrante nobis Livio cap. 15. Et maxime hos in documentum ejus periculi advocat, quia jam tum videtur rumor fuisse sparsus de nova concitatione hujus populi, quum statim post finitam trigeminorum pugnam Tullus Mettum jubeat juventutem Albanam in armis habere, usurum se eorum opera, si bellum cum Vejentibus foret, ut legitur cap. 28. Redeat igitur

Et canibus catulos similes et
matribus haedos
Novimus;

age sane, habeatur non pro Batti silphio, sed pro mero Daventriensi lasere, dum me argumenti gratia tueatur, quod et Livio Tuo datum est, et occupatum in Geographia; cui ut operarer cultius, exemplum et stimulus mihi fuere Paderbornensia Monumenta, ex quibus primum didici, qui genius ab ultima origine fuerit locorum, in quae nascens cecidi. Denique quanto citerior non tempore solum, sed doctrina ac studio haec Gronoviani erga Titum Livium amoris mantissa videbitur; tanto acrius intendar, ut saltem cultus et reverentiae effigies aut par aut major exsistat in me, qui id potissimum voveo, ut Te, Princeps Eruditissime, adgubernante Musarum fata, optimi hujus Livii gloria maximis se rebus augmentisque attollat. Scripsi Daventriae a. d. VII. Idus Novembris.

Reverendissimae Celsitudini
Tuae Devotissimus

JACOBUS GRONOVIUS, J. FR. F.

EPISTOLA PRIMA.
LAURENTIO GRONOVIO PATRUO SUO JACOBUS S. P. D.

Quam lubens nuper uti voluerim prorogatione tuae consuetudinis, et pergere tecum in prima vetustate ex Graecis scriptoribus recensenda, ex hoc incepto meo abunde cognosces. Quippe in animo habens super incertissimis quibusdam Titi Livii locis, quae aut intellecta perperam, aut temerario casu detorta trepidabant, et quorum emendationem solus praestare diffidebam, cum aliis, quos et doctos et conciliatos mihi noram, συμφιλολογεῖν, te primum ex omnibus animo meo obvenisse video, qui ad hanc operam vocareris, velut in solatium nostri desiderii. Narro enim tibi, Patruc longe honoratissime; quum primum ex peregrinis locis reversus varios meorum casus didici, hoc saltem mihi gratulatus fui, quod te, licet acerbitates satis feras fratrisque et sororis jacturas perpessum, laetum tamen salvumque et quietum divina pax conservavisset; et nunc quarta vice ad conspectum et prolixae tuae voluntatis usum accelerans, non modo omnia constantis in me amoris tui signa reperi, sed etiam eandem erga Musas et libellos, quos partim fratris tui vel exemplo vel adhortatione, partim propria indole diligenter usurpare consuesti, inclinationem studiumque et nobilissimam quandam otii tui occupationem recognovi. Qua re non potuit non animus meus commoveri, et ingenti incremento observantiam, quam is semper erga te fovit, cumulare, ne senectam quidem tuam ab hoc optimarum literarum usu abhorrentem contemplans: mihique exinde cupiditas injecta est ad te invitandum, ut volens ingrediare simulacrum vitae tuae, et sicut plurimas noctium tuarum vices in circumeundis Hamburgi vigiliis impendere soles, ita nunc, mecum circa Romani imperii limitem inter veterum ruinarum parietinas animo incedens, velut ambarvali lustratione Livianam historiam auguste instaures. In quam quum passim licitam quandam ignorantiam se impegisse appareat, tum in nullam partem aeque incucurrisse animadverti, aut effraenatius se permisisse, quam ad confundendas locorum

e; ut quae prima ab
ccupata fuerit. Sueto-
pasianus natus est in
ltra Reate, vico mo-
nomen est Phalacri-
e et hanc causam co-
m puto, quare ab Sa-
no in cultu Ceres ha-
t, quod discimus ex
tro, libro 41. cap. 28.
n ex Sabinis nunciatus
e motus ingens cum
ificiorum ruinis, Ro-
aliud numen placan-
erunt, quam, ut illic
Cereris, Liberi Libe-
ſticorum Deorum. Et
'atrue, hic me parum-
lineam exspatiari ad
onem loci alterius Li-
icecto medicamine in-
in libro 22. cap. 36.
itur: *Et multo cruore*
Sabinis caedis, aquas
lidas manasse. Non
ratibus ultra naviga-
llo modo admitti pos-
ille eruditus Lipsius
ittebat Sigonio, quam
n Sabinis somniabat,
bi omen cecinit, re-
Signiae in Sabinis:
gnia non *in Sabinis,*
urbs fuerit, ut cum
ſtate teſtis eſt ipse Li-
8. cap. 3. De reliquis
lis aquas tantum ha-
Vides igitur alio modo
tentari, reponique,
cruore signa in Sabi-
etes aquas e fonte etc.
t appareat decentius,
n tolerari poteſt. Nam
, videri Livium iſta
one in unam pericopen
luo prodigia, in Sabi-
ne facta, quum Caere-
sint in Etruria; cre-
eſt, Livium ita inter-
ronunciaviſſe de omni-
um Deorum apud Sa-
nis. Nam et libro 23,
em locum ibi citatum
dixit, *Signa Lanuvii*
ad Junonis Sospitae cruore manaverunt: non quaevis signa Lanuvii, sed ea, quae templo Junonis Sospitae adfixa fuerunt; quae verisimile eſt non alia fuiſſe, quam ipsius Deae, cujus erat et templum. Nec aliter agit libro 27. cap. 4. *Et in agro Capenate, ad lucum Feronine, quatuor signa sanguine multo diem ac noctem sudasse.* Super omnia ſtirpitus hanc conjecturam revellit, quod Caeretes vel Caeretanas aquas a fonte calidas manaſſe pro prodigio haberi non poteſt, quum Strabo liquide teſtetur, aquas illas eſſe thermas, libro 5. [pag. 220.] *Εὐανδρεῖ δὲ ἀντῆς μᾶλλον τὰ πλησίον θερμά, ἃ καλοῦσι Καιρετανά, διὰ τοὺς φοιτῶντας θεραπείας χάριν.* Idemque innuere videtur Martialis libro 6. epigrammate 42. dum Etrusci thermulis apponit:

P. 8.

Non mollis Sinuessa, fervidique
Fluctus Passeris, aut superbus Anxur,
Non Phoebi vada, principesque Bajae.

Loca illa omnia balneis fuere celebria, seu *Phoebi vada*, quae in Itinerariis vocantur *aquae Apollinares*, eadem fuerint, ut videtur putaſſe Cluverius, seu diversa, ut pene ad vivum videtur demonſtare clariſſimus Holſtenius, duntaxat utrumque aquarum Caeretum fontem etiam hodie balneorum vocabulis censeri docens. Itaque haec omnia me inducunt, quo minus iſti mutationi vel poſſim, vel debeam acquiescere, et alio gradu clivum illum frangendum liberandumque pronunciem; immo potius ἀνεμεσήτως videar putare a Livio relictum fuiſſe: *Et multo cruore signa in Sabinis Cereris, aquas e fonte calidas manasse.* De copia signorum apud Sabinos Cereris dubitare ultra

post longi temporis errores ex inflexo illo variantium lectionum ambivio in veram Livius et ab ipso munitam viam. Non minor apparet labyrinthus, quo circumducitur libro 2. cap. 16. scribens: *Atta Clausus ab Regillo magna clientium manu Romam venit.* Non quo post diligentiam Sigonii de situ et intellectu loci avocandam concionem putemus; sed Livii prisca manus vertitur, quam utique hanc non fuisse, non tibi magis, Patrue, quam omnibus aequis iniquisque, eodem argumento facile persuadebo; adeo spissa et crebra hic est varietas. Ecce enim Flor. ad S. Marci praefert *ab c̄ Regillo* Puteaneus *ab icous regillo.* Voss. 1. *ab ccon regillo.* Voss. 2. *ab lacu regillo.* Flor. alter *ab c. n. regillo.* Rott. *ab c̄n regillo.* ut et Gudianus cum Helmaestadiensi. Quidni jusjurandum liquide dare paratus sim, non videri vel e republica elegantiorum artium, vel e fide doctorum hominum, tam improvide ista percurri? Nec vero censeas oportet, solos manuarios scribas, plerumque non doctissimos priorum simios, hic rem incongrue gessisse: ipsi immo eruditi typorum praesides quam indecore haeserint, editionibus, non secus ac obsignatis tabellis, posteros edocent, quas et ipsas operae erit recognoscere. Quippe quum editiones primae extulissent *ab.cn.Regillo*, id tenuit usque ad Venetas annorum MCCCCXCVIII. et MDI. in quibus est *ab Gn. Regillo.* Ascensius inde Parisiis anno MDVIII. dedit *a lacu Regillo*, quem sequuta est altera Parisina anni MDXXIX. Moguntini *ab urbe Regillo*; donec tandem Basileenses, omissis omnibus, procuderunt *ab Regillo*, quod et in Italia sua antiqua allegans sequitur Phil. Cluverius [2, 9, 669.] et affirmat Sigonius; sed ita, ut mirer, cur scripturam veteris sui libri, quem passim inculcat, nunc celet. Quidni enim, si Regillum urbs est Sabinorum, ut ipse probat, etiam assumit lectionem Moguntinam, quae id clare dicit, et, quae si semper placuisset, non potuisset haerere Glareanus? Agnoscis, Patrue, non vanis me imaginibus ludi, verius, quam satisfactum esse promisso meo, et potest tibi ex tanta haesitatione constare, male sana esse vulgatae lectionis verba? Sane ut hoc opinor, ita spero etiam ad antiquae scripturae in Put. maxime et Voss. 1. elucentis vestigia curationem a nobis adhibitum iri te judice ita certam, ac si in templo dormientibus ipse Livii angelus adstitisset. Legendum *a vico Regillo.* Omnes sane primos tum Italiae, tum aliarum regionum populos legimus vicatim habitavisse. Sic de Samnitibus hic auctor 9, 13. *Samnites ea tempestate in montibus vicatim habitantes.* Sic de Gallis Cisalpinis ait Polybius libro 2. et alii scriptores, vixisse κωμηδόν, vel κατὰ κώμας. Neque commoveor, quod Dionysio Halicarnasseo et in Excerptis Peirescianis Appiano, et Suetonio Regillum vocetur πόλις et *oppidum.* Nam et Castidium ita Livius noster *vicum* vocat libro 21, [48.] et Plutarchus: at Polybius πόλιν diserte appellat. Sic Forulos *vicum* vocat item in Sabinis Livius libro 26, [11.] quae Servio *civitas* dicitur; idque pluries contigisse annotavimus. Caeterum inprimis hanc per vicos campestrem habitationem amaverunt Sabini, ut felicissimae telluris incolae, ita ingeniis ad agriculturam propensis. Ipse id eximie confirmat Livius hoc libro cap 62. *Incendiis vicorum, quibus frequenter habitabatur, Sabini exciti.* Nec minus κώμη *Tespiva* Dionysio Hal. memorata

itis audaciae, vel pluri-
certum repudianda, *Post*
ici ex Salyis orti. Equi-
leo, Plinium dicere [3,
rcellae Libicorum ex Sa-
ae: et is fundus est hu-
jecturae Cluverio; sed
n affirmat Plinius, Libi-
Salyis ortos, sed urbem
nter Libicos sitam Ver-
quasi coloniam fuisse Sa-
, quae ducta in Libicos,
diu ante ita nominatam
itam, fuerit, ut saepe
novimus, et in omnibus
ue colonjis. Proinde Pli-
a nihil nos docent de
rigine Libicorum, sed
um eorum urbe. Deni-
lla quidem *circa Tici-*
nem recte se videntur
quid enim ea differunt
edentibus, *haud procul*
lumine? ut sic in ea-
one desederint Insubres
ii. Ne multa, Patrue;
nia sincera; si scriba-
i nunc Brixia et Vero-
s sunt, locos tenuere.
ntinue et post hos Sa-
eter antiquam gentes
Ligures incolentes ci-
um amnem Pennino;
oji Lingonesque trans-
te. Laevi enim Ligures,
n illo tractu gens, te-
um suum pristinum, et
n statu versus Ticinum
demiserunt se ab Alpi-
cii, vel Libici, vel Li-
tinentes usque ad Tici
um alteram ejus ripam
nt Insubres, ut sic ci-
umen manscriht. Jam
eter vel juxta Laevos
nt versus montana Al-
assi; vel pigritia trans-
procedendi, ut postea
Boji Lingonesque, vel
numerosi, ut Laevi Li-
mpedientes cogi ab iis
ad concedendum trans-
lassos enim super Lae-
icos habitasse, pulcher-

rime adfirmat praeter alios ipse Livius libro 21. cap. 38. *Eo magis miror ambigi, quanam Alpes transierit: et vulgo credere Pennino, atque inde nomen et jugo Alpium inditum, transgressum. Coelius per Cremonis jugum dicit transisse; qui ambo saltus eum non in Taurinos, sed per Salassos montanos ad Libuos Gallos deduxissent.* Ex quibus etiam patet, vocem *Pennino* justius ad praecedentia componi, quam ad sequentia; quum verisimile non sit, tanta aberratione Bojos vagatos fuisse, ut Pennini transitum petierint, quum in promptu esset recta per Tridentinum jugum via, quam postea etiam sequuti sunt Cimbri, et quae protinus eos deduxit ad Etruscos et Umbros. Igitur Salassi tum supra se habuerunt montem Penninum, tum infra se Laevos et Libuos, quod unum hoc loco desiderari potest. Haec quum sint liquida, et nullam in Libuorum situ exceptionem patiantur, mirari lubet, quid in mentem fuerit Stephano Pighio, qui in praetoribus anni DLVIII. numerato P. Porcio Laeca, fastis suis haec verba inseruit: *Etruriam ac Pisas sortitus obtinuit cum duobus item millibus peditum et ducentis equitibus ex Gallico exercitu, Lebuis Liguribus ab tergo oppositas. Livius lib. XXXIII.* [43.] *Qui tamen corrigendus est, ubi mendose legitur, Ut ab tergo Liguribus esset, ubi deest Lebuis.* Nam quum clarissime fines suos et Libuis et Laevis Polybius ac Livius adsignaverint, atque adeo id satis Pighio constiterit; monstrosa prorsus ista audacia est, ex suo sensu immittere vocem velle, nulla specie huc congruentem. Passim in Livio P. legimus, eum, qui Pisas sortiebatur, Liguribus oppositum fuisse, et limites illius provinciae Liguribus contiguos. Hinc Pi-

non licet; sed nec de aquis, quae non unae in Sabinis fuere frigoris omnes celeberrimi. Certe Blandusiam suum Horatius sic praedicat, [3. od. 13.]

Quem flagrantis atrox hora Caniculae
Nescit tangere, qui frigus amabile
Fessis vomere tauris
Praebes, et pecori vago.

Erant aquae Albulae et Labanae, de quibus satis plene Strabo lib. 5. [pag. 238.] in Sabinis dicens, *καὶ τὰ Ἄλβουλα καλούμενα ῥεῖ ὕδατα ψυχρὰ ἐκ πολλῶν πηγῶν πρὸς ποικίλας νόσους καὶ πίνουσι καὶ ἐγκαθημένοις ὑγιεινά· τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ Λάβανα ἐν τοῖς περὶ Ἤρητον τόποις.* Erant aquae Cutiliae, de quibus ibidem Strabo [pag. 228.] *Καὶ τὰ ἐν Κουτιλίαις ψυχρὰ ὕδατα, ἀφ' ὧν καὶ πίνουσι καὶ ἐγκαθίζοντες θεραπεύουσι νόσους.* Itaque et Vespasianus potuit mori, *ἐν τοῖς ὕδασι τῶν Σαβίνων τοῖς Κουτιλίοις ὠνομασμένοις*, ut sunt verba Dionis Cassii [lib. 66. p. 753.] vel petens Cutilias ac Reatina rura creberrimo frigidae aquae usu intestina vitiare, ut commodius ad haec nostra Suetonius [in Vespas. cap. 24.] Denique et Vitruvius libro 8. cap. 3. ait: *Est autem aquae frigidae genus nitrosum, uti Pinnae Vestinae, Cutiliis, aliisque locis.* Ex his aquis, ita frigore suo notis, si quae calidae subito a fonte manaverint, non novum est inter prodigia habitum fuisse. Et quis asseverare potest, *τὸ Cutiliae* non absorptum alicubi et iamnum latere? Sed jam remisso hoc excessu progrediamur, Patrue, ad reliquias satis molestas in loco quondam corruptissimo, sed multis partibus iam sanato, libri 5. capite 35. *Alia subinde manus Cenomanorum, Elitovio duce, vestigia priorum sequuta, eodem saltu, favente Belloveso, quum transcendisset Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt, (locos tenuere Libui) considunt. post hos Salluvii prope antiquam gentem Laevos, Ligures incolentes circa Ticinum amnem. Poenino deinde Boji Lingonesque transgressi*, etc. Nam et in his disceptationibus usu venire assuevit, sicut

— — ubi tolluntur festis aulaea theatris
Surgere signa solent, primumque ostendere vultus,
Caetera paulatim, placidoque educta tenore
Tota patent, imoque pedes in margine ponunt.

Omnino enim gratulandum illis verbis est, quod hactenus adverterint viros doctissimos, ut maximam partem suis numeris redintegrata sint. Restat tamen aliquid. Quippe tertiae gentis nomen sane quidem notum est vel ex antiquo marmore, ubi triumphati junguntur *Ligures Vocontii Salluviique*, vel ex pluribus auctorum locis sive *Salluvii*, sive *Salvii*, seu *Salyi*: sed in hac regione prorsus censeri nequeunt, ut recte ostendit Cluverius, cujus admonitio non debuit negligi, quum sit undiquaque verissima. Itaque quum Gallici populi nomen requiri constet, tum utique *Salluvii* esse illi nequeunt. Non etiam sequitur, eos sub nomine *Salluvii* latentes talem populum fuisse, qui vicinos Libuis Laevos Ligures ad Ticinum habitantes sit adortus; quum appareat satis ex Polybio atque etiam ex Livio, *Λαίους* vel *Laevos* et *Λεβεττίους* vel *Libicos* vel *Libuos* semper mansisse prope ortus Padi sedis suae prioris potentes, ut *Salluvii* dici nequeant *Laevos* et *Ligures* circa Ticinum agro pepulisse. Sed neque Cluveriana mutatio facile obtinere potest, vel ob nimium

P. 9.

ro est ad Varronem [lib. 103.] mox uno agmine et ante nos ac nostra nunc nvaditur a viris summis iam abs te, φιλότης, in rate nupero, nuces pierpretantibus. Fuerit sabacchi sacris usitata et imposita pinea nux; at i versus de eo admodum quantur, quid ad illum ? Jam in eodem verunt alia, nisi solummora puerilia, vel infanoramcunque blandimenim sono, partim gestu risum provocantia, crope et oscilla, quae vere γνια καμπεσίγυια. Cur enere diversum aliquid intelligi per vocem κῶ ρόμβων non una spem hodie, pueris nostris At in nuce pinea quid lusorium? Quin omnem Clementis [in Protrept. 2.] recenseamus, qui

Τὰ γὰρ Διονύσου μυλεον ἀπάνθρωπα· ὃν εἰδα ὄντα, ἐνόπλῳ κινήσει ευόντων Κουρήτων, δόοδύντων Τιτάνων, ἀπα- παιδαριώδεσιν ἀθύρ- uod observandum) ὃν- ὑι Τιτάνες διέσπασαν, ιλον ὄντα, ὡς ὁ τῆς τε- ιητὴς Ὀρφεὺς φησιν ὁ

καὶ ῥόμβος καὶ παί- ια καμπεσίγυια, τε Χρύσεα καλὰ παρ σπερίδων λιγυφώνων.

δὲ ὑμῖν τῆς τελετῆς τὰ σύμβολα ὀυκ ἀχρεῖον γνωσιν παραδέσθαι ἀ- νυς, σφαῖρα, τρόβιλος, ὀμβος, ἔσοπτρον, πόκος. ens quidem velut in pa- τρόβιλον vocat, qui eteam nucem designet, ut heïco κῶνος sumi queat. non quoque τρόβιλος eam alia utitur notione? nonne Hesychius doctissime exsequens ait sumi pro συτροφὴ ἀελλώδης, item εἶδός τι ὀρχήσεως, et aliquid mundi muliebris, quae γυναικεῖα Χρύσια vocat, armillas forte aut simile? Itaque nihil est, quod a Clemente innui nucem pineam credamus. Imo vetat nos tale aliquid cogitare Arnobius, qui [lib. 5. pag. 169.] ad hos ipsos versiculos respiciens ait, Orpheum in carminibus memoravisse adhibita in jocis puerilibus Bacchi instrumenta, nimirum *talos, speculum, turbines, volubiles rotulas, et teretes pilas, et virginibus aurea sumpta ab Hesperidibus mala.* Quid? opinabimur ab Arnobio interpretationem τῶν κώνων omissam esse? Immo ille omnia Orphei Latine protulit, sicut omnis antiquitas ea exposuit, idque satis manifeste ordo ostendit. Unde omnino inducor, κῶνον unum fuisse ex lasciviae puerilis adjumentis, non nucem pineam. Et haec nos, Honorate Patrue, in gratiam κώνου Bacchici; non quod id cum foetente Desiderii Heraldi judicio putemus esse tempus et operam perdere, sed quod existimemus referre, ut ea, quae Maximus Ecclesiae Sanctae Doctor posteritati commendanda judicavit, recte intelligamus, et vel discamus, vel doceamur, et Polybium quoque, quo nullum vel lepidius ἄθυρμα habuit juventus nostra, vel senectus, si modo ad eam perveniemus, habitura est oblectamentum amoenius, insigni correctione adjuvemus, qui libro 10, cap. 18. post Carthaginem Novam captam refert Scipionem κατὰ γένη καὶ καθ' ἡλικίαν ἑκάστοις δεδωρῆσθαι τὰ πρέποντα, ταῖς μὲν παισὶ κόνους καὶ ψέλλια, τοῖς δὲ νεανίσκοις ῥάμβας καὶ μαχαίρας. Casaubonus ibi vertit *icunculas*; quod si vixisset, pluribus forte hanc versionem declaravisset. Libro suo

sae cum Liguribus pro una provincia junctim traduntur libro 38. cap. 35. Hinc libro 35. cap. 21. *Ex agro Pisano in Ligures profectus.* Sed in quos Ligures? non utique Lebuos. Longe isti. Sed in Apuanos. Livius libro 39. cap. 32. *Sempronius a Pisis profectus in Apuanos Ligures.* Libro 40. cap. 41. *Fulvius adortus a Pisis Apuanos Ligures.* Nullus ibi locus Lebuis. Itaque quo detrusus fuit vir doctissimus plane extremis sensibus? aut quid aliud vocari meretur tam procax et immeditata laborandi ratio, quam alterius Ἀκεσίου ἴαμα? quales plerumque sunt bracteatae spissationes illae, quae ex lectorum, non auctorum, ingenio saepe priscis monumentis infunduntur, ut commodo hoc agenti mihi in memoriam venit (nam scedae meae Porusinae, quas in mundum nunc conferebam, huc me deduxerant) geminam Livio fortunam accidisse compendio Stephani Byzantini, in loco uno certe ex praestantissimis, quae illic continentur, atque ideo pacem tuam, Patrue, impetratam velim, ut quos eadem calamitas videtur junxisse, nunc adjumento pari jungantur. Verba Stephani sunt in voce Μίλητος. ὁι γὰρ * ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις πίτυος κλάδον ὑπὸ τὴν σιβάδα, καὶ ἐπὶ τὰ τῆς Δήμητρος ἱερὰ κλῶνον πίτυος ἐτίθεσαν διὰ τὸ ἀρχαῖον τῆς γενέσεως. Ubi vir illustri eruditione in Dissertatione IV. de praestantia Numismatum p. 269. mutila sic supplenda se censere profitetur ὁι γὰρ Ἀθηναῖοι ἐν τοῖς Θεσμ. Sed omnino perverse. Quid enim? an hic Stephanus loquitur de Athenis? an, quia Thesmophoriorum mentio fit, ideo putari oportet de Athenis agi? Multo minus valet illa ratio, quod ab iis orta dicit illa sacra Thesmophorica; nam non pauci ex antiquis id negant. Immo supplementum id tanto est mendosius, quanto longiore abhinc tempore doctissimus Joh. Meursius nos docuit, Thesmophoria festum non solum Athenis, sed etiam Lacedaemone, sed Drymaeae, sed Thebis, sed Megaris, sed Eretriae in celebratione fuisse; de Mileto autem produxit non hujus modo loci testimonium, sed eximium quoque Diogenis Laërtii, unde discimus, triduanum id festum Mileti fuisse, quum Athenis quatuor dierum esset. An hac omnes, tanquam Atheniensium coloniae, inde illud solemne exceperunt? Sed nec si colonia Atheniensis in festo obtulerit numinibus suis ramum arboris in tractu suo frequentis, id quidquam ad metropolin facit, quae fortassis nullam pinum propagavit: adeo ut, si ista licentia valebit, longe melius et securius suppleri possit ὁι γὰρ Μιλήσιοι ἐν τοῖς Θεσμοφ. Post haec ad istum modum suppleta idem Vir Magnus corrupta putat emendanda, hoc est, pro κλῶνον scribendum κῶνον. Id quod facile sequi possumus, si modo tamen ita se res habuit. Nam omnino credibilius est, hinc I literam excidisse quam literam λ illapsam temere fuisse, ac scripsisse auctorem κλώνιον, id est, surculum ipsum, vel rami partem exteriorem cum enato fructu, ut vox κλώνιον plane idem sit, atque adeo plus contineat, quam κῶνος. ita tamen, ut κῶνος sit in eo comprehensus. Quanquam, ut intrepidus, quod censeo, apud te, Patrue, eloquar; nunquam persuaderi potuerim, κῶνον in verau Orphei notare nucem pineam. Versus Orphei est

Κῶνοι καὶ ῥόμβοι καὶ παίγνια καμπεσίγνια;

qui, quantum scio, primum productus (sed intempestive; neque enim ultimis verbis denotari queunt *serperastra*) a magno

Scaligero est ad Varronem [lib. 8. pag. 103.] mox uno agmine et ore uno ante nos ac nostra nunc aetate invaditur a viris summis atque etiam abs te, φιλότης, in Harpocrate nupero, nuces pineas interpretantibus. Fuerit sane in Bacchi sacris usitata et thyrsis imposita pinea nux; at quum isti versus de eo admodum puero loquantur, quid ad illum tunc ista? Jam in eodem versu non sunt alia, nisi solummodo ludicra puerilia, vel infantium quoramcunque blandimenta, partim sono, partim gestu motuque risum provocantia, crotala nempe et oscilla, quae vere sunt παίγνια καμπεσίγνια. Cur ab hoc genere diversum aliquid putamus intelligi per vocem κῶνοι? Nam ῥόμβων non una species etiam hodie pueris nostris nota est. At in nuce pinea quid apparet lusorium? Quin omnem locum Clementis [in Protrept. pag. m. 2.] reconseamus, qui talis est: Τὰ γὰρ Διονύσου μυστήρια τέλεον ἀπάνθρωπα· ὃν ἐισέτι παῖδα ὄντα, ἐνόπλῳ κινήσει περιχορευόντων Κουρήτων, δόλῳ δὲ ὑποδύντων Τιτάνων, ἀπατήσαντες παιδαριώδεσιν ἀθύρμασιν (quod observandum) οὗτοι δὴ οἱ Τιτάνες διέσπασαν, ἔτι νηπίαχον ὄντα, ὡς ὁ τῆς τελετῆς ποιητὴς Ὀρφεὺς φησιν ὁ Θρᾴκιος.

Κῶνος καὶ ῥόμβος καὶ παίγνια καμπεσίγνια,
Μήλατε Χρύσεα καλὰ παρ' Ἑσπερίδων λιγυφώνων.

καὶ τῆς δὲ ὑμῖν τῆς τελετῆς τὰ ἀχρεῖα σύμβολα οὐκ ἀχρεῖον εἰς κατάγνωσιν παραθέσθαι ἀστραγάλους, σφαῖρα, στρόβιλος, μῆλα, ῥόμβος, ἔσοπτρον, πόκος. Ibi Clemens quidem velut in paraphrasi στρόβιλον vocat, qui etiam pineam nucem designet, ut pro Orpheico κῶνος sumi queat. Sed an non quoque στρόβιλος praeter eam alia utitur notione? nonne Hesychius doctissime exsequens ait sumi pro συστροφὴ ἀελλώδης, item εἶδός τι ὀρχήσεως, et aliquid mundi muliebris, quae γυναικεῖα Χρύσια vocat, armillas forte aut simile? Itaque nihil est, quod a Clemente innui nucem pineam credamus. Imo vetat nos tale aliquid cogitare Arnobius, qui [lib. 5. pag. 169.] ad hos ipsos versiculos respiciens ait, Orpheum in carminibus memoravisse adhibita in jocis puerilibus Bacchi instrumenta, nimirum *talos*, *speculum*, *turbines*, *volubiles rotulas*, *et teretes pilas*, *et virginibus aurea sumpta ab Hesperidibus mala*. Quid? opinabimur ab Arnobio interpretationem τῶν κώνων omissam esse? Immo ille omnia Orphei Latine protulit, sicut omnis antiquitas ea exposuit, idque satis manifeste ordo ostendit. Unde omnino inducor, κῶνον unum fuisse ex lasciviae puerilis adjumentis, non nucem pineam. Et haec nos, Honorate Patrue, in gratiam κώνου Bacchici; non quod id cum foetente Desiderii Heraldi judicio putemus esse tempus et operam perdere, sed quod existimemus referre, ut ea, quae Maximus Ecclesiae Sanctae Doctor posteritati commendanda judicavit, recte intelligamus, et vel discamus, vel doceamur, et Polybium quoque, quo nullum vel lepidius ἄθυρμα habuit juventus nostra, vel senectus, si modo ad eam perveniemus, habitura est oblectamentum amoenius, insigni correctione adjuvemus, qui libro 10, cap. 18. post Carthaginem Novam captam refert Scipionem κατὰ γένη καὶ καθ' ἡλικίαν ἑκάστοις δεδωρῆσθαι τὰ πρέποντα, ταῖς μὲν παισὶ κόνους καὶ θέλλια, τοῖς δὲ νεανίσκοις ῥάμβας καὶ μαχαίρας. Casaubonus ibi vertit *icunculas*; quod si vixisset, pluribus forte hanc versionem declarasset. Libro suo

P. 11.

tio vallis inter Tusculum et Albanum montem; quippe hoc loco nihil diserte de valle aliqua refert Strabo, quia in praecedentibus [immo sequentibus] liquide dixerat, Tusculum urbem esse in dorso jugi montani, quod relinquens convallem, quae est ad Algidum, adsurgit ad Albanum montem. Verba sunt [pag. 239.] Ἐνδοτέρω δὲ τῆς κατ' αὐτάς (nempe civitates Tibur et Praeneste) ὀρεινῆς ἄλλη ῥάχις ἐστι, μεταξὺ αὐλῶνα καταλείπουσα τὸν κατὰ Ἄλγιδον, ὑψηλὴ μέχρι τοῦ Ἀλβανοῦ ὄρους· adeo ut nullae cavitates depressaque terrarum ac valles id jugum interscindant, sed continente tractu et perpetuo jugo, ut Livius loqui solet, procurrat ab urbe Tusculo proxime ad Albanum montem: ubi si qua humilitas distinxerit Tusculanum et Albanum montes, profecto per eam via Latina non transiit, sed, ut manifeste aït Strabo, super jugum vel trans jugum montis Tusculani, medii inter urbem Tusculum et Albanum montem, supergressa, et ab eo jugo descendens, detulit in vallem, quae pertinuit ad Algidum usque, hoc est, quae inter montem Tusculanum et Algidum porrecta jacuit, non inter Tusculanos Albanosque montes. Ita ut confines fuerint non modo montes, sed agri quoque, Tusculanus et Albanus. Unde Livius lib. 7. cap. 11. aït, a Gallis ex Campania redeuntibus populationes factas, ducibus Tiburtibus, in Lavicano Tusculanoque et Albano agro, utpote vicinis ac finitimis, non item Algidensi; qui montano tractu ab iis disseptus fuit. Huc facit egregie notabilis observatio Holstenii: „Distincti sunt omnino „montes, Tusculanus, Albanus „et Algidus, ut locorum illorum „peritus facile ipso sensu dijudicat. Nam ubi Roma via La„tina proficisceris ad Algidum, „Tusculanos montes ad sinistram „habes, Albanum montem a dex„tris: inde obverso tractu Algi„dus occurrit, quem vallis flu„menque cum molendino a Tus„culanis collibus distinguit sub „ipso diversorio Algidi." Haec Holstenius. Verum est, Albanum montem esse ab dextris: sed falsum est, Tusculanos quoque semper esse ab sinistris: nam hos Latina vetus via supergreditur, ὑπερβαίνει, ut aït Strabo: sed ipsum oppidum Tusculum debuit dicere ab sinistra esse; et consequenter quoque illa tantum Tusculani montis pars, cui impositum fuit oppidum: non omnes Tusculani montes. Deinde Livii verba sunt libro 3. cap. 7. *Sequuti famam et vestigia Hernici Latinique* (nempe ab Roma) *obvii fiunt descendentibus a Tusculano in Albanam vallem.* Ex quibus qui colligere potuit Cluverius, vallem, quae ad Algidum ducit, vocari Livio *Albanam*? Certe Strabo vallem, quae sequitur Tusculanos Albanosque colles, non vocat vallem Albanam, sed αὐλῶνα τὸν κατὰ Ἄλγιδον, ut vallis ista non nuncupetur a monte, qui eam ab Roma includit, sed potius eo, qui versus Aequos illam finit; ac pari ratione colligendum sit, *Albanam vallem* Livio vocari vallem cis Albanum montem, Romam versus, non ultra. Id quod etiam probatur satis ex narratione Livii; quippe venientibus ab Roma Hernicis Latinisque obvii fiunt Aequi, descendentes a Tusculano in Albanam vallem; alioquin enim non dixisset eos Livius *obvios* venisse, quam potius a tergo supervenisse assequutos. Itaque, quod ad duo illa attinet, captus est et habet Cluverius. Sed incertissimum prorsus est, quod addit, post IIII. millia passuum a Tusculo sive oppido Frascati diversorium publicum, vulgo

P. 27.

l'Osteria, locum veteris Algidi oppiduli se existimare. Vehementer de iis finibus ambigo. Quid enim? Ergo dicemus exercitum Romanum, tota nocte festinanter progressum, non nisi IV. millia passuum confecisse? Fieri non potest, et plane testatur Vegetius [I, 9.] quinque horis duntaxat aestivis progredi XX. millia passuum, pleno autem gradu XXIV. millia. Ea tamen invenustas, quam dixi, procedit ex enunciatione Cluverii, idque apertissime, narrante ita Dionysio Halicarn. lib. 10. [pag. 647.] *Ἀποδοὺς δὲ τοῖς Τουσκλανοῖς τὴν πόλιν Φάβιος περὶ δείλην ὀψίαν ἀνίστησι τὴν στρατιάν, καὶ ὡς εἶχε τάχους, ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἀκούων περὶ πόλιν Ἀλγιδόνα ἀθρόας εἶναι τὰς τε Οὐολούσκων καὶ Ἀικανῶν δυνάμεις. Ποιησάμενος δὲ δι' ὅλης νυκτὸς σύντονον ὁδόν, ὑπ' αὐτὸν τὸν ὄρθρον ἐπιφαίνεται τοῖς πολεμίοις ἐστρατοπεδευκόσιν ἐν πεδίῳ. Fabius, reddito Tusculanis oppido, sub vesperam, quanta celeritate potuit, in hostem inde movit: audito, circa Algidum oppidum esse totum Volscorum Aequanorumque exercitum, et continuato per totam noctem itinere, sub lucem se ostendit hostibus, in campo castra metatis.* En Fabium, sera vespera moventem a Tusculo, tota nocte iter maturantem, et sub matutinum tempus denique Algido appropinquantem. Ipse hunc locum in usu habet Cluverius, quem sane nescio quomodo ad sententiam suam conciliaverit. Quid dico de ipsius sententia? Quid Livio faciemus libro 3. cap. 27. ubi circa Solis occasum profectus ab Roma T. Quintius Dictator media nocte dicitur in Algidum pervenisse? Sane haec profectio apprime convenit cum illis, qui inter Romam et Algidum numerant XVI. vel XVII. millia passuum; quum et apud ipsum Dionysium lib. 11. [pag. 714.] Decemvir Appius pronunciet, Numitorium et cognatos posse Virginium *τριῶν ἢ τεττάρων ὡρῶν ἄυριον ἐκ τοῦ χάρακος δεῦρο ἀγαγεῖν*, hoc est, ab Algido Romam. Sed, ut saepe alias, ita quoque in his profectionibus, plerumque liberalior interpretatio est adhibenda. Alioqui nullus exitus est. Nam, ne ab Livio digrediamur, quum is dimidia parte noctis Quintium dicat Roma Algidum iisse, hoc est, XVII. millia passuum; idem libro 23. cap. 35. ait, Gracchum, vigilia ferme prima sublatis signis, silentique profectum agmine, media nocte pervenisse ad Hamas, quas tantum III. millia passuum a Cumis, unde movebat, abfuisse scripserat. Ejusdem verba sunt 30, 5. *Ad primam fere vigiliam agmen explicaverunt. media nocte (septem enim millia itineris erant) modico gradu ad castra hostium pervenerunt.* Rursus 39, 20. *Duodecim millia passuum ab Tago posuerunt castra. inde tertia vigilia sublatis signis principio lucis ad Tagi ripam pervenerunt.* In quibus nulla proportio. Et facile nunc aliquid Livio indulgeri potest: quum et nox, qua Fabius profectus est, potuerit fuisse brevissima, certe una ex brevissimis; ea vero, qua T. Quintius, longior, ut hujus dimidia pars superaverit illam breviorem universam. Neque debet hic praeteriri Holstenius, cujus verba sunt: „Tusculo in Latina via proximum est diversorium, vulgo l'Osteria del fico dictum. Inde IV. m. p. ad diversorium Molarae. „Inde III. vel potius IV. ad diversorium Algidi, vulgo l'Osteria del' Aglio; cui proxime deinde „imminet arctus montium transitus, vulgo la Cava del Aglio „dictus." Quod nos tangit, Vir Amplissime, a magna collatione

oppida, quam ipsorum Insubrium, atque adeo idem esset, si dixisset, *Insubrum oppida, quae defecerant, dediderunt se Romanis.* Nulla enim alia oppida defecisse dixit, nisi tantum cap. 28. bellum decretum Consulibus cum Gallis Cisalpinis, qui defecissent a populo Romano. Qui nulli alii fuere, nisi trans Padum Insubres, et ex Cenomanorum juventute quidam. Igitur post caesas Insubrum copias, ut fieri solet, oppida eorum, quae defecerunt, ad officium redierunt, et se in fidem victoris tradiderunt. Post haec narrat de aliis eis Padum. Sic quoque nunc sermonem Livius instituit, nihil innuens, nisi statim ad famam Punicae classis simul illos defecisse. Editiones quidem nihil obsecundant, et, quod habet prima, *Murgente desciverunt terra*, id circumludunt sequentes deinceps omnes. Nos igitur, in Plutcanum eique proximos conversi, opinamur, Livium brevitate sua amoena nunc quoque usum, qua frequenter anterius orationis membrum suspendit, ac velut semiperfectum destituit, subsequenti periodo inserens, quod priori deerat, et sic demum sententiam absolvens. Tale inprimis est libro 33. [c. 31.] *In senatusconsulto, quo missi decem legati ab urbe erant, caeterae Graeciae atque Asiae haud dubie liberabantur: de his tribus urbibus, quod tempora reipublicae postulassent, id e republica fideque sua facere statuere jussi erant.* Ubi omnino clauda est oratio prior, et ex posterioribus revocandum ad praecedentia *to urbes*, ut vere et accurate explicuit pater in notis ad 30. 7. pluribus hunc morem Livianum illic illustrans. Idem ut hoc loco ab auctore nostro factum esse opinor, praeter quod haec loquutio sit satis illi usitata, inducunt me verba ipsa Livii, quae hic ibi, Adelphe, quam ultro et sponte sua, nullis fidiculis, nullo tormento, ex MS. Storea decima maximum Scribit enim *ad sua Murgentia et Enna; sequuta defectionem earum Hybla et Macella suat.* Quipotest propius ulli MSto insisti? quum nihil ab prima scriptura discedat. Intelligunt sub primis idem, quod affirmat in sequentibus ex consuetudine sua. Sunt autem illa loca circa eumdem tractum, et apud Stephanum videre est, et inprimis demonstrant haec Ciceronis, item ut, Livius, eadem jungentis 3. Verrina [cap. 38.] *Herbitensis ager, Ennensis, Murgantinus, Assorinus, ita relictus erat ex maxima parte etc.* Ne dicam, videri Livium de industria nominatim nunc Ennae defectionem, quacunque casu factam, referre, vel ideo memorabilem, quod eandem, simile quid tentantem, egregio ausu nuper continuerat L. Rinarius, monarsavit libro 24. [cap. 37. et seqq.] Ut autem id, quoque nunc additur, *Enna* quidem scripsimus, ut appareret, nihil plane a nobis addi ad literas in MSStis exstantes; scribimus tamen *Henna*, quam veram scripturam esse invictis argumentis ex nummis et primis MSS. docuerunt Viri Summi, et sic in Livio ipso etiam semper libro 24. exhibet codex Pateaneus, ut cum eum ostendit Salmasii manus, praesua nunc majuscula litera, *Henna*, nunc minore *hennensium*; bis vel ter tamen *Ennensium* et *Ennensis* praeferens. Non minus tenax ab peregrinitatem vexatio videtur, cui inhaeret nomen gentis apud Livium libro 28. cap. 8. ubi loquitur de Philippo: *Ipse, quia res in Graecia tranquillas fecerat, retro in regnum concessit, ut Dardanis bellum inferret.* Solae namque, ut me docet manus paterna, pro vulgato hoc

P. 31.

stant

[redacta] Gudianae, quum Pu-
[illegible]ae et Menardi et Vossianae
[illegible]ent *dictionis*, a quibus non
[illegible]repant Cantabrigienses. In-
procedente mutandi ingenio
[illegible]ptor regii codicis exaravit
[illegible]*oniis*. Nimirum perdifficile
[illegible]fuitque in populis tam feris
confusis ad liquidum conje-
[illegible]do pervenire. Propterea,
[illegible]m animadverterent eruditio-
et ex Polybio et ex Livio,
[illegible]e semper, quum Philippus
rebus Graeciae immiscuisset
[illegible]tius, Dardanos adsuevisse,
[illegible]to tempore, vacuam ab ter-
[illegible]et sua parte Macedoniam per-
[illegible]are, supposuisse illos quoque
[illegible]jicimus, quod apparebat ad-
[illegible]ium, quod ad rem ipsam, ve-
[illegible]nile, *Dardanis*; quod vero ad
[illegible]am Livii manum, alienissimum
[illegible]rsus. Itaque, ut non impro-
[illegible]sus conatum, sic et fidei sub-
[illegible]ae et aleae periculosae esse
[illegible]rito judicamus, immo per
[illegible]ros veteres licere negamus,
[illegible]s opinor hoc loco indicare,
Sintiis bellum inferret. Sin-
[illegible]enim, quum sit, teste Stephani
[illegible]gmento, urbs Macedoniae
[illegible]ens Thraciam, continuit ta-
[illegible]a plures sub se civitates, at-
[illegible] adeo gentis quoque nomen
[illegible]lit. Livius 42, 51. *Ab He-*
[illegible]*lea ex Sintiis tria millia*
[illegible]*racum liberorum suum du-*
[illegible]*n habebant*. Ex quibus ver-
[illegible] eredas, non Macedoniae ma-
[illegible], quam Thraciae, annume-
[illegible]am, et saltem ab imperio
[illegible]raeci liberam fuisse; quum ta-
[illegible]a, eo devicto, Paulus Aemi-
[illegible]s, Macedoniam ordinans,
[illegible]racleam Sinticen uni ex qua-
[illegible]or Macedoniae partibus annu-
[illegible]ret; ut appareat, eam regionem
[illegible]casionibus imminuisse, sit ut
[illegible]ne quoque fortassis ab Phi-
[illegible]po satis occupato desciverit.
[illegible]rte negari nequit, ad veterem
genuinam scripturam propius
[illegible] τὸ *Sintiis*, quam τὸ *Dar-*
[illegible]*nis*. Incertius prodigium est,
et idcirco circumspectiore ingenii verbena adolendum, quod innatum libro 29. cap. 18. in querela Locrensium de Pyrrho: *Qui cum ex Sicilia rediens Locros classe praeterveheretur, inter alia foeda, quae propter fidem erga vos in civitatem nostram facinora edidit, thesauros quoque Proserpinae, intactos ad eam diem, spoliavit; atque ita pecunia in naves imposita, ipse terra est profectus.* Ita quidem hic locus jam ultra XDC. annos fortassis circumfertur, nulla, quod sciam, vel in scriptis vel in impressis libris varietate. At palam est insulsus. Quo enim profectus est? Aut unde, quod sequitur, jussit referri thesauros? Praeterea quomodo praestabit Livius, cum terra profectum esse? Dionysius quidem Halicarnassensis nihil distinguit, utrum terra an mari profectus sit, nec etiam unde id ipsum jusserit; tantum dicens, τὸν χρυσὸν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ναυσὶν ἐνθέμενος μετὰ τῶν ἄλλων χρημάτων ἀπέστειλεν ἐς Τάραντα, πολλῆς μεσὸς εὐθυμίας γενόμενος, in Excerptis Peirescianis pag. 542. Unde nihil colligi potest; ut propterea ex aliis quaerendum sit. Videlicet, simulatque fretum Siculum trajecit, in terram egressus fuit Pyrrhus, ut apparet ex praelio contra Mamertinos apud Plutarchum in Pyrrhi vita [pag. 399.] quo finito subnectit is scriptor: ὁ δὲ (nempe Pyrrhus) τὴν ἄλλην ὁδὸν ἀδείας διεξελθὼν ἦκεν ἐς Τάραντα δισμυρίους πεζοὺς κομίζων. Quae et ipsa verba licet sint nubilo quodam obsessa, et parum in eo, quod quaerimus, distinguant; crediderim tamen post id cum Mamertinis praelium accidisse, ut thesauros Proserpinae spoliaverit, et sic navi impositus Tarentum venerit. Certe Appianus manifeste mari illuc Pyrrhum venisse affirmat, ὅτι μετὰ τὸ ναυάγιον

P. 32.

ὁ Πύῤῥος ὁ βασιλεὺς τῆς Ἠπείρου ἐς τὸν Τάραντα κατήγετο, in iisdem Excerptis pag. 553. Quae subindicant, ipsum quoque Pyrrhum non nisi luctabundum cum procellis ac tempestate Tarentinum portum tenuisse. Quorum auctorum tam opportuno concursu quo ferimur, nisi ut statuamus, Pyrrhum mari Tarentum venisse? et idcirco in Livio scribendum esse, *atque ita pecunia in naves imposita, ipse Tarentum est profectus*, vel *provectus*. Quum, praeter ista aliorum de Pyrrhi itinere testimonia, si id admittatur, quod subjiciendum censeo, egregie appareat contrarietas casuum, ut Pyrrhus quidem solus venerit, quo intendebat; reliqua vero classis ab Locrorum litoribus abire non potuerit. Sequitur periucommodus filix, qui surrexit increvitque libro 31. cap. 10. *Insubres Cenomanique et Boji, excitis Salyis, Iluatibusque, et caeteris Ligustinis populis, Placentiam invaserant*. Cui eruendo quae pastina satis robusta? quum fatendum sit, quae huc annotata sunt, esse errantium in incertas suspiciones ingeniorum. Nam quam infortunatus est Cluverius, quum pro *Salyis* profitetur se malle restituere *Statiellis*, quum tam clare ei obloquatur ipse Livius, qui non nisi post multa abhinc tempora ab Statiellatibus aliquid contra Romanos tentatum affirmat libro 42. cap. 8. *Statiellates nunquam arma adversus Romanos tulerunt, soli ex Ligurum gente*. Ut profecto hic velut incertus infaustusque partus nonnisi in mare deportari mereatur. Mitius quidem pronunciare fas est in sequentibus, ubi idem pro *Iluatibus* reponit *Veleatibus*, pater vero *Celelatibus*: et tamen ista etiam nullo se artificio sustentant, nisi terminationis affinitate. Itaque quid vetat nos quoque novam haeresin paxillo suspendere? Putamus igitur pro *Iluatibus* scripsisse Livium *Iriatibus*, et hic et libro 32. cap. 29. et 31. Iria enim oppidum est illic loci, celebratum ex iis auctoribus, qui supersunt, Ptolemaeo, Plinio, Itinerariisque, ut collegit Cluverius libro 1. Ital. antiq. pag. 80. Haec et minima et commodissima est mutatio, et hamertigenia apparet, si dicas eum, qui prima exemplaria descripsit, deceptum blaesa recitatoris lingua leniorem literam pro dura intellexisse. Scimus sane et alibi has literas confusas persaepe esse. *Salyorum* vera restitutio intricatior est. Non deseremus tamen. Nam, quum MSSti et editiones praeferant pro eo vel *Selinibus*, vel *Sunitibus*, non potest propius quiddam sperari, quam *Sollinibus*, quomodo eos videtur appellavisse Livius pro *Solliniensibus*, quorum mentio est apud Cluverium Italiae antiq. pag. 67. in Catalogo provinciarum Galliae, *civitas Sollinienstium*: et de qua notabat ad ejusdem Cluverii paginam 87. Holstenius in haec verba: „Salinas „autem ex Suetris in Vagien„nos transferendas haudqua„quam concesserim; sed cum „Salinas inter Vintium et Sa„nitium ponat in Suetris, dubium „nullum est, quin Salinae eae„dem sint cum civitate Sollini„ensium." Ex obscuritate, multa quidem illa, sed quae crepusculi densitatem non excedat, Hennam, Sintios ac sequentium locorum vocabula excussi, et quasi cicindelas noctu interfulgentes apprehendi; nunc, Adolphe, ipse tartarus (parce metu tamen, nec crede falsis me imaginibus ludi, aut attonito ritu foedus mundi legesque refigere tentaturum) reserandus est, et solenniter te invoco, ut favens

ultima tenebrarum nocte et omnorum silentio dejectam ybeles corona pinnam restitue, ac tum civitatis verae nomen invenire, tum falsum sepe- et ἀγωνιζέειν conanti. Verum sunt Livii libro 31. cap. *Praesidio ibi* (Codrione) *re-*, *Ilion, nomen propter alam in Asia urbem, quam op-um, notius, vi capitur.* Sunt avia Pieridum loca, et velut galea sepissent, ita a nullo re-anguntur. Nobis quoque, mi lphe, longum fidem, multa specie mentientem et πιβ-ος irretitam, labefactare ar-u foret, nisi et scriptos et os codices opinionis nostrae lta loci hujus corruptela sa-tes haberemus. Ipse primo humanea membrana legebam is pro *Ilion*, et ad eum mo- non dubito legi in pleris scriptis libris: quod quae-lum tradimus iis, quorum ista a est. Id enim ut videamur temere suspicari, compel-nos edita exemplaria, quae ia fluctuant, et haerent in-*indus* et *nudus*, quod exstat ditione prima. *Ilion* demum e post excogitatum est, et ulubio ab illis, qui Iliada uentius, quam vera priscae oriae monumenta, evolve-, deque Achille libentius, n Cenone, audierant: scili-quum a septentrionali late-Macedonum reperirentur Dar-, Ilium istinc abesse non po-, tanto verisimilius, quod inter Macedoniae oppida meant Epitome Stephani, sagacitatem Sigonii non . At quum omnis editio-scripturaeque vetustas tam ab Ilio recedat; quidni nos, freti tanto patrocinio, eium ejuramus, et certo cre-, Livium scripsisse? *Prae-ibi relicto, Cnidus, no-propter alteram in Asia* etc. Asiatica Cnidus notissima est; sed de altera Cnido, quam nos restituimus, in finibus tam barbaris, ne somniatum quidem hactenus ab ullo, non solum Geographo, sed quamcumque eruditionis partem amante, ac Livium legente. Fuit tamen, et, si placebit huc torquere oculum, anhelans sub tanto obscuritatis onere oppidum in diem prodibit auxilio Callimachi, cujus hymno in Cererem hi versus sunt [vers. 25.]

Οὔπω τὰν Κνιδίαν, ἔτι Δώτιον ἱρὸν ἔναιον,
Τὸν δ' αὐτᾷ καλὸν ἄλσος ἐποιήσαντο Πελασγοί.

Habes hic Pelasgos, qui ex Dotio in Cnidiam, nempe terram, migrasse dicuntur. At quaenam haec Cnidia? certe non possum de alia interpretari, quam Illyrica, seu Macedonicam vocare eam malimus, non Asiatica. Omnino id postulat Plutarchus, ex quo uno abstrusissimae hujus historiae scintillam et fomitem sum expiscatus, in Quaestionibus Graecis num. 13. ubi ait, Aenianes primo habitasse circa Dotium, inde ab Lapithis expulsos fugisse ad Aethicas, tum circa Auan Molossiae partem occupavisse, demum circa Inachum in agro Argivo. Verba Plutarchi sunt: *Πλείονες γεγόνασιν Αἰνειάνων μεταναστήσεις· πρῶτον μὲν γὰρ οἰκοῦντες περὶ τὸ Δώτιον πεδίον ἐξέπεσον ὑπὸ Λαπιθῶν εἰς Αἰθικας, ἐκεῖθεν τῆς Μολοσσίας τὴν περὶ τὸν Ἄναν χώραν κατέσχον, μετὰ ταῦτα Κίῤῥαν*, etc. Hi vero Aeticae populi fuerunt supra Epirum, circa Illyricum et Dassaretiae terminos, in qua regione nos quoque Cnidum constituimus; ut sic satisfecisse videamur confirmationi opinionis nostrae, quum et nomen *Cnidus* ex Callimacho, et situm ex Plutarcho, et colonos ex utroque dederimus.

Sed et sic aliquid restat. Nam, si integra sunt verba Callimachi, quod satis constat, apparet ex ejus sententia Pelasgos illos prius in Dotio coluisse, antequam in Cnidia; idemque dicit Plutarchus. Hoc igitur ut dubitari non potest; ita plane adversatur pugnat cum verbis Stephani ex fragmento illo multiplicis, sed incognitae, eruditionis Seguierianio, ubi sit: Δώτιον πόλις Θεσσαλίας, ὅπου μετῴκησαν οἱ Κνίδιοι· *Dotium urbs Thessaliae, quo commigraverunt Cnidii*, ut vertitur. Hic enim Cnidii dicuntur migrare Dotium; ut jam ante ea gente, quae Dotium migravit, Cnidiam incoluerit, atque adeo Cnidia fecerint vocari. Percipis, Eruditissime Adolphe, in alia ire Stephanum, et contraria prodere Callimacho: quae res tanto est admirabilior, quod ipse Stephanus statim post ea verba ipsum hunc Callimachi versum alleget, ut hoc praesidio suam descriptionem tueatur. Nos sane quoque justius ac firmius inniti poteimus Callimacho, quam Stephani verbis, quum hic ex altero hauserit id, quod affert. Hanc diversitatem vix compono, nisi concesseris voculam ὅπου ab Stephano adhibitam, non ut significaret *quo*, sed *unde*, aut etiam scriptum fuisse ὅθεν. Verum et sic quoque transgressuro mihi mahum injicit ulterius illustranda Macedonica Cnidus, ut cognoscamus, oppidi ejus notitiam ab antiquis frequentem satis fuisse proditam, nisi aequo solutiores posteri vetuissent in memoriam convalescere. Nam et Polybio eam fuisse nominatam haud dubie persuadeor libro 5. cap. 108. ubi haec leguntur: Τὴν μὲν Φοιβαιίδα ἐπαγγελίαν Ἀντιπατρίαν, Χρυσονδιόνα, Γερτούντα. Res est de Scerdilaida, qui has urbes ad se trahebat. Insanum hinc garriunt docti Geographi. Ortelius, item Lauremberginus in Macedonia, quasi Polybium libro 5. Phocatidem urbem Macedoniae agnoscere. Hinc Ortelio Antipatria Dardanidis urbs apud Polybium, locus Chryconium, Gerrus Phocatis sit regio, aequivoca Dassaretis, et Chrysondium mallem, ut non Chrysondion; ceterum nemo ejus meminit, quod animadvertimus. Haud multa meliora observavi nobiter inspiciens paginas quasdam in Nobilia et Eruditis ab Cadmo, senis Graeciae, ceteris ab proelio. At ascribendum mihi: Ἀντιπατρίαν, Κνίδον, Κοθριάνη, Γερτούντα, idque ex comparatione Liviana, ubi omnes easdem urbes nominatas legit, egregie mutuo auxilio invicem probitur; ut si nihil praejudicat, hoc affirmetur, aperum mihi esse, qui ex Livio et Polybio id lectionem et denso illi tenebris nubila exuati temporis usque aeternum perspicere dejecerint. Haec vulne partes ornatu. Absolutae, ut ubi huic denuo instauratae fata dictasse, eamque, ita fluvio avertavum alta poena squallidam, assensu tuo velut febrium quodam amicum lustrare, ut, non secus ac Jason adjutus ab Medea in Ignivomorum taurorum jugum coelumque pati possit. Nisi reddamur Livio, quem incommoditas alia infestat libro 33. cap. 26. *Lupus Aequilina porta ingressus, frequentissima parte urbis, quum in forum decurriset, Tusculico atque inde Mellio per portam Capenam proelio intactus evaserat.* Adequam explanandum primus, ut vidor, accessit Sigonius, quia Romae Molium nemo scit, Aequilinum omnes, et ejus alibi Livius mentionem faciat, legendum putans *Aequimelio*. Quam pronunciationem quoties perpendo, vix decerno, an ea hominem sonet, nedum Sigonium. Quid indignius, quid periculosius, propterea,

p. 34.

ocia, quodcunque agere
ris, Mella fluant semper,
us sis, eundem fore ter-
vitae et observantiae et-
neae. Vale et cum Musis
πράττε. Daventriae pri-
Decembres.

STOLA QUINTA.
LAURENTIO
HEODORO
ONOVIO,
ATRI JACOBUS
S. P. D.

que plurimam viae par-
hoc itinere, cujus mihi
t auctor est Titus Livius,
relictam animadvertens
or, ut te quoque, Unice
omnium Carissime Fra-
tiorem faciam, quam in
m reductis latebris non
inus meorum temporum
ui sperabam fore, ut,
ab administratione re-
trarem vacabam, sine
ationes ruminarem gu-
bus me delectaverat pul-
us ille Florentinus an-
quasi Narcissus
et vacuis ut inobserva-
s in herbis,
pro libitu vagarer, gra-
vincula me circumvase-
ad scriptoris, cujus ti-
tot pellibus ex conqui-
paterna grate casteque
nus, probationem alli-
Quod si in hoc studio-
ortio, ad quod flexisti,
aliqua commemoratione
el annos, vel voluntas
praestantiam, quam ad
nda ista monumenta at-
er tuus; non potest non
um levionlo saltem metu
vicem meam, qui adeo
ditatem quidem ullam
habui, ut hanc mihi o-
roponerem, et futuro-
rum providentior aliqua huc adjumenta congererem; ut nonnisi forte temere oblatis Cantabrigiae et Lutetiae membranis in patris tum etiam vivi gratiam uti voluerim, mortuo autem eo ne inspicere quidem constituerim, etsi in egregio earum cumulo versari tum contingeret. Itaque cerois novitatem laboris hujus, et, est scio, angeris, ne vel in comparatione apparem minus respondens non huic nostro solum, sed tot tantis decessoribus aliis, qui in hoc literarum genere principes tota vita Livium castigaverunt, vel, si quid tentare acciger, hujus judiciosae rationis videar tantum documenta dare, in accusandis rectissime positis lucubrationibus, et velut ex triumphali curru dejicere, qui omnium suffragiis elogiisque fulgentes eum ascenderunt. Quid quaeris, frater optime? Gratum est et illud; sed tempera vultum animi tui, falletur spera metus. Quum typographus ad implendum voluntatis suae propositum non peregrinam et adventitiam opem, sed natam in domo patris tui, postularet, manumque meam respiceret, quo potuit sensus mei pondus vergere, nisi ut audirem saepe repetitas flagitationes, licet scirem, me in hoc spatio ipsa vestigia insequi non posse? Remetior igitur eundem orbem; et, quam primam improvidam aetatem non ita in erratis duxerim, ut in hoc negotio tantum suspensus haerere debeam ex aliis, vagarique sine ullo salis ac leporis proprii experimento, tanquam in dumetis speculator venatorque, asperitates superstites, qua licet, subtilitate detergo et coïnquo. Nec idcirco se illorum, per quos ab extremo vitae cardine Livium retractum gratulamur, fortuna retrovolvet, cui semper fesse favebimus; nec, quum illi febrim

verit. Quod tamen et ipsum, per Musas! quale est? aut quis feret? Nulla collectione firmari potest, quia *Tuscum vicum* praemisit, propterea etiam alterum locum in voce *Melius* indigitari ab Livio fuisse vicum. Immo contra, quum libro 27. in allegatis ante verbis Livius duos vicos nominaret, diserte utrobique videmus vocem *vico* adjectam, tam *Jugario vico*, quam *Tusco vico*. Marlianus sine dubitatione ulla *Aequimelio* scribit, allegans verba Livii in antiquae Romae topographia [lib. 3. cap. 13.] statuitque exinde, inter Velabrum et Capitolium fuisse. Quod nihil est, et ipse sui oblitus id fecit. Dixerat enim ante [lib. 2. cap. 18.] „Quemadmodum vico Jugario per radices Capitolii a porta Carmentali in forum Romanum, ita vico Tusco per radices Palatini montis ab eodem foro in Velabrum patebat accessus." In quibus patet, spatium inter Velabrum et Capitolium partim compleri Jugarii vici fine, partim vico Tusco: ut sic Aequimelium necesse sit fuisse in vicorum eorum alterutro; quae existimatio levis ac puerilis est, quum tot verba Livii satis ostendant, fuisse separata loca. Ex quibus omnibus concluditur, non sine vitio Sigonium in Liviana lupini cursus enarratione de Aequimelio cogitavisse: ne quid pejus in Marliano consulatur. Quod si fuerit Melius vicus, fuerit sa-
P. ne, et cum Donato ac Conrado
36. Lycosthene, quem in supplementis Julii Obsequentis [cap. 50.] secutum esse vulgatam video, credatur Livius ita scripsisse. Interim, quum is videatur nullus fuisse, mirifice trahor, ut putem ab Livio venisse: *Tusco vico atque inde Coelio per portam Capenam*. Quod et vulgatae scripturae ita propinquum est, et ratione itinis viae ita apertum, ut approbari non debeat; sive transverse Coelii montis cornu transierit, sive per ejus pedem ac radices cucurrerit. Tuscus enim vicus, ut forte inceperit inde, ubi paulo ante audivimus viros accuratos ejus initium statuere, sic procul dubio sub Coelium montem usque pertinuit, quod ex historia a Varrone prodita de monte Coelio inprimis elucescit. Et haec quidem nos ad locum ignotissimum argumentabamur, fortasse satis bona fortuna, quam idcirco rursum tentamus in libro 34. cap. 45. ubi legitur vulgo: *Nunciatum est Interamnae lac fluxisse*. Quippe ubi majus in verbis, quam in re; prodigium videre visum nihil est; si, unde lac illud fluxerit, non addas ex more Livii, qui tale quid expressurus adjungere solet amnem, vel aquam, vel rivum. Sic [lib. 24. cap. 44.] non dicit, *cruorem Amiterni fluxisse*, sed *flumen Amiterni cruentum fluxisse*. Sic [26, 23.] *in foro Sudertano sanguinis rivos per diem totum fluxisse*. Nam *τὸ fluxisse* nimiam capit abundantiam, quam ut res sola satis commode queat efferre. Unde Livius, ubi non tantam copiam, sed solum stillas aliquot alicunde prodiisse significat, tum non *fluere*, sed *manare* vocat, ut 45, 16. *e foco suo sanguinem manasse*. Denique, etiamsi forsan haec argutiora videantur, et alii taceant omnes, diserte in MS. Thuanaeo legebatur *narteam in lac fluxisse*. Unde incertum esse nequit, quin Livius ediderit, *Nunciatum est Nare amni lac fluxisse*. Notissimus ille in Sabinis fluvius est. Sed ego, non ulterius otio tuo invidens, jam receptui mihi cano, et conjecturarum desino, nihil precatus, nisi ut, pro isto avernali ac prodigioso lactis latice, tibi, Adolphe Meritissime, quibuscunque

locis, quodcunque agere
aris. Mollia fuant semper
rtus, nis, eundem fore ter-
m vitae et observantiae cer-
mese. Vale et cum Musis
ωφάτατε. Daventriae pri-
al. Decembres.

PISTOLA QUINTA.
LAURENTIO
HEODORO
RONOVIO
FRATRI JACOBUS
S. P. D.

nique plurimam viae par-
n hoc itinere, cujus mihi
x et auctor est Titus Livius,
go relictam animadvertens
neor, ut te quoque, Unice
um omnium Carissime Fra-
certiorem faciam, quam in
tiam reductis latebris non
omnius meorum temporum,
, qui sperabam fore, ut,
tum ab administratione re-
nostrarum vacabam, sine
pellatione ruminarem gu-
quibus me delectaverat pul-
imus ille Florentinus an-
et, quasi Narcissus
lis et vacuis ut inobserva-
tus in herbis,
lue pro libitu vagarer, gra-
ia vincula me circumvase-
, et ad scriptoris, cujus ti-
in tot pellibus ex conqui-
ne paterna grate casteque
vamus, probationem alli-
nt. Quod si in hoc studio-
divortio, ad quod flexisti,
in aliqua commemoratione
re vel annos, vel voluntas-
vel praestantiam, quam ad
mmanda ista monumenta at-
pater tuus; non potest non
is tuum leviculo saltem metu
ri vicem meam, qui adeo
upiditatem quidem ullam
am habui, ut hanc mihi o-
n proponerem, et futuro-
rum providentior aliqua huc ad-
jumenta congererem; ut non-
nisi forte temere oblatis Canta-
brigiae et Lutetiae membranis
in patris tum etiam vivi gratiam
uti voluerim, mortuo autem eo
ne inspicere quidem constitue-
rim, etsi in egregio earum cu-
mulo versari tum contingeret.
Itaque certis novitatem laboris
hujus, et, est scio, angeris, ne
vel in comparatione apparem
minus respondens non huic no-
stro solum, sed tot tantis decess-
oribus aliis, qui in hoc litera-
rum genere principes tota vita
Livium castigaverunt, vel, si
quid tentare accingar, hujus ju-
diciosae rationis videar tantum
documenta dare in accusandis
rectissime positis lucubrationi-
bus, et velut ex triumphali cur-
ru dejicere, qui omnium suffra-
giis elogiisque fulgentes eum
ascenderunt. Quid quaeris, fra-
ter optime? Gratum est et il-
lud; sed tempera vultum animi
tui, falletur spera metus. Quum
typographus ad implendum vo-
luntatis suae propositum non
peregrinam et adventitiam opem,
sed natam in domo patris tui,
postularet, manumque meam re-
spiceret, quo potuit sensus mei
pondus vergere, nisi ut audi-
rem saepe repetitas flagitatio-
nes, licet scirem, me in hoc
spatio ipsa vestigia insequi non
posse? Remetior igitur eundem
orbem; et, quam primam im-
providam aetatem non ita in er-
ratis duxerim, ut in hoc nego-
tio tantum suspensus haerere de-
beam ex aliis, vagarique sine
ullo salis ac leporis proprii ex-
perimento, tanquam in dumetis
speculator venatorque, asperi-
tates superstites, qua licet, sub-
tilitate detergo et coïnquo. Nec
idcirco se illorum, per quos ab
extremo vitae cardine Livium
retractum gratulamur, fortuna
retrovolvet, cui semper feste fa-
vebimus; nec, quum illi febrim

sanaverint, ut sed recidivam quoque tollere contemnar, id aliud vocari fas est, quam, communicata provincia, restituere, quod tempora afflixerunt. Utique et post Herculem exsiterunt monstra, et museae post Domitianum, et semper servatura est
P. 38. Elensis, quod offendat revisentibus; nec, quod nero veniamus, causa nostra primi potest, quippe quovis tempore ἀφθονοι Μουσῶν δῶραι. Itaque, si libet, hanc Vestae penum tu quoque mecum edito, et expeire, quam in hac operis Liviani parte, quae Geographiam spectat, quaeque tractanda fuit doductius, non noxii et temeritati vim indolis nostrae committamus. Sunt enim in vitiosae lectionis atque inde dubitationis causa, quae leguntur libro 35. cap. 13. *Ipse Antiochus ad Pisidas, qui circa Sidam incolunt, oppugnandos est profectus.* In quibus laborari video, utrum *Sulgam*, quod ab Gelenio profectum ex Stephano tuetur Sigonius, an vulgatum *Sidam* sit praeferendum. Et Sigonium quidem rejiciunt MSSti, qui *Siam* exhibent; quod etiam mihi in codice Thuaneo fuit obvium, unde ille primum recedit. Sed et τὸ *Sidam* aeque caecum opinor. Nam nec in Strabonis, nec in Polybii verbis, quae ibi advocata vides, ullam causam meditari valeo, cur eam urbem annumerem Pisidiae, et non Pamphyliae. Imo Strabonis locus id palam affirmat. Quin etiamsi Pisidiae eam attribuerent Polybius et Strabo, vel simul, vel alterutter; at sane Livius aliunde sentit, eamque Pamphyliae facit manifestis verbis in hoc ipso libro cap. 38. *Aradios et ex Pamphylia Sidetas.* Unde, quod novum argumentum est incongruae correctionis, apparet, esse maritimos et nautas litoralesque, ut non nesciviſſe se indicat Sigonius ad librum 33. cap. 25. et ostendit rursum Livius libro 37. cap. 23. *Primo autem mio quod ab Side proficiscebatur in ulterior Italique et splendor hujus urbis incerevit, semper ubique postremis temporibus, dubitabat numerus sub Lic. Gallieno, cujus aliquo elogio, ΣΙΔΗΤΩΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ ΕΝΑΟΞΟΥ, et alius ΠΑΜΦΥΛΙΩΝ, ΣΙΔΗΤΩΝ,* utrique ab Ill. Spanheimio productus. Qui igitur potuerit τὸ *Sidam* cum approbatione accipi? Vestae multo est, ut contribuamus *Sindam*; cujus oppidi tunc ab aliis mentio prodita est, antea erebatum Livii auctoritas id exigit in loco jam appellato, ubi Sigonius, ejusque tantopere aberrant, omnia recte edoguitrat. Verba Livii sunt: *A Gilipo per agros Siidensium exercitus ductus, cum processerit cap. 23. ad Tubas tertiis castris pervenitum in finibus Pisidarum; posita est urbs, neque ab alterius regionis ingressu, quidquam intercedit.* Strabo, lib. 12. (pag. 570.) quem recensuisset quasdam Pisidarum urbes, nedgit de iisdem Pisidis: *Πισιδίας δὲ καὶ Φρυγίας ὅροι κοινοὶ Κιβύρα τε τῶν καὶ Σύνναδα καὶ Ἀμβλαδα.* quos citantur quoque ab Stephano in ultima voce, sed praecipuum illic omittitur. Procedit Livius eodem libro 35. cap. 22. in hunc modum: *M. Fulvius proconsul cum duobus exercitibus hostium duo secunda proelia fecit; oppida Hispanorum Vesceliam Holonemque et castella multa expugnavit.* Res illae gestae sunt in ulteriore Hispania, quam Fulvii provinciam fuisse didicimus ex praecedentibus. Ex editis aliisque scriptis nihil observatum est; quod miror, quum ipse in Thuaneo sine litura offenderim *Helonenque.* Ortelius *Olonen* inter positionis incertae loca conjicit. Sed, ne Ixionem imitemur, et nubes pro re

cepimus, diffinddnd oporet judicium. Glareanus, mam et verum esse, hanc appellationem [illegible] locorum, ait, falsum est, apud [illegible] auctorem non reperiri hoc oppidum. Lego enim, cum Indibus libri Thuanaei, Vercelliensis, Bodenianus, I Supplicis [illegible] : [illegible] Πάλιν ἐν τῷ Βασιλικῷ κόλπῳ Βοιωτίας. Plinius, [illegible] Hippo oppidum Bolanum, Mellartis, fretum [illegible] Meminerunt quoque alii, et ut [illegible] Bhoeicam quis ignorat? Chiaos libro [illegible] inquirendum [illegible] frater optime, [illegible] in pruinae raptus; unde Livius

P. 89. nam [illegible] non [illegible] [illegible] libro 37. cap. 16. *Pristaeneti quoque in portum Phoenicunta milia passuum [illegible] (Patarin) distantem petiere.* Credit enim Livium, qui paulo ante in fine libri 36. ignovit *Phoenicuntem portum*, mane ita Graecissante malitiose usi terminatione? Equidem id de credulitate tua necdum mihi persuadere queo. Certe non credes, postquam intellexeris, in editione principe exstare *portum phoenicum*: cui voci posteriores, nec quid, nec quare, duarum literarum caudam suspendendam censuerunt; profecto aeque facili mutatione, quam Ortelius Iade urbem fabricari in Thesauro suo potuit, tanquam ipsius nominis licentia et auctoritas diplomate Liviano concessa esset fuisse; quum tamen et oppidani illi, et quos infra ait pleraque ab urbe adluxisse, non de hac fictitia Phoenicunte, sed de Pataris intelligendi sint. Sequuti scilicet id solum sunt vocis *Phoenicunta* architecti, quod Strabo lib. 14. (pag. 666.) Olympo, item Lyciae oppido, adjacere ait montem cognominem, qui et Phoenicus dicatur. Sed id plane nihil est, ut constare potest ex distantia, quae in Livio adscribitur. Praeterea quoque Thuanaeus clare *poenicum*. Itaque statuenda tandem instituae lectioni meta, et si unquam ἐν ὀλίγῳ ἐνυάσα, nunc vere ex MS. corrigendum puto *portum Phellum*. Ordinatim Scylax (p. 93.) ad hunc bivit reparationem: Ἡοταμὸς Ἔανθος, ἐν τῷ ἀνάπλοῦ ἐστι Ἰδάρα πόλις, καὶ λιμένα ἔχει. Φελλὸς πόλις καὶ λιμήν. Addo Strabonem, qui similia testatur. Itaque, post hunc portum satis robusto veritatis praesidio firmatam quo legamus hanc oram, et praetervecti paulatim prope Carium jaciamus ancoras, quo nobis tesseram dari item verba Liviana tam longinque σφαλεῖσι exera et corrupta ex libro 37. cap. 21. *Ea quidem urbe* Adrumyttes Antiochus *obstinuit, depopulatos agros. Peraeam inde coloniam Mityleneaeorum expugnat.* Ex quo loco, uno anno, Ortelius deduo novam tali nomine coloniam circa Adrumyttium condit, omnibus aliis scriptoribus incognitam; quod non poteris, frater, non mirari in regione, et a Geographis tam studiose vestigata, et ab historicis per tot occasiones recognita. Glareanus enim, ut solet, varias sibi fingit causas, cur haec loci non facile apud auctores repertum iri imagineturq; Sigonio, contra quam solet, id tacitum ab eo ferri patiente, quod meliora non expediret. At *Peraea* nunquam apud horum locorum enarratores vocabulum urbis fuit, sed tantum regionis, quae ad Livium nihil nunc facit, objectae continenti Rhodo. Stephani vero πολίχνιον frui jubemus ipso solo. Itaque merito haec debuerant expergisci viros doctos, inprimis quum cernerent, editiones plerasque ante annum MDXXXV. exhibere *Phe-*

ream. Et credere audemus, frater, in tot numero vetustis libris, quos aliorum oculi sub se habuerunt, nullum diversitatis genus in corrupto nomine exstitisse? at ipse in Thuanaeo diserte legebam *agras et peream*. Ea satis certa mihi fuit semita ad investigationem primae scripturae; quae quantum abest, quin se funeri tradiderat? Scribo enim: *ea quidem urbe abstinuit, depopulatus agros. Eupatriam inde coloniam*, etc. Ortelius quidem non mappas solum, sed et Thesaurum suum, vocabulo hujus urbis fraudavit; at nos Lydiam ea censeri docuit epitome Stephani: Εὐπατρία πόλις Λυδῶν. τὸ ἐθνικὸν Εὐπατρίδαι, μᾶλλον δ' Εὐπατρεῖς, idque ex auctoritate Xanthi, quem perpetuo in Lydiacis ante se habuit Stephanus. Animadvertis autem, Antiochum nunc in eo esse, ut Sardes se recipiat, Lydiae regiam. Neque tamen hic terminus haesit. Ipsa illa *Peraea* non alienis modo locis recepta, sed suis quoque expulsa et aversa. Nam quum libri hujus capite 22. legatur vulgo: *Daedala et quaedam alia parva castella obsidione exemerunt*; eadem vero in MS. Thuanaeo sic referri viderim, *quaedam alia perrea castella*; quis mihi eripiet, ab Livio scriptum fuisse *et quaedam alia Peraeae castella*? Caria et Peraea erant continentes regiones, ut mirum non sit utique, earum aliquot castella fuisse abscisa. Nemo, qui controversias Philippi cum Rhodiis, aut decem legatorum post Antiochum victum ordinationem ex Livio didicit, nescire id potest; ut minime antecedentium vicem sollicitus cum pace tua, frater, progrediar ad rem tanto insuspicatius gestam, quanto verisimilius, libro 38. cap. 15. ubi sic nunc edi videbis: *Postero die est praeter Caralitin paludem agmen ductum, ad Mandropolin manserunt*. Equidem cum diffidentia hue accedo, quum fatalia ista ad hujus Liviana partis salutem nomina. Gelenius et Sigonius, non modo has urbes ita composuerint, sed ipsum usque contextum penetrari ab iis modo prorsus illaetabili jusserint. Et tamen quidnis potius huc applicandum fuit, quam ista longe aliena, *Mandropolis*. Videlicet noverunt, a veteribus eam Phrygiae urbem memorari, idque palam fatentur. Quid igitur juris ei ad Pisidiam? et ad illam Pisidiae partem, quae in Lycaoniam vergit, plane a Phrygibus aversa, ut apparet ex paludis, quam prope hanc urbem auctor collocat. Sane aequo magno jure arridere potuit *Maeandropolis*. Et tamen, velut re certe non dubitat Ortelius, Phrygiam Mandropolin Livio lib. 38. *Mandropum* vocari, allegarere. Nullas omnino in locis tam disitis, tam longinquis expedio rationes, quas dostissimi viri, in ea auctoritate perscribenda sequuti, queant esse. Neque vero Glareani inventum *ad Maeandrum* ullo genere proprius est, cui nihil familiarius poterat in mentem venire, sed quoque nihil ludicrius, quod ad Livium. Ex editis primos habere video *Madamprum*, et sic quoque ex Vossiana sceda annotavit pater. Sequentes *Madanprum*, vel *Manandrum*. Gelenii liber *Mandrupyum*, Sigonii *Mandropum*. Thuanaeus *Mandaprum*. Quae tanta varietas quid aliud, quam τὸ *Mandropolis* non recipit, et indicat, ab Livio editum fuisse *ad Mordiaeum manserunt*? Urbis nomen obscurius et paulo infrequentius caecutire omnes fecit. Non sinit tamen ignorari eam epitome Stephani in Ἀπολλωνία, cujus nominis urbes quum multae sint, septimam decimam ait esse Πισιδίας, ἡ πρότερον

P. 40.

Μορδιαῖον. Etiam Athenaeus mentionem ejus habet, ut notatum Ortelio. Certe nihil potest dari a me convenientius. Pergit igitur non procul abhinc cum exercitu Romano Livius: *Progressus inde ad Obrimae fontes, ad vicum, quem Aporidos comen vocant, posuit castra.* Ex quibus iste *Κωμῆδις* vicus plane cum Cimmeriis delituscit, et, qui situm ejus patefaciet, nae ille poterit quoque indicare, quibus in terris

Tres poterit coeli spatium non amplius ulnas.

Hinc, opinor, atque magna praeteritae aetatis ingenia vel rimam ullam ducere aut voluerunt, aut potuerunt, qua aliquid ad eam lucis ingrederetur. Si tamen me respicis, frater, damnas esto nomen illud vici pro spurio, neque unquam Livio nominatum creditor. Nimirum duae admodum viae sunt ad videndum aliquid in hac tenebris veri; alteram praebet situs, alteram scriptura vetus. Ortelius observat, hunc vicum circa Pisidiam videri. At unde? Certum immo est potius, in primis Phrygiae finitibus fuisse. Retrogreditur enim agmen, et versus Phrygiam se recipit, atque adeo illuc jam intrasse patet tum ex Obrima, quem praeter Apameam, magnae Phrygiae urbem, labi tradit Plinius; tum quod postero statim die ad aliam ejusdem Phrygiae urbem Dinias veniisse affirmet Livius. Haec prorsus sunt evidentia, nec respui queunt. Jam ut alteram viam tangamus, editiones principes habent *Adonides*. ex Vossiano annotavit pater *ad pro dios*; nec ulla mihi alia nota est varietas ex antiquis libris; scilicet quia proxime verum est, id quod vulgatur. Ita qui damnavi alterum, idem ab exilio reduco *Acaridos comen*. Sic enim emendandum censeo. Stephani epitome in *Κερία Ἔστι καὶ Φρυγίας πόλις Ἀκαρίς*. Huic urbi adjacentem aliquem ex pagis dictum fuisse *Acaridis vicum*, non est supra aut praeter fidem, et exemplum dat hodieque urbs Leida, quam ex multis eam cingentibus vicis uni nomen suum *κατ' ἐξοχὴν* impertire nosti, ut adeo nihil in hac restitutione resideat inconditum. Quod idem, si tu quoque, Carissime, senties, ego inde non animum modo sed omen quoque accipiam ad contrectanda similis obscuritatis verba ex libro 42. cap. 38. *Marcius et Atilius ad Gitanas, Epiri oppidum decem millia ab mari, quum adscenderent.* Quid enim tam illepidum locum verear dicere infausto agi sidere, quum *Gitanae* istae omnibus pariter sint incognitissimae et scriptae nullibi? Deinde videri alicui potest Livius nunc dixisse *ad Gitanas adscenderunt*, qui hoc eodem libro cap. 15. dicit: *Eumenem Delphos adscensurum?* qui libro 35. cap. 13. *inde Pergamum adscenderunt?* qui libro 36. cap. 30. *ipse Oetam escendit?* qui libro 45. c. 28. *unde per Megalopolin Olympiam ascendit?* ac pluribus in hunc modum locis. Me quidem ista ab omni assensu abducunt, ac proinde secundum jus fasque fore existimo, si, falsis vocibus, quae veram confecerunt ac lurcatae sunt, velut extra finem per feciales eductis, et ad auctorem suum restitutis, Livio detur sui recognoscendi facultas. Quippe is scripserat: *Marcius et Atilius Aegilipa, Epiri oppidum decem millia a mari, quum adscenderent.* Est enim *Aegilips* oppidum illic antiquissimum, et ex Homerica poësi memoratum Straboni ac Stephano; et quid ultra testimoniis opus? Itaque, ut claudamus agmen hujus simul epistolae et universae meae concursationis, evolvenda restat crassissima bucerda, qua oblitum video Livium libro 44. cap. 26.

Circa Dausdabam in Maedica exercitus Gallorum consederat. Nequeo enim persuaderi, vocem tam bonae Latinae monetae in ista barbarica, aut, si lenius placet, Graecorum coloniis mixta Thraciae ora ante auditum illic Romanorum nomen fuisse appellationem oppidi; quod tamen credere potuerunt omnes retro docti viri, ut nemo aliquid verbenae colligendum tradendumque posteris existimaverit ad eam, quam exsecror, deformitatem purgandam. Et, ut te familiarius alloquar, quid potes exspectare aliud, quam ut aliunde et *Defrigebam* urbem procudant? Video sane, Ptolemaeo cognitum esse oppidum nomine *Δαούσδαυα*, quae litterarum similitudine negari nequit proxime ad Livium accedere. Sed, quum id in inferiori Moesia trans montem *Aemum* collocetur, huc plane non convenit; quippe Maedica nonnisi ad illum montem usque pertinente, ut patoat vel ex Geographis aliis, vel ex ipso Livio libro 40. cap. 21. *Philippus, Stobos Paeoniae exercitu indicto, in Maedicam ducere pergit. Cupido eum ceperat in verticem Aemi montis ascendendi*, etc. Itaque pro *Maedica* scribendum erit *Moesia*, si placuerit *Dausdabam* hic loci retinere. Sed ego, relictis omnibus, quia nimis id ab regno Macedoniae adhuc distat, et pene ultra Thraciam est, judico, scripsisse Livium, *circa Oesymum in Maedica*. Diodorus Siculus in Excerpt. Peiresc. pag. 313. *Περσεὺς πυθόμενος ἀπολέκτους Γαλάτας πεπερακέναι τὸν Ἴστρον ἐπὶ ἀνιμαχίᾳ, περιχαρὴς γενόμενος ἔσπευδεν ἐς τὴν Μαιδικὴν, προσερπόμενος ἥκειν τὴν ταχίστην.* Neque me movet, quod ab aliis ea urbs Edonidi accenseatur; quippe Edonis et Maedica erant finitimae, quarum limites persaepe commiscentur. De hac autem urbe consulendi Meursium, (Vide eruditissimum, ad Harpocrationem: Sed et propterea ad hanc conjecturam provenio, quod in eadem hoc loco videro, hactenus ab priscam syllabam in nomine Asiseo, apud Livium libro eod. cap. 20.) *Oesalces* pro quo in quibusdam subsitutabatur *Devalces*. Habes, frater piissime, explicatius ordinatam non ignobilem solennitatis castimoniaeque meae portionem, qua praeterito hiberno functus sum circa Livianum sirem ad malas intemperias ab eo averruncandas. Quae ecquid ad legem ritumque gesserim, ecquid mendorum, tanto cum impetu adfluentium, et tot egregia loca pene cerruantium, tumultum sustinuisse et bene purgasse visus sum, te, et qui praecedetis, in auspicio mihi esse volo. Quod si me fortuna decepit, et nimia profunditas, in quam praecipitata haec jacuerunt, videbitur sopivisse et tenebris percussisse potius, quam excitasse, vires meas, (quod licet factum non memini, tanto tamen justius eam formidinem ugito; quo minus vel initia hujus laboris, vel eventus in potestate mea fuerunt) retexatis omnia licet, animumque meum, dum in cursu est, dum tumet in recensione Livii, formandum suscipite. Equidem injuria nobis fiet, si hujus commissiunculae tela vel non a vituperatione erit remotior, vel tanto liberaliorem interpretationem merebitur, quod liberum spatiosumque curriculum industria nostra non habuerit, et tantummodo maximorum hominum vel incurias vel conniventias sectari potuerit; quippe post Vallae, Glareani, Rhenani, Gelenii, Modii, Gruteri patrisque nostri adeo diuturnas in Livio operas, tot ad excolendum hoc χείρωνον non iterationes, sed tertiationes et ultra, adeo acu-

tam, inhaerentque omnis erudi-
tione, quae fere ab homine op-
tari potest, est tam copiosum, mi
mecum, cum eximia adjuncta
sedulitatem, ex hodiernum porta
tum dolia cumulare, et tuum
in in mensuf antid dimam sego
tam immittere laboris tuique
que prima et quidem festinata
ac delitata ambitione. Quinam
quantulacunque quid parva plenitudo
est, dicat licet, hic quoque

O quantum est subtilis cœli
bus ingenium!

Sed satis jam pruta biberunt. Ego
mihi da te omnia apondeoy quae
volo. Vale et gaude, frater di
lectissime. Ea, haec etenim abfuit

P. 13.

EPISTOLA SEXTA.

JOANNI

GEORGIO GRAEVIO,

JACOBO

J. FR. E. GRONOVIUS

S. P. D.

Quum L. Postumius adiagum publicum ab priscis terminandum in Campania proficiscens, devertisset Praenestae, sanctissimi causa, et iratus hujus urbis civibus multa insolita imperavisset; addit Titus Livius, (et solet rem quamque non ingenuitate magis, quam justa aestimatione metiri) Praenestinorum silentio, nimis aut molesto, aut timido, jus velut probato exemplo magistratibus factum graviorum indies similium imperiorum. Idem ne paterais ad eum ipsum scriptorem curis (quod in tanta nominis ac familiae communione quantum distat a me ipso?) accidat, vereri nunc tandem eo magis incipio, quo studiosius hibernis his noctibus illas versandi et ἐγκυκᾶν recognoscendi data est necessitas. Indui enim in periculosos laqueos pedum, ac non modo haeredum, sed etiam arbitrum, factum me esse video laboris, quem nec eruditione, nec assiduitate, nec perspicacia aut subtilitate unquam aequabo; idque ita, ut etiam de aliorum, qui ad considerationem suam illum admiserunt, sententiis in consilium hoc me oporteat. In quorum tamen altero quidem quum libere et ingenue me gesserim, res ipsa tuli esse, ad aliorum nescio quem afferre me comperior diffidentiam, quae tamen ab plurima indignatione vincitur. Non equidem inficior, in tanta meditationum varietate et corruptorum locorum adjuvandi multitudine posse aliquid secus processisse. Quod si factum est, ne mirari quidem convenit; et cui homini nato aut perspecta sunt omnia, aut, si tamen sunt, ea tempori in memoriam veniunt? Sed, ut in unius subtile periocha quater ab Gronovio erratum esse constat; hac utique non modo pietas mea, sed etiam conscientia paternae consuetudinis me prohibet. Id tamen evincere conatur liber Marci Meibomii de Fabrica triremis; asperitate tam rudi et horrida continuatus, ut maritimos in doctore mores et equilentam perversitatem egregie patefaciat; tanquam si ipse, ab natura appositus eruditorum (ut fuit publicanorum) societati magister, legem modumque rei dubiae dicere deberet. Quae stolida procacitas ut ridiculum ipsum praebet omnibus, quibus ignoratus non est, nemineque plectit, nisi tantum ἀλαζόνα dicam, an σαλακόνα; sta libum ipsum aliquot locis ante inspicere, ac rem solam hoc tempore, quo video me Amphidromia quaedam celebraviffe, fert animus, ut sic paratius ad Livii verborum examen accedam; idque te potissimum, Gravvi Celeberrime,

Galerio Maximiano [lib. 9. c. 25.] *Qui etiam speculatoris munus cum altero ac tertio equite susceperit.* Qui etiam sic videtur scripsisse de Hannibale a Scipione victo [lib. 3. cap. 23.] *cum quarto evasit.* nam MSS. *IIII.* quod reddiderunt *quatuor.*)

Errat et cospitat Marcus pag. 110. quum et Tripolin et Tyrum ait ita conditas fuisse, ut fuerint σχήματος γλωσσοειδοῦς, et forma linguae, quam Tripolis habuerit, fuisse quoque Tyrum; quum Phocas, ex cujus verbis omnia derivat, de hac Tripoleos figura nullum γρύ ne quidem somniet. Non enim ab eo dicitur a Tripoli occupatum fuisse totum illud ῥάχιον, instar linguae procurrens in mare; sed in extremo istius ῥάχιου positam fuisse Tripolin, sive id rotunda, sive angulosa, sive oblonga forma (quod de Phocaea testatur Livius 37, 31. quae tamen non Χερσονησίζει) fuerit, indictum relinquens. Nec ea solius Tripoleos fuit positio, sed utriusque Carthaginis, Africanae scilicet atque Hispaniensis; quum ex diverso Cassandrea in ipsis linguae ejusmodi faucibus posita dicatur Livio 44, 11.

Sed permagna est offensio et impostura Marci pag. 142. in his verbis: *Sicut postea Alexandri M. tempore fuit illa Tyriorum quinqueremis, Tyria dicta.* Nam
P. 46. nec vera sunt ista, et, si vera essent, adeo sunt illa supervacua, ut nihil ad rem facerent; sed sunt plane vana. Quae enim navis unquam *Tyria* dicta? Certe omnes Tyriorum naves, in peregrinum portum aut patens mare venientes, vocatae sunt *Tyriae:* nulla ab ipsis Tyriis κατ' ἐξοχὴν *Tyria* dicta fuit. Docuit jamdiu Bayfius, a patria nomen sortitas fuisse quasque naves pag. 28. Hinc Aegyptias, Asiaticas, Syriacas, Rhodias, Achaïcas vocari ab antiquis et Punicas. Hinc Xerxes dicitur fugisse Sidonia nave ab Herodoto. Adde pag. 135. ubi plures numerat, ut mirandum sit, quomodo pag. 80. doctus ille vir tam infauste versetur in verbis Plutarchi de Pompejo [pag. 660.] ἀναχθεὶς ἀπὸ Κύπρου Σελευκίδι τριήρει, *vectusque Seleucide trireme;* hanc ibi dictam ait a Seleuco, quum procul dubio sit a Seleucia Pieriae, in confinibus Ciliciae et Syriae non procul mari posita. Et unde tamen hausit illa Marcus? nimirum ex Arriani verbis, quae ipse citaverat pag. 118. male intellectis lib. 2. Ἀναβάσεως [cap. 24.] ubi dicitur Alexander Herculi dedicasse τὴν ναῦν τὴν Τυρίαν, τὴν ἱερὰν τοῦ Ἡρακλέους. At hic non video distincte id velle Arrianum, quasi ea navis ob excellentiam Tyria fuerit dicta: non etiam fuisse illam quinqueremem. Arrianus quidem inquit, eam describens, ἦν ἐν τῷ ἐπίπλῳ ἔλαβε. At paulo ante [cap. 22.] dixerat πεντήρης δέ τις καὶ τετρήρης αὐτῶν ἐπ' αὐτῷ τῷ σώματι τοῦ λιμένος ἐλήφθησαν. Hic quomodo persuadebit Marcus, ab Arriano potius intelligi quinqueremem, quam quadriremem. Nil aliud profecto nisi in tenebris micat, et majorem Herculi dicatam conjicit.

Restat non error, sed nefas et flagitium Marci. Operae pretium est videre, quanta phantasia p. 70. ventilet ac celebret lucem ab se illatam Polybiano loco, duobus doctissimis viris fatiscentibus. At quam serus iste bubulcus? Nonne enim tam multis diebus ante Cl. Schefferus libro 3. Milit. Nav. pag. 214. prorsus eodem modo demonstrat se intellexisse verba Polybiana, et conjecisse ἐκκαιδεκήρου, sive ita scripserit, sive omissa a typis litera posteriore voluerit ἑκκαιδεκή-

ρος. Quae sententia potior
, quam quod cogitabat
s Palatis. Distributa enim
t fuit Flavius, et sic de
, ut unaquaque respon-
certae navium magnitu-
liaque fuerint navalia tri-
, illud addit eximium, illa
eremium, si quid pro-
emiserit illi in portu
is numero, aut si valet ex-
navalium apud Actium,
ous ita Strabo lib. 5. pag.
ωρία, ἐν οἷς ἀνέθηκε Καί-
ν ὀκταήρων ἀπὸ τοῦ
νοκρότων μέχρι δεκή-
ρῶν πρὸς ὃ ἠφανίσθαι
ωνόμασε λέγοντα καὶ τὰ
lta illud fuit navale lo-
ον, aliud ὀκρόπολις, aliud
ον, et sic usque ad dece-
ilius 511, 9. *Et decem*
remes naves deducere et
ilibus, quibus vellet. Ab
nima molestia videtur
ll ordinandus. Sic vi-
singulae quinquiremes
suam proprium ac pri-
navale. Quorum tamen
rium magnitudo et ca-
temperabatur, ut una
or duas continere naves
ut docemur ex libro 14.
, ibidem ab Cl. Scheff-
ducti. Nec dissimilis in
eulpa pag. 40. ubi vos
interpretes vituperatos,
bro 8. Maccab. ὀκτήρη
nt navem, suam na-
rsionem strenue jactatam,
enique ignoscit Grotium
annotasse? At noverat
ucas Holstenius in an-
nibus in Ortelium pag.
itis anno 1666.
ifus, ut teor, Gruevi
ntissime, nulla idonea, ut
pecta attentionis Meibo-
ὑποσταθέντα, tum pro-
tum idcirco praemitten-
, ut, aggressuri transmitto-
viam tuo, jam ante pro-
sam instratam in eo lo-

mine temeritatem, tutius agerentur, et appareret potius eum fuere, et multo vanissimorum commentorum simulato splendore abreptum elatumque, ut omnia, sic quoque Livianas vocer adortum fuisse. Id quod praeomnibus confirmat abundans illud in declamatione verborum *quivos*, illud paulo credibilius in ventoso freto concepta et inspirata, quam in Romuleo senatu, nulla temporis aut veritatis habita ratione: ut planeq. quod de Calliarte olim in Achaïcei senatu relatus fuit Archo apud eundem scriptorem 41, 24. *non tanquam nomen hic mobiscum fuisset, sed aut ex curia populi Romani venisset, aut regum ut ediis interesset, omnia scire et nunciare, quae occulta facta sunt*, in Mareum hunc nostrum transferri queat. Nam quis illo paralogismo est dicere, Antiochum tempore belli Romani sub se habuisse urbes re maritima celeberrimas, Tyrum, Sidona, Aradum? quum perspicue historia nos doceat, post cladem ad Raphiam Antiochum omni Coele Syria cessisse Philopatori Ptolemaeo: hoc mortuo rursus eam Epiphani Ptolemaeo ereptam (Livius 33, 19.) postea, eidem filia Cleopatra (Livius 35, 13.) uxore data, in dotem restituisse. Quod licet quidem nomine tenus se promissis factum tradant, re vero sibi retinuisse, nihilominus fuisse Coelen Syriam subjectam regi Aegypto ostendit Livius claro 42, 29. ubi narrat, et Antiochum Epiphanem ambigendo de Coele Syria causam belli adversus Ptolemaeum se habiturum putasse, et Ptolemaei tutores id egisse, ut vindicarent Coelen Syriam; quorum illud est concupiscentia, habantur, et non possidentur; hae vero cum maxime fruentur ac tenentur. Ac proinde, qui Syriam Coelen non habuit, quid illi juris tribui potest in Tyrum,

Sidona, Aradum? Et tamen pag. 81. etiam Joppitas ac Jannenses Antiocho subjicit noster *Μάργοι*.

Jam ut eundem, verba Polybii [Exc. Legat. num. 35.] vexantem, propius inspiciamus; imprimis ludibriosum se gerit p. 79. in illis *τριακοντάκωπον ἐλαυνόμενον*· quippe supponit pro comperto, eum, qui sic dicat, tacite significare videri, ac si *τριακοντάκωπα* alia essent *μὴ ἐλαυνόμενα*. Primo unde id concludi potest? Saepe enim contingit, addi aliquid non in eum finem, ut distinguendi gratia id continuo fiat. Sed tamen videmus quoque ex multis auctorum veterum locis, bellicas naves, quanquam eae omnes omnino remis instructae fuerint, adeo ut inde ab onerariis distinguerentur, (Livius 27, 15. *Onerarias quoque, non eas solum, quae remis agerentur*) et potuerint *ἐλαύνεσθαι*, tamen, inquam, velis persaepe usas fuisse, et processisse utique *μὴ ἐλαυνομένας, ἀλλ' ἱστοπλοούσας*. Deinde cur, si quis diceret *actuarias, quae agerentur*, sequitur inepte aliquem opinaturum, alias esse actuarias, quae non agerentur? An igitur, si quis dicat *naves longas, quae remis agerentur*, etiam sequitur, inepte aliquem cogitaturum, esse naves longas, quae nullis remis agantur? Certe cogitet talia ineptissimus Marcus. Nam plane Livius 30, 43. de Poenis: *Naves longas, elephantos*, etc. *tradiderunt. Naves provectas in altum incendi jussit. quingentas fuisse omnis generis, quae remis agerentur, quidam tradunt.* Locus hic observatus jam quoque aliis, a quo omnino *τὰ quae remis agerentur*, tuto abesse poterant; nec ullum periculum est, perperam acceptum iri. Quod tamen quid aliud est, quam *ναῦς μακρὰς ἐλαυνομένας*? Nec tamen Livius id scribens persuasit sibi, fuisse naves longas, quae remis non agerentur, etsi interdum velificantes eas scripserit; nec nos tam inepti sumus, ut id opinemur.

Adfert alteram causam Marcus, qua motus vocem *ἐλαυνόμενον* mutat. Quia nempe praecedit *ναῦς*, non vero *πλοῖον*, ideo saltem scribendum hic fuisse *ἐλαυνομένην*. Ecce rem momenti grandis et molitionem accuratam! Quasi sub voce *τριακοντάκωπον* Polybius non potuerit intellexisse *σκάφος*, vel *πλοῖον*, non vero *ναῦς*. immo ista varietas, me auctore, ei placuit; quippe eodem modo cognoscimus Legat. 9. post haec verba: *ὁμοίως ἀποδιδόναι καὶ τὰς καταφράκτους ναῦς*, annectere ipsi placuisse *πλὴν πέντε σκαφῶν*, quum nullo modo vox postrema esset necessaria: et quam propterea nollem ita considerasset Fulvius, ut idcirco in Livium [33, 30.] ista vertentem alienam vocem immittere tentaret, quum alioquin verissima sit hujus emendatio, si abjiciatur *τὸ lembos*. Ut rursum falsissimus traducatur Marcus, qui pag. 74. affirmare audet, neminem mancum esse Livii locum vidisse, quum utique Fulvii notam editioni Livianae in Addendis addiderit pater. Quid quod non solus ita Polybius? Appianus eadem varietate se oblectavit, inquiens: *ναυσὶ δὲ ἐφέροντο πεντήκοντα μὲν πεντήρεσι, ἑκατὸν δὲ ἡμιολίαις, ἀφράκτοις δὲ καὶ κερκύροις καὶ τροχηλάτοις πολλοῖς*. Hic ne quid dicam de voce *ἀφράκτοις*, quam foeminino modo ab Appiano esse positam credere possemus, etsi non putem; cur non Appianus dixit *τροχηλάτοις πολλαῖς*? Omnino id debuit; nisi potior ei fuisset ratio diversitatis, quam majoribus frequentatam cernebat.

Et quum hae duae tam graves, ut demonstravimus, sint causae, momentosior, si Musis placet, immo plane agrestis est tertia, ab usu librorum MSStorum petita. Certe nos quoque ex iis sumus, qui libros veterum scriptos, et quidem ipsius Polybii, legerunt; sed in illis non vidimus, proximam esse corruptionem literae *ε* cum *π*, nedum *α* cum *η*, quod hic noster gaudet. Et tamen quum sic etiam pro necessaria agitet emendationem istam, et ab Senatore Romano numerum hunc velut pro sententia dici faciat, tamen mox deinde velut rem incertam prodit ac destituit.

Sic tractato Polybio, pergere eum ad Livium videas, Vir summe, quem atrociore et horrenda prorsus importunitate aggreditur. Quis enim auderet paulo humanior vel concupiscere, ut tantum sibi liceret, quantum hic imperiosus Pirenous in Livio (lib. 38, 38.) juris sibi sumit? *Naves actuarias* vulgo legitur. Hic inde facit *naves tectas et quinquaginta actuarias*. Necessario *tectas* rescribendum esse, sit evinci a verbo Graeco *καταφράκτων*. Quid dicemus? Maximi generis naves, ut erant quinqueremes, permissae fuerunt Antiocho ab Romanis, et minimi generis, ut actuariae; medii, quales erant biremes, triremes, quadriremes, Antiocho habere non licuit? Quam rationem huius mirifici edicti comminiscetur noster *μαθηματικός*? At Carthaginiensibus relictae sunt decem triremes. At Philippo quinque maiores et minores omnes cuiuscunque generis, ut quidem sonant vulgata foederis verba apud Polybium, si non diserte retare erit permittere. Unde fiam in imperiis inconstantiam, aut qui respectus? et quis talia credat? Tanto vilius est, quod iste ficticius Romanus senator, quum permisisset, *lemborum quantum habere volet*, objicit; *sed in tam exiguo longarum numero ingentem vim minorum navigiorum sibi comparabit, quae proxime ad longas accedant*. An lembi proxime accedunt ad quinqueremes? An periculum est, ut is, cui lemborum aedificatio tantum permissa est, triremes et quadriremes aut biremes fabricari sibi licere interpretetur? An vero speciem quandam singularem navium, mediam inter bellicas et onerarias, et proxime ad longas accedentem fabricabitur? Omnia detestandae quisquiliae.

In similis nugamenti laqueo jacet secunda ratio, tanquam alioqui rem falsam memoraret Livius, nec decem actuariae tanquam navalium virium praecipuum robur putari possint. At Livius rem veram memorat, et omnino Romani noluerunt, aliquas navales vires Antiocho superesse, cujus regni magnitudinem satis comprehendebant, sed ipsius soliditas et λαιότης in omnibus belli hujus momentis non merebatur, ut ulla honoris aut aestimationis parte aequaretur Philippo. Praeterea talem Antiochum agnoscebant, quem nec desperatio, ultimum et acerrimum telum, ad fortia consilia et cogitationem de repudiando foedere tam turpi, adigeret acueretque; prorsus dignum, qui ad cutem usque attonderetur, etiam cum ludibrio. Itaque quam vera sunt ista omnia, tam quoque probabilis conjectura in *tots et quinquaginta*, interpositis ex Polybii interpolata scriptura; quae tamen quomodo sit concipienda, ipse edicere nec potest, nec audet. p. 49.

In tertia emendatione pro *neve minorem* rescribens *ne has quidem* (qui nefastus mutandi mo-

dus est) eo praetextu, quod ita vertere debuerit Livius Polybiana μὴδ' αὐτά, quid aliud quam litem lite defendit? quum non sint ista Polybiana, sed Meibomiana. Nihilo melior est causa altera, in qua nihil nisi tam magnum regem sibi imaginatur, quem Romani revera ad summam humilitatem dejecerant, et meritissime risui habebant. An vero, qui pro *minorem* legunt *monerem*, lapsi sint ex ignorantia vetustae rei navalis, quod iste inhumanus et acerbus διάβολος impingit, ecce rem testem demus. Ait Marcus, *et pentecontorus fuit moneris, et* τριακοντάκωπος ναῦς *moneris dicitur*. In illis, qui pro *minorem* legunt *monerem*, et Pichenam ad Tacitum, et quidem praecipuum agnosco patrem meum fuisse. At ejus in prima editione notarum ad Livii hunc locum diserte exstant ea verba: *poterat esse* μονήρης *et* πεντηκόντορος, *immo et* ἑκατόντορος. Item: *sane piratica actuaria navigia erant plerumque* τριακόντορα *et* μονήρη, *uno remorum ordine instructa, in singulis lateribus quindenos habentia remiges*. Tu judica, Graevi doctissime, an tam illiberali accusatione virum ingenuum defungi sufficiat.

Sequitur brevis collectio errorum Ursini, Casauboni, Salmasii, Gronovii, non sine tremore aspiciendi; quorum quum omnium illustrissimis nominibus deferendis hic saevus Cato umbram facere conatur, tum inprimis duo postremi conentiantur, quod iste non solum nimio emendandi studio (et quem locum absque ista prurigine Marcus tetigit?) usus fuerit; sed etiam barbara vocabula composuerit; hic sermonem probum mutet, et σολοικίζοντα substituat. Eugo, Meibomi! qui, ex nullo nisi te uno pendens, omnes reliquos ad concinnitatem tuam flocci facis. Sed quae tibi tam impudentibus verbis Salmasium insectandi justa causa est, idque tam saevo? Satis utique et modestis verbis revocaverant Salmasianum impetum alii, ut profecto ista ista animadversio non sit, et laureolam inde quaeras, unde non nisi ferulae ac sanguineae virgae tibi destinari possunt. Justior forsan es in primo, quem vocas, errore; et debuit Antiochus tradere longas naves omnes, etsi alii in eo jam tibi contradixerint. Gronovius autem qua ratione in Appiano [B. Syriac. p. 112.] sermonem σολοικίζοντα substituit? unde nosti, eum conjunxisse πολέμου κατέχειν? quod coloris vestigium ad tam temerariam accusationem possides? Verba Gronovii sunt, *quas ex instituto habituris erant praesidium regni, et εἰς τοὺς ὑπηκόους πολέμου κατέχειν* (*sic enim legendum*) *ita tamen* etc. Quid juvat improbo potius et criminante oculo aspicere, quam leni humanoque, et potius affirmare eum conjunxisse πολέμου κατέχειν, quam non conjunxisse, et subintellexisse ἕνεκα, ut sit integrum κατέχειν ἕνεκα πολέμου εἰς τοὺς ὑπηκόους, ex consuetudine notatissima Graecae linguae? Si enim neseis, frequenter satis Graeci illam particulam malunt omittere, et subaudire, non etiam exprimere. Id te plane docebunt omnia Lexica, quae puerorum quoque terentur manibus. Quam dignus esset, elegantissime Graevi, hic κιλικίζων βωμολόχος ἰαμβίζεσθαι, qui patrem meum reum deferre ausus est soloecismi Appiano impacti, quem scis tota vita nihil egisse aliud fere, quam ut soloecismos et similes lautitias, Marco et Marci similibus usurpari assuetas, ex omnium animis evelleret, idque ita egisse, ut nec poe-

P. 50

uituerit unquam, nec poenitere deinceps possit. Quin est ille, et non ad Reges et Eruditos Principes, mario mediterranei accolas, profecto Ursini, Casauboni, Salmasii, Gronovii studiorum fautores aestimatoresque haud paulo benigniores, quam Marci Meibomii, σολοικοτάτου Margitae, se conferat, sed ad Septentrionalia telonia, et inter nautarum barras frigosae suae literaturae mangonium exerceat. Quid autem? non placet, nec credere libet, sub voce πολέμου intellectam patri fuisse vocem ἔτνα, accipe et disce, etiamsi jungantur illa κατέχειν πολέμου, non tamen esse sermonem σολοικίζοντα, quod tu improbe cavillaris. Herodianus lib. 1. [c. 14.] de Commodo: μηκέτι κατέχων ἑαυτοῦ δόμοσια θεὰς ἐπιτέλεσιν. Et libro 2. [cap. 2.] post orationem Laeti: μὴ κατέχων ἑαυτοῦ ὁ δῆμος. Et video Stephanum quoque hanc loquutionem in Herodiano annotasse. Et sic quidem soloecismi captatio valeat.

Secundi erroris per est pulchra demonstratio: quippe, ait, si Polybius dicere voluisset, Antiocho non concessum fuisse, ut actuariam XXX. remorum haberet, scripturus fuisset μηδὲ τριακοντάκωπον ἔχέτω, omisso verbo ἐλαυνόμενον, et hanc difficultatem neutri animadversam addit. In quo praeterquam quod ipse jam agnoscat verbum ἐλαυνόμενον a Polybio venisse, (ut perspicue videamus a Marco ea quoque, quae a Polybio scripta esse ipse persuasus est, mutari) profecto Lynceum oportet hunc hominem esse in videndis difficultatibus. Quid enim, sive addatur, sive omittatur vox ἐλαυνόμενον, ea facit, quo minus τριακοντάκωπον aut concessum aut non concessum appareat? quum simpliciter τριακοντάκωπον plane idem sit, ac denotet, quod τριακοντάκωπον ἐλαυνόμενον.

Sextus denique est Gronovii error, quod μηδ' αὐτό putet significare, *ne hoc quidem numero*, quum numeri mentio nulla praecesserit. Quid nisi Anticyra huic lectori opus? Immo geminus praecedit numerus, alter in voce ἕξκα, alter in voce τριακοντάκωπος. Numquid enim in his numerus non exprimitur? Sociat pater et conciliat verba sensumque Appiani cum Polybianis, satis plane, ut repetere ipsius verba necesse non sit. Itaque existimans praesidium regni, vel, ut ait Appianus, contra ἱππικόν, Antiocho concessas decem naves, pluribus tamen ei licere uti addit, si ab illis infestaretur, quibuscum jus belli Antiocho Romani concesserant: hoc ipsum quoque elici censet ex verbis Polybii μηδ' αὐτό, ut ne quidem decem navibus illis uti Antiochus ausit in bello, οὐ' αὐτός κατάρχῃ. Quis hic antecedentem numerum non videt?

Et Marci quidem μαργότης ita pereat. Caeterum ut aurium tuarum, Graevi Politissime, molestias expiem, et nos quoque opitulari Livio voluisse videamur; age sane, et ad locum tantopere fluctuantem adjuvandum circumspicienti mihi aliquod remedium indulge veniam attentionemque tuam, ut hoc potius egisse, quam in aliis tangendis occupatus fuisse videar; maxime, quum nondum satisfaciant retro vulgata. Ut enim dicam libere, quod sentio: ita nec tibi nec aliis extorquebo quidquam, nec ulli invideo, ut discedat magno animo in sententiam, quae cuique allubescit. Idcirco, ut liberior esset optandi copia, inserendum hoc loco et praemittendum judicavi, quod nuper Vir praeclari in doctrina nomi-

nis, et quondam patri meo, nunc mihi amicissimus Joh. Schefferus huc misit, excerptum ex renovatis suis de navali militia libris, quod sic instauravit:

P. 51. [Polybius inter caetera foederis, quod Romani pepigerunt cum Antiocho, haec quoque habet: Ἀποδότο καὶ τὰς ναῦς etc. Quo loco τριακοντάκωπον non aliud navigium, quam τριακόντορος, sic vocatum, sicut ante et εἰκόσορον ostendimus εἰκοσάκωπον exponi. Livius, eandem rem commemorans, et Polybium haud dubie, ut solet, sequens, ista verba ita reddit: *Tradito et naves longas armamentaque earum, neve plures, quam decem naves actuarias, nulla quarum plus quam triginta remis agatur, habeto, neve minorem ex belli causa, quod ipse illaturus erit.* Quibus verbis constat manifeste, Polybii τριακοντάκωπον, id est, τριακόντορον, esse Livii *actuariam, quae triginta remis agitur.* Ad quod exemplum etiam εἰκόσορος erit actuaria, quae agitur remis viginti, resque ita se habebit et in caeteris. Sed Livio non convenit per omnia cum Polybio, librariorum culpa, ut opinor. Sumuntur primum Antiocho naves longae, conceduntur deinde actuariae. Sed et harum definitur numerus, ut sint decem tantum, magnitudo quoque, ut non habeant ultra remos triginta. Postremo etiam majores ei permittuntur ex belli causa, quod ipse esset illaturus. Contra Polybius cum prius dixisset, concessum τριακοντάκωπον, seu actuariam triginta remorum, μηδ' αὐτό, id est, ne quidem illam ipsam actuariam concessam vult ex belli causa, quod ipse esset illaturus. quod haud dubie est verum. Metuebant Romani, ne Antiochus fingeret varias bellorum causas, quorum obtentu compararet sibi classem, quam mox rebellans converteret in ipsos. Itaque concedebant quidem ei bella suscipere, si sic videretur, sed in iis uti navibus volebant minoribus, quam quarum vim cogerentur vereri. Quare illud, *neve minorem*, apud Livium haud procedit. In antiquo codice pro eo legitur, *neve monerem*, quo existimant intelligi actuariam, quae triginta remis agitur. Sed non ita solent Graeci aut Latini. Nunquam ipsis moneris est non longa, id est, minor, quam remorum quinquaginta, de qua nihil antecessit. Et quid? Si moneris minor quoque, an non, qui monerem prohibet, is quoque prohibet actuariam viginti remis, octodecim, quin etiam vel sedecim, vel minori numero remorum actuariolas? Atqui hoc propositum Romanis nunquam fuit. Denique obscure valde generalis vox moneris, si omne genus actuariarum simplici remorum serie constantium significaret, pro triginta remorum actuaria fuisset posita, in pacto praesertim ac foedere, ubi, quantum potest, evitari talis obscuritas consuevit. Sed nec caetera Polybii, quae Livii. Nam pro decem actuariis concedit ipse decem cataphractas, sive tectas. Jam vero tectae nunquam actuariae vocatae, verum longae, quae antea Antiocho ablatae. Deinde prohibet actuarias omnes triginta remorum, quas concedere Livius videtur. Porro cum sit certum, sua Livium desumpsisse pleraque ex Polybio, tam diversa prodidisse, haud est vero consentaneum. Quare verba ejus erunt vitiosa, et sic, ut opinor, emendanda: *tradito et naves longas armamentaque earum; neve plures, quam decem: naves actuarias, quarum nulla plus, quam triginta remis agatur, habeto: neve monerem ex belli causa, quod ip-*

illaturus erit. Retinui omnia, sola distinctione mutata: *e plures*, inquit, *quam decem*, puta *habeto*, quod huc ex sentibus trahendum: intelligi autem decem longas, quod Polybii *καὶ μηκέτι ἐχέτω, νὶ κατάφρακτων.* Sunt enim dem longae et *κατάφρακτοι*, loco alio docebitur. Pergit: *ti actuarias habeto*: pro quo bius, *μηδὲ τριακοντάκωπον* ω, quod prorsus est contra. Verum sic Polybium scrie vix persuadeor. Quid enim? concesserunt decem naves as, plane nullum concessuri t triginta remorum navi? quid in hac triginta remoactuaria peculiare fuit, quod anis esset metuendum? Dequomodo cohaereat id, quod itur, *μηδ' αὐτό*, si id navi jam ante penitus Antiocho negatum? Quare maneo in entia, scribendum atque iguendum in Polybio esse, *μηκέτι ἐχέτω πλὴν δέκα κατάφρακτων μηδέν.* Ut sit *μηδὲν φράκτων*, pro *μηδεμίαν κατάφρακτον.* Mox sequi: *τριακόκωπον ἐχέτω ἐλαυνόμενον.* lit tandem Livius, *neve mom*, scil. *habeto*, quod exi scripsisse Livium, non quod eret monerem idem esse ac *κοντάκωπον* navigium, sed d illud *αὐτό* referret non proximum solummodo, sed ta praecedentia. Itaque mom posuisse non pro actuaria, longa nave. Tali sensu: ne essas quidem ante decem longas usurpare debere, si sat ipse, nec enim ad nolum permissas, sed ad defenlum, et repellendam injuriam illatam. Quod an Polybius erit, incertum est, mihi saix persuasum. Sed non nosest in Livio, ut alia pro bianis afferat, aut inter Poana alios etiam respiciat aures. Atque illa quidem ad Polybium et Livium, quae quisque suo arbitratu judicet. Id plane constat ex allatis utriusque verbis, esse easdem actuarias Latinorum, et quas Graeci *εἰκοσόρους* aut *τριακοντόρους* appellarunt etc.]

Haec sunt, quae ad instauratione utriusque scriptoris meditatus est eruditissimus amicus noster; quae sane et exosculor, et pedibus suis stare probe video; et quantum est inter hanc lenitatem et istam Marci grassaturam ac lanienam discrimen! Quia tamen haec sententiarum multitudo jam hieram fecit, et palmam velut in dubio suspendit, disce, precor, mi Graevi, causam quoque nostram, et quid in mentem nobis tulerint hi dies, concede, ut subnectere tandem liceat. Existimo igitur ante omnia, et ex multis causis perquam validis mihi persuadeo, Romanos ne minimum quidem respexisse ad aliquam regis hujus magnitudinem, (quam adeo serviliter tamen adorat Marcus) sed potius ineptissimam ejus in hoc bello gerendo indolem indignam duxisse, quam comiter revererentur, vel cui subjicerentur tot Graecorum in Asia minore coloni; praesertim cum iis tam prope immineret, sive terram spectes, sive a mari. Neque possum mihi fingere causam ullam aliam, quod Philippum adeo lenibus in conditionibus ex infelici bello exire et liberari siverint, relicto universo regno, tantum ab litoribus quibusdam eum arcentes, nisi existimationem virtutis regio nomini respondentis, quae etiam felix esse poterat. Quae si talis in Antiocho apparuisset, fortasse maritimis quoque urbibus eum nudavissent; sed ut omnibus istis vilissimis et partim proverbio, partim luxuria notatis mancipiis, Caribus ac Lydis mediterraneis et ejusdem farinae aliis jugum

servitutis dempturi fuerint Romani, cras credo, hodie nihil. Quanto contemptui Antiochus fuerit Romanis, apparet ex oratione Titi Quinctii apud Livium 35, 49. et Manii Acilii apud eundem 36, 17. Ipse Livius suis verbis fatetur libro 37, [39.] nullum unquam hostem Romanos aeque contempsisse. Quanquam transeamus contemptum. Quid obstitit aut obstare potuit, quo minus Antiochum, quod in Philippo quondam suadebant Aetoli, vel occiderent, vel omni regno pellerent? Jus ipse illis fecerat; potestas non minor facilitatem utriusque dabat. Sed non erant tunc Romani, qui reges penitus sublatos volebant, ut apparet ex responso Quinctii ad Aetolos apud Livium 33, 12. Et id observat egregie Diodorus in Excerptis Peiresc. pag. 314. *Ῥωμαῖοι τῶν μεγίστων βασιλέων Ἀντιόχου καὶ Φιλίππου πολέμῳ περιγενόμενοι τοσοῦτον ἀπέσχοντο τοῦ τιμωρίαν λαβεῖν παρ' αὐτῶν, ὥστε μὴ μόνον συγχωρῆσαι τὰς βασιλείας ἔχειν, ἀλλὰ καὶ φίλους αὐτοὺς ποιήσασθαι.* Sic de Illyriis idem fatetur pag. 317. Nec aliter post devictum Persea Livius 45, 18. Hoc agebant, ut pacem tuerentur, et in aequo eos continerent; unusque erat scopus, ut conturbari quies Romani orbis non posset. Jam vero in Antiocho Romani tantum temeritatem, quam maximam exseruit, non bene praeparatis rebus in Graeciam trajiciens, docuitque, quam parvo negotio magnum bellum Romanis ciere posset, suspectam habuerunt, atque ideo cavere sibi voluerunt, ne quid ab ea parte ulterius ipsis timendum foret, si tantae regni Asiatici opes incidierent in successorem consilii spiritusque valentiorem, idque adjutore Annibale. Hinc primo cum insulanis belligerandi jus ademerunt, et diserte tum trajiciendi in quamcunque Europae partem, tum navigandi ultra Sarpedonium et Calycadnum promontoria, nempe navibus bellicis; quarum proinde usu ablato causa certe non erat, cur possessio relinqueretur. Quae quidem non alio spectant, nisi ut Antiochus a Graecis Asiaticis et Europa aversus, si quid vellet, nec quietem amare posset, fortunam suam promoveret versus Orientem, ubi non indigebat navibus longis. Deinde etiam ab terra ei statuerunt terminos Halyn fluvium et vallem Tauri versus Lycaoniam, quos transire vetitus est; quippe non ita inde excedere debuit, ut rursus intraret. Sic Antiocho ablata omni potestate movendi arma versus Occidentem, nullus inde tumultus exspectandus erat, nisi si aut civitates quaedam Asiaticae regesve aut insulani bellum sponte Antiocho inferrent, litemque moverent, qualem fuisse deinde inter Eumenem et Antiochum testis est Livius 39, 22. Et quam tunc quoque in arctum cogebatur! nempe nihil nisi vim vi repellere ei licebat, non limitem transire, non civitatibus captis praesidia imponere, nullam urbem belli jure retinere, non in amicitiam deficientes hostium recipere, plane ut Carthaginienses de se queruntur apud Livium 42, 23. *Se foedere illigatos silere; prohiberi enim extra fines efferre arma. quanquam sciant, in suis finibus se gesturos bellum, illo haud ambiguo capite foederis deterreri, quo diserte vetentur cum sociis populi Romani bellum gerere.* Ad hunc igitur modum, auctore Livio, a Romanis datum est jus et Antiocho, et si qui orerentur ipsi hostes, controversias suas, si utrisque placeret, bello disceptandi. Sed quid, oro, lucrari vel minimum, si fortuna belli faveret, poterat Antiochus, aut

P. 53.

ipsi potius ac conducibilius
retur bello disceptare, quod
nisi cum detrimento suo ge-
i poterat? Quanquam ego in
ita alia discedam; nec mihi
tur Livius verba ultima foe-
s Romani cum Antiocho re-
intellexisse, aut ad mentem
ibii sensumque interpretatus
. Quum non id Romani vo-
int, ut controversias quas-
que inter se jure ac judicio
eptarent, aut, si utrisque
aret, bello; quod Romani
quam permiserunt, et quin-
ita verba sunt ipsius addi-
entum. Polybius enim verba
leris haec profert: *Περὶ δὲ
ἀδικημάτων πρὸς ἀλλήλους
κόντων εἰς κρίσιν προσκα-
λεῖσθαι*. Ubi *ἀδικήματα* non
controversiae, sed malefi-
in bello perpetrata, dum vis
cebatur, antequam Romani,
m praesentem venientes, ab
le discedere eos jussissent. I-
e id caput adjectum est unum
platium Antiochi, qui cum
belli haberet, non autem
ndi ea, per quae resarciri
nt bellorum sumptus, ut oc-
ndi urbes, vastandi agros,
e adeo nulla ratione repa-
impensas posset, Romani
restitutam pacem id ei de-
int, ut judicio certare de re-
tione damni et impensae apud
s posset. Id vero jam ex di-
constat, sicuti bellum ter-
e necessario debuit intra fi-
nos admittere (non enim an-
is ei fiebat) ita si maritimo
impeteretur, id quoque
debuisse e litoribus suis ar-
, non vero, aedificata ro-
classe, occurrere venienti
; nisi si adeo puerile ac
rium bellum esset, quod de-
navibus posset fugare. Et-
, si aliud ei licuisset, (id
video tamen alios velle,
e plures aedificare naves,
llo lacesseretur) jam cum vi-
rum aliquo colludere potuis-
set Antiochus, et, praetextu imminentis sibi ab eo belli, aut alio quodam, plurimas naves comparare, ac, tempore capto, egregiam fraudem Romanis ferre. Neque dici debet, id nunquam futurum fore; quippe jam et Carthaginienses accusantur hujus astus apud Livium 43, 8. *Gulussa monuit Patres conscriptos, ut a fraude Carthaginiensium caverent. Classis eos magnae parandae concilium cepisse, specie pro Romanis et adversus Macedonas; ubi ea parata instructaque esset, ipsorum fore potestatis, quem hostem aut socium habeant.* Quod fraudis genus quis credat non animadvertisse et cavisse Romanos, non semel regiam fidem illo tempore ex utilitatis causa pependisse jam expertos? Nam ab sociis Romanorum ea simulatio exspectanda non erat, quum, Antiocho et hoste ejus utroque Romanorum socio, interventuri fuissent Romani; utpote qui censebant aequum esse, socios et amicos populi Romani reges inter se quoque ipsos pacem servare, ut testatur Livius 32, 8.

Hanc igitur sententiam de Romanis foveo, eos, quum plane ex mari excludere Antiochum vellent, et decem naves longae sint belli nullius, nullas longas naves huic regi reliquisse. Quae ut clarescat, accedamus ad verba Polybii ac Livii. Nam Appianum nunc in quo numero habere possumus, ita sordentem hoc loco? Quid enim est *bellum incipere contra subjectos*? Profecto nullus justus Rex unquam incipit bellum contra subjectos; et, si subjecti, contumaces imperio regio, aut abnuentes tributa, cogant regem manu armata uti, tum sane ipsi bellum incipiunt, causamque praebent, non rex. Praeterea, quidquid aliorum auctorum hujus belli An-

tiochici fuit, illi omnes non debuere tanti Appiano esse, ut abiret a Polybio, tam probato per omnia secula auctore; maxime quum videret ei adhaerentem Livium. Deinde animadvertendum in hac periodo potius videri, ut dicamus Polybium corruptum esse, quam Livium, (secus tamen opinabatur pater) quum hujus non pauca reperta fuerint bene antiqua scripta exemplaria, quibus vetustae scripturae veritas ad firmum ac certum redigitur, et imprimis praestans ille Moguntinus. Contra nemo unus Graeci scriptoris codex corruptior inventus est unquam, quod memini, ac Polybiana ista legationum Excerpta, ut apparet undique ac passim ex Fulvii Ursini notis. Rursum in Polybio quae vanior repetitio dari potest, quam illa in verbo ἐχέτω; certe, sat scio, nusquam alibi sic castigatissimus scriptor, in quo haud dubie coërcenda fuit labes, quum etiam Livius modo semel *habeto* ponat. Itaque ad ipsum caput venio, et, quam mutationem Polybio ac rei ipsi convenientem judico, en tibi. Suspicor enim: Ἀποδότω δὲ καὶ τὰς ναῦς τὰς μακρὰς, καὶ τὰ ἐκ τούτων ἄρμενα καὶ τὰ σκεύη καὶ μηκέτι ἐχέτω πλὴν δέκα ἀφράκτων ἢ δὲ τριάκοντα κωπῶν ἑρετμῷ ἐλαυνομένων. μηδ' αὐτὸ πολέμου ἕνεκεν, οὗ αὐτὸς κατάρχῃ. Quae quid differunt ab istis Livii? *Tradito et naves longas armamentaque earum; neve plures quam decem naves actuarias, nulla plus quam triginta remis agatur, habeto; neve monerem, ex belli causa, quod ipse illaturus erit.* Omnino ablatas reor Antiocho naves longas omnes, ut censuit et Marcus, intercedente licet Constantino Opelio. Neque id propter relatum inter τὰ Λογικὰ longo tempore post nescio quod pronunciatum, sed ipso Livio volente; quem in Punico et Philippico foedere, si quas naves receptas vult intelligi iis, quibuscum paciscuntur Romani, videas diserte statim subnectere *praeter eas*, vel *praeter tot naves*. Nulla causa est, ut, si idem nunc factum fuisset, id non ita nunc quoque prolaturum fuisse credamus. Ut minus dubitemus Antiocho omnibus longis navibus interdictum, facit tam expressa stipulatio de armamentis earum, quod nullo unquam in foedere a Romanis factum legimus. De *monere*, quidquid obsistitur, utique verus est pater meus, et Pichena, et Brissonius. Immo quo illud *minorem*? quum τὸ *monerem* certe quoque minorem in se includat. Quasi dicat: Antiochus ne habeto non modo navem xxx. remorum, sed ne ullam quidem moneris speciem ad bellum inferendum, et milites ad id transvehendos. Ita enim interpretor illud μηδ' αὐτό. Nimirum Carthaginiensibus relictae sunt decem triremes: Philippo quinque tectae cum illa capaciore xvi. ordinum nave. Huic Antiocho, ut meritus erat, qui sola trajectione et navium auxilio curam Romanis incusserat, alas arctius praeciderunt, ne una quidem tecta relicta nave, sed decem modo apertis. Quae apertae quum diversa magnitudine essent, definiendi gratia addiderunt, ne ultra triginta remos continerent; unde et Livius eas extenuans *actuarias* vocavit, si fides Moguntino codici habenda, quum ea vox ab omnibus aliis MSS. absit, nec vel ipse in Thuanaeo, vel pater in Vossiano eam legerimus. Porro ut sciret Antiochus, quem ad finem naves istae ipsi concederentur, angustius sententiam suam interpretantur; nempe adeo has decem ipsi non indulgeri, ut iis ad belli aliquam rationem abuti liceret, ut ne moneris quidem cujuscun- P. 55.

que speciem, hoc est, quae non ad xxx. remos crescceret, imo vel unius remi navem ipsi fabricari jus esset belli inferendi ergo. Equidem et scio, et non inficior, navem xxx. remorum ac plurium esse posse monerem, et sic antiquis appellari. Sed, quum perspicuis documentis probatum sit, διήρη, τριήρη non modo de nave duorum triumque ordinum vel versuum, sed etiam de nave duorum triumve remorum dici; quis mihi eripiet, vocem μονήρης non item quoque usurpari posse de nave vel unius remi, et sic ab Livio usurpatam esse, vocem Graecam in subsidium vocante? quum *uniremis* forte Romani non dixerint. Nam et *biremem* Latini aeque dixerunt navem duorum remorum, ut, praeter Horatium et Lucanum, cujus verba habet Cl. Schefferus pag. 68. et Livium, itidem pag. 74. nobis indicat fragmentum hoc antiqui scriptoris apud Marium Victorinum: *Superagit aura mare ferens procul acatos biremis.* plane ut Livio *lembi biremes.* Ita licet in ipsa voce μονήρης exemplum non habeatur; tamen vide, an non satis responderi sic possit Constantino Opelio, volenti habere locum alicujus veteris, et neganti hac terminatione dictas naves, ubi nulli sint remorum ordines: ut nec verum sit penitus, quod putavit Scaliger, navem, quae minus viginti remos haberet, non a remis, sed ab scalmis nominatam.

Et haec quidem nos ad incertissimum locum; si nihil aliud, certe Gronoviani erga Livium amoris exserendi causa, tam fixi, tam perpetis, ut ne mors quidem interrumpere potuerit. Abs te, summe Graevi, exspectabo, an adhuc debeat Capitolinam Pollio quercum sperare. Interea ut caverem, ne quid nauseae ex tanta loquacitate tibi inhaereat, quasi limpidiorem aquam ex vetusto flumine in manus porrigo excerptum ex antiquo codice, quod, dum secunda vice Parisios transeo, Hispaniam petens, Vir undique humanissimus et maximum nuper harum literarum juxta ac meum decus, nunc vero jactura inaestimabilis et aeternus dolor, Henricus Valesius mecum communicavit. Id eo libentius facio, quod non minus, quam haec omnia, quae egisse nos vides, ad illustrationem Titi Livii et obsidionis Ambraciae libro 38. memorabiliter descriptae pertinet; immo ita, ut, si ullibi, in hoc certe loco interpretando obscurus plane habendus sit Livius aut etiam vitiosus: ac miratus fuerim, ab Isaaco Casaubono, qui praecedentia vel Romanorum in oppugnando, vel Aetolorum in tuendo artificia ex eodem MSto Regio publicavit, neglectum fuisse, quum sint omnia aeque mera Polybiana. Excerptum ita habet: P. 56.

*Πολλαὶ γὰρ πόλεις καὶ μετὰ τὴν τῶν τειχῶν καταστροφὴν περιεγένοντο τῶν ἐναντίων, ὥσπερ καὶ Ἀμβρακία. Τῶν γὰρ Ῥωμαίων συνεχῶς βιαζομένων τοῖς κριοῖς τὸ τεῖχος, ἀεί τι * ὂν μὴν εἰς τὴν πόλιν ἐδύναντο παρελθεῖν διὰ τῶν πτωμάτων, διὰ τὸ τοὺς ἔνδον ἀντοικοδομεῖν καὶ μάχεσθαι γενναίως ἐπὶ τοῦ πιπτοντος μέρους τοὺς Αἰτωλούς. ὅθεν καὶ ἀπελπίσαντες τοῦ διὰ τῆς*

Etenim multae urbes etiam post murorum eversionem hostem abegerunt, quemadmodum quoque Ambracia. Nam quum Romani assidue arietibus murum quaterent, semper quidem aliquid dejiciebatur, non tamen per ruinas in urbem penetrare potuerunt, quia et oppidani intus novam murum objiciebant, et Aetoli ruinis superstantes egregie pugna-

βίας ἕλειν τὴν πόλιν, πρὸς τὸ ὑπορύττειν ὥρμησαν. ἀλλὰ καὶ ταύτης τῆς μηχανῆς ἀπεκρούσθησαν, στρατηγικώτερον τὰ ἔνδον παρατασσόμενοι, ὡς προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει * καὶ ἀισθομένων τὸ πονήρευμα, ἀσφαλισάμενοι τὸ μέσον ἔργον τῶν τριῶν τῶν προϋπαρχόντων οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ σκεπάσαντες ἐπιμελῶς τοῖς γεῤῥοις, προεβάλλοντο σοὰν παραλλήλον τῷ τείχει, σχεδὸν ἐπὶ δύο πλέθρα. καὶ λαβόντες ἀρχὴν ἐκ ταύτης ὤρυττον ἀδιαπαύστως καὶ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν ἐκ διαδοχῆς. Ἐφ' ἱκανὰς οὖν ἡμέρας ἐλάνθανον τοὺς ἔνδον φέροντες ἔξω τὸν χοῦν διὰ τῆς σύριγγος. Ἡνίκα δὲ μέγας ὁ σωρὸς ἐγένετο τῆς ἐκφερομένης γῆς, καὶ σύνοπτος τοῖς ἐκ τῆς πόλεως, οἱ προεστῶτες τῶν πολιορκουμένων ὤρυττον τάφρον ἔσωθεν ἐνεργῶς παράλληλον τῷ τείχει καὶ τῇ σοᾷ τῇ πρὸ τῶν πύργων. Ἐπειδὴ δὲ βάθος ἔσχεν ἱκανόν, ἑξῆς ἔθηκαν παρὰ τὸν ἕνα τοῖχον τῆς τάφρου ἐγγὺς τῷ τείχει λεπτότατα ταῖς κατασκευαῖς, οἷον λεκάνας καὶ ἕτερα ὅμοια τούτοις. καὶ παρὰ ταῦτα διὰ τῆς τάφρου παριόντες ἠκροῶντο τοῦ ψόφου τῶν ὀρυττόντων ἔσωθεν. ἐπεὶ δὲ ἐσημειώσαντο τὸν τόπον, καθ' ὃν ἐδήλου τινὰ τῶν χαλκωμάτων διὰ τῆς συμπαθείας (ἀντήχουν γὰρ πρὸς τὸν ἐκτὸς ψόφον) ὤρυττον ἔσωθεν ἐπικαρσίαν πρὸς τῇ ὑπαρχούσῃ ἄλλην κατὰ γῆς τάφρον ὑπὸ τὸ τεῖχος, σοχαζόμενοι τοῦ συμπεσεῖν ἐναντίοι τοῖς πολεμίοις. ταχὺ δὲ τούτου γενομένου διὰ τοὺς Ῥωμαίους μὴ μόνον ἀφίχθαι πρὸς τὸ τεῖχος ὑπὸ γῆς, ἀλλὰ καὶ διεσυλωκέναι τόπον ἱκανὸν τοῦ τείχους ἐφ' ἑκάτερον τὸ μέρος ὀρύγματος, συνέπεσον ἀλλήλοις, καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐμάχοντο ταῖς σαρίσσαις ὑπὸ γῆν. ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἐδύναντο μέγα ποιεῖν διὰ τὸ προβάλλεσθαι θυρεοὺς καὶ γέῤῥα πρὸ αὐτῶν ἀμφότεροι, τὸ τηνικάδε ὑ-

bant. Unde etiam aperta vi urbem capere desperantes, ad suffodiendum se contulerunt. Sed et ab hoc astu repulsi sunt, illis, qui in oppido erant, peritissime ex arte militari omnia administrantibus, ut sermo procedens docebit, et inceptum illud cognoscentibus. Romani igitur, bene munito medio ex tribus, quae jam ante erant, opere, et accurate pluteis tecto, porticum e regione muro objecerunt ferme ad ducentos pedes, atque inde incipientes, per vices continenter et noctu et interdiu fodiebant, atque ita egerentes terram per vineam, oppidanos per bene multos dies fefellerunt. Ut vero egestae terrae cumulus increvit, et in conspectum oppidanis venit; praefecti eorum, qui obsidebantur, impigre fossam intus ducunt e regione muri et porticus, quae ante turres erat. Quae ubi ad modicam profunditatem venit, ad alterum fossae latus prope murum apposuerunt aeneas laminas junctas ac tenuissima fabrica, ut patinas et his similia; ac juxta illas per fossam praetereuntes captabant intus sonum fodientium. Sic igitur loco illo bene notato, ubi quaedam ex vasis per convenientiam ac naturae concentum (resonabant enim illa ad exteriorem sonum) significabant, P. 57.
intus foderunt ei fossae, quam fecerant, aliam sub terra obliquam fossam subtus murum, conjicientes recta se hostibus occursuros. Qua celeriter facta, quia Romani sub terra non modo pervenerant ad murum, sed jam quoque multam ejus partem furculis suspenderant ad utramque fossae partem, invicem congressi sunt. Ac primo quidem sarissis sub terra pugnarunt. Quum vero sic nihil magni momenti efficerent, utrisque clypeos ac pluteos ante

πιθετό τις τοῖς πολιορκουμένοις πίθον προθεμένους ἁρμοτὸν κατὰ τὸ πλάτος τῷ μετάλλῳ τρυπῆσαι τὸν πυθμένα, καὶ λειώσαντας αὐλιθκον διθηροῦν ἴσον τῷ τεύχει, πλῆσαι τὸν πίθον τῷ πτίλῳ λεπτῷ, καὶ πυρὸς μικρὸν ἐμβαλεῖν ὑπ' αὐτὸ τοῦ πίθου το περιτόμιον. κἄπειτα διθηροῦν πῶμα τριημάτων πλήρες τῷ τόματι περιθέντας ἀσφαλῶς ἐιθάγειν διὰ τοῦ ὀρύγματος νεύοντι τῷ τόματι πρὸς τοὺς ὑπεναντίους. ὁπότε δὲ ἐγγίσαιεν τοῖς πολεμίοις, περιθάξαντες τὰ χείλη τοῦ πίθου πανταχόθεν, τρήματα δύο καταλιπεῖν ἐφ' ἑκατέρου τοῦ μέρους, δι' ὧν διωθοῦντες τὰς θαρίσσας, ὄυκ ἐάσουσι προθιέναι τῷ πίθῳ τοὺς ὑπεναντίους. μετὰ δὲ ταῦτα λαβόντας χαλκὸν, (l. ἀσκὸν) οἷς οἱ χαλκεῖς χρῶνται, καὶ προσαρμόσαντας πρὸς τὸν αὐλὸν τὸν διθηροῦν φυσᾶν ἐνεργῶς τῷ πρὸς τῷ τόματι πυρὶ ἐν τοῖς πτίλοις ἐγκείμενον, κατὰ ποσοῦτον ἐπαγομένους ἀεὶ τὰν αὐλον ἐκτὸς, καθόσον ἐκκάηται τὰ πτίλα. γενομένων δὲ πάντων, καθάπερ προείπον, τὸ τε πλῆθος τοῦ καπνοῦ συνέβαινε πολὺ γίνεσθαι καὶ τῇ θριμύτητι διαφέρον διὰ τὴν φύσιν τῶν πτίλων, φέρεσθαί τε πᾶν εἰς τὸ τῶν πολεμίων ὄρυγμα. ὥστε καὶ λίαν κακοπαθεῖν τοὺς Ῥωμαίους, ὄυτε κωλύειν ὄυτε ὑπομένειν δυναμένους ἐν τοῖς ὀρύγμασι τὸν καπνόν.

se projicientibus; aliquis tandem subjecit obsessis, ut, dolio ante se posito, quod cuniculi latitudini responderet, fundum ejus perforarent, fistulumque ferream et ipsam dolio parem concinnarent; dolium deinde tenui pluma implerent, et ignis aliquid sub ipsum dolii os injicerent, atque ita operculum item ferreum plenum foraminibus ori imponentes, secure per fossam inducerent, ore in hostes obverso. Ubi vero hostibus appropinquarent, circumtecto undique dolii labro, duo foramina relinquerent ex utraque parte, per quae porrectis sarissis non sinerent hostem ad dolium accedere. Post haec, folle, quo utuntur fabri, ad ferream fistulam adaptato, diligenter eum igni, qui plumae prope os inditus erat, appositum inflare, semper in tantum fistulam extrahentes, in quantum pluma arderet. His omnibus ita, uti dixi, compositis, multitudo fumi augebatur, foeditate nidoris immensa ex natura plumae, isque omnis in hostilem cuniculum ferebatur, sic ut Romani valde laborarent, quum neque prohibere, nec tolerare fumum in cuniculis possent.

Hac usque Excerptum illud cum interpretatione nostra, defectis etiam vocibus, prout potuimus, commodam sententiam praebente. Unde apparet, non recte Livium egisse, quod mentionem aeris, cujus praecipuus nunc fuit usus, omiserit: ac licet ita
P. se res habeat, ut auribus terrae
68. admotis sine aeris auxilio captari quoquè sonitus possit, tamen id in hac obsidione factum non est; ac si forte id per scribas commissum suspicari malimus, quum ipse composuerit *aure aeri admota*, vel tantum *aere admoto*, ne id quidem ad veram plenamque intelligentiam sufficit. Deinde animadvertis imperfectum esse, quod per operculi foramina praelongas hastas, quas sarissas vocant, ad summovendos hostes eminuisse scribat, quum in infinitum is numerus cogitationem lectoris producat potius, quam ad duo restringat. Adeo ut prorsus vel scripserit Livius, vel scribere debuerit *per operculi*

foramina bina, quasi ea vox absorpta fuerit ab praecedentibus, vel *per operculi II. foramina*, hoc etiam numero in duabus prioribus literis latente, vel etiam *per operculi foramina binae praelongae hastae*. Nec enim minus credibile est, hoc loco numerum ab auctore insertum fuisse, quam libro 37. cap. 11. *Contis enim binis a prora eminentibus*, quod etiam ex Polybio interpretatum Livium scimus. Praeterea pro λειώσαντας in apographo erat πλειώσαντας alterum ipse substitui, sublata prima litera. Taceo alias περισάσεις, quas ipse intelligis, et abrumpo in faustis de te ac domo tua votis. Vale, Vir Laudatissime, et vitam tuam ἠηρέτως, ut mereris, transige. Daventriae a. d. pridie Idus Decembres CIↃ IↃC LXXVII.

LAURENTII VALLAE

DISPUTATIO

AD

LPHONSUM REGEM,

O TARQUINII, LUCIUS AC ARUNS, PRISCI ARQUINII FILIINE AN NEPOTES FUERINT,

VERSUS LIVIUM

[Lib. 1. cap. XLVI.]

LPHONSO,
MINORIS
RISQUE HESPERIAE
REGI,
LAURENTIUS
VALLA S.

Titum Livium quotidio orum historicorum clo- Timum aut dicas, aut le- emulator veterum in om- re virtutum, velim, ju- n recte de loco quodam hujus auctoris, quae regem, ut tu es, pertinet. m Livius [lib. 1. cap. 46.] cius Tarquinius, Prisci nii regis filius nepos ne parum liquet; pluribus auctoribus filium credi-

. Ego vero contra magis rum parte fo, qui nepo- didderunt: neque hoc ex- estibus, aut aliunde sum- tionibus, sed suo auctoris nio, suaque ipsius con- fessione, ut a semet dissentire, ac repugnantia quaedam narrare videatur. Nam quomodo haec, quae nunc ex illo repetii, cum his constant, quae ante dicuntur?

Liv. [lib. 1. cap. 40.] *Tum Anci filii duo, etsi antea semper pro indignissimo habuerant, se patrio regno tutoris fraude pulsos, regnare Romae advenam, non modo non vicinae, sed ne Italicae quidem stirpis: tum impensius his indignitas crescere, si ne a Tarquinio quidem ad se rediret regnum, sed praeceps inde porro ad servitia caderet; ut in eadem civitate post centesimum fere annum, quam Romulus, Deo prognatus, Deus ipse, tenuerit regnum, donec in terris fuerit, id Servius, serva natus, possideat: tum commune Romani nominis, tum praecipue id domus suae dedecus fore, si, Anci regis virili stirpe salva, non modo advenis, sed servis etiam, regnum Romae pateret. Ferro igitur eam arcere contumeliam statuunt. Sed et injuriae dolor in Tarquinium ipsum ma-*

gis, quam in Servium, eos stimulabat: et, quia gravior ultor caedis, si superesset rex, futurus erat, quam privatus: tum Servio occiso, quemcumque alium generum delegisset, eumdem regni haeredem facturus videbatur.

Laur. Nonne haec filiorum Anci regis indignatio, atque haec spes plane declarat, Tarquinium, in quem irati erant, sine virili prole discessurum? Nam quid, quaeso, magis fortunae adversum, quam regem, qui filios habeat, et praesertim legitimos, alium quemcumque generum quaerere, cui regnum, dum mortuus erit, relinquat? At erant forsitan filii infantes. Esto, quamquam de hoc postea latius dicam: non de rege moriente nunc loquimur, qui velit condere testamentum: etsi filii infantes sint, ipse tamen sospes. Sint licet modo liberi nati, tamen illos pater visurum se juvenes sperat, et eorum causa diutius victurum: nec minus ardens est parentum amor in parvulos liberos, quam in jam adultos. Quid, quod non modo generum filiis fuisse praelatum vult auctor, verum etiam, hoc genero extincto, alium atque alium deinceps, quem regno praeficeret, Tarquinium fuisse quaesiturum? quod non modo de homine, qui diu vivere et poterat, et sperabat, dicendum non fuit, sed ne de eo quidem, qui, jam mortem sibi impendere intelligens, de regno disponat: et, ne alia quaeram exempla, certe Ancus pueris liberis, sub tutoribus quidem, sed tamen regnum reliquit. Sceleratus enim pater atque execrandus, qui non dicam nato filio, sed ventri non relinquat haereditatem, et praecipue regnum, aut aliquam dignationem, ut, qui aliis dominari debeat, is patris culpa sibi dominantem alium videat, et quidem de numero subjectorum: he dicam de periculo capitis, quod infelix ille jure naturae haeres vix potest effugere ab illo ipso, qui alieni patris obtinet regnum. Dixi de patre; quid de matre dicam? neque enim Tarquinius Superbus ab ullo factore significatur illegitimus fuisse, nec regnum sibi post Servium voluntate patris successor illegitimus vendicasset. Ejus igitur mater nihil de regno filii laborasset? At quae mulier? nempe ad faciendos reges nata: quippe cujus beneficio duo viri, alter peregrinus, alter ancilla natus, Romae regnaverint. De qua ita Livius ait.

Liv. [cap. 41.] *Tanaquil inter tumultum claudi regiam jubet, arbitros ejicit; simul quae curando vulneri opus sunt, tamquam spes subesset, sedulo comparat; simul, si destituat spes, alia praesidia molitur. Servio propere accito, cum prope exanguem virum ostendisset, dextram tenens orat, ne inultam mortem soceri, neu socrum inimicis ludibrio esse sinat: tuum enim, inquit, Servi, est regnum, si vir es; non eorum, qui alienis manibus pessimum facinus fecere.*

Laur. Ubi hic mentio vel commendatio filiorum? An, quae umbram Servii multum valituram putabat, non validiorem fore putasset, si tutor atque auctor regiae stirpis videretur, adjuncta praesertim sua, id est matris et reginae, auctoritate, quae pro liberis et pro stirpe regia laborantis summa esset, pro alieno adversus liberos nulla? neque enim populus ex eadem domo serva, quam regia, natum regnare mallet. Ergo regina, et, quod plus est, Tanaquil, aut tam parum amans suorum, aut tam humili animo foret, ut vel nollet

rel desperaret, et regnum dere filiorum cum sua quo- ignitate? nam, quae, a- viro, regnare patris loco videt, adhuc regina est: o sic ago, tamquam Tar- us filius fuerit infans: quid endam puerum? quid si a- centem? quid si juvenem? nonne id fit multo incre- us, quod Livius ait? Quod lico, quia magis consultum parentes juveni filio, quam ti, sed quia magis possint llere. Unde hoc probo? ni- n per id quod paulo post tur.

. [cap. 41.] *Itaque per ali- dies, cum jam exspiras- 'arquinius, celata morte, peciem alienae fungendae suas opes firmavit. Tum m palam facta, ex com- tione in regia orta, Ser- praesidio firmo munitus, ss injussu populi, volun- patrum, regnavit. Anci li- jam tum, comprehensis is ministris, ut vivere re- et tantas esse opes Servii atum est, Suessam Pome- exulatum ierant. Nec jam cis magis consiliis Ser- quam privatis, munire et, ne qualis Anci libe- animus adversus Tarqui- fuerat, talis adversus se uinii liberûm esset, duas juvenibus regiis, Lucio Arunti Tarquiniis, jun-*

va. Hoc non modo inter regni Serviani, sed pro- hil prius factum fuisse, nar- . ne quis dicat, non statim patre filias Servii nupsisse uiniis, sed potius circa mor- nam primum ex hoc perver- coorgueretur historiae, quae rias tam praeposiere nar- , quod in historico non me- e peccatum est, nisi cum qua ratione facit. Deinde, fuisse diu Servio generos, probat illud, quod aliquanto post [cap. 46.] *Forte ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur, fortuna credo populi Romani, quo diuturnius Servii regnum esset, constituique civitatis mores possent.* Ergo post contractum matrimonium diuturnum fuit Servii regnum, et constituti sunt mores civitatis. Quid ni statim inter initia Serviani regni, ut ab auctore narratur, nuptae sunt Tulliae Tarquiniis, et quidem juvenibus, ut *juvenes* nuncupantur? Quod cum ita sit, quid absurdius, quam velle in his nullam nec parentibus spem, nec inimicis fuisse formidinem? Cur eos pater, delecto in successorem genero, praeterisset? cum neque impii, neque mente capti, neque perdita valetudine, neque illegitimi, si quid hoc ad paternum amorem facit, essent. Cur mater, defuncto viro, diffisa foret, paternum se filiis regnum defensuram? nam de materna pietate dubitare improbum est. Cur duos fratres juvenes, regis filios, et quales modo descripsi, inimici contemnendos putassent? Cur postremo ipsi juvenes, vernam patris in paterno regno anteponi sibi, toleraassent? quos, etiam patre vivente, et praecipue majorem natu, credibile est regnare coepisse, et certa a patre commissa munia obiisse. Et haec quidem repugnantia naturae sunt; illud vero ipsi auctori, quod, qui modo circa initia regni soceri *juvenis* appellatur, is circa ejus obitum, qui quatuor et quadraginta regnavit annos, juvenis permanet, atque adeo *adolescens* nominatur. Dicit enim Livius [cap. 46.] *Si sibi eum, quo digna esset, Dii dedissent virum, domi se propediem regnum visuram fuisse, quod apud patrem videat; celeriter adole-*

scentem suae temeritatis implevit. Pauloque post [cap. 47.] *Quid te ut regium juvenem conspici sinis? facesse hinc Tarquinios, aut Corinthum: devolvere retro ad stirpem, patri similior, quam patri. hisque atque aliis increpando juvenem instigat.* nisi quis dicat, non, cum occidit socerum, fuisse juvenem; sed cum occidere persuasus est. Ita, puto, dum decrevit facere maleficium, adolescens est: dum illud perpetrat, senex est: nam certe sexagenarius erat, cum praesertim ut sceleratissimum, ita facillimum factu id facinus esset, cujus inter propositum et perpetrationem unum intercessisse annum, etiam multum est, et alioqui ex serie rerum, atque ipsius auctoris colligitur verbis. Haec infanda Tulliae instigatio non nisi extremo tempore vitae Servii fuit; cujus furoris causam, quia non recte auctor omisit, postea reddam. neque hanc increpasse maritum videmus, quod differret perpetrare, quod constituerat, sed tantum quod hunc animum non haberet, videlicet postquam ab illa animatus est, nequaquam id eum differendum putasse. Quare non intelligo, quomodo post tot Serviani regni annos juvenis sit: etiamsi non juvenis paternae mortis tempore, sed puer aut infans extitisset. aut si nunc juvenis erat, ut eum auctor vocat, et ego assentior, et alia consentiunt argumenta; nimirum fieri non poterit, ut ex Tarquinio Prisco tot annis jam mortuo sit genitus, maxime cum non sit postremus liberorum, et habeat saltem Aruntem natu minorem. Atque hoc quidem argumentum a persona patris ducitur. Vehementius autem erit a persona matris, quam demonstrabo provectiore fuisse aetate, quam ut Tarquiniorum mater fuisset. Scribit enim Livius [cap. 34.] *Anco regnante, Lucumo, vir impiger et divitiis potens, Romam commigravit, cupidine maxime ac spe magni honoris, cujus adipiscendi Tarquiniis (nam ibi quoque peregrina stirpe oriundus erat) facultas non fuerat. Demaruti Corinthii filius erat, qui, ob seditionem domo profugus, cum Tarquiniis forte consedisset, uxore ibi ducta duos filios genuit: nomina his Lucumo atque Aruns fuerunt. Lucumo superfuit patri bonorum omnium haeres. Aruns prior, quam pater, moritur, uxore gravida relicta: nec diu manet superstes filio pater: qui cum, ignorans nurum ventrem ferre, immemor in testando nepotis decessisset, puero post avi mortem in nullam sortem bonorum nato, ab inopia Egerio inditum nomen. Lucumoni contra, omnium haeredi bonorum, cum divitiae jam animos facerent, auxit ducta in matrimonium Tanaquil, summo loco nata, et quae haud facile iis, in quibus nata erat, humiliora sineret. Ea cum illi nupsisset, spernentibus Hetruscis Lucumonem exulem, advena ortum, ferre indignitatem non potuit, oblitaque ingenitae erga patriam charitatis, dummodo virum honoratum videret, consilium migrandi a Tarquiniis cepit. Roma est ad id potissimum visa.* Paulo post, ubi dixit, aquilam mariti, cum uxore in carpento sedentis, pileum abstulisse, rursusque reposuisse, subjungit: *Accepisse id augurium laeta dicitur Tanaquil, perita, ut vulgo Hetrusci, caelestium prodigiorum mulier, excelsa et alta sperare complexa virum jubet. Eam alitem ea regione caeli et ejus Dei nunciam venisse, circa summum culmen hominis auspicium fecisse, levasse humano superpositum capiti de-*

ut divinitus eidem reddeſtas spes cogitationesque portantes urbem ingressi domicilioque ibi compa- Lucumoni Tarquinium im indidere nomen.

L. Interrogo nunc, quot hanc feminam tunc voluſpleſſe, cum nupsit? cercim, decem-et-septemve, odeviginti: siquidem auocat mulierem, hoc eſt, im interpretor, ultra pu- annos; eidem prudensidem sublimitatem animi as, quae sunt magis ma- is, quam puellaris aetatis. orro addemus annos, domam demigravit? neque tatim nupta o patria sibi andum putaſſet, neque mubilis ita aequo animo doeliquiſſet, neque indignauos cives intra perbreve contrahi poterat. Non njuria aliqua, aut intolcignominia hominem mo- sed quod sperneretur: hoc praeter solitum, quipa semper talis fuiſſet: et ninus si ab ea civitate, us ex matre cive erat, taadvena faſtidiebatur, nonmulto magis erat extimem in eo populo, cum quo ibi commune eſſet? Noutum sane patrimonium endis in externa urbe boile commutaſſet. Dum itatur aliquod, more homiovis nuptiis tempus, dum tur quotidie meliora, ut let, a civibus suis; dum, nam migrandum sit, con, dum domos, praedia, tes, quae transportari ne, venditant, neque id per tiam, ne vilius vendant: ſtremo profectionem tem- et honeſtam apparant, hanc mulierem ad angesimum perveniſſe. Cerejus jam mater erat, quae, cum eſſet minoris fratris uxor, ut mea fert opinio, poſterior quam Tanaquil nupsit. Non enim video, cur vivo patre minor filius uxorem duceret, major non duceret; licet tacite auctor aliud significare videatur. Ego tamen non reor, Lucumoni omnium bonorum haeredi auxiſſe animos nobilem uxorem, nam id parum profuit, sed jam uxorem habenti solidam haereditatem. Ita vero hoc ipsum, quod haec mulier eſt auctor viro Romam migrandi, quod tam perita conjectandi auguria, non ob id solum, quod Hetrusca eſſet, nam et maritus erat Hetruscus, sed et longum usum haberet, quod ei maritus, ipse homo in primis prudens et impiger, in omnibus fere consiliis auscultat, nonne viginti saltem natam annos fuiſſe teſtatur, cum Romam intravit? Quid autem Romae? quot annos privati degerunt? quis neget plures, quam poſt contractum matrimonium collegimus? Etenim homini advenae discenda erat lingua Romana, ne semper advena putaretur, et, quod expertus erat, faſtidiretur: percipiendi mores, obeunda munera publica, in tantam regis penetrandum familiaritatem, ut ab ipso rege tutor filiis relinqueretur: denique in talem conditionem, ſtatum, famam, perveniendum, ut, salvis regis liberis, ac prope puberibus, digniſſimus regno praeter Romanos omnes judicaretur. Quod apertiſſime ipsa auctoris verba confitentur, dicentis:

Liv. [cap. 35.] *Se, ex quo sui potens fuerit, Romam cum conjuge ac fortunis omnibus commigrasse: majorem partem aetatis ejus, qua civilibus officiis fungantur homines, Romae se, quam in patria, vixisse: domi militiaeque sub haud poenitendo magistro, ipso Anco rege, Romana se jura, Romanos ri-*

tus didicisse: obsequio et observantia in regem cum omnibus, benignitate erga alios cum ipso rege certasse.

Laur. Omne tempus hoc demus fuisse annos decem, ut triginta annos nata fuerit, cum vir ejus creatus est rex: cum idem moritur, nam duodequadraginta in regno fuit, annum ageret duodeseptuagesimum, et circiter viginti jam parere desierit. Ex quo necesse est, Lucium, qui postea Superbus appellatus est, vicenarium fuisse, cum patrem amisit. Neque vero hoc loco quorundam opinioni respondendum est, qui illa censent prosperiorem corporum valetudinem ac vivaciorem fuisse, quam nostra aetate, cum sciamus, peraeque illos parum vixisse, ac nos vivimus, ab eisdem, a quibus nos, annis initium senectutis designasse, ut cum ex aliis libris, tum vero ex Livio ipso, datur intelligi, apud quos nescio an aliquam, nisi miraculi loco repererim, cum annum quinquagesimum excessisset, partum edidisse: tamen in hac muliere tribuere volo, non ante desiviſſe parere, quam annum quinquagesimum ageret. Concepit igitur undequinquagesimo anno Aruntem: Lucium vero quid possum dicere minus duodequinquagesimo? nisi, ut omnia in angustum coarctemus, dicat quis, utrumque eodem partu a quinquagenaria editum: quasi vero credibile sit, ut, quae per senilem aetatem concipere vix jam posset, ea conceperit geminos. Dicamus itaque, majorem fuisse Lucium fere Arunte, uno saltem anno: conceptum matre duodequinquagesimum annum non transgressa, qui paternae mortis tempore, quemadmodum ostendi, si prope vicenarius erat, qua ratione plus quadraginta ab obitu patris annis adolescens aut juvenis erit? aut, si juvenis adolescensque erit, quo pacto filius esse potuit regnasse, quae plus sexaginta annis ante Servii mortem concipere desierat? Atque ut aliam quoque adjiciamus repugnantiam: illustre Tanaquil erit, etsi non minimus liberorum, qui, postquam mater parere cessavit, centum fere annis in acie cum dictatore Romano conflixit singulari certamine? Ita enim auctor tradit [lib. 2. cap. 19.] *in Postumium, prima in acie suos hortantem instruentemque, Tarquinius Superbus, quanquam jam aetate et viribus erat gravior, equum infestus admisit, Tetusque a latere, concursu suorum receptus in tutum est.* Siquidem haec decimo, quam e regno expulsus est, anno gesta sunt, aut etiam tardius, cum fere quinque et xx. regnasset. Atqui inauditum est apud Romanos, centenarium hominem, ac ne nonagenarium quidem, aut octogenarium, singulari certamine in aciem, et praecipue cum juvene, concurrisse. Et, si quis contentiose de numero a me collecto detrahendum putat, scire volo, quantum putet detrahendum, an minorem dicet Tanaquil fuisse, cum nupsit, ea, quam dixi, aetate? at hunc pudebit minorem illam facere quindecim annis. an post contractum matrimonium nimium temporis esse quadriennium trienniumve, priusquam Romam migratum est? at unum intercessisse annum non denegabit. an decenno diuturnius justo spatium, quo sub rege Anco Romae mansum est? at quadrienne saltem concedere cogetur. ita ex hac subductione palam erit, Prisco moriente, decem, ut parcissime dicamus, annos natum Superbum fuisse. Quae cum ita sint, hunc non pater successorem regni destinasset? hunc inimici non timuissent, ne patri succederet?

columen ac decus mulierum
, et cujus regum virtute
non in patria demortui se-
illocasset? hunc Servius,
natus, atque haeredis vel
, vel libertus, non sibi
ospiciet? hunc populus, qui
m ejus, et privatum et ad-
, esse regem jussisset, non
nam, adjutrice regina, re-
creasset? hunc quisquam,
plus quam quinquagena-
, adolescentem aut ju-
vocet? hunc ferme no-
tarium in adversum hostem
mus insesso telo equum ad-
? hujus denique sororem,
ex Tanaquil genitam, con-
us matrem Bruti fuisse?
in exigendis regibus juve-
Livius vocat, et aequalem
brinorum. Haec si minor
fratre fuit, augebimus
les, illius annos ante mor-
atris. Sin major eo, in-
ilius, mulierem octogena-
ne dicam plusquam nona-
iam, esse invenis matrem.
omnia si permultum a fide
rent, confitendum est, Tar-
um Superbum cum fratre
isse Tarquinii Prisci filios,
orem sororem, eandemque
matrem, filiam, sed ne-
, neptemque, sicut Ancus
e, sicut Tullus Hostilius Ho-
socii nepos fuit, non filius.
im Ancus a Numa, Tullus a
ilo tertius fuit, sic Superbus
so, aut quasi nepotes, aut
neptem. Cur ita? quia ne-
illium quempiam fuisse Pri-
arratur, dumtaxat ab hoc
re. Nam apud alios quos
invenio fuisse, qui adole-
ob frenuitatem militarem
et praetexta a patre dona-
: et si is ante patrem deces-
, suscepta prole ac super-
profecto avus et avia con-
nepotibus naturae lege
ent. Neque, si nepotes ex
ssent, video, cur Tarqui-
carentur. Et hac, ut su-
spicari libet, Titus Livius vir prudentissimus ratione adductus est, ut hos esse nepotes Prisci Tarquinii vellet. Qua in sententia ipsi ego adstipulor, ideoque dixi quasi nepotes, eruntque nati patre Tarquinio, hoc est, Egerio. Nam, sicut ipse Lucumo, quod ab urbe Tarquiniis venisset, Tarquinius dictus, ita Egerio ob eandem causam idem nomen inditum est. Quod si Collatino hujus filio, ut inquit auctor, hoc nomen fuit, necesse est, ut idem fuerit et patri. At quomodo erit, inquies, Superbus Egerio natus, qui fuit Collatini pater, cum Collatinus ipse frater Superbi non fuerit, sed Aruns? Nec hoc quidem videtur mihi T. Livius rite tradidisse. quia enim credat, Collatinum, filiorum Superbi, qui juvenes erant, aequalem, prout et ab auctore memoratur, (nam sic inquit [lib. 1. cap 57.] *Quin, si vigor juventae inest, conscendimus equos, invisimusque praesentes nostrarum ingenia?*) patrem habere centum et viginti egressum annos, aut, ut minimum dicamus, pauculis annis minorem? Tot enim sunt, aut fere tot, ab ortu Egerii. Adeo Superbus ipse fuisse nepos potius, quam filius, mihi videtur Egerii: nedum hic tanto minor natu potuerit esse filius. Probabilius itaque fuerit, Superbum, qui parens esse poterat Collatini, et, ut ita conjectura ducor, patruus erat, licet aliqui (quorum est Plinius) avunculum tradant, fratremque Aruntem, qui nomen avitum videtur retulisse a patre impositum, ab Egerio traxisse ortum, vel patre, vel, quod magis arbitror, avo. Ex quo illud jam sua sponte apparet: non timoris causa generos Tarquinios a Servio rege adscitos, ne paternum regnum exemplo filiorum Anci repeterent: nam eos potius tollendos

curasset, cum nullum jus Egerianae stirpi ad regnum esset, si, cum ipse jam senior, aut nullos filios sustulisset, aut, si obierant, nullos posthac tollere speraret: opinor, nec nobiliores juvenes invenisse, quibus filias collocaret, et aequum censuisse, in eandem Tarquiniorum familiam potissimum referre regnum, unde illud accepisset, eo quidem libentius, si filiae suae matre Tarquinia, cujus gratia regnum fuerat adeptus, genitae erant. In quo illud quoque absurdum, si Livium audire vellemus, sequetur, ut, quod apud Romanos morem insuetum est, illae regis filiae fratribus nupserint matris: nunc autem cognatis, non avunculis, quia filii regis non erant, in matrimonium datae. Hic tu quaeres: Si ita est, quid ergo sibi Tarquinius Superbus regnum velut haereditatem repoposcit? Poteram dicere, quod putabat sibi deberi, ut nepoti, ut pronepoti fratris Prisci Tarquinii, ut filio nepotis Egerii, quod ei patruus, cui praeter jus gentium patrimonium intercepisset, ignominiosumque nomen immisisset, regnum per manus tradere aut debebat, aut destinabat, cum virilem stirpem non haberet: quem pro caro habuisse illud est argumentum, quod Livius ait: *Et forsan hic in regnum patruo successisset, nisi Tanaquil pro genero in contrarium fuisset annixa.* Poteram etiam alia dicere; sed me ad se maxime vocant verba auctoris, qui non sua sponte Tarquinium, etsi vir erat violentus ac ferox, ad maleficium accessisse significat, velut agnoscentem, ad se non pertinere regnum, sed uxoris consiliis inductum, ut superius vidimus, et ex his quoque verbis [c. 46.] *sed initium turbandi omnia a femina ortum est*, quae virum, tamquam mare suapte natura quietum, procellosis quibusdam ventis furoris agitavit, ut regnum affectaret, ut illud per sanguinem, per mortem, per parricidium peteret: et, quo res sit indignior, per parricidium senis, cujus mortem exspectare, id quod Romanis Hannibal exprobravit, longum censerent: quod scelus cum in genero, qui fuit persuasus, abominandum est, tum vero in filia persuadente detestabilius. At hoc ipsum fidem non habet, talia in patrem filiam fuisse ausam, a quo nec aliquid esset offensa, et regnum jure optimo, et quidem propediem, speraret, interim satis habens felicitatis, quod et filia regis erat, et futura regina, cum unica esset proles, patri, et semper futura unica, propter paternam senectutem. Reddam, quam superius me redditurum promiseram, causam, quae, ut improba, ita vehemens fuit, et filiae cum genero communis. Timuit haec sceleratissima feminarum, superbos, et plusquam regios, imo tyrannicos spiritus habens, ne successione regni, quod suum fore credebat, naturali jure fraudaretur, regno in rempublicam commutato: quod facturus ipse videbatur, ut Livius ait [cap. 49.] *Id ipsum tam mite ac moderatum imperium, tamen, quia unius esset, deponere eum in animo habuisse, quidam auctores sunt, ni scelus intestinum liberandae patriae consilia agitanti intervenisset.* Et iterum postea in calce libri.

Liv. [cap. 60.] *Duo consules in comitiis centuriatis a praefecto urbis ex commentariis Servii Tullii creati sunt.*

Laur. Hanc contumeliam injuriamque non ferens filia, ut quae patre quoque rege progenita, et, si ratio pignorum haberetur, regni haeres erat, ne ad privatum communemque ceteris statum descenderet, mari-

tum, qui et ipse spe regni exuebatur, ad occupandum regnum instigavit, et impulit ad mortem patris, et, quod credere libet, prius ad mortem sororis et pristini viri, quibus salvis, utpote languentibus ingeniis, regnum paternum obtineri non poterat. Ait enim Livius [cap. 46.] *Angebatur ferox Tullia, nihil materiae in viro neque ad cupiditatem, neque ad audaciam esse: tota in alterum conversa Tarquinium, eum mirari, eum virum dicere, ac regio sanguine ortum: spernere sororem, quod, virum nacta, muliebri cessaret audacia.* Statimque post: *Nullis verborum contumeliis parcere de viro ad fratrem, de sorore ad virum, et se rectius viduam, et illum caelibem futurum fuisse contendere, quam cum impari jungi, ut elanguescendum ulienа ignavia esset.*

Lava. Nam quid attinebat incusare virum, quod parum virili animo; incusare sororem, quod ignava esset? non video aliud, nisi quod hic socerum, illa patrem non occideret. Atqui hoc sceleratissimum est; sceleratissimum quidem, sed tamen sceleris merces, ut, quod ereptum iri sibi videbant, regnum invaderent. Sed ita nihil incredibilius erit. Quis enim credat, hanc velle, atque adeo hortari, germanam trucidare communem patrem, ut illa potiatur haereditate? illa, inquam, cujus vitam, ut exitus docuit, minoris faciebat, quam non modo conjunctae, sed etiam ancillae. Alia ergo fuit causa, quam amor sororis: quae nulla alia esse potuit, nisi ne paternum regnum per iniquitatem patris liberis praeriperetur: ideoque sororem increpabat, quod major natu nihil de regno laboraret. Ideo majorem fratrum ad hanc spem, sed non sine suo morbo, erexit. recteque subjungitur [cap. 46.] *Si sibi eum, quo digna esset, Dii dedissent virum, domi se propediem regnum visuram fuisse, quod apud patrem videat.* De qua nulla hic, et ad extremum (nam finem jam facere volo) dicere habeo: non fuisse auctori faciendum, ut, quam matrem invenem vocat circa tempora violatae Lucretiae, eandem diceret nurum esse Tarquinii Prisci, ac Tanaquil, quae jam nonagiata ferme annos liberos non genuerat.

Haec sunt, optime rex, cur Tito Livio non accedam, Tarquinium Priscum patrem fuisse Tarquinii Superbi: nec eum posteritatem vocaturam *Priscum* fuisse arbitror, si pater hujus extitisset. *Priscum* enim dicimus, non qui patrum, sed qui avorum aut proavorum memoria fuit: et hoc nomen illi non a sui temporis hominibus, ut auctor dicere videtur, sed a posteriori seculo inditum, ut *Prisci Latini*, aut cetera hujusmodi. In quibus tu, quem potissimum in hac quaestione mihi deligendum putavi judicem, si mecum sentiens, quamlibet brevi epistola respondebis: quod si dissentiens, longiore, ut rationes meas tuis melioribus refellas. Vides, ut tibi tacite blandior? quasi suadeam, ne laborem subeas me refellendi, id est, ut mihi assentiaris. Verum absit hoc ab utroque nostrum: nam neque meum est, falso quempiam velle accusatione damnare: neque tuum, aut labori cedere, cujus semper victor extitisti, aut clarissimos viros, quorum inter primos est Livius, quoties falso accusantur, pati desertos. Vale. Neapoli pridie Nonarum Decembrium.

JACOBI PERIZONII

CAP. VII.

ANIMADVERSIONUM HISTORICARUM:

QUOD PERTINET

AD LIVII

Lib. IV. cap. XX. §. 3. et sequentibus.

ARGUMENTUM.

Spolia victis hostibus solebant detrahi, et hinc spoliare hostem designat saepe ejus caedem. A victoribus solebant ostentari, circumferri, vel certis locis figi. Scutum in proelio perdidisse, aut in fuga abjecisse, turpissimum fuit apud omnes populos. Spolia, seu arma, vel Scuta victores post proelium legere solebant, vel, si vota alicui Deo, in cumulum conjecta incendere. Tropaea quoque iis ornabant, tum triumphos, aedes sacras, porticus, denique et privatorum domus. Mittebant ea etiam ad Amicos et Socios. Diis vero consecrata, si tractu temporis essent consumpta, non licebat ea renovare. Opima spolia non ab opere, sed ope dicta. Opis in singulari significat abundantiam omnium rerum, et maxime terrae fructuum, dein etiam divitias et potentiam, sicuti opes in plurali etiam auxilium notat. Opimus pro luculento et amplo. Opima absolute pro opimis spoliis. Feretrius Jupiter a feretro appellatur. Minucius Felix tentatur. Opima spolia laxiore sensu aliquando etiam pro luculentis quibuslibet ponuntur. Florus explicatur. Spolia proprie opima tria tantum a Romanis capta. Spolia opima secundum vulgarem sententiam non alia sunt, quam quae Dux Romanus Duci hostium detraxerit. Varro contra statuit, esse etiam ea, quae manipularis duci hostium detraxerit. Livii de his verba examinantur. Numae Lex de spoliorum diversis generibus loquitur. Error Virgilii et aliorum, qui de trinis a Romulo, Cosso, et Marcello captis eam interpretantur. Plutarchus explicatur et emendatur. Veterius Maximus notatur. Magister Equitum non suo auspicio gerit rem, sed Dictatoris. Auspicium tribuitur aliquando etiam iis, qui revera id non habuere. Ducis vocabulo non semper intelligitur summus Dux, aut Imperator: Florus tentatur. Spolia opima debebant acie instructa capi, et prima omnium. Cur Manlius Torquatus, Valerius Corvinus, P. Scipio, et M. Crassus opima non tulerint. Dicere saepe ἐλλειπτικῶς omittitur. Livius expositus. Aelianus vindicatus. Audire aliquem aliquid. Tacitus tentatus. Si pro an positum. Livius tentatus. Verbalia in io saepe significant jus et potestatem. Livius emendatur. Virgilius explicatur. Alter ab un-

columen ac decus mulierum
er, et enixis regum virtute
non in patris demortui se-
ollocasset? hunc Servius,
natus, atque haeredis vel
, vel libertus, non sibi
osuisset? hunc populus, qui
em ejus, et privatum et ad-
m, esse regem jussisset, non
sum, adjutrice regina, re-
creasset? hunc quisquam,
plus quam quinquagena-
est, *adolescentem* aut *ju-*
n vocet? hunc ferme no-
narium in adversum hostem
mus infesto telo equum ad-
c? hujus denique sororem,
ex Tanaquil genitam, con-
nus matrem Bruti fuisse?
in exigendis regibus *juve-*
Livius nocet, et aequalem
brinorum. Haec si minor
fratre fuit, augebimus
les illius annos, ante mor-
atris. Sin major eo, iq-
ilius, multorum octogena-
ne dicam plusquam nonag-
iam, esse invenis matrem.
omnia si permultum a fide
rent, confitendum est, Tar-
um Superbum cum fratre
isse Tarquinii Prisci filios,
rum sororem, eandemque
matrem, filiam, sed ne-
, neptemque, sicut Ancus
e, sicut Tullus Hostilius Ro-
ocii nepos fuit, non filius.
im Ancus a Numa, Tullus a
lo tertius fuit, sic Superbus
so, aut quasi nepotes, aut
neptem, Curita? quis ne-
lium quemquam fuisse Pri-
rratur, dumtaxat ab hoc
re. Nam apud alios quos-
invenio fuisse, qui adole-
ob firmitatem militarem
et praetexta a patre dona-
: *et si is* ante patrem deces-
suscepta prole ac super-
profecto avus et avia con-
nepotibus naturae lege
ent. Neque, si nepotes ex
issent, video, cur Tarqui-
carentur. Et haec, ut au-

spicari libet, Titus Livius vir prudentissimus ratione adductus est, ut hos esse nepotes Prisci Tarquinii vellet. Qua in sententia ipsi ego adstipulor, ideoque dixi quasi nepotes, eruntque nati patre Tarquinio, hoc est, Egerio. Nam, sicut ipse Lucumo, quod ab urbe Tarquiniis venisset, Tarquinius dictus, ita Egerio ob eandem causam idem nomen inditum est. Quod si Collatino hujus filio, ut inquit auctor, hoc nomen fuit, necesse est, ut idem fuerit et patri. At quomodo erit, inquies, Superbus Egerio natus, qui fuit Collatini pater, cum Collatinus ipse frater Superbi non fuerit, sed Aruns? Nec hoc quidem videtur mihi T. Livius rite tradidisse. quis enim credat, Collatinum, filiorum Superbi, qui juvenes erant, aequalem, prout et ab auctore memoratur, (nam sic inquit [lib. 1. cap 57.] *Quin, si vigor juventae inest, conscendimus equos, invisimusque praesentes nostrarum ingenia?*) patrem habere centum et viginti egressum annos, aut, ut minimum dicamus, pauculis annis minorem? Tot enim sunt, aut fere tot, ab ortu Egerii. Adeo Superbus ipse fuisse nepos potius, quam filius, mihi videtur Egerii: nedum hic tanto minor natu potuerit esse filius. Probabilius itaque fuerit, Superbum, qui parens esse poterat Collatini, et, ut ita conjectura ducor, patruus erat, licet aliqui (quorum est Plinius) avunculum tradant, fratremque Aruntem, qui nomen avitum videtur retulisse a patre impositum, ab Egerio traxisse ortum, vel patre, vel, quod magis arbitror, avo. Ex quo illud jam sua sponte apparet: non timoris causa generos Tarquinios a Servio rege adscitos, ne paternum regnum exemplo filiorum Anci repetentes; nam eos potius tollendos

lia rapere voluisse, hoc est, hostem interimere.

Causa rei praecipua erat, quod olim istis spoliis fortitudinem et victoriam suam ostentabant, inque iis laudis ac virtutis insignia maxime reposita ducebant. Quapropter non modo privatim victores saepe arma, quae quisque de propriis hostibus obtinuerat, sibi aptabant, sed et publice superatis perduellibus in aeternum bene gestae rei monumentum variis, sed maxime celebribus, in locis ea suspendebant. De privatis, qui detracta suis adversariis arma circumtulerunt, plena sunt Poëtarum scripta, et notum est omnibus, Herculem etiam Leoni Nemaeo a se occiso detractam pellem pro spolio, seu scuto, et tegmine semper deinceps habuisse, adeo ut in praecipuum ejus insigne evaserit, et una cum clava in nummis ejus semper conspiciatur. Neque vero privati tantum, sed et publice imperatores spoliis istis victoriam celebrabant quam maxime. Unde et ortum, ut in pugnis gloriae ac laudi duceretur praecipuae, non instruxisse iis hostilem pompam, sed servasse sua arma, etiam in morte; qua de causa Epaminondas, cum in praelio ad Mantineam mortiferum accepisset vulnus, simul ad se rediit delatus in castra, nihil prius quaesivit, quam salvusne esset clypeus? turpissimum contra haberetur, vivum ac incolumem arma in hostium manibus reliquisse, aut in fuga scutum, quod in his spoliis longe praecipuum est, abiecisse. Hinc Aristoteles lib. 5. Ethic. inter ea, quae lex apud Graecos jubeat, ponit, *μὴ ῥίπτειν τὰ ὅπλα*, quod Aelianus omnium pene flagitiorum *αἰσχιστον*, *turpissimum* vocat Var. Hist. 10, 13. Lacaenae quoque mulieres dicuntur filiis, in bellum exeuntibus, clypeum tradere, et cum hoc eos praecepto dimittere, 238 *ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς*, quo eos operam dare jubent, ut vel vivi eam (*ἀσπίδα*) referant, vel mortui in ea referantur, teste Plutarcho in Apophth. Lacaen. [pag. 241.] Ubi et ejusdem civitatis mulierem filio dixisse ait: *ταύτην ὁ πατὴρ σοι ἀεὶ ἔσωσε, καὶ σὺ οὖν τάνταν σῶζε, ἢ μὴ ἔσο: Hanc pater tuus semper servavit, tu quoque eam serva, aut ne vive.* Apud Hebraeos quoque turpis habebatur fuga fugientis amisso scuto. Unde 2. Macchab. 11, 12. *γυμνὸς* et *αἰσχρῶς φεύγων* mutuo se explicant, et per *γυμνὸν* intelligitur non proprie *nudus*, sed *inermis*, qui scutum in praelio perdidit, vel in fuga abjecit: ut passim haec vox apud Veteres Graecos et Latinos accipitur. Apud Romanos vero *miles, qui in bello arma amisit, capite punitur, humane* (h. e. si mitius cum eo agitur) *militiam mutat* leg. 3. Dig. de re milit. Et ipsa *arma postliminio reverti negantur, quod turpiter, nec sine flagitio amittuntur* leg. 2. Dig. de Captivis. Itaque cum fortissimus C. Caesaris miles Scaeva Cassius, vel Caesius, clarissimam in freti Britannici scopulo pugnam unus contra magnam hostium multitudinem edidisset, ac tandem vulneratus variis locis, relicto scuto, enatasset, tamen, viso Imperatore, *armis non amissis*, ut ait Valer. Max. 3. 2. *sed bene impensis, cum laudem mereretur, veniam petiit. magnus praelio, sed major disciplinae militaris memoria.* Et hujusmodi exemplis plena est omnis historia. Denique, ne majores nostros praeteream, apud eos quoque olim *scutum reliquisse praecipuum flagitium, nec aut sacris adesse, aut concilium inire ignominioso fas, multique superstites bellorum infamiam*

qui et ipse spe regni exu-
, ad occupandum regnum
vit, et impulit ad mortem
, et, quod credere libet,
d mortem sororis et pri-
ri, quibus salvis, utpote
ntibus ingeniis, regnum
um obtineri non poterat.
im Livius [cap. 46.] *An-*
rferox Tullia, nihil ma-
in viro neque ad cupidi-
neque ad audaciam esse:
alterum conversa Tar-
m, eum mirari, eum vi-
icere, ac regio sanguine
spernere sororem, quod,
nacta, muliebri cessa-
dacia. Statimque post:
verborum contumeliis
e de viro ad fratrem,
ore ad virum, et se re-
iduam, et illum caeli-
turum fuisse contendere,
cum impari jungi, ut
nescendum aliena ignavia

: Nam quid attinebat incu-
rum, quod parum virili
incusare sororem, quod
esset? non video aliud,
od hic socerum, illa pa-
on occideret. Atqui hoc
tissimum est: sceleratis-
quidem, sed tamen sce-
ceres, ut, quod ereptum
videbant, regnum inva-
. Sed ita nihil incredi-
erit. Quis enim credat,
elle, atque adeo hortari,
nam trucidare communem
, ut illa potiatur haere-
illa, inquam, cujus vi-
ut exitus docuit, minoris
at, quam non modo con-
e, sed etiam ancillae. Alia
uit causa, quam amor so-
quae nulla alia esse potuit,
paternum regnum per in-
tem patris liberis prae-
tur: ideoque sororem in-
at, quod major natu ni-
regno laboraret. Ideo

majorem fratrum ad hanc spem, sed non sine suo morbo, erexit. recteque subjungitur [cap. 46.] *Si sibi eum, quo digna esset, Dii dedissent virum, domi se propediem regnum visuram fuisse, quod apud patrem videat.* De qua nulla hic, et ad extremum (nam finem jam facere volo) dicere habeo: non fuisse auctori faciendum, ut, quam matrem invenem vocat circa tempora violatae Lucretiae, eandem diceret nurum esse Tarquinii Prisci, ac Tanaquil, quae jam nonagiata ferme annos liberos non genuerat.

Haec sunt, optime rex, cur Tito Livio non accedam, Tarquinium Priscum patrem fuisse Tarquinii Superbi: nec eum posteritatem vocaturam *Priscum* fuisse arbitror, si pater hujus extitisset. *Priscum* enim dicimus, non qui patrum, sed qui avorum aut proavorum memoria fuit: et hoc nomen illi non a sui temporis hominibus, ut auctor dicere videtur, sed a posteriori seculo inditum, ut *Prisci Latini*, aut cetera hujusmodi. In quibus tu, quem potissimum in hac quaestione mihi deligendum putavi judicem, si mecum sentis, quamlibet brevi epistola respondebis: quod si dissentiis, longiore, ut rationes meas tuis melioribus refellas. Vides, ut tibi tacite blandior? quasi suadeam, ne laborem subeas me refellendi, id est, ut mihi assentiaris. Verum absit hoc ab utroque nostrum: nam neque meum est, falso quempiam velle accusatione damnare: neque tuum, aut labori cedere, cujus semper victor extitisti, aut clarissimos viros, quorum inter primos est Livius, quoties falso accusantur, pati desertos. Vale. Neapoli pridie Nonarum Decembrium.

to etiamnum superstite patet. In porticibus quoque fixa, Livius 22, 57. docet, quum ait, *vetera hostium spolia detrahunt templis porticibusque.* Sed maxime in templis suspensa consecrabantur Diis: id quod adeo solenne omnibus populis fuit, ut tanquam singulare in Lacedaemoniis notetur, quod id non fecerint. Atque hinc in Apophth. Lacon. apud Plutarch. [p. 224.] Cleomenes rogatur, *cur Spartiatae Diis non consecrent hostium spolia*, respondente illo, *quia sunt a timidis. Ea autem, quae de possessoribus per eorum timiditatem sint capta, neque videre juvenes, neque Diis sacrari debere.* Sed aliter et rectius senserunt alii, qui et fortitudinis et victoriae suae, divina benignitate atque auxilio partae, insignia in templis Deorum sacranda, et in oculis omnium figenda censuerunt, ut aeternam rei memoriam posteris inculcarent, eosque ad edenda ejusdem fortitudinis exempla animarent. Ex ipsa id discimus Scriptura S. ubi 1. Sam. cap. 31. Philistaei dicuntur post victoriam progressi ad spoliandum occisos, et, cum invenissent Saulum et ejus tres filios, detraxisse illis arma, et misisse circumquaque per oppida, ac tandem in aede sui Dei deposuisse. Sed et David, quum Goliathum interfecisset, hujus gladium *in templum posuit*, ait Sulpic. Sev. Dicere debuisset *in tabernaculum*, nam ibi depositus fuit; sed hoc erat tunc loco templi, seu aedis sacrae. Romani vero, hac quoque in re nimio gloriae studio abrepti, etiam falsa spolia, quae de hostibus non erant capta, tanquam si essent, in locis sacris fixisse aliquando videntur. Certe Catonis Censorii orationem *de spoliis, ne figerentur, nisi quae de hoste capta essent*, laudat Festus in v. *Resignare.* At, quae quisque privatim in praelio ceperat, domi suae solebat figere, eaque nefas erat refigere emptori, ut ex Plinio et aliis docuit Schottus Observ. 1, 12. Addo locum ex Livio 23, 23. non modo illud ipsum, sed et quanto id honori fuerit, declarantem. Dicitur ibi Dictator ad Senatum legendum creatus M. Fabius Buteo, et is recitasse primo veterem Senatum, dein in locum demortuorum eos, qui Magistratum post ultimos Censores cepissent, denique ex iis, qui non cepissent, illos potissimum, *quia spolia ex hoste fixa domi haberent, qui civicam coronam accepissent.* Ad socios quoque missa quod dixi, et ab iis item in templis fixa, docuit id me idem Liv. 24, 21. ubi, de seditione Syracusanorum agens, *inermes*, inquit, *ex Olympii Jovis templo spolia Gallorum Illyriorumque dono data Hieroni a populo Romano, fi raque ab eo, detrahunt, precantes Jovem, ut volens propitiusque praebeat sacra arma pro patria, pro Deum delubris, pro libertate sese armantibus.* Videmus hic spolia hostium socio et amico Regi a Romanis dono missa; videmus etiam ea in templo Diis sacrata, et ita, ut perpetuo ibi manerent in aeternam rei memoriam, nec licuisse ea bellorum usibus iterum adhibere, nisi cogente summa necessitate, quae etiam Romanos subegit post Cannensem cladem, *spolia hostium, affixa templis, Deorum numini consecrata, instrumenta futurae militiae convellere*, ut ait Valer. Max. [7, 6, 1.] quo capite *Necessitatis* duras leges exponit. Argivorum quoque mulieres, cum eorum urbs a Spartanis oppugnaretur, idem fecisse, καθελοῦσαι τὰ ἀπὸ τῶν ἱερῶν ὅπλα, testis est Plutarchus.

Suspendebantur ergo in tem-

P. 241

P. 242

cimo. Unus et alter *de pau-* diversi numeri. *Numera-ni Veteres saepissime inclu-bant duo extrema. Plutar-* error *in M. Valerii Maxi-* ac Victoris. *Rutgersii sen-tia de inscriptione spolis-n Cossi examinatur.* Cosul *ebant antiquissimi, non Con-* *Hinc nota ejus vocabuli* Cos. *Notae discrepabant uando ab ipsis vocabulis. olim habuit sonum τοῦ G. us et Gnaeus scribi et legi ent, licet notentur per C. n. Festus exponitur. G. lit- inventa a Sp. Carvilio li-o. Cognomina in arctiore io plene scribebantur, gen-ia vero concise. Nigri cog-en in gente Caecilia non Nummis modo, sed et ex-otis Veterum probari pot- contra quam tradunt Pa-s et Spanheimius. Tituli einum antiquissimis tem-bus vel nulli, vel brevissi-erant, plerique a posteris um additi, ita quod et de i spoliorum inscriptione vi-r statuendum. Consulis vo-lum in tituliis non semper gnat quinum, in quo res memorata gesta est, sed rem Viri, qui eam gessit, et dedicare in donariis dif-nt. Consules et Praetores e vocantur, qui Consules raetores jam fuerunt. In-tio Graeca explicatur. Sel- in ea lapis. Nummus di illustratur. Valerius imus notatur. Plutarchus situs. Patris patriae titu- quando accepetit Augu- Fragmentum Kalendarii ris explicatur. Ruperti er- Frontinus notabili loco ndatur. Persicum bellum.*

CAPUT VII.

spoliis, et maxime Opimis.

tiquissimi fuit moris, occi-a pugna hostes spoliare, et jacentibus arma inprimis detra-here. Hercules et Iolaus apud Hesiod. in Asp. v. 468. occiso Cygno dicuntur revertisse, post-quam eum desponliassent, detra-hendo ab humeris pulchra ejus arma.)

Κύκνον σκυλεύσαντες ἀπ' ὤμων τεύχεα καλά.

Unde quum ibid. v. 336. Pallas Herculem monet retro se recipere, simul ac Martem Cygni patrem vulneraffet, *quoniam tibi*, inquit, *non est fas neque equos capere, neque incluta illius arma.*

— — Ἐπεὶ οὐ νύ τοι αἰσιμόν ἐστιν
Οὔτ' ἵππους ἑλέειν, οὔτε κλυτὰ τεύχεα τοῖο.

Quibus nihil aliud significat Poëta, quam non dicere illi Martem, utpote Deum, occidere. Nam necem sequebatur semper spoliatio, et idcirco ad illam denotandam adhibetur. Manifestum id ex eo, quod eadem Pallas postea v. 447. plenius ad Martem, cui item non licebat Herculem, quippe Jovis filium, interficere, nec interfecti spolia circumferre,

Οὐ γὰρ τοί θέμις ἐστὶν ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δῦσαι
Ἡρακλέα κτείναντα, Διὸς θρασυκάρδιον υἱόν.

Neque enim tibi fas est inclyta arma detrahere Herculi occiso, Jovis magnanimo filio. Sic apud Sulpic. Sev. lib. II quum Saulus Rex Israëlitarum magna praemia et filiae nuptias despondisse dicitur ei, qui *provocantis* Goliathi *spolia retulisset*, exponere, qui singulari certamine provocantem occidisset. Et hinc P. Valer. Max. 3, 1, 1. de Aemilio 237
Lepido, qui puer etiamnum *hostem interemit, civem servavit*, postea aliis verbis ait, eum *coronam* (civicam) *mereri, et spo-*

scilicet et potentia, usurpata fuerit, et denique pro copia etiam et facultate cujuscunque desideratae rei, qua qui alium instruit vel juvat, *opem* ei ferre dicitur, hoc est, rem, qua juvetur: ut adeo nulla sit caussa tam sollicite quaerendi, qui fiat, quod *opes* pro divitiis plerumque sumantur, quamvis tamen revera proprie id non notet ea vox, sed laxiorem habeat significatum, qui tum divitias, tum alia comprehendit. Certe Cicero duo haec vocabula manifesto tanquam diversa adhibet cap. 6. de Amic. *Divitiae, ut utare, opes, ut colare, honores, ut laudere voluptates, ut gaudeas.* ubi *opes* significat copiam et potentiam rerum quarumcunque, quibus alios juvare publice et privatim queas. Iste vero significatus, περιουσίαν omnis rei notans, quae in re familiari locupletem vel *opulentum*, in re publica potentem et auctoritate praeditum, in re bellica copiis militaribus instructum facit, tam in singulari, P. 245 quam plurali, tam in prosa, quam metro, vocabulo huic competit tum origine, tum usu, licet in singulari tandem rariore facto. Ne de prosa dubitemus, ut facit Cl. Ursinus cap. 8. multis de hac voce agens, operae pretium erit cognoscere, quomodo Mela, elegans satis ac nitidae Latinitatis scriptor, loquatur 1, 7. de Carthagine: *Nunc populi Romani colonia, olim imperii ejus pertinax aemula, jam quidem iterum opulenta, etiam nunc tamen priorum excidio rerum, quam ope praesentium, clarior.* Ubi manifeste eandem significationem τῷ *ope* tribuit, quam τῷ *opulenta*, quae vox utique locupletem et divitem notat. Et hinc Varro *opulentum*, non ab *opibus* deducit, ut fecisset, si proprie in plurali tantum signaret id, quod opulentum facit, sed ab *ope*. *Dives* (inquit lib. 4. de L. L. [pag. 24.]) *a Divo, qui, ut Deus, nihil indigere videtur. Beatus, qui multa bona possidet, et is Opulentus, ab Ope, cui ea opime.*

Aeque ineptum, quod plurali negant significationem, quae in singulari frequentatur; ubi modo pro vi et studio, modo pro auxilio accipi volunt, licet revera potius significet ipsarum rerum, in quibus auxilium consistit, copiam, seu περιουσίαν: quae ubi in auxilio ferendo intenditur, studium et vim aliquam continet, seu praefert, et idcirco etiam denotat. Etenim ut Liv. lib. 1. [cap. 23.] *summa ope bellum parare*, et [cap. 56.] *summa ope rem fieri jubent*, significat omni auxilii copia, omni illo, quo res confieri possit, advocato et adhibito; plane ut *summo*, *maxima opere* itidem de summa animi corporisque contentione usurpatur: sic vero etiam in plurali *summis opibus* non Plautus modo, (locus autem est in Mostell 2, 1, 1.) sed et Pacuvius, *opibus summis persequi*, apud Festum in *Redantruare*. Ipse Cicero: *Oppugnabam oppidum tantis opibus*, P. 246 *tantoque negotio, ut mihi ad summam gloriam nihil deesset, nisi nomen oppidi*, Famil. 2, 10. *si omnibus tuis opibus, omni studio Laviam juveris*, 11, 27. hoc est, omni ope, omnibus tuis viribus, vel omnibus tuis auxilii ferendi copiis. Idem de offic. 2, 6. *Quae quanquam fortuita sunt, tamen sine hominum opibus et studiis neutram in partem effici possunt*, hoc est, iis rebus, quibus homines alii alios juvare queunt. Plin. Paneg. [c. 31.] *Annona tuis opibus tuaque cura usque illuc redundavit.* Et ut appareat, quam parum etiam valeat, quod pro Atejo Philologo, qui primus *opis* pro auxi-

is et alibi spolia haec bella
rta, in sempiternum rei ge-
e ad posteros monumentum;
l tamen, ne nimia jactatione
quoque, qui olim quidem ho-
, postea vero vel in ami-
iam, vel in ditionem Populi
mani forent redacti, suae
dis et ignaviae signa osten-
ent, et ut tandem pristinae
micitiae ac belli recordatio
leretur, inter omnia, quae
s erant sacrata, sola hostium
olia, si fractu temporis con-
mpta essent, renovare non li-
bat. Tradit etiam illud Plu-
chus in Quaestion. cap. 37.
r (nam verba ejus in linguam
inam transferam) *ex omni-
, quae Diis sacrantur, in-
utum est sola spolia neglig
e, si temporis longinquitate
sumantur, neque venerari
neque rehonare? Utrum ut,
a gloriam una cum primis
liis deficere ac interire exi-
mant, semper recens monu-
ntum virtutis comparare stu-
nt? an potius, quod, ubi
um templis signa dissidii
n hostium sustulerit, ea re-
are ac reparare invidiosum
et odii ac inimicitiarum a-
rem prae se fert? Nec enim
ad Graecos probantur, qui
mi lapideum aut aereum
stituerunt tropaeum.* Sola
que trophaeum spolia hunc in
dum negligebantur, ceterae
em res sacrae in templis, si
erissent, non modo restitue-
ntur, sed et vetustate inutiles
tae tamen adhuc servabantur,
in favissis in Capitolio, quae
lis erant similes, reponeban-
, ut constat ex Festo in v. *Fa-
sae.* Quod autem Plutarchus
lit de tropaeis, explicet Ci-
ro de Invent. 2, 23. ubi ait,
eusatos in communi Graeciae
ncilio Thebanos, quod, quum
*e mos esset Graecis, ut ii,
i vicissent, tropaeum aliquod
finibus statuerent, victoriae
modo in praesentia declaran-
dae causa, non ut in perpetuum
belli memoria maneret,* illi, vi-
ctis Lacedaemoniis, *aeneum sta-
tuissent tropaeum.*

Ceterum nulla omnino res tam gloriosa fuit apud Romanos, quam ea ex praelio spolia retulisse, quae illi proprie *opima* vocant, non, ut inepte Plutarchus [in Romulo pag. 27.] censet a τῷ *opus*, quod eorum consecratio detur ei, qui ipse tam eximium fortitudinis edidisset exemplum, ἀντουργῷ τῆς ἀρετῆς sed ab eo, quod Latini περιουσίαν, abundantiam et copias, dicunt *opem*, id quod, ut ille ipse tradit, Varro maluit: ὄπιμα δὲ τὰ σκῦλα φησὶν Οὐάρρων, καθότι καὶ τὴν περιουσίαν ὄπεμ λέγουσι. Quae Varronis auctoritas, licet a Graeculo reJecta, una tamen omnium in hoc negotio firmissima est, et simul etiam praecipue a Viris doctis adferri debuerat ad inanes Grammaticorum, Ateji Philologi, aliorumque observationes eludendas, qui pro divitiis etc. *opes* in plurali tantum usurpari contendunt. Etenim vox illa utroque in numero significat primo copiam et abundantiam rerum, maxime e terra provenientium. Nam ipsam etiam Terram *Opem* veteres vocabant, et ita deinceps, mea sententia, omnes terrae fructus, utut in alia omnia abeat Georg. Henr. Ursinus in Observationibus Philologicis, nuper in Germania editis. Petron. [cap. 139.] *Florida tellus, cum volo, fundit opes.* Plin. Paneg. cap. 31. *Percrebuerat antiquitus, Urbem nostram, nisi opibus Aegypti, ali sustentarique non posse.* i. e. frugibus et fructibus. In his vero quia olim consistebant divitiae, et ex divitiis oritur tum rei publicae, tum privatorum potentia, hinc factum, ut pro utroque, divitiis

P. 244

surpata, ubi hostem persequentes ingemiare soleant, *Φέρε, τουτέστιν πάτε.* Et hoc quidem modo etiam Propert. 4, 11.

— — Causa Feretri,
Omine quod certo Dux ferit ense Ducem.

Sed addit,

Seu quia victa suis humeris haec arma ferebant,
Hinc Feretri dicta est ara superba Jovis.

Quae convenit cum illa, quam primam in Marcello posuit Plutarchus. Similiter Dionys. Halicarn. 2, 5. interpretatur vel *τροπαιοῦχον*, seu *σκυλοφόρον*, hoc est, qui tropaea et spolia ferat, vel *ὑπερφερέστην*, quod omnibus excellat. Certum nobis est, a *ferendo*, vel propius a *feretro*, Jovem id cognominis accepisse, quia ei ferebatur, ac in ejus templo deponebatur illud spoliorum ferotrum, seu *ferculum*, ut ait Livius, eandem designans etymologiam, 1, 10. *Spolia ducis suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens in Capitolium adscendit, ibique cum deposuisset ad quercum, simul designavit templo Jovis fines, cognomenque addidit Deo: Jupiter Feretri, inquit, hanc tibi victor Romulus Rex Regia arma FERO*, etc. Emendandus ex his Minucii Felicis insignis locus de Jove [cap. 21.] *Cum Hammon dicitur, habet cornua, et cum Capitolinus, gerit fulmina, et cum Latialis, cruore perfunditur, et cum Feretrius, non auditur.* Priora plana et facilia, at in postremis aliquid vi
P. tii latere omnes agnoscant. Quid
249 ergo? arripiunt Wowerii conjecturam, legentis *non aditur*, quia scil. tria tantum ejus generis spolia ad Feretrium delata sint, et poëta Marcellum nulla amplius, vel, ut Rigaltius, quia per Numae legem secunda et tertia spolia opima ad Martem et Quirinum fuerint lata, et ita Feretrius despectus, nec amplius aditus. At sciendum, plerosque Veterum nullam habuisse rationem legis Numae, et quando de opimis agunt, soliti Feretrii meminisse, ea gratia sic cognominati. Et ita Historici omnes. Ut taceam sententiam legis Pompiliae fuisse, non ut deinceps ara Feretrii Jovis istis spoliis non amplius celebretur, sed ut semper primi generis opima spolia eo deferantur, secundi vero ad Martem, ut tertii ad Quirinum, sicut inferius videbimus. Quid plura? sentit Minucius cum antiquis Historicis, nec tam voluit dicere, quid non fiat, quam quid fiat. Legendum itaque videtur, *cum Feretrius, pompa aditur.* Magna enim cum pompa haec spolia ad eum deferebantur, ut ex Livio constat. Et sic absolute illa voce utitur Obseq. cap. 136. *Puer in pompa, Victoriae cultus cum ferretur, ferculo decidit.* Id quod Dio lib. 47. [pag. 351.] sed paulo aliter referens, accidisse tamen dicit *ἐν πομπῇ τινι, ὅτας οἱ σφαγιασταὶ ἄγουσιν.* Ita in triumpho Pontico Sueton. in Caes. cap. 37. *inter pompae fercula* praelatum ait titulum trium verborum.

Trina tantum huic Deo ejusmodi spolia feruntur allata, prima a Romulo de Acrone Caeninensium Rege, secunda ab A. Cornelio Cosso de Lorte Tolumnio Vejentium, tertia a M. Claudio Marcello de Viridomaro Gallorum. Post hos nemo alius tam honora et magnifica ex hoste retulit spolia, quo major est illorum gloria. Nam quod Florus de Aemiliano Scipione 2, 17, 11. P.
de quibus (Vaccaeis, Hispaniae 25
populo) *Scipio ille posterior, quum Rex fuisset provocatus, opima retulerat*, vel parum fideliter scripsit, quum diserte

eo-

toni, Propertius, Valerius Max. [illegible]tarchus, Festus, aliique tan[illegible] ob illis tribus haec spolia [illegible]lata, imo Valerius Max. Scipionem spolia Jovi Feretrio non [illegible]tuisse consecranda referre, [illegible] sub aliquis auspiciis rem [illegible]gerat, adfirmant, vel declaratoria αὐξήσει latius et benigne Scipionis gloriam victoriaque interpretari voluit, at[illegible] amplissima et opimis pene [illegible]ria, quippe de Regulo, vel [illegible]rto illustri inter hostes Viro, [illegible]olia ab eo relata significare. [illegible]omodo et apud Liv. 23, 46. [illegible]mpanus Taurea, Claudium A[illegible]lum Romanum provocans, ait, *[illegible] non ferro decernerem, da[illegible]que opima spolia victus, aut [illegible]a caperet?* Atqui non ejus[illegible]dii neque haec futura erant, [illegible] *illius opima* a Romanis vo[illegible]antur, et Jovi Feretrio di[illegible] celebant, cum peditum fuerit [illegible] qui exercitus. Sed tamen, [illegible]la utrique nobilis erat eques; [illegible]Taurea quidem longe omnium [illegible]mpanorum fortissimus, ita ut [illegible]um inter Romanos *unus* cum [illegible]ndius Ancellus gloria equestri [illegible]quaret, hinc *opima* vocat Li[illegible]s ea spolia, quae alter alteri [illegible]t detracturus, non tamen [illegible]sana, sed ex jactabundi Tau[illegible]ie persona, et non illo angu[illegible]ore, sed laxiore sensu. Spolia [illegible]o magnifica, luculenta, et [illegible]riosa victori intelligit.

[illegible]aterum ex trinis illis, nulla [illegible]primis Romuli tertiisve Mar[illegible]li, sed maxima in secundis [illegible]mi occurrit Historica difficul[illegible]. ab Augusto Caesare et T. [illegible]rio primum nobis injecta. Ne[illegible] tamen in controversiam vo[illegible]ur, an vere Cossus spolia o[illegible]ra retulerit, sed quo anno, [illegible]quo in honore, utrum Tribu[illegible] militum, an Consul, an Ma[illegible]ter Equitum. Res digna sane [illegible]quisitione diligentissima; quo[illegible]m, si qua ejus controversiae decernendae ratio superest, atque ea in medium proferatur, ita fiet, non modo ut isthaec haesitatio ex Historia Romana tollatur, seu confirmata, seu convulsa penitus omnis Antiquitatis auctoritate, sed et cui jus spolia isthaec dicandi apud Romanos fuerit, cognoscatur et illustretur clarissime. Constat inter omnes, Cossum ea spolia de Larte Tolumnio, Vejentium Rege, quocunque tandem anno, cepisse. Et Livius, res a Romanis gestas eo usque exsecutus, belli cum Larte et Vejentibus gesti occasionem, initium et eventum confert in annos 316. et 317. ex ipsius Chronologia, eaque hunc fere in modum memoriae mandavit. Cum priore anno Fidenates, colonia Romanorum, ad Vejentes eorumque Regem Tolumnium defecissent, et gravissimum defectioni addidissent scelus, interfectis tribus Romanorum legatis, caussam novi consilii quaerentibus, posteriore anno, consulibus M. Geganio Macerino et L. Sergio Fidenate, Sergius cum hostibus secundo quidem praelio, sed non incruento, conflixit. Ergo ex amissorum civium dolore Senatus, tanquam in rebus trepidis, ad Dictatorem dicendum confugit. Dictus est Mam. Aemilius, qui Magistrum Equitum L. Quinctium Cincinnatum assumpsit, et ad bellum continuo profectus est, sequi se jussis Quinctio Capitolino et Fabio Vibulano Legatis. Ad quem apparatum quum hostes trans Anienem recessissent, commissum est ingenti vi praelium pro moenibus Fidenatum. In eo proelio cum inter Equites A. Cornelius Cossus Tribunus militum videret volitantem tota acie Tolumnium, et, quocunque se is intendisset, trepidantes Romanas turmas, P. subditis equo calcaribus, infesta 251 eum cuspide petiit, ictum equo

dejecit, saepiusque telo repetitum terrae affixit et occidit, et denique exsangui spolia detraxit. Tum, caesis fugatisque hostibus, Dictator in Urbem triumphans rediit, sed longe maximum triumphi spectaculum fuit Cossus, spolia opima Regis interfecti gerens, avertitque a curru dictatoris in se civium ora, et celebritatis ejus diei fructum prope solus tulit.

Haec, breviter a me Livii pene verbis relata, ille uberius sine ulla sententiarum variatione quum exposuisset, 4. [cap. 20, 5.] subjungit tandem, *OMNES ante me Auctores secutus A. Cornelium Cossum Tribunum militum secunda spolia opima Jovis Feretrii templo intulisse exposui.* Si *omnes* ante te, T. Livi, si omnes sine exceptione a tua aetate usque ad antiquissimos et primos scriptores in eo sibi constant, non temere sane fides Annalium erat sollicitanda, nec nisi certissimus et clarissimus appareret tum error, tum erroris causa ac origo. Ea enim nisi aperte demonstrari queant, haud facile in rebus olim factis, nihil τῶν ἀδυνάτων, nihil etiam absurdi atque a verisimilitudine alieni continentibus, si uno loquantur ore Antiqui, eos falsi arguere et convictos dare posteriores possunt.

Sed tamen argumentis, prima specie non contemnendis, eos oppugnat Titus noster; *Ceterum* (pergit) *praeterquam quod ea rite opima spolia habentur, quae dux duci detraxit, nec ducem novimus, nisi cujus auspicio bellum geritur, titulus ipse spoliis inscriptus illos meque arguit, Consulem ea Cossum cepisse.* Sentit, non haberi rite opima spolia, nisi detracta sint non modo Duci hostium, sed et ab ipso Duce Romani exercitus, et summo quidem Duce, cujus auspicio bellum geritur; unde sequitur, male ea dici a Cosso capta, quum Tribunus fuit militum, sub Dictatore Aemilio, cujus, non Tribuni militum, auspicio res gerebatur. Et sane in eadem est sententia Valerius Maximus, Plutarchus, Dio, Festus, Servius, atque ex nostri temporis hominibus plerique omnes: nisi quod tamen ab iis recessit Vir perquam eruditus Janus Rutgersius Var. Lect. 4, 7. Verum tamen sicuti pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem, sic in rebus et institutis, vetustate sua obscuris et abstrusis, longe potior semper est, et esse debet, auctoritas antiquissimi cujusque scriptoris, quam posteriorum, etsi hi numero plures sint. Proinde summo jure modo laudatis testimonium M. Varronis, non aetate solum, sed et summa eruditione ac in ejusmodi rebus indagandis diligentia, multum ceteris praeferendi, obducit Doctissimus Rutgersius. Diserte autem ille adfirmavit, ut ex Festo scimus, *Opima spolia etiam esse, si manipularis miles detraxerit, dummodo Duci hostium.* Quid? hoc Togatorum Doctissimum, ut a Tullio vocari meruit, eum, qui unus omnium maxime antiquitates populi Romani exploratas habuit, ita sine ulla dubitatione memoriae inter cives suos prodere ausum credibile, nisi certa ejus sententiae reperisset apud antiquos fundamenta?

At vero objiciunt vel maxime Numae legem, quae eum in hoc negotio nominet, *cujus auspicio classe procincta* spolia opima capiuntur. Opponit ei Rutgersius illam a T. Livio lib. 1. [cap. 10.] relatam, quam ipse Romulus, auctor pugnae, recentibus spoliis legem dixerit, *in qua posteros, nulla imperii mentio-*

p. 253

ne, ea figere ac suspendere jubeat; eam vero potissimum secutos postea Romanos, at illam Sacrificuli Regis, de re bellica latam, sprevisse. In quibus tamen ego quidem assensum ei accommodare haud potui. Etenim P. Livius loquitur quidem ex per- 54 sona Romuli, sed, ut solent scriptores in sermonibus, quos aliis tribuunt, ex sua sententia, quam in re controversa praeferunt. Nec ipsa antiquae alicujus legis verba eascam vetustatem prae se ferentia adfert, sed sua, quae maxime Romulo istic loci et temporis accommodata putavit. Quod si Livius isto sensu, quo vir Clariss. voluit, et ipse ea exposuisset, et intelligi a nobis voluisset, haud dubie postea non ita clare et confidenter spolia opima haberi non alia, nisi quae dux, cujus auspicio bellum geritur, duci detraxerit, adfirmasset, aut, ita cum sentiebat, secundum eandem quoque sententiam, etiam illa verba, quae Romulo adscribit, efferre debuit. Et fecit id haud dubie, si consideremus ipsam illam Romuli orationem: *Juppiter Feretri, haec tibi victor Romulus REX REGIA arma fero, templumque iis regionibus dedico, sedem opimis spoliis, quae, Regibus Ducibusque hostium caesis, me auctorem sequentes posteri ferent.* Aperte, ni fallor, sententiae Livianae et vulgari consentanea haec sunt, quibus Romulus inducitur jactans, se *victorem Regem Regia arma*, hoc est, quae dux ipse duci hostium detraxerit, Feretrio Jovi ferre, et figere templo, quo deinde similia spolia se auctorem sequentes *posteri* ferrent. Hic vero per *posteros*, ut posteriora prioribus et ipsi Livio congruant, non alii sunt intelligendi, quam qui ex omni posteritate ad Regiam vel Imperatoriam in re militari dignitatem essent provecti, posteri ejusdem, quo ipse, ordinis et fastigii, successores ejus in summo imperio. Sic Plinius Panegyr. cap. 74. agens de Trajani humanitate, et morum clementia erga Senatum, et hujus vicissim laudationibus et acclamationibus ad Trajanum in curia factis: *Onerasti futuros Principes, sed et posteros nostros. Nam et hi a Principibus suis exigent, ut eadem audire mereantur, et illi, quod non audiant, indignabuntur.* P. Ubi Lipsius breviter, sed veris- 255 sime, *posteros nostros* interpretatur non alios, quam *Senatores, qui post nos erunt.* Vides, Lector, nihil praesidii in his Livii verbis pro nostra contra vulgarem sententiam, ab eo ipso apertissime lib. 4. [cap. 20.] adoptatam et assertam, inesse.

Verum nihil magis ego, contra nostram quod faciat, in Numae Lege quicquam reperio, immo manifeste, ut ego quidem arbitror, ea ipsa ostendit, spolia opima cepisse etiam illos, qui aliorum auspicio militabant. Etenim quod de et ex ea ad hanc disputationem adferre possumus, debemus Festo voce *Opima*. Is autem ex ipso eam Varrone adfert, quem eodem loco etiam a manipulari milite capi posse spolia opima asseverare dicit, et ita, ut hinc cetera pendeant, et nulla inter se pugnantia contineant. Nam si ipsa Numae lex contrarium traderet, ut volunt eruditi, nonne Festus, relata Varronis sententia, et subjuncta hac lege, istam Varronis sententiam ea lege, quam apud ipsum reperisset, liquido et clare refutari, vel verbo annotasset? Certe debuisset. Omnia autem haec ex Varrone allata probant infinitae locutiones, quibus hic utitur Festus, et quae non alio referri possunt, nisi ad proxime praecedentia. *M. Varro ait,*

opima spolia etiam esse, si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium: quibus, paucis interjectis et per idem *esse* connexis, subdit: *Esse et Pompilii Regis legem opimorum spoliorum talem, cujus auspicio,* etc. Porro autem Varro ipse, quum, quamvis minime ignoraverit istam legem, tamen a vulgari sententia recessit, vel illam neglexisse debuit, ut quam ex antiquitate cognovisset a majoribus populi Romani minime fuisse servatam, sed statim abolitam, cujus proinde, si maxi-
P. me adversaretur, nec a nobis
256 hac in controversia ulla ratio haberi debeat; vel potius nulla ex parte vulgarem sententiam ab ea propugnari censuit, immo contra explodi et refelli, id quod satis etiam ex ejus vestigiis liquet, quae non sine maxima corruptione ac mutilatione inter Festi reliquias ad nos transmissa sunt.

Nos ea hic exhibebimus, primum ut ex unicis Pomponii Laeti schedis eduntur, tum ut a Doctiss. interpretibus emendantur, quo apud lectorem nostra nobis constet Fides. *Cujus auspicio classe procincta opima spolia capiuntur, Jovi Feretrio darier oporteat, et bovem caedito; qui cepit, aeris CC. secunda spolia in Martis arum in campo, solitaurilia, utra voluerit, caedito. tertia spolia Jano Quirino agnum marem caedito. Centum, qui cepit, ex aere dato; cujus auspicio capta, Diis piaculum dato.* Vitiosa haec et hiulca, ac saepe sensu omni defecta esse, clamat res ipsa, et profitentur eruditi: ideoque Scaliger, quod de primis spoliis dicitur, trajectione verborum maximam partem emendare aggreditur. *Cujus ausp. cl. proc. op. sp. cap. Jovi Feretrio bovem caedito, quei cepit, aeris ducenta darier oporteto.* Sequitur eum Ursinus, nisi quod ex Plutarchi Marcello *aeris CCC.* rectius legit, ex quo etiam cetera, a Scaligero, ut erant, relicta, curare tentat. *Secunda spolia in Martis usum* (antique pro *aram*) *in campo subvetaurilia, utra volet, caedito. Quei cepit, aeris CC. darier oporteto. Tertia spolia Jano Quirino agnum marem caedito. Quei cepit, aeris centum darier oporteto. Quojus* (pro *cujus*) *auspicio capta, Dis piaculum dato.* Hic si non genuinis per omnia verbis, (nam id adfirmare temerarium esset, nec solidam satis causam video, cur Ursinus pro eo, quod praeferunt schedae, *centum qui cepit ex aere*, scilicet *Nummos*, quod excidisse potuit, unica forte litera scriptum, *dato*, maluit: *Quei cepit, aeris C. darier o-* P.
porteto) integram certe habe- 257
mus legis sententiam. Quid autem clarius, quam in ea distingui, et tanquam diversos memorari, Eum *qui cepit* spolia opima, et Eum *cujus auspicio classe procincta capiuntur*, hoc est, cujus auspicio exercitu instructo res geritur, cum spolia capiuntur a quocunque alio, qui sub ejus auspiciis militat. Ei porro summum ducem, cujus auspicio capta sunt, aliquot centenos nummos pro varia spoliorum dignitate, haud dubie ex manubiis vel ex aerario, publice dare jussit Numa. Praeterea ex triplici opimorum ordine ac praemio satis apparet, non omnia unius fuisse generis, aut ea sola, quae summus Romanorum Dux hostium Duci detraxerit, quae ego primi generis esse censerem, nisi Cossum tribunum militum sua quoque spolia Jovi Feretrio dicasse apud Livium et alios legerem.

Gravissime autem errant, quum ex antiquis Clarissimus vatum Virgilius Maro, tum ex nostris

Viri οὐ τυχόντες non pauci, qui hanc legem accepisse videntur, non de tribus diversis generibus spoliorum, sed tribus illis speciatim spoliis, a Romulo, Cosso, et Marcello captis. Certe Sigonius, et praecipue Onufrius in Fastis, quum de Cosso agunt, ex Pompejo et Servio se animadvertisse scribunt, secunda spolia ex Numae lege Marti, non Jovi, fuisse dicata: et Schottus ad Victorem, qui et ipse cum ceteris scriptoribus Cossum spolia sua *Jovi Feretrio* consecrasse tradit, notat, *Marti dixisse oportuit. Nam lex Numae erat* etc. Virgilius autem lib. 6. Aen. extr. de Marcello ait:

Tertiaque arma patri suspendet captu Quirino.

Ubi Servius: *Melius esse, secundum legem Numae hunc locum accipere, qui praeceperit, prima opima spolia Jovi Feretrio debere suspendi, quod jam Romulus fecerat; secunda Marti,* P. 258 *quod Cossus fecit; tertia Quirino, quod fecit Marcellus.* Verum ista haec sententia duplici laborat vitio, primo insigni ἀνισορηπία, quandoquidem Cossus et Marcellus sua spolia, aeque ac Romulus, Jovi Feretrio consecrarunt, ut constanter tradunt Historici; deinde perversa interpretatione Legis Numae, quae, ut dixi, de diversis spoliorum generibus agit, ideoque eis diversos etiam assignat Deos, quibus consecrari debeant, et diversos tribuit honores; ut taceam, nimis ridiculum futurum fuisse, Numam, si per prima spolia intellexisset ea, quae Romulus ceperat, eique, quamvis jam mortuo, tamen ejus facti praemium aere gravi repraesentari voluisset; et, quid ab illo etiam praestari deberet, literis consignasset: sed et ipsa Legis verba satis superque declarant, de futuro eam loqui. Videntur id perspexisse etiam illi commentatores Virgiliani, quos *varie de hoc loco tractare* ait Servius, et *Numae legis immemores* perperam, me judice, censet. Nam, quia illi nimis erant memores legis istius, et Virgilianum illum versum ejus legis sententiae et historiae Marcelli minus congruere videbant, ne videretur Poëta errasse, aut ipsi ejus errorem agnoscere, violentissimam illam excogitasse videntur interpretationem, quam primo quidem loco refert, sed deinde rejicit. Volebant nempe sensum esse verborum, Marcellum suspendisse *patri, hoc est, Jovi* Feretrio, tertia arma *capta Quirino*, hoc est, *qualia et Quirinus, id est, Romulus, jam ante ceperat.* Verum ea quidem vis est, quae perperam interpretando fit apertissimis verbis, sed quae tamen non alia de causa ab iis facta videtur, quam quod liquido satis cernebant, legem Numae, ad quam respexit haud dubie Virgilius, aliter accipiendam, quam ille fecisset, et in notis facit Servius.

Clarissime vero ipse Plutarchus in Marcello [pag. 302.] de P. 259 tribus spoliorum generibus legem interpretatur; eamque etiam vulgari sententiae, quod unius tantum sint generis opima, atque ea sola, quae Dux ipse Duci detraxerit, contrariam statuit. Locus dignus est, qui hic exhibeatur: *Τὰ δὲ σκῦλα σπόλια μὲν κοινῶς, ἰδίως δὲ ὀπίμια ταῦτα καλοῦσι, καίτοι φασὶν ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν Νομᾶν Πομπίλιον, καὶ πρώτων ὀπιμίων καὶ δευτέρων καὶ τρίτων μνημονεύειν. τὰ μὲν πρώτα ληφθέντα τῷ Φερετρίῳ Διὶ κελεύοντα καθιεροῦν, τὰ δεύτερα δὲ τῷ Ἄρεϊ, τὰ δὲ τρίτα τῷ Κυρίνῳ, καὶ λαμβάνειν γέρας ἀσσάρια Τ. τὸν πρῶτον, τον δὲ δεύτερον Π. τὸν δὲ τρίτον Ρ. ὁ μέντοι πολὺς οὗτος ἐπικρατεῖ λόγος, ὡς ἐκείνων μόνον τιμίων ὀν-*

των, ὅσα καὶ παρατάξεως οὔσης, καὶ πρῶτα, καὶ στρατηγοῦ στρατηγὸν ἀνελόντος. Ea vero σκῦλα Romani communi generis vocabulo spolia vocant, at proprio speciei, opima, quamquam dicunt, Numam in commentariis suis etiam prima, secunda, et tertia, hoc est, primi, secundi et tertii generis seu ordinis, *opima spolia memorare.* Manifestum est, ita ab eo Numae legem intellectam, tanquam quae velit, etiam ipsorum opimorum tres diversas esse species; atque idcirco illam veluti quodammodo adversantem continuo subjungit ei, quod dixerat, proprie et peculiariter vocari *opima*, quasi ea omnia essent uniusmodi et arctissimo spatio unius speciei comprehenderentur, cum tamen et ipsa ex sententia quidem Numae specialius adhuc distingui, et diversimode ac singula magis ἰδίως appellari possint. Jam vero tres illas species porro exsequitur, Numam jussisse scribens, *prima spolia si caperentur Jovi Feretrio consecrare, secunda Marti, tertia Quirino, et primum*, seu eum, qui prima ceperit, *praemium ferre trecentorum assium, secundum ducentorum* (nam haud dubie in Graeco pro *II.* hoc est
P. LXXX. reponendum Σ. hoc est, cc.)
260 *tertium centum.* His jam vulgarem iterum sententiam connectit, sed per adversativam particulam, et tanquam a Numae lege discrepantem, quaeque opimorum conditionem tot requisitis implicet atque illiget, ut non nisi unius generis et speciei esse queant. *Veruntamen*, inquit, *vulgo is maxime obtinet sermo*, seu *opinio vulgatissima haec est, tamquam si ea sola sint opima spolia, quae capiuntur primum acie instructa*, seu *classe procincta*, ut etiam in Numae lege apud Festum scribitur, *tum omnium prima, denique ab ipso exercitus duce, hostium ducem interficiente.* In postremis vel ex superioribus ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum est ληφθέντα, vel ejus significationis vocabulum aliquod excidit. Porro autem pro τιμίων legere malim ὀπιμίων. Nam semper Plutarchus ὀπίμια, Graecorum more, qui Latinis vocabulis, et maxime nominibus propriis, terminationem τοῦ *IVS* vel *IOS* frequenter tribuunt, ea spolia tam in Romulo quam in Marcello vocitat.

Vehementer ergo inpingunt, qui Numae hanc legem de illis tribus ejusdem generis a Romulo, Cosso, et Marcello captis spoliis interpretantur. Sed longe vehementius illi, qui ea vulgarem sententiam tueri conentur, cui maxime adversa est, et a Plutarcho diserte opponitur. Unde et Varro contrariam, et haud dubie veriorem, ex ea ipsa potissimum lege hausisse videtur. Sed neque sic nos dimittunt οἱ ἐξ ἐναντίας. Nam et exemplis nobilissimorum hominum, qui hostium quidem duces interemerint, et tamen spolia opima non retulerint, quia sub alienis auspiciis rem gesserant, causam suam contra nos instruunt, atque ita clarissime a se probatum censent, a Romanis semper fuisse observatum, ne alia haberentur opima spolia, nisi quae ipse dux exercitus cepisset. Sed P.
bona verba, dum singula consideraverimus. Valer. Max. 3. 2, 26
6. *Eodem virtutis et pugnae genere* (quo scil. Romulus, Cossus, et Marcellus) *usi sunt T. Manlius Torquatus, et Valerius Corvinus, et Aemilianus Scipio. Hi nempe ultra provocantes hostium Duces interemerunt; sed, quia sub alienis auspiciis rem gesserant, spolia Jovi Feretrio non potuerunt consecranda.* Ego vero exiguam

Viri οὐ τυχόντες non pauci, qui hanc legem accepisse videntur, non de tribus diversis generibus spoliorum, sed tribus illis speciatim spoliis, a Romulo, Cosso, et Marcello captis. Certe Sigonius, et praecipue Onufrius in Fastis, quum de Cosso agunt, ex Pompejo et Servio se animadvertisse scribunt, secunda spolia ex Numae lege Marti, non Jovi, fuisse dicata: et Schottus ad Victorem, qui, et ipse cum ceteris scriptoribus Cossum spolia sua *Jovi Feretrio* consecrasse tradit, notat, *Marti dixisse oportuit. Nam lex Numae erat* etc. Virgilius autem lib. 6. Aen. extr. de Marcello ait:

Tertiaque arma patri suspendet capta Quirino.

Ubi Servius: *Melius esse, secundum legem Numae hunc locum accipere, qui praeceperit, prima opima spolia Jovi Feretrio debere suspendi, quod jam Romulus fecerat; secunda Marti, quod Cossus fecit; tertia Quirino, quod fecit Marcellus.* Verum istiusmodi sententia duplici laborat vitio, primo insigni ἀνισορηοίᾳ, quandoquidem Cossus et Marcellus sua spolia, aeque ac Romulus, Jovi Feretrio consecrarunt, ut constanter tradunt Historici; deinde perversa interpretatione Legis Numae, quae, ut dixi, de diversis spoliorum generibus agit, ideoque eis diversos etiam assignat Deos, quibus consecrari debeant, et diversos tribuit honores; ut taceam, nimis ridiculum futurum fuisse, Numam, si per prima spolia intellexisset ea, quae Romulus ceperat, eique, quamvis jam mortuo, tamen ejus facti praemium aere gravi repraesentari voluisset; et, quid ab illo etiam praestari deberet, literis consignasset: sed et ipsa Legis verba satis superque declarant, de futuro eam loqui. Videntur id perspexisse etiam illi commentatores Virgiliani, quos *varie de hoc loco tractare* ait Servius, et *Numae legis immemores* perperam, me judice, censet. Nam, quia illi nimis erant memores legis istius, et Virgilianum illum versum ejus legis sententiae et historiae Marcelli minus congruere videbant, ne videretur Poëta errasse, aut ipsi ejus errorem agnoscere, violentissimam illam excogitasse videntur interpretationem, quam primo quidem loco refert, sed deinde rejicit. Volebant nempe sensum esse verborum, Marcellum suspendisse *patri, hoc est, Jovi* Feretrio, tertia arma *capta Quirino*, hoc est, *qualia et Quirinus, id est, Romulus, jam ante ceperat.* Verum ea quidem vis est, quae perperam interpretando fit apertissimis verbis, sed quae tamen non alia de causa ab iis facta videtur, quam quod liquido satis cernebant, legem Numae, ad quam respexit haud dubie Virgilius, aliter accipiendam, quam ille fecisset, et in notis facit Servius.

Clarissime vero ipse Plutarchus in Marcello [pag. 302.] de tribus spoliorum generibus legem interpretatur; eamque etiam vulgari sententiae, quod unius tantum sint generis opima, atque ea sola, quae Dux ipse Duci detraxerit, contrariam statuit. Locus dignus est, qui hic exhibeatur: Τὰ δὲ σκῦλα σπόλια μὲν κοινῶς, ἰδίως δὲ ὀπίμια ταῦτα καλοῦσι, καίτοι φασὶν ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν Νομᾶν Πομπίλιον, καὶ πρώτων ὀπιμίων καὶ δευτέρων καὶ τρίτων μνημονεύειν. τὰ μὲν πρῶτα ληφθέντα τῷ Φερετρίῳ Διὶ κελεύοντα καθιεροῦν, τὰ δευτέρα δὲ τῷ Ἄρεϊ, τὰ δὲ τρίτα τῷ Κυρίνῳ, καὶ λαμβάνειν γέρας ἄσσάρια Τ. τὸν πρῶτον, τὸν δὲ δεύτερον Π. τὸν δὲ τρίτον Ρ. ὁ μέντοι πολὺς οὗτος ἐπικρατεῖ λόγος, ὡς ἐκείνων μόνον τιμίων ὄν-

P. 259

populi Romani redegisset, neminem Carthaginiensem in Hispania reliquisset, tamen magis tentata est ab eo triumphi spes, quam petita pertinaciter, ut ipse Livius ibidem ait, *quia neminem ad eam diem triumphasse, qui sine magistratu res gessisset, constabat.* Nempe ii, qui sine magistratu res gessissent, immo omnes Proconsules et Propraetores, qui tunc privati extra ordinem, non in, vel statim ex magistratu suo, accepto ordinario imperio, in provincias mittuntur, *auspicia*, ut diserte de iis Cicero de Divin. 2, 36. *non habent, itaque nec omnes transeunt auspicato, nec tripudio auspicantur.* Verum, quia, ut ibidem ait Cicero, bella jam tunc multis annis ab ejusmodi Proconsulibus et Propraetoribus summo cum imperio administrabantur, ita ut etiam ex iis triumphare possent, nihil magnopere mirandum est, si scriptores, animum non satis semper et ubique adtendentes, et libentius augentes illustrium hominum gloriam, quam deminuentes, non solum *ductum* illis, sed et *auspicium* aliquando tribuisse reperiantur, quamvis hoc quidem omisisse, si proprie et congruenter rei veritati, ac Populi Romani priscis institutis vellent loqui, debuissent. Id quod monuisse oportuit, ne quis allatis ejusmodi locutionibus, eadem benignitate a nobis accipiendis et interpretandis, qua superius *opima* a Floro et Livio, quae revera opima non erant, vocari tulimus, et excusavimus, Valerium defendere aggrederetur, Magistrum equitum spoliis opimis ornantem, quamvis ea a nemine, qui alienis auspiciis rem gerat, capi potuisse adfirmet.

P. 264

Ceterum ab eadem perversa sane (quippe vix ulla alia re Historiarum fides magis labefactatur ac vitiatur) in Historicis libidine, Valerium primis solenni, res gestas insignium suae gentis virorum semperi amplificandi, et in majus extollendi, profectum non dubito etiam hoc, quod ille a Torquato, Corvino, et Scipione interemptos scribit *hostium duces.* In hac enim controversia *ducem* cum dicimus, tam hostium, quam Romanorum, non alium intelligimus, nec novimus, ut diserte Livius, *nisi cujus auspicia bellum geritur*, hoc est, summum αὐτοκράτορα στρατηγόν. Tales autem fuisse, quos Torquatus et Corvinus pugnantes occiderunt, nemo omnium veterum, qui magno numero singularia istorum certamina memoriae mandaverunt, tradit, quum tamen id, si fuisset, minime praetermissuri, sed diligenter potius inculcaturi fuisse videantur, ut in quo maxime utique facinoris reponenda erat laus et gloria. Eum, qui cum Torquato congressus est, Cic. lib. 3. [cap. 31.] de Offic. et 2. [cap. 22.] de Finibus simpliciter *Gallum*, *quem ab ea provocatus occiderit* Manlius; Florus 1, 13. *barbarum.* Eutrop. lib. 2. [cap. 5.] dicit *provocantem Gallum ad singulare certamen.* Victor [Vir. Illustr. c. 28.] *Provocatorem Gallum.* Liv. 7, 9. *eximia corporis magnitudine Gallum.* 24, 8. *Gallum provocantem.* Claudius Quadrigarius, scriptor antiquissimus, apud Gellium 9, 13. *Gallum quendam, qui et viribus, et magnitudine, et adolescentia, simulque virtute ceteris antistabat.* Non ait, dignitate et fastigio Regis vel Imperatoris. Similiter Corvini adversarium Livius 7, 26. *Gallum magnitudine atque armis insignem.* 24, 8. *provocantem Gallum.* Amm. Marcell. lib. 24. [cap. 4.] *confidentissimum Gallum.* Victor [de Vir. Illust. cap. 29.] *ingentem Gallum.* Eutrop. P. 265

lib. 2. [cap. 6.] *Quendam ex Gallis.* Immo ipse Valerius similiter et eodem vocabulo, quod testis Donatus ad Terent. Eun. 5, 6. ἐξοχὴν Σεουήρου τοῦ κελτικοῦ ἀνδρὸς significat, certe in summum hostium Imperatorem minime convenit, *quendam Gallum* vocat 8, 15, 5. Gellius tamen (fatebor enim) ne nencio quibus libris Annalibus *Ducem Gallorum vasta et ardua proceritate*, mox *Gallum tam immaniter arrogantem*, denique *Ducem hostium ferocissimum*, Noct. Att. 9, 11. Sed quum ingentes Gallorum copiae fuisse memoret, et singuli Gallorum populi suos habuerint ductores ac Reguloos, non putem eum intellexisse unicum et summum totius gentis in illa expeditione Ducem, seu, ut magis propriè dicitur, *Imperatorem*, qui plures numero, praesertim in eo exercitu, qui e variis unius nationis civitatibus conflatus est, Duces infra suum fastigium positos saepe habet, eorumque ductu ubi, et quo vult, utitur. Certe Cicero, quum M. Atilium Regulum *Duce Xantippo, Imperatore Hamilcare* captum dicit de Offic. 3, 27. eodem sensu haec vocabula distinxit, quo *ductus*, et *auspicium* distinguenda sunt. Sic cum Latini conjunctis viribus bellum gererent contra Romanos, Geminius Metius Tusculanus equitibus praeerat, ut scribit Livius, et Valerius eum *Ducem Tusculanorum* vocat 2, 7, 6. deque eo ipso etiam, quod notandum, *gloriosam victoriam et speciosa*, non tamen *opima*, *spolia retulisse*, hujus Torquati filium provocatum scribit. Nihil frequentius Curtio, quam amicos Alexandri Regis et summi Ducis, praefectos partibus copiarum, appellare simpliciter *Duces*. Velut 5, 6. *Postero die convocatos Duces copiarum docet*. cap. 13. *Rex, convocatis Ducibus, maximum*, *inquit* etc. Et sic passim. Hinc *minores Duces* apud Tacit. Hist. 4, 85. quoniam varii generis erant: *Caninefates Batavosque minoribus Ducibus delegandos*. Quin immo proprie tandem *Duces* appellari coeperunt, qui inferiores et diversi erant ab ipso summo Duce, vel etiam Legato. Manifestum id ex Lamprid. Alex. cap. 52. *Tribunis aut Ducibus nisi milites anteire voluit, jussitque, ut ante Tribunum quatuor milites ambularent, ante Ducem sex, ante Legatum decem.* Duces hi erant singulis legionibus praefecti, qui antea Legati praetorii, diversi a Legato consulari.

P. 266

Idem de Scipione Aemiliano dicimus, si incorruptus est Flori locus 2, 1. ubi cum *Rege* in Hispania pugnasse dicitur, sed haud dubie eadem declamatoria ἀυξήσει, qua *opima* ibidem illi tribuuntur. Fuerit enim et ille Regulorum, quales in Hispania erant plurimi, quispiam, qui, vastata et populata foede a Lucullo Hispania, ad munitissimum Intercatiae oppidum inter illa hominum amplius viginti millia confugerit, vel Regis alicujus Filius, (nam Regum liberi, ut constat, etiam *Reges* solent appellari) neutiquam summus et praecipuus Vaccaeorum gentis Rex. Certe Appianus in Ibericis [pag. 284.] ubi omnium, qui ad nos pervenerunt, accuratissime et plenissime hanc historiam descripsit, simpliciter τινὰ τῶν βαρβάρων, tanquam hominem vilem, certe non adeo illustrem, dicit. Et Vellejus 1, 12. ubi, data occasione, quasi ex professo, pene omnia Aemiliani egregia facta non sine solita sibi in ejusmodi encomii exaggeratione recenset, tantum *immanis magnitudinis hostem* fuisse ait; Liv. Epit. 48. *provocatorem barbarum*; nemo cum Floro *Re-*

gem appellat. Quo paene adducor, praesertim quum insuper fere omnium doctorum consensu aliquid vitii contraxerit locus, ut *τὸ Rex* una cum Freinshemio maxime suspectum habeam. Verba sunt: *de quibus* P. 267 (Vaccaeis) *Scipio ille posterior singulari certamine, quum Rex fuisset provocatus, opima retulerat.* Variis haec tentant expositionibus et emendationibus viri doctissimi, quas referre omnes nihil attinet. Freinshemius, quia Regis istius ceteri non meminerunt, *non omissuri*, ut recte etiam ille putat, *si quod ejus rei fuisset*, dividit trium literarum vocem, legitque *cum R. Ex.* id est, *Romanus exercitus fuisset provocatus*, quod aperte Appianus tradat. At videtur mihi vir Eximius nimium memoriae suae confisus, vel perfunctorie omnino Appianum inspexisse, quum illud scriberet. Neutiquam enim ille Romanorum exercitum ab hostibus provocatum, sed contra, Romanorum ducem Lucullum hostium oppidum circumsedisse, semperque suos in aciem eduxisse, atque hostes ad pugnam provocasse, qui nunquam aciem contra instruxerint, sed velitationibus defungi maluerint; crebro autem quendam barbarorum equo vectum in medium interjecti campi processisse, provocantem unum aliquem Romanorum ad singulare certamen. Graeca sunt: *Καὶ συνεχῶς ἐξέτασσε*, (Lucullum intelige) *προκαλούμενος ἐς μάχην. οἱ δ' οὔπω μὲν ἀντεξέτασσον, ἀλλ' ἦσαν ἀκροβολισμοὶ μόνοι. ϑαμινὰ δέ τις τῶν βαρβάρων ἐξίππευεν ἐς τὸ μεταίχμιον κεκοσμημένος ὅπλοις περιφανῶς, καὶ προυκαλεῖτο Ῥωμαίων ἐς μονομαχίαν τὸν ἐϑέλοντα.* Vides non exercitum Romanorum provocatum ab Hispanis, vel Hispano; sed, ut a Gallo apud Livium, *Quem Roma fortissimum virum habeat.* Quid ergo? Existimem, quum Flori concisa brevitas passim spurcissimis additamentis ab ineptorum hominum calamo ortis inquinata sit, (vide infra cap. ult.) etiam hic *τὸ Rex* adjectum a sciolo, qui eo tibicine, quamvis nihil tale desiderantem, sententiam fulciendam cenavit, maxime quia P. sequebatur confestim *de Opimis*, 268 quod genus spolia Romulum, Cossum, Marcellum de Regibus omnes retulisse non ignorabat, ideoque et Scipionem necessario cum Rege congressum perverse et temere existimasse videtur. Certe, ea vox si absit, nihil prorsus difficultatis istic loci lectoribus amplius occurret.

Verum enim vero largiamur sane, quod tamen non facimus, certe non in omnibus, tres istos, quos Manlius, Corvinus et Scipio, diverso quisque tempore, singulari certamine victos interfecerunt, fuisse hostium summos Duces, Imperatores, Reges, si qui jam eo solo debitum illis honorem dicandorum Jovi Feretrio spoliorum opinantur, si modo et ipsi sui exercitus fuissent Imperatores, seu suis, non *alienis sub auspiciis rem gessissent*, idque adeo solum requiri omnino, liquido confici putant ex eo, quod illi, quamvis interemptis talibus *hostium Ducibus*, *spolia* tamen *Jovi Feretrio non potuerint consecranda referre*, ut sane Valerius Maximus, quantum ex ejus verbis colligas, sentire videtur, et apertissime cum atque ex eo hodie plerique sentiunt, hi palam declarant, non se nimis diligentem priscis majorum suorum seu Romanorum institutis indagandis dedisse operam, et legem spoliorum Feretrio Jovi sacrandorum, quae plura requirebat, non satis cognitam habere. Recurramus enim ad Plutarchi, qui ex veteribus luculentissime omnium

la egit, allata supe-
et videbimus cla-
vulgari istorum tem-
ione habita esse rite
a ejus certe gene-
mplo Feretrii Jovis
ii e. primi generis
ae capta sint, non
e ipso (at tum pu-
odque unum minus
sententia ex antiqui-
ad repeti censeam)
am interimente, *σπα-*
γὸν ἀτελόντος; sed
a sint simul *καὶ πα-*
σῆς, *καὶ πρώτα*, hoc
dicie seu, ut apud
tse procincta, tum
am, antequam alius
iud ex hoste spolium
ne in tria illa a Ro-
y et Marcello capta
congruisse videntur,
em ii omnes vel in
initio, vel, si Val.
reho de Romulo po-
dere volumus, pau-
ordinato jam utrin-
m, quam statim post
tercitu, hostium Re-
arunt. At Torqua-
s, et Scipio non in,
sed ex castris, acer-
evocatione irritati,
m ad singulare cer-
essi sunt; atque ideo
(ut diserte de prio-
, quamvis paulo ali-
ab imperatoribus
quod minime fuisset
i extra ordinem, sed
provocante cum ho-
issent congressi. Ha-
ium causarum una
idonea fuit, ad ne-
honorem portando-
eretrio spoliorum;
te faciant, qui etiam
e veteri sane histo-
neere conantur, non
ma habita fuisse spo-
e ipse Romanorum
ret, quoniam hi,
is hostium Ducibus,
ea tamen Jovi retulisse non le-
gantur.

Nec minus irrito conatu his
ex Dione adjiciunt Proconsulem
Augusteï aevi M. Crassum, quem
ille sua manu hostium Bastarna-
rum Regem Deldonem sive in
praelio sive in fuga (nam id ex
eo decernere nequeas) interfe-
cisse, et spolia ejus, tanquam
opima, Feretrio Jovi relaturum
fuisse scribit lib. 51. extr. *εἴπερ*
αὐτοκράτωρ στρατηγὸς ἐγεγόνει,
si Imperator summo cum impe-
rio ac suis auspiciis fuisset. Ete-
nim ut taceam, hunc dicando-
rum Jovi opimorum honorem
majoris raritate sua fuisse glo-
riae, quam ut privati sub Cae-
saribus eum petere fuissent ausi,
vel iis decerni aequo animo pas- P.
suri Caesares, qui omnia decora 270
ac honorum titulos ad se rapie-
bant; eodem hoc in bello neque
Crassus de victoria sua Imperato-
toris nomine, ut fieri ante sole-
bat, est decoratus, sed Augu-
stus, teste ipso Dione, utut ille
finito hoc bello tamen triumpha-
verit; quamvis et hoc ipsum,
non multis annis post, privatis
ademtum sit per Agrippae sive
voluntariam sive clanculum im-
peratam modestiam, qua, Bos-
poranis subactis, de rebus a se
gestis nihil publice ad senatum
scripsit, nec decretum sibi trium-
phum accepit, cujusque exem-
plo nemo deinceps eum petere
honorem paulo ante usitatissi-
mum sustinuit. Verum, his o-
missis, exemplum hoc Augusteï
aevi, quamvis auctoritate Dio-
nis subnixum, incassum plane
nobis objici dicimus, quum pa-
lam utique disputemus contra
istius pene temporis scriptores,
Livium et Valerium Maximum,
immo ipsum Augustum, atque
lubenter fateamur, jam tunc in-
valuisse vulgarem illam opinio-
nem, quae ceteris omnibus, prae-
terquam ei, cujus auspicio bel-

lum gereretur, opimorum consequendorum facultatem negabat, idque in gratiam forte Augusti, ut, quod ille novum et antea inauditum de Cosso adfirmabat, facilius fidem inveniret. Quapropter nemini mirum accidere jam debet, sub Augusto Crassum opima spolia Jovi non dedicasse, etiamsi maxime summo jure debitus illi fuisset iste honor. Etenim, quae lex, quod jus opimis his spoliis ab ipso Romulo et Numa constitutum sit, quidque exinde, sed antiquissimis temporibus, quibus spolia haec ab hostibus capta, et Jovi sacrata leguntur, apud Romanos obtinuerit, id demum in quaestione est. Ex istis ego temporibus unum Cossii exemplum, quem vetustissimi quique Scriptores constanter *Tribunum militum* ea cepisse adfirmant, ceteris omnibus modo excussis oppono, et antepono, quippe quo multo magis ac certius nostram seu Varronis sententiam confirmari, quam illis labefactari, censeo. P. 271

Livius tamen etiam hoc nobis novo argumento, praeter illud, quod, ex ipsa Lege ac jure spoliorum petitum, satis superque jam refutatum arbitror, eripere conatur. *Titulus ipse*, inquit, *spoliis inscriptus illos* (antiquos Scriptores) *meque arguit, Consulem ea Cossum cepisse. Hoc ego quum Augustum Caesarem, templorum omnium conditorem aut restitutorem, ingressum aedem Feretrii Jovis, quam vetustate dilapsam refecit, se ipsum in thorace linteo scriptum legisse audissem, prope sacrilegium ratus sum, Cosso spoliorum suorum Caesarem ipsius templi auctorem subtrahere testem.* Notat ad haec verba ὁ πάνυ, videri excidisse, *dicentem*, aut legendum *refecit, ipsum*, deleto scilicet *se*. Prius monuit olim etiam Glareanus, imo Sigonius et Onuphrius in Fastis, ubi hunc locum Livii recitant, voculam, quae excidisse putatur, addidere. Quod si hoc ferri nequit vel ellipsis verbi *dicere*, vel constructio τοῦ *audire*, cum duobus, ut loquuntur Grammatici, accusativis, altero personae, altero rei, multo minus sine animadversione praeteriri debet locus Livii lib. 1, 23. hoc nostro, qui satis explanati et aperti est sensus, longe quia intricatior, ideo et obscurior: *injurias*, ait ibi Fufetius Albanus, verba ad Tullum Hostilium faciens, *et non redditas res ex foedere, quae repetitae sint, et ego Regem nostrum Clusinum, causam hujusce esse belli, audisse videor, nec te dubito, Tulle, eadem prae te ferre.* Posset haec, ut quivis facile videt, etiam non omnino indiligens lector ita accipere, tanquam si Albanus non quidem concederet, sed tamen audisse se fateretur, Regem suum post factas injurias et non redditas res causam fuisse belli, quod inter se et Romanos cum maxime gerebatur. Sed, qui verba accuratius examinabit, verumque interiore velut angulo reconditum sensum scrutabitur, deprehendet continuo ἔλλειψιν τοῦ *dicere*, vel ab ipso Livio, vel a librariorum negligentia profectam. Significat enim Metius, se quoque audisse, aliquando Regem suum dicere, vel dicentem, injurias etc. istius belli esse causam. Sic additur τὸ *dicere* a Sempronio Asellione, veteri Historico, apud Gellium N. A. 13, 3. *Nam se patrem suum audisse dicere, nimis bonum Imperatorem non decertare, nisi* etc. Et ab ipso Gellio 17, 19. *Favorinum ego audivi dicere, Epictetum Philosophum dixisse, plerosque istos, qui philosophari viderentur, Philosophos esse* P. 271

hujuscemodi, ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν. At Livius, mea quidem sententia, maluisse videtur supprimere, quod satis intelligi posse a lectoribus censebat, quam ut tot infinitae ignaraeverba uno loco jungeret, ut τὸ *dicentem* satis absone juxta vel inter *Regem Clusilium* et *causam* locarit. Minus adhuc lib. 4. desideremus, ubi clarissima istique est sententia, admisso tantum hujus verbi defectu, quo nullum aliud frequentius elidit ur. Ipse Livius 1, 31. *Visi etiam audire vocem ingentem ex summi cacuminis luco, ut patrio ritu sacra Albani facerent, quae, veluti Diis quoque simul cum patria relictis, oblivioni dederant.* Intellige, dicentem, jubentem, vel quae diceret, juberet. Sic etiam Aelianus fere verbis, quae sine causa Fabro sunt suspecta, 14, 15. Πάυσωνα τον ζωγράφον, ἀκούσαντα παρά τινος γράψαι ἵππον καλινδούμενον, τόν δε γράψαι τρέχοντα. Hoc est, *Pausonem pictorem cum audisset aliquem* dicentem vel jubentem, cum mandatum accepisset ab aliquo, *ut pingeret equum sese volutantem, pinxisse eum currentem.* Porro idem Liv. 42, 25. *Exposita deinde ab se ordine, quae ipsi nuper Eumenem vera omnia et comperta referentem audissent*, scilicet dicere, nisi malis jungere, quae vera omnia et comperta, referentem Eumenem ipsi nuper audissent. Similia sunt prorsus, quae passim reperias apud Comicos: *Quid illum audio? Ut illum audio.* Quomodo et Appulejus in Apol. *Nam, ut audio partim Oeensium, quibistum novere, nulli Deo ad hoc aevi supplicavit*, quod recte ὁ πάνυ Observ. 3, 2. exponit ipse: *Audio quosdam Oeensium, nempe dicere.* Immo quotiescunque *audire aliquem* legimus, intelligere debemus verbum rei, de qua agitur, accommodatum. Discipulus audit praeceptorem, scil. docentem. Terent. Phorm. 2, 3, 61. *potius quam lites secter, aut quam te audiam*, scil. causam contra me orare. Domitianus apud Sueton. cap. 2. *Vis, inquit, hunc nequissimum servum eras audiamus*, nimirum causam agere. Durius accidit auribus illud Plauti Epid. 3, 4, 60. *Ego istum hominem nunquam audivi ante hunc diem*, nempe, nominari. Videtur in hac locutione corruptus Tacitus Ann. 13, 46. *Saepe auditus est, consurgens e concivio Caesaris, se ire ad illam sibi concessam dictitans nobilitatem, pulchritudinem, vota omnium, et gaudia felicium.* Sero ponitur τὸ *dictitans*, quum abesse possit, et aliud videantur proxima requirere, certe Lipsio, qui varie haec tentat, *conc. a DIS jactans nobil.* vel *conc. Dis dignam nobil.* vel denique *ubi congestam delibaret nobil.* Praeferam his omnibus *conc. divinitus nobilitatem*, ut intelligatur, *dicens*, vel *dictitans*, quod commodissime et saepissime fit, maxime apud Tacitum. Ut Ann. 3, 33. *Plures obturbabant, neque relatum de negotio, neque Caecinam dignum tantae rei censorem*, scil. dictitantes. Et sic alibi passim. P. 274

Ceterum, ut ab explicando jam ad refellendum redeamus Livium, si Cossus non modo vere opima spolia in consulatu suo cepisset, sed et id palam inscriptione ipsorum spoliorum, publice in aede Feretrii Jovis fixorum, posteris testatum reliquisset, quis non maximopere demiretur, in eo perperam tradendo, quo non aliud illustrius haberi poterat, cujusque decoris, quanto rarior numero compotum, tanto clarior et multis etiam triumphis praeferenda fuit

laus et gloria, tam turpi ignorantia et incuria cespitasse Scriptores antiquissimos, et, si maxime primi errassent, neminem ante Augustum, quum jam vetustate dilapsum ac tecto suo nudatum esset templum, hunc eorum errorem titulo gloriosissimorum spoliorum curiose inspiciendo, quum ipsa aedes adhuc esset integra, deprehendisse atque arguisse; immo nominem e tot Corneliis, qui plurimi ante et post Cossum, usque ad Augusti Romae principatum, continua serie in amplissimis honoribus, magistratibus, et imperiis semper fuerunt, non dicam iterum ex publico illo spoliorum titulo, quem tamen eos credibile est saepius legisse, et aliis ostentasse, sed ex propriis familiae suae commentariis, quos plerique nobiles habebant ad illustrandam suae gentis antiquitatem, ac servandam domesticarum et gentilium laudum memoriam, ut ex Cicerone docui cap. praeced. rei gestae veritatem eruisse, et errantes historicos in viam reduxisse. Etenim, si ulla gens istiusmodi commentarios habuit, credibile omnino est, etiam Corneliam habuisse, quae plura forsan, quam quaevis alia, P. rerum a suis egregie gestarum 275 ornamenta in eos referre potuit. Et si illa quicquam in iis, certe et hoc de opimis Cossi spoliis, quod omnia alia ornamenta superabat, saltem quando, quove in honore et magistratu contigerit, vere ac diligenter annotatum habere debuit.

Denique quam hujus tam manifesti et facile convincendi erroris causam habuissent veteres? Nam, quae Livius mox adfert, non originem erroris detegunt, sed vel errorem incredibili et multiplici prorsus errore cumulant, vel potius veteres hac in re errare neutiquam potuisse demonstrant. Enimvero pleraque Historiarum peccata vel ex fabulosis vulgi ac famae rumoribus, vel ex ipsorum scriptorum memoriae vitio, nimiove illustrium civium vel majorum suorum gloriam augendi studio primitus oriuntur. Hoc vero, de quo proprie hic agimus, primi Historiarum conditores, non ex auditu, neque ex plebeculae sermonibus, quae rebus gestis circumstantias miraculo propiores potissimum adjicere gaudet, cetera parum curat, sed, ut deinceps ex ipso Livio ostendam, ex annalibus vetustissimis hauserunt, in quibus non quidem, *quo consilio et qua ratione quaeque gesta* essent, exponebatur, sed tamen *quid quoque anno gestum; bellum quo initum consule, quo modo* (hoc est, quo eventu) *confectum, quis triumphans introierit, demonstrabatur*, ut nos docet Sempronius Asellio apud Gellium 5, 18. sed, ut Cic. de Annalibus, quos *Maximos* vocabant, quia, ut ait Festus, a Pontifice Maximo conficiebantur, loquitur de Orat. 2, 12. *in quibus, memoriae publicae retinendae causa, ab initio rerum Romanarum usque ad Pontificem Maximum P. Mucium, res omnes singulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus*, et publice domi suae proponebat, ad quorum exemplum primi Historiarum conditores, *sine ullis* P. *quidem ornamentis, monumenta tamen temporum, hominum,* 276 *locorum, gestarumque rerum reliquerint.* Fuerint ergo quantumvis jejuni et steriles, sine dubio tamen ex iis, quo anno facinus omnium praeclarissimum, Rex hostium in praelio interfectus, acciderit, quis et quo honore, utrum ipse Consul, an alio anno aliis consulibus Tribunus militum tam gloriosam victoriam et opima spolia reportaverit,

...iscemodi, ἄνευ τοῦ πράν-, μέχρι τοῦ λέγειν. At Li-, mea quidem sententia, ma-e videtur supprimere, quod intelligi posse a lectoribus ebat, quam ut tot infinitae ae verba uno loco jungeret, ...o dicentem satis absone jux-l inter Regem Cluilium et am locarit. Minus adhuc .. desideres, ubi clarissima ...e est sententia, admisso tan-hujus verbi defectu, quo ...m aliud frequentius elidi-Ipse Livius 1, 31. Visi et audire vocem ingentem ex ...ni cacuminis luco, ut pa-...ritu sacra Albani facerent, ..., veluti Diis quoque simul patria relictis, oblivioni ...ant. Intellige, dicentem, ...tem, vel quae diceret, ju-... Sic etiam Aelianus fere ...is, quae sine causa Fabro suspecta, 14, 15. Πάυσωνα ...γραφον, ἀκούσαντα παρά ...γράφας ἵππον καλινδούμε-τόν δε γράφας τρέχοντα. ...ü. Pausonem pictorem cum ...sset aliquem dicentem vel ...tem, cum mandatum acce-ab aliquo, ut pingeret e-... sese volutantem, pinxis-...m currentem. Porro idem ...2, 25. Exposita deinde ab ...line, quae ipsi nuper Eu-...m vera omnia et comper-...ferentem dedissent, scili-...icere, nisi malis jungere, ...vera omnia et comperta, ...entem Eumenem ipsi nuper ...ent. Similia sunt prorsus, ...passim reperias apud Comi-... Quid illum audio? Ut il-...audio. Quomodo et Appu-...in Apol. Nam, ut audio ...m Oeensium, quis istum ...e, nulli Deo ad hoc aevi ...licavit, quod recte ὁ πάνυ ...rv. 3, 2. exponit ipse: Au-...uosdam Oeensium, nem-...icere. Immo quotiescunque ...re aliquem legimus, intol-...e debemus verbum rei, de qua agitur, accommodatum. Discipulus audit praeceptorem, scil. docentem. Terent. Phorm. 2, 3, 61. potius quam lites secter, aut quam te audiam, scil. causam contra me orare. Domitianus apud Sueton. cap. 2. Vis, inquit, hunc nequissimum servum eras audiamus, nimirum causam agere. Durius accidit auribus illud Plauti Epid. 3, 4, 60. Ego istum hominem nunquam audivi ante hunc diem, nempe, nominari. Videtur in hac locutione corruptus Tacitus Ann. 13, 46. Saepe auditus est, consurgens e concilio Caesaris, se ire ad illam sibi concessam dictitans nobilitatem, pulchritudinem, vota omnium, et gaudia felicium. Sero ponitur τὸ dictitans, quum abesse possit, et aliud videantur proxima requirere, certe Lipsio, qui varie haec tentat, conc. a DIS jactans nobil. vel conc. Dis dignam nobil. vel denique ubi congestam deliberet nobil. Praeferam his omnibus conc. divinitus nobilitatem, ut intelligatur, dicens, vel dictitans, quod commodissime et saepissime fit, maxime apud Tacitum. Ut Ann. 3, 34. Plures obturbabant, neque relatum de negotio, neque Caecinam dignum tantae rei censorem, scil. dictitantes. Et sic alibi passim. P. 274

Ceterum, ut ab explicando jam ad refellendum redeamus Livium, si Cossus non modo vere opima spolia in consulatu suo cepisset, sed et id palam inscriptione ipsorum spoliorum, publice in aede Feretrii Jovis fixorum, posteris testatum reliquisset, quis non maximopere demiretur, in eo perpetam tradendo, quo non aliud illustrius haberi poterat, cujusque decoris, quanto rarior numero compotum, tanto clarior et multis etiam triumphis praeferenda fuit

natibus (a quibus tamen Sergium, qui primus cum iis cis Anienem pugnavit, cognomen hoc bello accepisse volunt) et Vejentibus eorumque Rege Tolumnio gestum memorat; et porro quum nonum abhinc annum tristi pestilentia atque inopia frugum notat, nullo prorsus bello, nedum tam clari et gloriosi eventus, tunc relato. Falsum etiam, quod Sergius Consul cum illis hostibus secundo quidem praelio, sed tamen multis suorum amissis, conflixisse traditur. Falsum, quod senatus gerendi hujus belli causa dictatorem dici Mam. Aemilium illo anno jusserit, atque is Magistrum equitum Quintium Cincinnatum, et legatos Quintium Capitolinum et Fabium Vibulanum assumserit. Falsae omnes belli et praelii, quo Vejentes ac Fidenates a dictatore Aemilio fusi ac fugati, et Tolumnius a Cosso occisus refertur, περισάσεις. Falsus denique dictatoris Aemilii de Vejentibus et Fidenatibus triumphus, quamvis ejus vestigia etiam in Fastis Capitolinis exstent.

Perspexisse sane et Livius videtur, (quamvis quis id non perspiciat?) quae labes futura esset in veteri Historia, si erraſſe in illo statuatur, quod tanto consensu ab ea memoriae mandatum, vel si erroris arguatur, qui tot alios secum errores trahit, et omnia pene convellit; ideoque, quanquam hactenus Veterum sententiam haud dubie in gratiam Augusti destruxisse visus est, eam tamen nunc iterum vehementissime, sed clanculum et tecte, adstruit, et tam graviter hic errare Auctores priscos non potuisse, meo quidem judicio, ipse innuit, prioribus subjungens: *Qui si ea in re sit error, quod tam veteres annales, quodque Magistratuum libri, quos linteos in aede repositos Monetae Macer Licinius citat identidem auctores, nono post demum anno cum T. Quintio Penno A. Cornelium Consulem habeant, existimatio communis omnium est.* Quae verba Glareanus fatetur ingenue, se non plane intelligere, nec tamen succurrit ei, qui id ceterequi studiose passim fecit, Sigonius. Mihi sane non adeo magna hic occurrit difficultas, neque etiam ulla emendandi necessitas; quae nulla esse potest ei, qui τὸ *si* pro *an* accipiendum hic esse perspicit; id quod faciendum esse dudum in adversariis meis notavi, et in privatis colloquiis, sicubi hujus loci mentio inciderat, plus semel ostendi. Eamque in rem ex multis, quae ad expositionem hanc confirmandam hinc inde collecta et annotata habeo, paucula et ex uno Livio, quum eodem sensu τὸ *si* usurpat, adferam. *Tentata res est primum, si impetu capi Ardea posset.* 1, 57. *Ac primo tentata res est, si dispositis clientibus disjicere rem possent.* 2, 35. *Ad collegium Pontificum referre Consul jussus, si posset recte votum incertae pecuniae suscipi.* 31, 9. *Percunctatus, si consilium salutare admittere auribus posset.* 33, 35. *Percunctatus, si se interim, quae defecissent ab societate Romana, urbes recipere vellet.* 36, 33. *Nihil aliud locutum ferunt, quam quaesisse, si incolumis Lycortas equitesque evasissent.* 39, 50. *Quaesivit iterum, si cum Romanis militare liceret.* 40, 49. Sensus ergo totius loci est: Qui error, scil. affirmantium, capta opima a Cosso Tribuno militum spolia, quae Consul ceperit, an ea in re vel Historia sit, et haereat eo, quod vetustissimi annales et lintei Magistratuum libri nono demum anno, post bellum cum Tolumnio et Vejentibus gestum, Cossum hunc

P. 179

ofterioris aetatis Scriptores po-
ierunt discere. Quod et ipsum
eque μνημονικὸν ἁμάρτημα om-
um Auctorum, in re tam cela-
ri admittere nos patitur. Nam,
maxime quispiam e primis a-
o securus ac negligens fuisset,
, rem tam manifesto falsam le-
oribus obtrudendo, in fidem
diligentiam, quae in Histo-
o maxime desiderabatur, in-
rreret; cui credibile fiet, ne-
e ipsum ab aliis edoctum cor-
iisse postea suum errorem, ne-
e aetate proximos, advocata
suorumque aequalium me-
riae fide, vel considerata ip-
um spoliorum inscriptione,
perlustratis, quos modo dixi,
nalibus Pontificum, aut Gen-
Corneliae commentariis (nam,
commentariis et funebribus
uque familiae laudationibus
ctores olim in rebus gestis
iorum exponendis multum u-
, ex Cicerone et Livio supra
cuimus) insignem hunc primi
iptoris lapsum observasse, sed
nes, quotquot deinceps us-
ad Augusti tempora hanc
memoriae mandarunt, foe-
ima sane oscitantia ac socor-
constanter enim recepisse et
nuisse?

eque vero studio amplifican-
Cossi gloriae quicquam hic
cari potuit, cum contra ista
one eam depressum invissent.
nim magis decorum atque ho-
um habebatur, si quis in sum-
magistratu rem egregiam ges-
t. Scipio Nasica, vir opti-
, quum Consul, devictis Bo-
et in deditionem acceptis,
vincia pacata, decessisset ad
d dubium triumphum, peti-
i suae ex parte adversantem
erit Tribunum plebis; qui
ebat, illum, debellatis Bo-
cum victore exercitu in pro-
quum Ligurum agrum trans-
, vel saltem eo suppetias
Minucio, qui jam tertium ibi
annum dubio detinebatur bello,
mittere debuisse; et suadebat Se-
natui, ut, quod a Consule *festi-
natione triumphi praetermis-
sum esset, id restitueret diffe-
rendo triumpho; juberent Con-
sulem redire in provinciam,
dare operam, ut Ligures sub-
igantur. his devictis paucos
post menses Proconsulem P.
Cornelium multorum exemplo,
qui in magistratu non trium-
phaverunt, triumphaturum es-
se*, apud Liv. 36. cap. 39. Vides
aperte Consuli objici *festinatio-
nem triumphi*, non alia ex cau-
sa ortam, quam quod maluerit,
et gloriosius duxerit in ipso illo
magistratu, qui summus erat,
triumphare, quam eo finito. At,
si vera jam est Augusti et Livii
sententia, Cossi nobilissimum fa-
cinus, quod, quum amplissimo
esset praeditus magistratu, sum-
mum in exercitu obtineret Im-
perium, bellum suis auspiciis
administraret, denique anno a
se denominato perpetrasset, an-
tiquissimi scriptores in alienum
annum et aliis consulibus insi-
gnem perperam contulissent, ac-
que ipsi necdum Consuli, sed
Tribuno militum, sub Dictato-
ris auspiciis militanti, turpi er-
rore adsignassent, atque ita rei,
per se quidem satis gloriosae,
non parvam tamen gloriae ac-
cessionem detraxissent.

Postremo si tam foedi erroris
hac in re arguuntur prisci Au-
ctores, confusa, incerta et falsa
sunt, pene omnia illius belli et
temporis, quantocunque consen-
su tradita. Nam, si Cossus Con-
sul demum opima de Tolumnio
Vejentium Rege spolia cepit,
quod ex eorum titulo se eruisse
gloriabatur Augustus, falsa est
veterum Historia, non modo cum P.
Tribunum militum ea cepisse ad- 278
firmat, sed et quum consulibus
M. Geganio Macerino et L. Ser-
gio Fidenate bellum cum Fide-

ctum est. Legebatur antea *septimo*, quod inter et *decimo* major utique est convenientia, quam inter idem illud et *nono*. Numerandi vero initium sic erit faciendum ab hoc ipso anno, P. cujus non minimam partem su- 282 perfuisse credibile est post victos jam Vejentes, et caesum Tolumnium. Eum si adnumeres, decimo; si praecidas, nono ab hac pugna anno Consul fuit Cossus. Frequentissime autem veteres, ut jam observatum ab Eruditis, in numerando utriusque extremi habent rationem, sed maxime Livius. Ne longe abeam, hoc ipso in capite, in quo verisimile uno eum modo locutum, eandemque numerandi rationem secutum, *Tertius*, ait, *ab Consulatu Cossi annus Tribunum eum Militum consulari potestate habet*. At tertius erat ducto initio non a sequente exactum Consulatum anno, sed eo ipso, quo Consulatum gessit. Nam gessit eum A. V. C. 325. Tribunatum vero 327. qui proinde tertius est a Consulatu eadem ratione, qua Consulatus decimi fuit anni post victos Vejentes. Atque ita cum dicimus *secundus a Rege* non intelligimus, aliquo inter regem et eum interposito, tertium dignitate, sed Regi proximum. Unde apparet, quam inconsiderate fecerint et olim Servius ac Donatus, et post cos viri summi Scaliger, Manutius, et Robortellus, qui illud Virgilii Ecl. 8.

Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus,

de tertio decimo, non duodecimo, exponendum omnino pertendunt. Atqui, *alter dicitur de duobus*, ajunt, quasi undecimus et duodecimus non sint duo. Quid facient isto ejusdem Virgilii Ecl. 5.

Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo?

An et hic post *illum* fingent duos, quorum alter sit tertius? Et sane ita volunt in verbis Terentii ex Andria 1, 1. *Unus et item alter*, quibus ista ratione tres proprie significari affirmant, sed auscultent Ciceroni Verr. 3, 35. *Unus adhuc fuit post Romam conditam*, (*Dii immortales faciant, ne sit alter*,) *cui Res* P. 283 *publica totam se traderet*, *L. Sulla*. Manifeste hic *alter* eum notat, qui *unum* illum proxime esset secuturus. Eutrop. lib. 9. [cap. 25.] de Galerio Maxim. *quippe qui etiam speculatoris munus cum altero ac tertio equite susceperit*. Ubi Galerius est Unus, *Alter* vero non tertius, a quo aperte distinguitur, sed proximus Uni. At apud Terentium nominantur mox tres proprie Chrysidis amatores, de quibus sermo. Sed sciendum, ista locutione, *Unus et alter*, non certum aliquem, verum incertum, sed paucorum numerum per formam extenuationis significari, et posse aequaliter adhiberi de duobus, tribus, quatuor etc. Gellius 6, 16. probaturus significationem verbi *deprecari*, a sciolo quodam rejectam, dicit, *plenos esse libros veterum similis significationis, ex quibus unum et alterum apposuerit*. Apposuit autem auctores Ennium et Ciceronem, et ex illius libris duo, ex hujus tria loca attulit, ut per *Unum et alterum*, si ad *veteres* referas, duos significaverit, si ad *libros*, quinque. Sic apud Sueton. in Caes. cap. 20. dicitur Vettius productus a Caesare pro Rostris, ut nominaret, a quibus de inferenda Pompejo nece fuisset sollicitatus, sed *uno atque altero frustra, nec sine suspicione fraudis nominatis* interceptus veneno. Jam, si Ciceronem ad Attic. 2, 24. conferas, patebit, non proprie tres a Vettio nominatos, sed plures, *Lucullum*, *Fannium*, *Domitium*, *Pisonem*,

et Laterensem. Idem Suet. in Claud. cap. 12. manifeste pro paucis incerto numero adhibet, et opponit pluribus. *Populus non ante destitit, quam unus atque alter, et mox plures a magistratibus in Rostra producti*. Denique hoc sensu saepissime sumitur ista phrasis, neque in Latina tantum lingua, sed et aliis. Nihil dicam de vernacula, sed ex Graeca locum adferam notabilem, in quo eadem significatione ponitur *εἷς καὶ δεύτερος*, plane ut *unus et alter*. Athenaeus, paucos posse nominari tradens eorum, qui equo Dureo fuerint inclusi, *si quis*, inquit, *te roget, quinam illi fuerint*, *ἑνὸς καὶ δευτέρου ἴσως ἐρεῖς ὄνομα*, *unius et alterius forte dices nomen*, hoc est, paucissimorum.

Sed ut ad Livium et superiora redeam, quum ille itaque ait, utrosque libros Cossum habere Consulem decimo demum anno post illud cum Vejentibus bellum, manifeste innuit, illos utrumque, tum bellum Vejens, tum Consulatum Cossi, sed diversis locis, memoriae prodidisse. Nisi fuerit illius mens, ineptissima versus foret ejus argumentatio. Nam enim originem aliquam et causam istius erroris, ut appellare voluit ac debuit, vel potius in eos in errorem induxerit, verbis indicaret, id quod ipse fert, sed errorem potius in quasi novo errore cumulet et ex uno faceret duos. Nisi nihil aliud, nisi quo 385 C. anno Cossus Consulatum gesisset, non item belli hujus causam et exitum, literis consignasset, exhiberent isti Annales Dictatuum libri, quam erroris causam potuerunt praeter iniquis Historiarum conditoribus? Cur illi alio anno, et eo, quo Tribunus Militasset, potius quam quo Consulem inveniebant, capta ab eo spolia referrent, in quo utique uno eorum error consistit, quamvis in duas ille possit dividi partes, dum primum a non Consule, deinde non vero anno spolia haec relata tradidissent, sed quae duo ita inter se cohaerent, ut utrumque sit materies unius controversi erroris, non aliquid extra eum, ejusve causa. Ergo, quum solum illud, quod Cossus nono, vel potius decimo demum anno simpliciter post hunc annum Consulatum tenuerit, non potuerit scriptores in istum errorem induxisse, multo minus excusare tanquam eo deceptos, nisi Livium suaviter ineptivisse volumus, necessario statuere debemus, ex ejus sententia, priscos scriptores hausisse utrumque, tum hoc anno bellum cum Vejentibus et Tolumnio gestum, atque eo, quo exposuerunt, modo confectum, (vid. supra Sempronii Asellionis locum) tum nono post illud bellum anno Cossum cum Penno fuisse Consulem, ex vetustissimis illis annalibus et Magistratuum libris, qui certe Dictaturam Aemilii, hoc anno illius belli causa relatam, ut et triumphum de Vejentibus et eorum Rege, (quod utrumque fit etiam in Fastis Capitolinis) non magis praeterierunt, quam postea Cossi Consulatum; atque ita, dum ille nobis dijudicandum relinquit, quod ipse decernere veretur, ne vel contra haud dubiam rei veritatem, et antiquissimorum librorum maximam auctoritatem, vel contra Augusti voluntatem sententiam dicat, satis declarare videtur, utut aliter sentire prae se ferat, veteres hac in re neutiquam errasse, vel errare potuisse. Etenim, si quicquam certi habet Historia Romana, hoc profecto illud est, quod ex annalibus tam vetustis, publica auctoritate per singulos annos factis, et linteis illis Ma-

giſtratuum libris, ob venerandam antiquitatem ac fidem in aede sacra repositis, petitum eſt. Quid enim falsi, quid immo incerti contineant ejusmodi monumenta seu libri, qui tantum publicae memoriae retinendae causa summa et pauciſſima, eoque certiora ac fide digniora, praecipuarum rerum capita, qui quoque anno fuerint Magiſtratus, quid ab iis publicae rei geſtum, quae bella inita et confecta, qui triumphi, et ex quibus hoſtibus debellatis acti, quid urbi num peſtilentia an penuria annonae aliave mala acciderint, breviſſime sine ullis rerum ac verborum ornamentis per singulos annos a Pontifice Max. vel quo alio publice annotata habent? Nedum ut hunc tam immanem errorem in re omnium clariſſima non modo contra rei geſtae fidem, sed et inscripti ipsis spoliis tituli, ut voluit Auguſtus, teſtimonium receperint, atque ad posteros propagarint. Nam, siquidem hic erratum, et Coſſus vere in Consulatu suo opima de Tolumnio Rege spolia cepit, neceſſario vel ille non eo anno, quo iſti libri volunt, sed quo Consules Geganium ac Sergium memorant, novem annis citius, quocunque demum collega, qui incertus hoc pacto erit, consul debuit fuiſſe; quod, quia totam Chronologiae Romanae rationem perturbaret; annorum et Magiſtratuum seriem prorsus confunderet, ac nimium quantum labefactaret veterum Annalium fidem, qui, si quicquam, eos certe Magiſtratus, a quibus ipsi anni denominantur, suo quemque loco et tempore recte collocare debuerunt, nemo opinor facile admittet: vel bellum cum Vejentibus et Tolumnio geſtum, quod illi ad annum, qui Geganium ac Sergium Consules habuit, annotarunt, referri potius debuit ad nonum inde annum, quo Coſſus cum Penno Consul fuit. Sed et hoc neutiquam statuendum videtur, si quicquam libris tam antiquis et Hiſtoriae Romanae tribuimus. Nam, si ne bellorum quidem, et tam illuſtrium saltem, tempus fideliter memoriae mandarunt, quid eſt, in quo fidem deinceps mereantur? Quid, quaeso, illis non de hoc modo, sed et de omnibus aliis bellis, atque omnibus aliis rebus, in posterum credemus, si tam celebre bellum non solum alieno tempore seu novem integris annis citius, quam oportuerat, ponant, sed et aliis, quum per quos geſtum eſt, adscribant Magiſtratibus, non tantum ordinariis, sed et extraordinariis, quos ad hoc bellum conficiendum creatos dicunt? Dictatorem intelligo cum suo Magiſtro equitum Mamercum Aemilium, cujus petitae haud dubie ex Magiſtratuum libris Dictaturae ut et triumphi tempus ac causa, admiſso hoc vetuſtiſſimorum annalium errore, remisso que ad Cossi Consulatum Vejente bello ac Tolumnii caede, fluctuabit atque incerta omnino sede vagabitur.

P. 286

P. 287

Neque vero ulla ratione excusari posset iſte antiquiſſimorum voluminum error, tanquam ortus, ut fere fit, ex similitudine rerum diverso tempore geſtarum, veluti, si utroque anno cum eodem Tolumnio bellum Romani geſſissent, quum illi longe alia ad Consulatum Cossi annotent; ut adeo non unum errorem, si errassent, sed non multo minorem alium quoque hac in re commisissent. Nam, quo illi tempore et anno retulisse debuissent bellum tam feliciter et gloriose consummatum, eo per tres ferme annos nullius omnino belli meminerunt, immo peſtilentia ac fame misere vexatam urbem prodiderunt. Unde Livius, tanquam sui oblitus, tam claram pugnam in eum annum a scri-

ptoribus transferri non potuisse scribit. Sed recognoscamus sane ejus verba, quibus illos multo adhuc apertius, quam in proxime superioribus, tuetur ac defendit, dum eorum erroris causam atque occasionem indagare videtur. *Nam etiam illud accedit, ne tam clara pugna in eum annum transferri posset,* (scilicet ab Auctoribus antiquis) *quod imbelle triennium ferme pestilentia inopiaque frugum circa A. Cornelium Consulem*
P. 288 *fuit, adeo ut quidam annales, velut funesti, nihil, praeter nomina Consulum, suggerant.* Quod si nobilissima illa Cossi pugna in annum ejus Consulatus transferri *non potuit* a scriptoribus, quod vere (ut sane sine haesitatione, tanquam ex tua etiam sententia, affirmas) circa eum consulem imbelle fuerit triennium, ac pestilentia inopiaque frugum infame, quid ergo, Livi, tam inclementer eos erroris arguis, quum, si in eo errarunt, quod spoliorum de Tolumnio relatorum honorem non tribuerint Cosso, jam Consuli, etiam in eo male haud dubie et perperam fecissent, quod circa ejus consulatum imbelle triennium statuerint; id quod, admissa Augusti sententia, aeque falsum haberi debet, ac prius. Atque ita ineptissima profecto foret haec excusatio, quam Logici petitionem principii vocant. Sed noluisti videlicet hanc occasionem praetermittere gratificandi Augusto, referenda hoc loco et probanda ejus de Cossi opimis spoliis sententia, quam ipse tibi retulerat, ideoque (ut solent, qui antiquarum rerum cognitione delectantur, sibi in eo plus satis aliquando placere, si quid antea ignoratum eruerint, vel, in quo alii haesiterunt, ac caespitarunt, expedierint, immo dum aliorum errores se deprehendisse gloriantur, si ipsi forte errent, tamen haud facile eum sibi errorem eripi patiuntur, ac saepe iniquo animo ferunt suam sententiam non recipi statim atque adoptari ab aliis) tuum forte dissensum de re, de qua inventa se jactabat, et in Historia tua mentionem fieri, ut opinor, volebat, haud benevole aut patienter accepisset. Atque utinam non etiam nunc in re literaria aliorum opiniones et conjecturas viri docti contra animi sui sententiam saepe laudarent publice ac probarent, vel laudare ac prohare cogerentur, ac styli sui veritatem potius perdere, quam hominum ineptorum, quos offendere metuunt, et simplicissimo dissensu extemplo offenderent, amicitias!

Ceteroqui enim, quid Livius P.
apud animum suum hac de re 289
senserit, satis ego quidem liquere arbitror, tum ex allatis modo et excussis rationibus, tum quod in Historica rerum Romanarum serie pertexenda antiquiores per omnia in his rebus sequitur; adeoque non hic modo bellum cum Vejentibus et Tolumnio hoc anno a Dictatore Aemilio consummatum, et spolia opima a Cosso Tribuno militum capta uberiore sermone exponit, sed et iterum cap. 32. ex persona Mam. Aemilii Dictatoris tertium, qui tunc Magistrum equitum sibi legerat Cossum, haud dubie ea maxime de causa, quod antea, se primum Dictatore, tam claram edidisset pugnam, *Magistrum equitum A. Cornelium eundem in acie fore, qui priore bello Tribunus militum, Larte Tolumnio rege Vejentum in conspectu duorum exercituum occiso, spolia opima Jovis Feretrii templo intulerit.* Enimvero quid opus, immo annon indecorum et indignum Historico, cui veritas una omnium maxime debet esse proposita, id tanquam verum, nulla subigente necessitate.

lectori suo iterum ingerere, quod ipse pro falso habet, et rejicit? Quid? An quis ferre ac excusare queat Auctorem, qui oratione, in Historiae suae ornamentum a se composita, in qua saltem verisimilitudinem religiosissime sequi ac servare debebat, induceret Dictatorem de suo antea Tribuno militum, tunc Magistro equitum, ea dicentem, quasi paulo ante suis auspiciis et ductu contigissent, quae tamen ex ipsius Auctoris sententia longe aliter se habeant, adeoque a Dictatore dici nequaquam potuerint. Nam, si Cossus tribus tantum annis ante in consulatu suo vere ea spolia cepisset, neutiquam Aemilius in ejus militarem Tribunatum tam egregium facinus in concione populi Romani referre potuisset. Quamobrem etiam Muretus Var. Lect. 15, 14. hoc inter ea, in quibus parum considerate et inter se pugnantia locutus sit Livius, refert. Verum haec non ejus fuit negligentia oscitantiave, sed studium veritatis, quam antea reverentia Augusti obscuraverat: id quod etiam prodit, quum serie rerum ad ipsum Cossi Consulatum deducitur c. 30. ubi nullam Tolumnii, nullam omnino opimorum spoliorum tunc temporis ab eo relatorum mentionem facit, sed quatuor annorum spatium uno capite concludit, et, sicut proximo superiore anno *nihil dictu dignum actum* esse, sic illo Cossi nihil nisi siccitatem, sterilitatem, ac morbos memorat; tantum etiam tunc *Vejentes in agrum Romanum excursiones fecisse*, sed de qua injuria sequente demum anno res repetitae sint, et tertio anno, quo Cossus fuit Magister equitum, bellum cum iis gestum initiis parum felicibus, sed exitu felicissimo. Vides in rebus ipsis, suo loco et tempore memoriae mandandis, Livium nullam prorsus hujus suae disputationis habere rationem, nec vel verbo meminisse, sed antiquiores potius Auctores fideliter sequi; longe secus, quam nostri Historiarum et Fastorum concinnatores, qui Tolumnii caedem et relata a Cosso spolia in illum bellis vacuum, sed allis malis infamem, annum Consulatus ejus referunt, atque ita antiquiorum omnium, et ipsius Livii, Historicae narrationi fidem derogare malunt, quam iis, quae hic extra ordinem Titus noster in gratiam Augusti contra antiquos differit.

P. 290

Nam quod praeterea ex Plutarcho, qui in vita Romuli Cossum et Marcellum ista spolia ferentes *quadrigis* urbem invectos aït, colligi volunt, eum quoque triumphasse, adeoque non Tribunum militum, qui triumphare non potuerit, sed Consulem ea spolia retulisse, id argumentum revera nullius est ponderis. Erravit enim Plutarchus, aeque ac Valerius Max. et Victor, quos etiam ipsi rejiciunt, Cosso non Tribuno, aut Consuli, sed Magistro equitum hanc tam gloriosam de Tolumnio victoriam adscribentes. Nam quid Graecus ille de Cosso et ejus aequalibus docere nos possit, quod non ipse ex antiquioribus haurire debuerit? Atqui omnes ante Livium uno ore Cossum Tribunum militum in Triumpho non suo, sed Dictatoris sui, opima haec spolia Feretrii templo intulisse tradiderunt, neque ullum indicium aut vestigium triumphi, ab ipso Cosso Consule acti, usquam aut apud quenquam alium reperitur. Et si etiam olim ex ullis vel librorum monumentis erui potuisset, haud dubio doctissimo illo aevo et antiquitatum studiosissimo non fugisset vel Augustum, vel Livium, quos credibile est diligentissime in hanc rem inqui-

P. 291

e, et, si quid ejusmodi in-
ient, eo veluti maximo no-
entiae firmamento fuisse
s.

a, quam parum sibi ipse
s in ea probanda et confir-
a superioribus argumentis
ecerit, vel ex eo patet, quod,
iam dixerat, in Cossi Con-
nnum pugnam ejus cum To-
io non potuisse transferri,
ctura, quasi iis jam opus
et quidem tam incerta, ut
ipse mox explodat, aliud
poliis accommodare quaerit
us. *Tertius*, inquit, *ab
ulatu Cossi annus, Tribu-
eum militum consulari po-
te habet: eodem anno Ma-
um equitum, quo in Impe-
teram insignem edidit pu-
n equestrem. Ea libera con-
ra est.* Etiam haec et seqq.
annexis rationibus non pla-
intelligere queritur Gla-
s. Nec injuria. Nam sa-
pparet, Livium, si usquam,
n loco laborasse, ac vix
se, qua verborum obscu-
se tegeret suamque animi
ntiam. Nam nihil aliud di-
quam tertio ab Consulatu
Cossum fuisse Tribunum
um consulari potestate, et
sequuntur, quid eo signi-
ir, aut quo pertinet? Sed,
ipse clare et aperte non
est proloqui, ne Augusti
ntiam statuere parum ve-
et certam videretur, nobis
andum et intelligendum vo-
elinquere. Nempe quum du-
tantum annis post Consu-
Tribunus militum consu-
potestate fuerit, et simul
ter equitum, eoque in im-
etiam alteram ediderit in-
m ac celebrem equestrem
sm, de qua mox etiam ali-
dicemus, forte etiam hanc
Tolumnio tunc ab illo pu-
m esse; quoniam cum iis-
Vejentibus Romani tunc
congressi sint, et sub ejusdem
Dictatoris auspiciis. Quo posito, longe proclivior fuisset veterum error, et longe verisimilior ejus dari possit causa, dum, quod Cossus in bello contra Vejentes sub auspiciis Dictatoris Mam. Aemilii egisset eo anno, quo Tribunus militum consulari potestate in Urbe fuit, id illi tribuissent undecim annis ante, quando sub eodem Dictatore contra eosdem hostes in exercitu Romano Tribunum militum egit. Hoc voluit illis verbis Livius, et ideo, ut revera novam in iis latere conjecturam significaret, subjunxit, *sed ea libera conjectura est*, verum ea, quam modo proposui, mera est conjectura, nullis conjectandi legibus adstricta aut coërcita, sed quae quamlibet opinionem nullis firmamentis subnixam libere arripit. Hinc jam pendet P. 293
seqq. sensus: *Sed, ut ego arbitror, vana in omnes opiniones versare licet*, hoc est, sed meo quidem judicio incertis et vanis in rebus ita conjectare licet, res, quas vanas liquet, ut sunt, quae de Cossi opimis spoliis alio quam Consulatus ipsius anno traduntur, etiam libera ejusmodi conjectura in omnes opiniones, quascunque possis, versare et aptare licet. Sic *liberum spiritum* vocat poëticum Petronius, quod per varia vagetur, *ut potius furentis animi vaticinatio adpareat, quam religiosae orationis sub testibus fides.* Vero autem libera, immo incertissima haec erat conjectura. Nam nulla omnino causa est, cur eam potius recipiamus, nullis plane argumentis fultam, quam omnium antiquorum, de re tam antiqua, sententiam, ad quam labefactandam a posse ad esse, ut in scholis loquuntur, argumentari neutiquam licet. Et praeterea duae illae rationes, ex titulo et lege spoliorum petitae,

quibus veterum consensum impugnabat Livius, si quid in iis esset virium, hanc ejus conjecturam aequali prorsus effectu infirmarent, unde et continuo eam ipse rejicit. Nihilominus Valerius Max. et Aurelius Victor idem afferunt, Cossum scilicet Magistrum equitum opima cepisse spolia. Sed summam ea in re Valerii oscitantiam superius demonstravimus: et uterque alio insuper malae ac sublestae fidei documento suam ipsius auctoritatem eo loci non parum imminuit; Valerius, quum *ducem Fidenatium* a Cosso interemptum scribit, qui fuerat Rex Vejentium, ad quos a Romanis defecerant Fidenates; Victor, quod non solum nulla Vejentium, sed solorum Fidenatium facta mentione, ita horum quoque ducem Tolumnium, quem P. 294 nominat, videtur et ipse facere, sed vel maxime, quod Cosso Magistro equitum Dictatorem imponit Quintium Cincinnatum, quum is Magister equitum Dictatorem habuerit Mam. Aemilium, Quintius autem Cincinnatus sub eodem Dictatore Magister equitum fuerit, quum Cossus ex veterum sententia Tribunus militum de Tolumnio opima retulit.

Concludit tandem Livius hanc disputationem, ita ut ad aucupandam Augusti gratiam oportebat, hoc est, ita ut videretur illius sententiam, spretis omnibus obstaculis, penitus probare ac recipere. *Sed, ut ego arbitror, vana in omnes opiniones versare licet, quum auctor pugnae recentibus spoliis in sacra sede positis, Jovem prope ipsum, cui vota erant, Romulumque intuens, haud spernendos falsi tituli testes, sese A. Cornelium Cossum Consulem scripserit.* Legendum putem *inscripserit*, nempe *spoliis*, quod praecedit. Sic superius; *titulus ipse spoliis inscriptus. In* facile potuit absorberi, per ultimam proximi vocabuli literam. Non tamen hoc tanti facio, ut cum quoquam de eo contra vulgatum contendere velim. Ceterum connexio sententiae haec est: Liberam esse suam illam conjecturam, nec certis finibus comprehensam, sed obvium quodque invadentem, verum ita libere, vana quae sint, hoc est, illam veterum sententiam, quam retulerat, et falsitatis arguerat, licere in omnes versare opiniones, ut maxime vanam, quum ipse auctor pugnae recentibus spoliis sese A. Cornelium Cossum Consulem inscripserit, quo utique vanissimam eam esse cuivis adpareat.

Ita excusso et illustrato simul ac confutato nobilissimo hoc, sed et obscuro Livii loco, de spoliorum tandem titulo videamus. Nec enim Augusti fidem in eo re- P. ferendo suspectam habemus, sed 295 aliter interpretandum, et quidvis potius comminiscendum censemus, quam ut eo temere impugnetur omnium antiquorum hujusmodi in re consensus, praesertim quum minime sit verosimile, non et ipsos legisse ac consideraffe, sed ignoraffe vel neglexisse pariter eum omnes, licet publice in sacra aede ad servandam rei memoriam, et edocendam posteritatem in ipsis spoliis scriptum. Ampliss. Rutgersius, qui itidem erraffe hic potius Augustum censet, putat illum, cum invenisset *A. Cornelius M. F. L. N. Cos.* ultimam voculam male exposuisse *Consul*, pro eo quod debuisset, *Cossus*. Sed aperte eam inscriptionem rejiciunt Livii verba, qui haud dubie ex ipsius Augusti sermone, spoliis inscriptum *A. Cornelium Cossum Consulem* testatur, expresso simul et cognomine et Magistratus vocabulo.

Deinde si maximè in thorace
a scriptum invenisset Augustus,
n aliter tamen, si solam per
considerei inscriptionem, e-
que ab Auctore suo ita scri-
m statuas, ut a posteris intel-
i volnerit, *ro Cos.* interpre-
i ille debuisset, quam *Consul.*
enim istae literae, eo prae-
tim loco post illustris viri no-
na in quocunque titulo posi-
, semper istius honoris voca-
lum notant, et tam frequen-
jam antiquitus in imaginum,
uarum, lapidum, nummorum,
aromque rerum inscriptioni-
occurrebant, ut non modo
lus postea lector (quem qui
smodi monumentis de rebus
monere seu docere vult,
quam earum ignarum consi-
are, et proinde non obscure
rsus alloqui debet) illas, ubi-
que tandem isto verborum
ine repertas, aliter, quam
gatissima ferebat consuetu-
interpretaturus esset; sed et
m jam vox, quae iis significi-
atur, interjecta a posteriori
Romanis nova litera, au-
r pronunciaretur, atque et-
, ubi integra exprimebatur,
beretur, antiqua tamen illa
Cos. scriptura etiam tum re-
a fuerit. Nempe Consulem
quissimi, et haud dubie ip-
Cossi tempore, dicebant *Co-*
m, sicuti *covallis* apud Var-
em, *Cojux* et *Coservus* in
p. et similia, ignorata in his,
iquet, littera *N.* quam poste-
es tum particulae isti *Co*, ad
ponendum adhibitae, tum
infinitis vocabulis addide-
t. Hinc factum, ut ea vox
us illis primis olim ejus li-
s passim notata occurrat, nec,
m postquam aliam loco seu
ne tertiam jam accepisset,
tamen triam literarum nota
leri potuerit. Nempe pro-
ciatio, quae in arbitrio est
onstantissimi vulgi, facilius et
us mutatur, quam scriptura, et quamvis haec tandem illi se accommodare debeat, et in hac etiam voce plene exarata accommodaverit, tamen imperfecta isthaec scriptura, quia tam crebro erat in usu, in titulis maxime, mutari vix potuit, vel certe reverentia quadam antiquitatis retenta est, tanquam usitatissima Consularis dignitatis nota, quam, ob suam frequentiam periculum non erat, ne quis ignoraret, vel perperam interpretaretur. Ita scribebatur perpetuo *Cos*, tanquam si adhuc diceretur *Cosul*, sed legebatur *Consul.*

Eodem modo se res habuit in una ex quatuor urbanis tribubus. Nam quia olim cives Romani distributi erant in xxxv. tribus, et in titulis lapidum semper tribus, in quam quisque erat relatus, nomini cujusque primis literis notata adjiciebatur, ex eo tam frequenti item usu factum est, ut, quum mutatio quaedam evenisset in pronuntiatione et scriptura unius e quatuor illis urbanis tribubus, ea tamen etiam tunc pristinam suam notam trium literarum in Lapp. retinuerit, quamvis plene scripta tertiam istius notae literam non amplius agnosceret. De *Suburana* tribu loquor, quam olim P. 297
Sucusanam a succurrendo dictam praeter Varronem sensit et Verrius apud Festum, eique *rei indicio esse, quod adhuc* (quum scilicet *Suburana* jam diceretur) *ea tribus per C. literam, non B. scribatur.* Nempe *quum tribus literis notatur, C. tertiam ostendit*, ut ait Quintil. 1, 12. hoc est, designatur in monumentis lapidum, quae etiam nunc obvia, per has literas *SUC.* quia istic ab usitatissimo et antiquissimo more, quo semper antea istis literis notata fuerat, non ita facile, ut in vulgari sermone, recedere vel poterant, vel sustinebant. Legendo tamen

Suburanam vocabant. Qua etiam re tandem effectum est, ut nonnulli, solummodo pronunciationi adtendentes, et antiquitatis usum in scribendo ignorantes etiam in Lapp. *B. ἀντὶ τοῦ C.* usurpaverint, ut in quibusdam inscriptionibus, non tamen antiquis valde, videre est.

Similiter praenomina Romanorum paucissimis literis, pleraque una tantum, ubique signata occurrunt, maxime quae frequentissimi erant usus. Inde factum est, ut, quae pene omnium erant usitatissima, *Gajus* et *Gnaeus* (ut ego haec legenda, et siquidem integre etiam scribenda censeo) tamen non per *G.* sed *C.* occurrant notata. Antiquissimi enim ignorabant figuram *τοῦ G.* ejus vero vim et sonum per literam *C.* efferebant, quae potestate, ordine, et forma quoque Graeco *Γ* respondebat, unde et *Gammae vice prius functam* ait Ausonius in Idyll. de literis. Voluit idem Festus in v. *Prodigia*, sed obscurius paulo, ideoque minus intellectus a viris doctis. *Prodigia*, inquit, P. *quod praedicunt futura, permu-* 298 *tatione G. literae; nam quae nunc C. appellatur, ab antiquis G. vocabatur.* ubi mirifice haesitat Ant. Augustinus, et nescio quae, certe a Festi mente alienissima, comminiscitur. Sensus est, prodigia a praedicendo, vel prodicendo, ut vult Aug. denominata esse, facta permutatione *G.* literae in locum *C.* qua usi sint antiqui, qui non habentes figuram literae *G.* ejus *G.* tamen sono extulerint et vocaverint eam literam, quae nunc vulgo *C.* appellatur, et pronunciatur ut Graecum *K.* seu, ut idem ait in v. *Orcus*, *per C. literae formam*, *nihilominus G. usurparint*, id est, pronunciarint. Unde et Victorinus de Orthogr. [pag. 2269.] apud illos *C. et nomen habuit G. et usum praestitit.* Ipsam enim G. literam sero Romani acceperunt, a Sp. Carvilio demum inventam, quum jam *C.* literae sonus a *τῷ γάμμα* ad *τὸ κάππα* desciscere coepisset. Plutarch. Quaest. Rom. n. 54. *ὅθεν ἐχρήσαντο τῷ γάμμα, Καρβειλίου Σπορίου προσεξευρόντος. Sero usi sunt litera G. quum Sp. Carvilius eam invenisset.* Intelligenda enim Graeca de figura literae *G.* nam sonum ejus, seu *τοῦ γάμμα*, antiquitus sub figura literae *C.* habuerunt. Quod de Sp. Carvilio Plutarchus, idem de eo Scaurus et Victorinus Grammatici testantur. Eum autem Petrus Ciacconius Vir Doctissimus ad Duilianam inscriptionem, in qua semper istic loci, ubi posteriores *G.* posuissent, *C.* exaratum invenies, suspicatur fuisse illum ipsum, qui primus Romae divortium fecisse traditur circa annum U. C. 520. At ego existimem potius, fuisse illum libertum, qui primus in ea urbe *γραμματοδιδασκαλεῖον* ludum literarium apparuisse dicitur a Plutarcho Quaest. 59. Ergo quum prisci scriberent *Cajus* et *Cnaeus*, quod illis idem in pronunciando erat, ac si Graece scriberetur *Γάϊος* et *Γνάϊος*, ut P. etiam fit a Graecis scriptoribus, 299 ea praenomina, siquidem primis tantum literis signarentur, per *C.* et *CN.* notari olim debuerunt. Et ita factum, ut hae notae, quia tam crebro in omni monumentorum genere occurrerent, quum essent quamplurimi, qui istis praenominibus appellarentur, retentae fuerint, etiam postquam inventa fuit litera *G.* quando *C.* nullum amplius locum habebat in vocabulis, quae *Gajus* et *Gnaeus* legebantur, immo et scribebantur, siquidem scriberentur integre. Unde et Paulus vel Festus, secutus in eo haud dubie Verrium suum, de utroque praenomine non in *C.* litera, sed *G.*

git, quos summa injuria tam a-
riter propterea exagitat Ant.
uguſtinus. Nec enim Quintilia-
us tradit, *Cajum* scribi, dici
ero *Gajum*, sed *Gajum C. li-*
ra Notari, nec Gnaeum eam
teram in praenominis NOTA
ccipere, qua sonet. Vide lib.
cap. 7. Manifeſte agit de no-
s horum nominum, non inte-
ra scriptura; quae cum enun-
atione conveniebat, haud dubie
eque ac eorum, quae ibi por-
o memorat. Scilicet *Consules,*
Suburana tribus, quamvis
ienioribus significentur notis
OSS. et *SUC.* nemo tamen
rit, opinor, qui dubitet, quin
la, si plene perscribantur, usi-
tas in pronunciando literas ter-
o loco recipiant, et recipere
ebeant.

Non putem itaque Coſſum, si
ognomen suum in hoc spolio-
um titulo inscribi, idque a po-
eris intelligi voluiſſet, his tri-
us tantum literis fuiſſe usurum,
iae iſthic loci positae ex vulga-
ſſimo inscriptionum more *Con-*
lis vocabulum potius, quam
uicquam aliud, notare cuilibet
derentur, et proinde omnes,
l legendum hunc titulum ac-
ſſuros, vel in haesitationem,
l in errorem inducerent; im-
o, ex ipsius Clar. Rutgersii
ntentia, ipsum Auguſtum, prin-
pem revera Doctiſſ. et qui mi-
me ignorabat, A. hunc Cor-
elium Coſſi cognomen habuiſſe,
vera induxiſſent, de Consulari
as dignitate perperam, ut cre-
t, exponentem.

Quo accedit, quod non sole-
nt veteres paucis literis notare
gnomen, siquidem integre scri-
erant nomen gentilicium. Quia
c, quum conſtans eſſet et per-
tuum inter omnes gentiles ac
ſſteros, ideoque omnibus no-
is, facilius multo cognosci po-
rat concise scriptum ex addito
ene cognomine, quam ex gen-
tilicio cognomen, quod saepis-
sime in poſteris, saepe etiam
in uno homine, mutabatur, ac
novum plane, ideoque etiamnum
incognitum, plerisque erat. Sic
in aliquot fiſtularum plumbearum
titulis apud Gruterum pag. 182.
et 183. *C. IVN. SILANO. M.*
LICIN. LVCVLLO. L. IVN.
CLARO. ET AVR. SEVERO.
COS. SEX. AVR. ANVLLI-
NO. COS aliaque. In nummis
L. H. TVB. exponendum eſſe
L. Hostilius Tubulus contra vi-
rum Doctiſſimum, qui aliter sen-
tiebat, in nupera mea Diſſerta-
tionum triade abunde probavi.
Sic in iisdem *Q. CAECIL. NI-*
GRO. Nempe Caeciliae gentis
nomen celeberrimum erat, et id-
circo iſtis tantum literis in ar-
gento publico satis superque si-
gnificari poterat. At *Nigri* co-
gnomen obscurius et ignotius,
ideoque integre scriptum. Immo
hinc in gente Caecilia *incogni-*
tam Nigrorum familiam resti-
tui, aït Clariss. Patinus, *cujus*
nullum vestigium sit apud Vete-
res. Et sequitur vir summus in
Diss. de Numism. Praeſt. p. 521.
At o praeclari, ποῖον ἔπος φύ-
γεν ἕρκος ὀδόντων? Ignotum om-
nino ex veterum scriptis illud eſſe
cognomen? Meminit utique *Cae-*
cilii Nigri Auctor B. Hisp. cap.
35. sed et hujus ipsius *Q. Caec.*
Nigri, hominis Siculi, aeque P.
ac, qui illi in nummis adjungi- 301
tur, C. Hejus, Plutarchus in Ci-
cerone, Asconius Pedianus ar-
gumento in Divinationem Cice-
ronis. Immo contra eum Cicero
illam ipsam orationem de Accu-
satore Verris conſtituendo dixit.
Quod si quis duo haberet cogno-
mina, plerumque prius et anti-
quius, utpote notius, imperfecte,
poſterius ac recentius perfecte
in exiguo illo nummorum spa-
tio scriptum reperitur. ut apud
Pighium in Annalibus: *M. MAX.*
M. F. MESSALA. L. LENT.
L. F. CAVDINVS. et alia. Qua-

propter quum et *Corneliae* gentis nomen esset clarissimum, et jam ante Cossum Flamines, Decemviros, Consulares, ac Triumphales viros dedisset, *Cossi* vero cognomen vel ab illo demum, vel a paucissimis et proximis ante illum (nam Ser. Cornelium Consulem an. 268. quem alii *Maluginensem*, Diodorus Siculus, in rebus Romanis et maxime magistratuum nominibus subtlestissimae fidei scriptor, *Cossum* vocat) inceperit, nec longo post eum tempore iterum desierit, existimem omnino, si locus in his spoliis angustior fuisset, quam ut omnia Cossi nostri nomina integre scripta caperet, potius *A. CORNEL. COSSVS*, quam *A. CORNELIVS. COS.* in iis inscriptum fuisse; nisi ad tuendam Clariss. viri conjecturam statuere velimus, omnia ejus nomina, propter arctius forte spatium pariter paucis fuisse literis notata, hoc modo *A. CORN. COS.* sed tamen etiam sic putem vitaturum fuisse Cossum summam, quae est in τῷ *COS*, ambiguitatem, cum id fieri posset duabus tantum literis adjectis, quia illa aetate literas non geminarunt, adeoque unico *S.* hoc *Cossi* nomen tunc haud dubie fuit scriptum.

Videtur itaque, praesertim quum et allegata superius Livii auctoritas utrumque et cognominis et Consularis dignitatis vocabulum spoliis inscriptum satis
P. superque, ni fallor, testetur,
302 aliud quid comminiscendum, ut occurramus D. Augusto, et ex ejus sermone Livio nostro, fidem antiquitatum omnium ex hoc spoliorum titulo oppugnanti. Sed quoniam nulla superest via, quae certa et liquida ratione ad verum in re tam antiqua nos ducere queat, conjecturis agendum. Nempe non putem hunc titulum, quem Augustus vidit, ab ipso Cosso spoliis inscriptum, quamvis id Livius, sed non nisi item conjectura, plane incerta, si non potius sola adulatione Caesaris, ad ejus sententiam confirmandam adductus, prodere videatur, dum *recentibus spoliis* ab auctore pugnae inscriptum memorat. Etenim apud antiquissimos Romanos, fatente alibi ipso Livio, ut cap. 5. ostendi, rarissimus erat literarum in publico usus, adeo ut etiam annorum ac temporis memoriam, non literarum scriptura, sed clavis in aede sacra fixis conservarent; unde verosimile non videtur, apud eos illo jam tempore, tam prisco et impolito adhuc ac simplice, immo nec antequam extra Italiam cum Poenis bella gerere coeperunt, hujusmodi rerum gestarum splendida ac gloriosa elogia in publico loco usitata fuisse. Certe Duiliana inscriptio ab ipsis veteribus ad demonstrandam obsoletam majorum suorum scripturam tanquam vetustissima, quamvis Cossi tamen aetate duobus ferme seculis posterior, adfertur. Atque hinc antiquissima Urbis Romanae numismata, ut et illustrium illius temporis hominum imagines ac statuae sine nominibus, titulis, ac subscriptionibus fuisse reperiuntur, quamvis tamen deinde, cum mutae imagines, quomodocunque expressae et ubicunque positae, non satis valerent, memoriam eorum, quos referebant, conservatam posteritati tradere, paulatim addi illis coeperint sola P.
fere nomina, ac saepe etiam prae- 303
cipui vel supremi honoris, quem vivi gesserant, mentio, et tandem, ut nihil pene rerum humanarum tenui illo initio, unde coepit, stare ac manere solet, adcrescente in hominibus gloriae studio, etiam tituli non jam nominibus modo, sed et omnibus Magistratibus ac sacerdotiis, tum praecipuis rebus gestis, quantum

etium permittebat, ordi-
ioratis locupletati fuerint.
o consuetudo cum civita-
aderet, non illa suae tan-
sed et majorum suorum,
e qui praeclara laude ac
prae ceteris commendari
, memoriae istiusmodi in-
onibus in omnium animis
ndae ac aeternum retinen-
sulere studuit. Quid enim?
falsis imaginum titulis,
bus passim ipsi Veteres
itur, nonne manifestum
s longe post demum ima-
s priscorum hominum sub-
ia? Nam quis sanae men-
ccenti adhuc re et vivis e-
m, qui ac redarguere pos-
publice ausus fuisset eos
ei honorum ornamento re-
proponere. Aemiliani Sci-
statuae decus obsidionalis
ie in Africa acceptae Au-
demum adscripsit. Plin.

Etenim ejus statua anti-
posita ad Opis *nihil ha-
aliud inscriptum*, *nisi*
'OR, ut illa, quae ad *Πα-
ιοvι* seu ad Pollucis aedem,
quam ejusdem esse, cujus
ior ista, non ex longa om-
nominum et praecipue co-
num atque honorum ad-
n serie, sed ex *statu*, *ami-
mulo et imagine ipsa* pro-
icero ad Atticum 6, 1. quo
gere non foret necesse, si,
fuisset, subjectus index a.
declarasset. Haud dubie
pta fuit hoc modo, *P.
NELIVS. P. F. P. N.
'IO. COS.* Id vero quia
niebat etiam in alios ex
lcipionum familia, puta-
cipio Metellus statuam il-
lse proavi sui P. Corne-
ipionis Nasicae Serapio-
Ex quo illius errore satis
neque *Africani*, neque
iani cognomina addita,
etiam secundum ejus Con-
m, aut quicquam aliud Ae-
i honorum ac decorum,
quae multa fuerunt, et quorum uno, praeter Consulatum adscripto, iste Metelli error vitari facile potuisset. Et Cicero, cum eum refutaret, sola alterius illius, quae ad Opis erat posita, subscriptione utitur, quae et ipsa *nihil aliud*, *nisi* tantum, *Censorem* eum fuisse, declarabat, quod de Nasica Serapione dici minime poterat, qui Censor nunquam fuerat. Metellum vero statuis majorum suorum plenioreS subjecisse titulos, et quibus ab aliis distingui possent, ibidem Cicero significat, quum eum in Aemiliani imagine *subscriptionem Serapionis*, hoc est, quae ei proprie conveniret, incidi curasse tradit.

Similiter itaque quum istae inscriptiones Romae jam frequentarentur, putem posteros quoque Cossi voluisse rem tam illustrem, et ad suam gloriam maxime pertinentem, memoriae suorum civium mandare, publico et haud facile perituro literarum monumento, et omnium etiam infimorum hominum, qui historias non legerent, oculis publice in templo exponere, in ipso thorace inscriptam. Et forte ei rei occasionem illis praebuerint tertia opima spolia a Marcello relata, et, ut credibile est, pro more tunc jam usitato, non sine titulo rem gestam breviter declarante Jovi Feretrio dedicata. Adjecerunt vero mentionem Consulatus, non ut significarent, quod inde colligebat Augustus, eum, quum Consul esset, opima ista spolia cepisse, sed eum A. Cornelium Cossum, qui et Consulatum gesserat, Magistratum P.
in urbe Roma inter ordinarios 305
summum, amplissimumque. Fuerit itaque ex mea sententia in hunc modum a posteris illa thoracis inscriptio facta:

A. CORNELIVS. M. F. COS.
SVS. COS.

mum, prorogato ei bis imperio, inde Romam rediit. Livius ipse in oratione Saguntinorum ad Senatum, 28, 39. *Quum in Italia tam atrox bellum et Hannibalem hostem haberetis, Consules cum exercitu in Hispaniam misistis. P. et Cn. Cornelii, ex quo in provinciam venerunt, nullo tempore destiterunt, quae nobis secunda, adversa hostibus nostris essent, facere.* At nondum ullus Consul tunc temporis in Hispania fuerat, sed, quoniam P. et Cn. Cornelios Scipiones fratres intelligi patet, de iis, ut res se habeat, breviter dicam. Publius Consul Hispaniam, ex SCto alteri Consulum decretam, sorte accepit, antequam bellum aut Hannibal in Italia esset. Verum cum is, priusquam ipse in Hispaniam abiisset, adventaret, toto Consulatus sui anno in Italia retentus est, et Gnaeum fratrem in Hispaniam misit. Postea, *prorogato POST Consulatum imperio, ab Senatu missus* (Liv. 22, 22.) cum novis copiis in eam provinciam venit. Frater autem Gnaeus tantum abest, ut Consul tunc fuerit, quum in Hispaniam est missus, ut ne quidem Consulare habuerit imperium, sed tantum Legatus fuerit Publii, adeoque non alia ratione Consul una cum fratre potuerit a Saguntinis appellari, quam quia aliquandiu ante fuerat. Sic et lib. 26. cap. 33. *In consilio arbitror me fuisse Consulibus Capua capta.* Intelliguntur Fulvius et Claudius, qui Capuam ceperunt, non in, sed ex Consulatu. Lib. 31. cap. 49. *Ludi a P. Cornelio Scipione, quos Consul in Africa voverat, magno apparatu facti.* Non potuit hos vovisse anno, quo Consul fuit, quippe qui post Consulatum demum, prorogato Imperio, Proconsul in Africam venit. Ita porro et Cic. de Offic. 3, 26. *M. Atilius Regulus cum Consul iterum in Africa ex insidiis captus esset, duce Xanthippo.* Non potuit neque illo captus esse, quum adhuc Consul esset, siquidem quam plurimas antea res gessisse legitur, neque tamen initio anni Consulatum iniit, sed in alterius locum fuit suffectus. Quin aperte Valerius Maximus 9, 4, 6. scribit, prorogatum ei fuisse ob gestas bene res imperium in proximum annum, quamvis, literis ad Consules sequentes datis, successorem petierit. Quod haud dubie etiam Livius tradidit lib. 18. ut patebit, si ejus Epitomen cum Valerio conferas. Immo lib. 28. cap. 4. docet, Regulum nequiquam primo accessu ad Africam offendisse, sed res egregias *primo anno* gessisse; certo argumento, captum esse demum ex Consulatu, seu secundo anno, postquam in Africam Consul venerat.

Ceterum ille vocabuli usus jam olim in Inscriptionibus ita frequens fuit, ut deinceps Imperatorum Augusti nominis titulis adderetur semper non modo mentio simpliciter Consulatus, sed et ejus saepius repetiti numerus, etiam illis annis, quibus Consulatum non gerebant, et ab aliquo tempore non gesserant, ut adeo ex eo solo nihil omnino statui possit de anno positae Inscriptionis aut gestae rei, quae in eadem memoratur. Proinde graviter erravit Doctissimus ceteroqui Seldenus ad marmora Arundeliana, quum in Graeca Inscriptione, quae Hadrianum ὑπαρχικῆς ἐξουσίας τὸ Ι. ὕπατον τὸ Γ. dicit, emendandum censuit numerum priorem *I.* in *Γ.* quoque, quoniam, cum Consul *tertium* esset, etiam Tribuniciam potestatem *tertium*, non *decimum* ceperit. At vero idem ille Hadrianus in Onufrii Fastis Anno 882. in alio lapide est *Trib. Pot.*

ot. XII. Cos. III. Et sic sem-
r post tertium Consulatum, quo
ures non gessit. Notabilis et-
n est Lapis apud Gruterum p.
6. in quo laudata res ante an-
m expressi ibidem Consula-
facta est, ut in spoliis Cossi.
auerunt eum *Trajano Trib.*
t. VII Cos. V. Tribus XXXV.
d *liberalitate Optimi Prin-*
is commodu earum etiam lo-
cum adjectione ampliata sint.
m, ne putemus adjecta esse
pulo Romano in spectaculis
a a Trajano in Consulatu ejus
nto, Plinius in Panegyrico,
m dixit anno, cujus initio
janus Cos. III. fuit, jam tum
nomine eum laudat cap. 51.
pulo locorum quinque millia
recisti; ubi videsis Lipsium;
et ipse de eadem Inscriptio-
agit.

ed maxime cum spoliis Cossi
umque titulo congruit Num-
M. Aemilii Lepidi, qui est
d Ursinum octavus, seu ulti-
in prima tabula gentis Ae-
ae. Praefert is ab una parte
iem et nomen *Alexandreae*,
altera *M. Lepidi*, addito
NT. MAX. TVTOR. REG:
C. Nempe sicuti in spoliis
i ex eo, quod dicitur *Cossus*
sul ea cepisse, non passi su-
inferri, Consulem tunc fu-
Cossum, quum ea spolia ca-
t, sed cepisse ea Cossum il-
, qui postea etiam Consul
; ita neque hinc existiman-
, M. Lepidum, quum tutor
Ptolemaei Epiphanis Regis
pti, fuisse Pontificem Ma-
m, sed tutorem Regis fuisse
, qui postea in Urbe Roma
n Pontificatum Maximum,
cipuae dignitatis munus, ob-
t. Etenim mortuus est Pto-
rus Philopator, Epiphanis
r, An. V. C. 550. quo vel
ente anno rogatu Alexan-
orum ex SCto M. Lepidus,
natus fuit tutelae Regis pu-

pilli, cujus regno inhiabant Antiochus Syriae, et Philippus Macedoniae Reges. At XXIII. anno post idem Pontifex Maximus factus est, et in vivis etiam esse desiit Epiphanes, ut adeo Lepdus nequaquam hoc et illud simul fuisse potuerit, licet in nummo conjungantur. Porro quemadmodum titulo spoliorum Cossi non recte intellecto deceptus videtur Augustus, sic etiam Valerius Maximus hujusmodi nummorum inscriptione potest fuisse in errorem inductus, ut putaret, vere M. Lepidum post acceptum jam Maximum Pontificatum, et cetera dignitatis honorumque ornamenta ad tutelam Regis gerendam fuisse designatum. Nam, ita eum sensisse, clarissimum ex ejus verbis, quibus ait 6, 6. Senatum *misisse M. Lepidum Pontificem, Maximum bis Consulem, et voluisse amplissimi et integerrimi viri sanctitatem, Reipublicae usibus et SACRIS compertam, externae procurationi vacare.* Non recipiunt haec benigniorem illam interpretationem, quam nunc saepe adhibuimus, et qua Plutarcho forte rectius succurri posset. Tradit ille in lib. de Fort. Rom. (pag. 318.) Metelli Macedonici summam felicitatem extollens, elatum eum *ὑπὸ τεσσάρων παίδων ὑπατικῶν, καὶ δυοῖν γαμβρῶν ὑπατικῶν*, *a quatuor filiis Consularibus, et duobus generis Consularibus.* At ita excusari nequit, si summo jure agas, siquidem, quo tempore Macedonicus elatus est, tantum tres ejus filii Consulares erant. Sed ille, quia omnes ad Consulatum pervenerunt, et ita vere fuerunt *ὑπατικοί*, licet ultimus non nisi altero post mortem patris anno, et praeterea ad felicitatem viri vel maxime pertinere censuit, omnes ejus filios, numero quatuor, ad summum Urbis Romae imperium provectos,

P. 312

illud hac loquendi ratione, licet, si, ut dixi, summam veritatem exigas, minus accurata, videtur significare voluisse. Generorum alter Servilius Vatia fuit, Isaurici pater, alter Scipio Nasica, Serapionis filius, qui et ipse non ante quartum a Macedonici morte annum inter Consulares numerari potuit. Servilius quando, et an unquam Consulatus insignia fuerit adeptus, nunc sane ignoramus, et valde P. vereor, ne Plutarchus extollen- 313 di studio, ut fit, abreptus, quod de quinque dici utcunque poterat, de omnibus sed tum generis tum filiis Metelli pariter enunciando, imprudens a debita fide et veri cura deflexerit.

Superest controversia inter Eruditos agitata de anno, quo Augustus *Patris Patriae* appellationem acceperit. Ea quoque huc pertinere aliquo modo visa est, quoniam sunt, qui nummos et lapides de illa agentes in concordiam redigendos censent, eo quod posteri nummis quibusdam istam appellationem adjecerint, in quibus ratio temporis eam non admittebat. Onufrius in Fastis, Wolfg. Lazius in Comment. Vetustorum Numism. Casaubonus ad Sueton. Aug. [cap. 58.] et Rupertus ad Reinesium Epist. 28. ad Consules Valerium Messalam, et Cornelium Cinnam referunt, qui annus est ab V. C. 758. At Goltzius jam annis XXXIII. ante, quando Augustus ipse Consul v. fuit, id factum, probare ex Nummis contendit. Sententiae ejus refragari existimat Rupertus fragmentum Calendarii apud Gruter. pag. 136. Quod, quia nostra cura atque interpretatione indiget, dignum est, ut hic exhibeatur integrum:

NON. N. CONCORDIAE.
IN. ARCE. FERIAE. EX.
S. C. QVOD. EO. DIE.
IMPERATOR. CAESAR.
AVGVSTVS. PONTIFEX.
MAXIMVS. TRIB. POTEST.
XXI. COS. XIII. A. SENATV.
POPVLO. QVE. ROMANO.
PATER.
PATRIAE. APPELLATVS.

Pro Onufrio stare hoc fragmentum ait Rupertus pag. 133. haud dubie, quia ex eo liquere sentit, Augustum *Patrem Patriae* demum appellatum, quum jam Consul. XIII. esset, vel fuisset. Sed ad evadendam hanc objectionem eadem ratione, qua saepius jam fuimus usi, responderi pro Goltzio posset, Augustum toties Consulem jam fuisse, quum illud in Fastis ad eum diem adscriptum est, non quum primum *Pater* P. *Patriae* appellatus fuit. Sed dici 314 haec quidem possent, speciose forsan, non tamen vere, ut mox patebit. Ceterum hoc fragmento manifestius multo everti certum est illorum sententiam, qui initium istius appellationis in hoc Imperatore rejiciunt in annum 758. quo anno ille Tribuniciam potestatem non XXI. sed XXIII. habuit: id quod animadvertisse debuisset Rupertus, qui isto fragmento contra Goltzium pro Onufrio pugnat. Nam Onufrius, quem ille isto in errore una cum ceteris sequitur, permotus videtur, ut in annum L. Valerii Messalae Volusi Consulis factum illud conferret, eo solo, quod Sueton. cap. 58. dicit, Senatum *per Valerium Messalam*, mandantibus cunctis, Augustum Caesarem salutasse *Patrem Patriae*. At etiam annus 721. ex eadem familia Consulem habuit M. Valerium Messalam, et eopte anno Augustus Tribuniciam potestatem XXI. cepit. Sed tamen non illo, verum sequente demum, anno Consulatum XIII. gessit. Nempe Consulatus inibatur Kalendis Januariis, at Tribunicia potestas ante diem quintum Kal. Julias, ideoque et superioris anni ex-

mo, et hujus initio, XXI. ea
cestate praeditus fuit Augustus.
o, ut ex illo fragmento Sue-
ium, et ex utroque rem ip-
illustremus, haud dubie ho-
ssima illa *Patris Patriae* ap-
atio a Senatu collata fuit Au-
o initio anni 722. quo ipse
Tribuniciae potestatis XXI.
sul XIII. quod congruum fra-
nto. Eamque ad rem adhi-
Senatus M. Valerium Mes-
m superioris anni Consulem,
racterea eo nomine *ferias eo*
quotannis constituit, sacrum
icret *Concordiae* in templo,
l in *Arce* habebat, quoniam
haec gesta *repentino maxi-*
ue consensu, ut ait Sueto-
, seu, ut Messala, *consen-*
e Senatu cum Populo Ro-
o. Cui proinde respondens
ustus precatur, ut *hunc con-*
um illorum ad ultimum fi-
vitae perferre sibi liceat.

i initio anni hoc factum,
numerus Tribuniciae pote-
id postulabat; immo factum
Nonis Februariis, ut patet
vid. 2. Fast. [vers. 127. et
] ubi diserte hunc diem ea
usa pulchris versibus cele-
Quid vero hoc fragmen-
Rupertus sane censet il-
b Ovidio dissentire, quo-
non *Nonas Febr.* sed *NON.*
iscriptas habeat, interpre-
illas literas, ut apparet,
Novembribus. Absurde
us; quasi singulis diebus
vel notam mensis appin-
Fastis opus esset, nec suf-
, si, ut fit, (Vide Inscript.
pag. 133. et 134.) primo
eu Kalendis ipsis, expri-
ur. *N.* itaque in hoc fra-
o non mensem *Novem-*
, sed diem *Nefastum* de-
Paulus ex Festo: *Nefasti*
N. litera notantur. Atque
lt i Kalendariis. Videsis
fragmenta apud Grute-
et inprimis elegantissimum
illud Cardinalis Maffei, in quo et Maji et Junii Nonis eadem litera adjicitur, immo singulis diebus vel *C.* quo *Comitialis*, vel *F.* quo *Fastus*, vel *N.* quo *Nefastus*, vel *NP.* quo non, ut ibidem pag. 133. Gruterus exponit, *intercisus seu Ater*, qui et ipsi sunt diversi inter se dies, sed *Nefastus parte*, vel potius *Principio.* Nam, ut de his diebus canit Ovid. 1. Fast. [vers. 50.]

Qui jam Fastus erit, mane
Nefastus erat.

Vel denique *EN.* quo *intercisus* dies significatur, qui mane et vesperi Nefastus, medio tempore Fastus. Sunt autem in mense Februario plerique dies Nefasti, nullus omni parte Fastus, et ipsae Nonae a purgationibus, quae caussa nominis nefastorumque dierum huic mensi, proprie *Februatus dies*, teste Varrone 5. de Ling. Lat. [pag. 46.] vocabantur; quoniam tunc Rex sacrorum Ferias menstruas edicebat. Et ne quis putet, a Nefasto die abhor- P. 316
rere Ferias, sciendum eas sacpissime, ut et sacra ac Ludos, istis diebus, qui per se nec atri nec religiosi sunt, fieri.

Sed, ut e diverticulo redeam, constituto jam non solum anno, sed et die, collabitur Goltzii quoque opinio, cui tamen etiam Suetonii locus, quem nihil sibi obesse putat, vel maxime, mea sententia, obest, eo quod illic Messala, cujus *ipsa verba*, ut et Augusti respondentis, se retulisse profitetur Auctor, imperatorem alloquitur his verbis, *Caesar Auguste.* Jam vero hunc novo prorsus et inaudito antea *Augusti* cognomine aliquandiu post quintum ejus Consulatum ex SCto, in Munatii Planci sententiam facto, honoratum fuisse, satis constat ex Dione et Censorino, qui diserte non modo ad septimum ejus Consulatum, sed

et diem xvi. Kal. Febr. ejus anni id refert. Quid ergo statuendum de nummis, quos Goltzius allegat, et qui Augustum etiam ante XIII. Consulatum ad quintum usque hoc *Patris Patriae* titulo insigniunt? Putat Rupertus Epist. 34. pag. 219. hos nummos a posterioribus Imperatoribus restitutos, id quod factum multis aliis vetustate jam pene abolitis; eosque solemnem hunc et usitatum Imperatoribus titulum de suo adjecisse etiam illis Augusti Consulatibus, quibus nondum *Pater Patriae* appellatus fuerat. Convenientem sane nostrae de Cossi spoliis sententiae. Nam et sic a posteris in tam brevem nummorum inscriptionem collata fuissent, quae minime congruebant in unum tempus, atque adeo etiam inde appareret clarissime, non ita facile Historiarum fidem ex hujusmodi titulis esse sollicitandam. Sed tamen, ut simpliciter et vere loquar, nec contra animi sententiam causae, quam nunc ago, faveam, non putem ita se rem habere. Cur enim non etiam ante quintum Consulatum illi temporum vel negligentes vel imprudentes restitutores hanc *Patris Patriae* ἐπίκλησιν Augusto dedissent? Censeam potius, quum P. 317 non solum Caesar, sed et Cicero, hac appellatione antea fuerit publice ornatus, eos, qui nummis his cudendis praefuerunt, privata adulatione, nimis profecto Romae tunc usitata, hoc honoris solummodo, non alicujus potestatis, vocabulum addidisse Augusto, cum jam solus rerum potiretur. Qua ratione ego quidem semper lapidum et nummorum inscriptiones, si cum diserta et expressa scriptorum auctoritate pugnare videntur, conciliandas cum ea hujusmodi in rebus existimo, ut alibi pluribus ostendam. Multum me confirmat, quod non ante, sed statim post victum et sublatum Antonium, Consulatu demum quinto Caesaris Augusti, notae istius cognomenti in nummis expressae apparent. Et credibile est, post eam victoriam ante Consulatum XIII. saepius hoc cognomentum ei publice privatimque delatum esse, aeque ac Tribuniciam potestatem ante XI. Consulatum, de quo ex Dione res est certa: sed ab illo non ante receptum, quam Nonis Februariis Consulatus decimi tertii, atque ideo exinde demum in perpetuum inductum esse usum. Et notae sunt satis artes hujus maxime ambitiosi Principis, dum ab ambitione alienissimus videri volebat. Cui proinde nihil convenientius, quam ut saepius antea rogatus, tunc tandem, quasi per summum istum senatus ac populi consensum, expugnari se simularet. De Cassandro Macedone testatur Plutarch. in Demetr. ipsum Regio nomine abstinuisse, quamvis τῶν ἄλλων αὐτὸν βασιλέα καὶ γραφόντων καὶ καλούντων, *alii eum Regem et scriberent, et appellarent.* Similiter de hac appellatione *Patris Patriae* in Augusto censeam ante XIII. ejus Consulatum.

Sed omisso hoc tandem exemplo, quod a Ruperto nobis suppeditatum ipsi rejecimus, ad alteram ejusdem Cossi, sed Magistri equitum, illustrem quoque pugnam progrediamur, quoniam et Livius in superiore loco a nobis exposito ejus meminit, et nos de ea item aliquid dicere recepimus. Quum iidem hostes Vejentes ac Fidenates bellum Romanis denuo fecissent, hi eundem Dictatorem Mamercum iis opposuerunt, qui Magistrum equitum assumpsit Cossum fiducia virtutis ejus, cujus antea specimen illustre suo sub imperio, auspicio, ac ductu Tribunus militum ediderat. Nec eum opinio P. 318

simi frustrata est. Nam cum hostes ignibus et facibus armati prodiissent, et Romani nova et insuetata pugnae forma territi haererent, Cossus, a Dictatore signo dato accitus, nova et ipse quoque insolita fortitudine equitibus imperat, frenos ut detrahant equis. Et ita ipse princeps, alcaribus subditis effreno equo per medios ignes illatus, in fugam hostes vertit. Non praetermittendus ergo hic nobis Flori error, quoniam id maxime in his Animadversionibus agimus. Is lib. 1. cap. 11. *Cossum Magistrum equitum sub A. Postumio Dictatore*, et dein hoc stratagemate usum *in praelio ad Regillum lacum contra Latinos* refert, et, ut videtur, persuasit Auctori de Viris Illustribus, qui eandem rem in isto praelio a Magistro equitum, sed ipsius nomen non exprimit, tradit factam.

Verum longius in hac Flori *παρεκβασιν*, quoniam a Doctissimis Viris ante nos jam eruta et emendata fuit, immorari non luvet, quum insuper properemus ad aliud, quod, ni fallor, primi observamus. Frontino itaque manus admovebimus, non tamen, ut illius quoque errorem hac in re castigemus, sed librariorum summam oscitantiam, per quam aliud prorsus Cosso contra Historiae fidem adscribitur. Locus est Strateg. 2, 8. unde, ut res clarius appareat, tria exempla huc erunt transferenda.

8. *Servilius Priscus Dictator cum signa legionum ferri in hostes Faliscos jussisset, signiferum cunctantem occidi imperavit; quo exemplo perterriti hostem invaserunt.*

9. *Cossus Cornelius Magister equitum adversus Fidenates idem fecit.*

10. *Tarquinius adversus Sabinos cunctantes equites, detractis frenis, concitatisque equis, procurrere et perrumpere aciem jussit.*

Falsum est, certe a nemine alio traditum, Cossum in hoc praelio adversus Fidenates et Vejentes idem fecisse, quod in priore traditur exemplo. Neque convenit illud in Magistrum equitum, qui equitibus praeerat, non inter signa legionum versabatur, quae ipse Dictator in hostem ducere solebat. Quid multa? Nullus dubito, quod de Cosso dicitur, alieno loco esse positum, et exemplo decimo subjiciendum. Et, ne quis putet, hujusmodi lapsus in priscis membranis non occurrere, en geminum germanum in hoc eod. cap. paulo ante:

3. *T. Quinctius Consul signum in hostes Faliscos ejecit, militesque id repetere jussit.*

4. *M. Furius Camillus Tribunus militum consulari potestate, cunctante exercitu, arreptum manu signiferum in hostes traxit, ceteros puduit non sequi.*

5. *Salvius Pelignus bello Persico idem fecit.*

In postremo hoc merae Lectorum oculis tenebrae offunduntur. Et vidi conjecturam in margine libri, scriptam viri Docti manu, pro *Persico*, quod ignoraße videtur, legendum suspicantis *Marsico*, hoc est, Italico et sociali, quo primas tenuerunt Marsi et Peligni. Sed falsum hoc est, et inane prorsus. *Persicum bellum* dicitur, quod cum Rege Macedonum Perse Romani gesserunt. Cic. de offic. 1, 11. *Eum missum factum esse a Consule, cum in Macedonia Persico bello miles esset.* Immo in ipsis Consularium Fastorum superstitibus fragmentis anno 583. P. quo coeunt, *BELLVM PER-* 320
SICVM praescribitur, ut solent

istic bellorum initia notari. Eo autem bello invenio inter alias Pelignam cohortem in exercitu L. Pauli, quae, initio pugnae adversus cetratos incaptius congressa, pene omnis cecidit, apud Liv. 44, 40, 41. Nec dubito etiam hoc strategema, quod Frontinus memorat, nos ibidem lecturos fuisse, nisi eo loci Auctor misere mutilatus esset. Verum hunc defectum supplet Plutarchus in Aemil. [pag. 265.] ubi, praelium, quo victus Perseus, referens, dicit, *Salium* (Gr. Σάλιος, sed legendum ex Frontino Σαλούιος, *Salvius*, quod frequens Romanis et praecipue Italicis nomen) *Pelignorum ductorem abjecisse raptum suorum signum in hostes:* ad quod repetendum quum illi inconsultius incurrissent, occubuisse omnes. Vides, mi Lector, erutam Historiam, quidque Pelignus Salvius Persico bello fecerit, et per te, opinor, jam intelligis, quoniam idem strategema ex. 3. et superioribus praecessit, male hoc post quartum domum, quo aliud agitur, collocari.

[redacted]

EX J. FR. GRONOVII LIB. IV. OBSERVATIONUM CAP. XIV. PERTINENS AD LIVII

Lib. XXII. cap. X. §. 2. et seqq.

Formula vovendi veris sacri apud Livium correcta. Respublica populi Romani. Livius ter alibi restitutus. Eidem verbum insiticium exemtum. Ex animi tui sententia, ut tu, formula jurejurando adigendi. Publicum populi Romani. Iterum restitutus Livius. Varro defensus. Imperator quomodo res gerere, non agere, neque facere dicatur. Agere rempublicam. Justinus emendatus. Agere et gerere interdum confusa. Valerio Maximo quater vetus scriptura reddita. Gerere consulem, civem. Gerere recte. Hirtius correctus. Rursus Livius defensus. Agere se magnum. Agere honores, Proconsulatum. Tacito subventum. Cicero correctus. Imperatores populi Romani. Donum datum duit. Rursus admota Livio manus. Senecae et Silio vetus lectio reddita. Perditum perdere, et similia. Cicero defensus. Ratum donum. Luere. Populus Romanus Quiritium. Livii aliquot, Varronis. Plinii loca sarta tecta habita. Bovillum pecus etiam vere sacro devotum.

Exstat formula vovendi veris sacri apud Livium lib. 22. cap. 10. ad quam in praesenti, tum restituendae ejus in pristinum nitorem, tum illustrandae gratia, quaedam notabimus. Carmen vulgo sic concipitur: *Velitis jubeatisne hoc sic fieri; si res populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum, sicut velim eam, salva servata erit hisce duellis, datum donum duit populus Romanus Quiritium, quod duellum populo Romano cum Carthaginiensi est, quaeque duella cum Gallis sunt, qui cis Alpes sunt, quod ver attulerit ex suillo, ovillo, caprino grege, quaeque profana erunt, Iovi fieri, ex qua die senatus populusque jusserit.* Primum liber omnium praestantissimus: *si resp. P. R. Quiritium:* nec secus alii meliores. Scribendum igitur: *si respublica populi Romani Quiritium.* Deleverunt vocem illam, qui superfluam putabant eo, quod subsequitur *populi.* Atqui decet nos superflua aut necessaria existimare non ex misera nostra loquendi consuetudine, sed ex usu veterum Sic lib. 34. [cap. 34.] *Versis itaque subito voluntatibus facere, quod e republi-*

ea populi Romani sociorumque esse crederet, imperatori permiserunt. Vellejus Paterculus lib. 2. cap. 16. *Pompejo Sullaque et Mario fluentem procumbentemque reipublicam populi Romani restituentibus.* Neque aliter exstitisse primitus apud nostrum puto lib. 8. cap. 9. *Sicut verbis nuncupavi, ita pro republica populi Romani Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium, legiones auxiliaque hostium mecum Diis Manibus Tellurique devoveo.* Nam et hoc lib. 22. cap. 53. ubi vulgo idem error, clare optimi libri: *Ex mei animi sententia, inquit, ut ego rempublicam P. R. non deseram, neque alium civem Romanum deserere patiar.* Sic, inquam, clare illi, aucta simul formula et castigata, ejecto, quod habent editiones, *juro.* Constat enim ex frequentibus exemplis, id in conceptis hic verbis necessario non addi, et elegantius subaudiri. Noster lib. 43. [cap. 15.] *Ita jusjurandum adigebant: Ex tui animi sententia, tu ex edicto C. Claudii, Ti. Sempronii censorum in provinciam Macedoniam redibis?* Apud Petronium Arbitrum [cap. 109.] ubi jurant in foedus: *Ex tui animi sententia, ut tu, Tryphaena, neque injuriam tibi factam a Gitone quereris, neque, si quid ante hunc diem factum est, objicies, vindicabisve, aut ullo alio genere persequendum curabis: et ut, nihil imperabis puero repugnanti* etc. *Item Licha. ex tui animi sententia, ut tu Encolpion nec verbo contumelioso insequeris, nec vultu* etc. Quemadmodum huic formulae adjecta est mulcta, sic illi Corneliana exsecratio: tamen et juratum intelligi voluisse Arbitrum apparet ex eo, quod sequitur: *ne residua in animis etiam post jusjurandum ira remaneret.* A. Gellius lib. 4. cap. 20. *Verba ita erant concepta: ut tu ex animi tui sententia uxorem habes.* Quintilianus lib. 6. cap. [cap. 3.] de risu *Cui respondens, Domitius Afer, et tu, inquit, ex animi sententia, Longa, qui malam faciem habet, liber non est?* Sic rogari est jusjurandum adigi, etiamsi verbum, *juro*, adjectum non sit. Porro, quod dicere instituueramus, pariter apud Livium legendum lib. 33. cap. 46. *Quod ad Nabim Lacedaemonium attineret, facere, quae e republica censeret esse, permiserunt; eum rem esse rati, quae maturata dilataue non magni momenti ad summa rempublicam populi Romani esset.* Sic apud nostrum aliosque *publicum populi Romani* frequenter satis legas. Lib. 1. [cap. 32.] *publicus nuntius populi Romani.* Lib. 8. [cap. 9.] *pontifex publicus populi Romani.* Lib. 10. [cap. 7.] *qui sacra publica populi R. faceret.* Sic restituimus lib. 23. cap. 17. *Supra septuaginta damnatos proditionis securi percussit, bonaque eorum jussit publica populi Romani esse.* Ubi eaedem duae voces exciderant. Lib. 26. [cap. 16.] *Ager omnis et tecta publica populi R. facta.* Et eodem libro [cap. 47.] *Opifices ad duo millia hominum erant: eos publicos fore populi Romani edixit.* Lib. 31. [cap. 44.] *agro Samniti Appulique, quod ejus publicum populi Romani esset.* Sic et in fragmentis legis Thoriae, et apud Ciceronem in secunda agraria, compluries. Quia *rempublicam populi Romani* Livio restituimus, de voce eadem, et alibi vel movenda, vel reponenda, aliquid monere licebit. Varro lib. 5. de L. L. [pag. 59.] *In eo propter similitudinem agendi, et faciendi, et gerendi, quidam error heis,*

ui putant esse unum. Potest
nim aliquis facere et non a-
ere: ut poëta facit fabulam;
non agit; contra actor agit;
non facit: et sic a poëta fa-
ula fit, et non agitur; ab a-
ore agitur, et non fit. Contra
mperator, qui dicitur res ge-
re, in eo neque agit, neque
cit, sed gerit, id est, susti-
t: translatum ab heis, qui
era gerunt, quod sustinent.
bericus Gentilis ad leg. xviii.
V. S. *Rempublicam ego, in-*
it, lego, non res. non quin
perator res gerere dicatur fre-
entissime; at quoniam, cur
ii agat in eo, videre nescio.
mo acta, facta, imperatorum
mmemorantur, non solum ge-
: Qui vero *rempublicam ge-*
re dicitur, *is certe rempu-*
cam nec agit, nec facit, sed
re sustinet. En acumen viri;
ius omnes paginae plenae sunt
ptiis, arrogantia, inscitia Ja-
bi Cujacii. Sed Varro impe-
orem res gerendo negat vel
re vel facere non omni re-
ne, sed ea, qua statim ante
rba haec inter se distinxit, quae
ita facit, actor agit: ut ofien-
, singuli haec verba suae cu-
dam propriae potestatis esse,
que ubique indifferenter ad-
eri. Neque negat aliquid fa-
e aut agere; sed ofiendit, ut
xime pervagatus loquendi u-
haec verba separarit. Socus
res agere dicitur imperator.
ius lib. 26. [cap. 58.] Ibi Dae-
us, quo stato Macedonia et
zecia, detoti, Acarnanes Lo-
que essent; quaeque ibi res
e egisset terra marique, ex-
uit. Posterior aetas et *agere*
spublicam dixit. Quod am-
o, an ex MSS. nutu debeam
rare in Justino lib. 2. cap. 4.
Amazonibus: Singulare om-
m saeculorum exemplum. Au-
e rempublicam sine viris:
n etiam cum contemtu viro-
n se tuentur. Sic veteres e-

ditiones. Franciscus Modius adjicit *ausae* ex MSS. quod Berneggerus recepit in contextum. Recte, sed cur non offenduntur *res nuxere*, quod et ratio et MSS. codices improbant. Est vero in his: *exemplum ausae semper agere sine viris*: al. *ausae rempublicam augere sine viris.* Satis significant, se velle scribi: *Singulare omnium seculorum exemplum. ausae rempublicam agere sine viris, jam etiam cum contemtu virorum se tuentur.* Usus eadem phrasi Julius Capitolinus Antonino Pio [cap. 4.] *Maxime cum et semper rempublicam bene egisset Antoninus.* Vopiscus in Probo [cap. 12.] *Exemplar agendae reipublicae.* Et D. Augustinus sermone xix. de verb. Domini in Ev. sec. Matth. *Nec rempublicam gerere criminosum est, sed ideo agere rempublicam, ut rem familiarem potius augeas, videtur esse damnabile.* Sed elegantius haud dubie Trogoque dignius foret: *singulare omnium seculorum exemplum ausae, rempublicam sine viris, jam etiam etc.* Alii quoque optimae notae scriptores haec verba interdum confundunt. Livius lib. 39. cap. 54. *Neque illos recte gessisse, quum in Italiam venirent.* Sic enim primae editiones et MSS. omnes praeter Moguntinam, ex quo manavit in vulgatas, *fecisse.* Caesar apud Hirtium de bello Africano [cap. 54.] *Sed, quoniam ipsi sibi neque modum neque terminum constituunt, quo caeteri dissimiliter gerant, egomet ipse documentum more militari constituam.* Est quidem vulgo, *se gerant*: sed pronomen scimus nos in bonae fidei libris desiderari. Valerius Maximus lib. 4. cap. 1. *Age, L. Quinctius Cincinnatus qualem consulem gessit?* Sic restituo ex duobus MSS. Andinis. Vulgo: *consulem egit.* Conjungit utrum-

que, ut appareat indifferenter uti, lib. 7. cap. 7. *Multo Q. Metellus praetorem urbanum severiorem egit, quam Orestes gesserat.* Eodemque modo lib. 9. cap. 1. de Catilina: *Eodem deinde animo civem gerens, quo patrem egerat, filii pariter manibus et nefarie attentatae patriae poenas dedit.* Ita uterque etiam codex absque τῷ *se*, quod vulgatis immissum est. Notum est illud Appuleji [lib. 1. Metam. pag. 113. ed. Elmenh.] *annonam curamus et aedilem gerimus.* Vicissim dicto cap. 1. lib. 4. ex iisdem reponimus: *poene tantum in recusandis honoribus se gessit, quantum egerat in emerendis.* Ubi subjecerunt *gesserat.* Seneca lib. 2. de beneficiis cap. 20. *Mihi enim, cum vir magnus fuerit in aliis, in hac re videtur vehementer errasse, nec ex institutione Stoïca se egisse.* Et hoc editionum veterum ac scriptorum pro inepto rejecerat Muretus, supposito *gessisse:* Gruterus, *fecisse:* sed jure probat antiquum Lipsius. Iterum Valerius lib. 6. cap. 1. *Q. vero Fabius Maximus Servilianus honoribus, quos splendidissime egerat, censuraeque gravitate consummatis.* Sic duum illorum melior, ubi vulgo *gesserat.* Livius lib. 3. [cap. 35.] *Demissa jam in discrimen dignitas ea aetate iisque honoribus actis stimulabat Appium.* Tacitus lib. 14. Annal. [cap. 15.] *Non nobilitas cuiquam, non aetas aut acti honores impedimento.* Cujus et hinc defendas lib. 16. cap. 30. *Quod proconsulatum Asiae Soranus pro claritate sibi potius accommodatum, quam ex utilitate communi egisset.* Marcilius, *proconsul*, quem suum potius supercilium, quam Tacitum, castigasse decuerat. Capitolinus eodem Antonino [cap. 3.] *Proconsulatum Asiae sic egit, ut solus omnes vinceret.* Et apud Ciceronem pro lege Manilia, ubi vox *reipublicae* fortassis mutetur commodius, cap. 2. *Aguntur bona multorum civium, quibus est a vobis et ab imperatoribus reipublicae consulendum.* Consenserunt fere eruditi, *imperatores reipublicae*, non esse Ciceronis utique aut temporis illius sermonem. Itaque Manutius ex Rotmanni conjectura edidit: *et a moderatoribus reipublicae.* Gruterus vero ex Tur. et Fabr. *a vobis et ipsorum et reipublicae caussa consulendum.* Utrumque sane non inepto sensu: tamen nemo non videt, quanta indulgentia opus sit, ut feramus tam licenter a plurimorum vetustissimorum librorum scriptura abeuntes. Nam posteriùs illud formatum est ingenio doctioris hominis ex verbis quibusdam cap. 8. non traductum ex vetustissimis libris. Videtur potius duas literas, quae totidem voces significabant, errore librarii transpositas esse, *R. P.* pro *P. R.* quod genus mendi passim occurrit, legendumque: *quibus est a vobis et ab imperatoribus P. R. consulendum*, seu *populi Romani.* hoc est, iis, qui provinciis populi Romani cum imperio praesunt. Sic divina illa Philippica [3. cap. 29.] *Ego arma contra consules imperatoresque populi Romani, contra senatum populumque Romanum tuli?* Livius lib. 28. [cap. 42.] *Duabus navibus populi Romani imperator fortunam publicam et majestatem imperii, quae tum in tuo capite periclitabantur, commisisti.* Et alibi. Magis autem ideo meminit horum, quod una pars erat orationis de imperatore deligendo, cujus necessitatem etiam sic inculcare voluit. Sed revocemus formulam veris sacri, in qua mox octo scripti in membranis con-

nsu: *sic velim eam que sal-*
m servaverit. Unde videtur
nficiendum: *sicuti mea, quae*
lva est, servata erit. Mea,
licet res: nisi enim salvam in-
ligerent, non poterant ejus
ctum ex animalibus devovere;
dem brevitate auctor lib. 3.
p. 38.] *cesserant in agros sua-*
nque rerum erant, amissa
blica. Cicero in oratione post
litum in senatu [cap. 5.] *cum*
n suam non minus strenue,
m postea publicam, confe-
set. Seneca de Tranquillitate
mi [cap 2.] *nec laboris pa-*
ntes nec voluptatis, nec no-
ne nec ullius rei. Non ab au-
otiosum illud, *quae salva est.*
sic quoque in prisca for-
la stipulationis emptioni pe-
is adhibitae apud Varronem
2. de Re rustica cap. 2. *de*
e oves, qua de re agitur,
as recte esse, uti pecus o-
um, quod recte sanum est,
ra luscam, surdam, minam
Venit aliquando in mentem
rbs Roma, quae salva est,
vata erit. Placeretque, nisi
ium abiret a veteris scriptu-
vestigiis. Sequuntur, *datum*
um duit: quae ambiguos ha-
re Sigonium et Lipsium. dum
votum donum, hic *latum*
um subrogare nitentur: quos
junctis his verbis offensos
re pronum est. sitne autem
um in *datum,* an in *duit,*
nullum sit omnino, pronun-
e difficile est. *Donum dare*
l habet insolens, etsi move-
alicubi librarii. Lib. 7. cap.
Centum boves militibus do-
dedit, qui secum in expedi-
e fuerant. Membranae qui-
Thuanaeae, *dona dedit,*
ebant a manu prima. Cui
en si indubites, nihil dubii
n illo lib. 41. cap. 20. *Rho-*
, ut nihil unum insigne,
omnis generis, ut quaeque
s eorum postulaverunt, do-
dedit. Ita sincere: vulgo
damno orationis deest particu-
la *ut.* Lib. 45. [cap. 33.] *Ut et*
privatis et civitatibus et genti-
bus dona data plerique ejus
generis sint. Nec dubie apud
imitatorem Livii Silium Italicum
lib. 16. [vers. 164.]

Hinc juveni dona insignem
velamine picto, etc.
Dat chlamydem, stratumque
ostro, quem caperat ipse,
Cornipedem.

Vulgo quidem, *dono;* sed nos
ita cum MS. Oxoniensi. Inferius
[vers. 431.] *Victor dona dabis.*
Seneca lib. 6. de Benef. cap. 3.
Omnia ista, quae vos tumidos
et supra humana elatos obli-
visci cogunt vestrae fragilita-
tis etc. *non sunt vestra, in*
depositi causa sunt, jam jam-
que ad alium dominum spectan-
tia: aut hostis illa aut hosti-
lis animi successor invadet.
Quaeris, quomodo illa tua fa-
cias? dona dando. Sic MSS.
ubi male Pintianus, quod in vul-
gatis post ipsum est, *donando,*
supposuit. Tacitus lib. 3. Histor.
[cap. 13.] *Ut tot armatorum*
millia, velut grex venalium,
exsuli Antonio donum daren-
tur. Quid tamen *datum donum*
dedisse? nisi forte actum egisse?
re quidem, an et eodem lepore
sermonis, incertum. Solent a-
loqui sic ludere veteres. Plau-
tus apud Nonium, cum in curio-
sum jocaretur: *terebratum quid*
pertundis? Captivis 2, 3. *Serva*
in perpetuum tibi amicum me,
atque hunc inventum inveni.
Menaech. 3, 1. *homines occu-*
patos occupat. Quod etiam est
Rud. 1. 2. Cicero lib. 15. fam.
ep. 1. *Per fortunas miseras no-*
stras, vide, ne puerum perdi-
tum perdamus. Ubi falsus An-
dreas Schottus, cum sollicitat,
tanquam includens pugnantia,
lib. 3. Nodor. cap. 1. Lib. 4. ad
Herennium [c. 52.] *miserere no-*
stri, noli exstinguere exstin-

ctos. Sophocles Antigona [vers. 1301.] ὁλωλότ' ἀνδρὸ ἐπεξειργάσω. Cicero iterum lib. 16. ad Attic. [ep. 15.] *te nolui impeditum impedire*. Hoc numero si videbitur habendum, explicabis: *datum*, nunc voto, *donum duit*, sive dederit effectu, nempe; cum immolaverit. Dicitur enim per intellectum particulae, *Ut*. Nec dissimulabo, succurrisse aliquando mihi, *ratum*, vel boni ominis causa: ut lib. 38. [cap. 48.] *Rata dona vestra, quae dedistis regi Eumeni, rata libertas civitatibus esset*. Sollicitavit etiam: *datum donum luit*. id est, persolverit. Servius in 8. Aeneid. [vers. 173.]

Annua, quae differre nefas.

Sane hoc sacrum pollutum vocatur, quod populo singulis annis luitur. Ubi tamen error est Servii *pollutum* et *polluctum* miscentis. Eodem libro [vers. 343.]

— — *Monstrat sub rupe Lupercal.*

Sub monte Palatino est quaedam spelunca, in qua de capro luebatur, id est, sacrificabatur. Hoc postremum nondum valde displicet. Illud quoque notandum, in Put. omnium principe integre esse: *datum donum duit P. R. Quiritium*, contra Brissonium, qui facit, *Populus Romanus Quirites*, alterum Latinum negat. Quod insolens videbitur utique, qui adsuevimus istis lib. 1. [cap. 32.] *Quod populi priscorum Latinorum hominesque prisci Latini adversus populum Romanum Quiritium fecerunt*. Lib. 8. [cap. 9.] *Uti populo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis*. Lib. 41. [cap. 15.] *Quia in una hostia magistratus Lanuvinus precatus non erat, Populo Romano Quiritium*. Varro lib. 6. de L. L. e censorjis tabulis [pag. 61.] *Quod bonum, fortunatum, felix salutaresque siet populo Romano Quiritium, reique publicae populi Romani Quiritium*. Sed haec omnia pari suspicione complectitur vir doctissimus, inductus Livii et Paulli, qui Festum contraxit, [voc. *Dici mos erat*.] singulis locis, in quibus est, *Populo Romano Quiritibusque*, duobusque Gellii [1, 12. et 10, 24.] in quibus vulgares libri, *Populo Romano Quiritibus*. Sed posteriorum in priore scimus optimum codicem veterem habuisse, ut corrigit ad Festum Scaliger: *quae jus siet sacerdotem Vestalem facere pro populo Romano Quiritium*. Nam in Plinio lib. 16. cap. 31. *Factum hoc populi Romani Quiritibus ostentum*, haud dubie mendosum, sed ita ut appareat, quod dandi debebat, id gignendi casu conceptum; quod gignendi oportuerat, id dandi terminationem sumpsisse. At firma ratione niti suam ait emendationem, quod nempe *Quiritium* nomen adjunctum sit populo Romano, postquam in urbem migrarunt Sabini, atque ita verba haec, *Populus Romanus Quirites*, communionem et societatem utriusque populi indicent. Quasi vero non eadem indicaretur dicendo, *Populus Romanus Quiritium*: ut enim, *populus Romanus Quirites*, idem esset atque Populus Romanus, qui iidem Quirites; ita *populus Romanus Quiritium* est populus Romanus, qui idem populus Quiritium, seu qui constat ex Quiritibus, communicato vocabulo *Quiritium* populo Romano, et vocabulo *populi Romani* Quiritibus Sabinis. An etiam *populi priscorum Latinorum* l. 1. alii sunt, quam populi prisci Latini? aut non ita bene dicuntur? Scio haec nonnihil differre: sed in eo sane conveniunt, quod utercunque casus significationem non

iat. Nam quod addit, in monentis veteribus nuspiam reiri, *Populus Romanus Quiium*, aut tertio vel quarto caprimum Fut. ille codex est e. monumentum vetus, etsi lapis; deinde non vidit, aesibi objici posse nuspiam exe, *Populus Romanus Quis*, aut *populum Romanum iriles*. Itaque cogitandum, ex unico A. Gellii, et quidem erto, loco toi aliorum auctoi loci sint corrigendi: (nam eter unum illum nihil proe ad sententiam suam portis habet) an magis sit, ut hic formulam caeterorum refiitur. Posset existimari praeca, trajectione hic peccatum, nembra sic connnanda: *si ublica populi Romani Quium ad quinquennium proum, sicuti mea, quae salva servata erit hisce duellis, d duellum populo Romano i Carthaginiensi est, quaeduella cum Gallis sunt, eis Alpes sunt; donum daduit populus Romanus Quium, quod ver ulluerit.* Pro quae sequuntur, MSS. sex: *suillo, ovillo, caprino, nno grege: alii: ovillo capri ovillo: aut, capri non no.* Regius et alter non pra: *ovillo, caprino novello ge.* Sed optimus Florentia secunda; sed tamen antimanu suprascriptum habet ionem: *ovillo, caprino, boo grege.* Sane formulae vesacri vovendi nuncupatae atam generalibus verbis inuuntur, ut boves excluai deo pecore non videantur: iique cum hic species explitur, commode potuerint noari. Etiam sic legit Plutars, scribens in vita Q. Fabii imi [pag. 176.] Προσελθὼν δὲ ὁ Δικτάτωρ εἰς τὸν ὅχλον ηὔξατο τοῖς θεοῖς ἐνιαυτοῦ μὲν αἰγῶν καὶ ὑνῶν καὶ προβάτων καὶ βοῶν ἐπιγονὴν, ὅσην Ἰταλίας ὄροι καὶ πεδία καὶ ποταμοὶ καὶ λειμῶνες εἰς ὥραν ἐσομένην θρέψουσι, καταθύσειν ἅπαντα. Quod et Sigonio animadversum. Sequamur igitur. Vetus scriptura habuit, *caprino uovillo*, pro *bovillo*: inde istae varietates, cum *B* in *V*, et *V*. in *N*. transiisset. Sic alibi *uinis* pro *binis*, *ueno* pro *Poeno*, *ballum* pro *vallum*, et ejusmodi innumera. Additur: *quaeque profana erunt*: nam si quae antea consecrata fuissent (ut erant olim et quaedam Diis dedicata viva pecora) hoc voto non continebantur. Deinde: *Jovi fieri, ex quo die senatus populusque jusserit.* Nec enim quaevis aetas pecorum apta sacrificio. Varro lib. 2. de R. R. cap. 4. *Qui a partu decimo die habentur puri, ab eo appellantur ab antiquis sacres, quod tum ad sacrificium idonei dicuntur primum.* Servius ad 4. Aeneidos [vers. 57.] *Bidentes autem dictae sunt quasi biennes: quia neque minores neque majores licebat hostiis dare.* Ergo diem, ex quo oporteat facere, non relinquit arbitrio cujusque, sed destinationi senatus reservat. Nisi tamen eum diem intelligere malis, ex quo incipere debeat ver sacrum: qui non definitus hic, sed lib. 34. [cap. 44.] *Ver sacrum videri pecus, quod natum esset inter Kal. Mart. et pridie Kal. Majas.* In fine: *si inteidea senatus populusque jusserit fieri, ac faxit, uti populus solutus liber esto.* Liber optimus: *ac faxitur.* hoc est, factum fuerit. Nec videtur spernendum.

HENRICI DODWELLI

DISSERTATIO

AD FRAGMENTUM,

E MSTO LAUDINO MEMORATUM

AD LIVII

Lib. XXII. cap. XVIII. §. 5. quam Hearnius annotationibus ad eum locum inseruit.

§. 1.*) Apparent in hoc breviculo fragmento *styli* vestigia, qua quidem per *Librarios* licet, vere *Liviani*. Et res *gesta* narratur, loco in quo interpolatur, et tempori plane consentanea, quo *Annibal* e monte *Casilino* elapsus est. Eum paullo antea in agro *Allifano* castra posuisse observaverat ipse *Livius* cap. 17. Recte ergo, et, pro rerum gestarum *serie*, sequebantur res ad *Allifae moenia* gerendae. Tum rebus *Fabii* enarratis, redit iterum Auctor fragmento expleto ad *Annibalem*. Sic illa invicem cohaerent, ut dubitare nos aegre patiantur, quin e vero *Livio* emanarint, non e *studiosi* cujuspiam annotamentis ad *marginem* allitis, nedum a *Librario*, cui facilior erat *omittendi* error, quam *interpolandi*. Et sane multa, in his primis praesertim *Livii* Libris, praeter *Livii* mentem, omissa alibi etiam (*a*) observavimus. Desunt in rebus *Coriolani* bina *Consulum* paria, e *Dionysio Halicarnasseo* supplenda, *Livii* ipsius rationibus plane necessaria. Et anni quoque U. C. *Catoniani* 379. *Tribunos militares Consulari Potestate* omissos ex ipso *Livio* evicimus. Et in *Censorum* successione multa supponit *Livius*, frustra plane in *hodiernis Livii* exemplaribus quaerenda. Deest etiam in eodem locus, quo *tertii* inierint *Decemviri*, quum tamen *tertium* illius Magistratus *annum* supponant ejusdem rationes. Sic etiam in *Tribunorum Plebejorum* decennali seditione et Magistratuum Curulium *Anarchia* deest *annus*, quem tamen non *agnoscunt* modo, verum etiam *exigunt* illius calculi, recte et pro ipsius *mente* positi. Haec manifesta sunt *lacunarum* in Textu *Liviano* exempla; etiam ubi *nullae* sunt in *Codicibus* Livii *hodiernis* lacunarum *notae*. Nihil ergo obstat, quo minus *hoc* etiam in loco similem *omissionis* errorem agnoscamus.

*) Vere *Livii* hoc videtur fuisse fragmentum, etiam *alibi* aliquoties mutilati.

(*a*) Diss. x. de *Cycl.* et Chronolog. *Dionysiana*.

§. 2. *) Contra tamen, rerum in hoc fragmento memoratarum mentionem plane nullam in veterum monumentis, quod quidem sciam, reperimus. Nullam in hujus Libri veteri *Epitome*. Nullam in *Polybio*, vel *Plutarcho*. Nullam in *Silio Italico* vel *Appiano*. Nullam in *Floro*, vel *Orosio*, vel *Eutropio*, vel *Cornelio Nepote*. Unus est, ni fallor, *Zonaras*, qui res, fugato e *Campania* in *Samnium Annibale*, a *Fabio* gestas vel leviter memoriae prodiderit, de quibus hoc agitur fragmento, quas tamen aegre admodum, si fortasse vel aegre, huc trahemus. Hoc sibi velle videtur horum verborum, quicunque demum is fuerit, Auctor, *urbem*, qui olim *Ruffium* appellabatur, hoc demum tempore novum *Allifarum* nomen accepisse. Quasi vero *una* eademque fuisset *urbs*, quae hoc *utroque* nomine fuerit insignita. Atqui (b) *Allifen*, *Callifen* et *Ruffrium* pro *tribus* Samnitum *oppidis* alibi censet idem ille *Livius* lib. 8. cap. 25. Aliudne ergo *Ruffrium* a nostro *Ruffio* existimabimus, quum tamen in eodem utrumque occurrat agro *Samnitico*? Nostri porro Auctoris sententia *novum* fuerit nomen *Allifarum*, et *veteribus* incognitum, ab *hoc* demum anno *Catoniano* 535. introductum: ut et *Ruffii* nomen *solum* antiquioribus innotuerit, quod postea apud *posteros* interciderit. Contra *Livius* ipse nomen *Allifarum* temporibus exhibet Bello hoc *secundo Punico* multo antiquioribus, lib. 8. cap. 25. lib. 9. cap. 38. 41. 42. Urbis tamen a *Ruffio* diversissimae lib. 8. cap. 25. Et *Rufarum* meminit *Virgilius* Aen. 7. et *Rufrarum Silius Italicus* lib. 8. Quae ne *tum* quidem nomen *mutarint*, si quidem eaedem fuerint cum *Ruffio* illo *Liviano Samnitum* antiquissimo. *Urbis ejusdem*, quae *utroque* nomine appellata fuerit, vola apud illum nulla, nec vestigium; nedum *nominis mutati*, ut in alterius locum alterum successerit. *Livii* ergo *verba* haec esse non poterant, quae *sententiam* exhibent a *Livii* sententia diversissimam.

§. 3. **) Nescio tamen, num propterea concedendum sit, a *Livio* manare non potuisse fragmentum; cujus *verba* adeo detorta fuerint a *Librariis*, ut plane *sensum alium* efficiant, quam *volebat*, quam, si *tibi* saltem constare vellet, *velle* vel *potuerat* ipse Livius. Nec enim *secum* magis consentiunt, quam cum ipso *Livio*. Inde facilis est suspicio, qui illius, quicunque demum fuerit, qui hoc *fragmentum* scripsit, Auctoris *sensum* perverterit *Librarius*, eundem *Livii* etiam sententiam pervertere similiter potuisse. Nec adeo magis *Livio*, tanquam *primario* Auctori, abjudicanda esse *verba* cum *Livio* pugnantia, quam nec *proximo* Auctori abjudicanda sunt, qui illa undecunque hausta in Codicem *Livii* MS. retulerit, quae ne quidem *proximi* Aucto-

*) Male *verba* fragmenti, qualia habemus *hodierna*, unius ejusdemque urbis *duo nomina* fuisse supponunt, quorum vetustius *Ruffium* fuerit, novum autem, ab hoc eventu, *Allifae*.

(b) Ita cl. DODWELLUS. Aliter in MSS. nostris.

**) *Alisfae* nomen in *hac* etiam urbe *antiquius* erat, quam ut ab hoc recepti *elephantis* eventu deduci potuerit. *Portae* ergo, potius quam *Urbi*, imputandum erat *novum* hoc a recepto elephanto *nomen*.

ris *sententiam* fideliter repraesentent. *Alisfam* urbem hic appellari videmus, quum ad illius *moenia Fabius Consul perveniret*; quae tamen *Ruffium* potius appellanda, si a novo hoc *recepti elephantis* eventu, nomen vetustius *Ruffii* in *Alisfae* nomen recentius immutarit, ut volunt hujus fragmenti *verba*, qualia in Codice leguntur *hodierno*. Nomen praeterea a *dextro* recepti elephantis *omine* trahendum non *Alisfa*, aut *Alifa*, aut *Allifae*, erat, sed *Elephas*, ut sic *dextri ominis* memoria in ipso *nomine* apud posteros constaret. *Alisfae* enim nomen, cujus mentio in *prima Decade* occurrit, *antiquius* erat visis in *Italia elephantis*. Quo tempore *nullum* esse potuit in *Italia* nomen *animalis* in *Italia* prorsus incogniti. Primus enim *elephantos* in *Lucaniam* intulit (c) *Pyrrhus*. Qui tamen tum non *elephantorum* nomine, sed *Lucarum boum* apud *Italos* veniebant, a *regione*, in qua primum *Italis* innotescebant, *Lucania*. Postea, quum e *boum* censu eximerentur, non *Alisfae* tamen, sed *elephantes*, pro idiomate *Graecorum Macedonum*, vel *elephanti* pro sua *Italorum* terminatione, appellabantur. In ea voce vocis *Indicae* vestigia constare arbitror, non autem *Ebraeae*, quum non ab *Ebraeis*, sed ab *Indis* eorum usum didicerint *Macedones*. Erant quidem etiam in *Africa elephantes*. Sed ne quidem *urbis Alisfae* Etymologiae favet nomen *elephantorum*, sed *Mauritanum*, sed potius fortasse *Punicum*, ut pro *Annibalis Poenorumque*, cum quibus bellum gerebant hoc tempore *Romani*, idiomate, nomen urbi darent *Annibalis* socii *Samnites*. *Caesar* enim *elephanti* nomen erat apud *Mauritanos*, ut nos docet in *Aelii Veri* vita *Spartianus*, cap. 2. Idem firmant *etiam* nummi, in quibus *Caesaris* Symbolum habetur *elephantus*. Ut non sit proinde *Servius*, in hac caussa, audiendus, ut ne quidem MSS. Codices *Spartiani* a *Salmasio* memorati. Longe autem adhuc *remotius* est ab *urbis Allifanae* Etymo nomen illud *elephanti Mauritanum*. Rectius ergo ad Urbis *portam*, qua eruperit *elephantus*, nomen a *belluae eruptione* impositum, quam ad *urbem* ipsam, ni fallor, retulerimus. Nempe ut in *porta* nominis mutatio sit facta, quam in *Urbe* ipsa factam non esse, nisi fallimur, evicimus. Et quidem ex *hujus* Scriptoris *sententia*, qui tunc *Alisfam*, quam appellat, *urbem* ita appellatam agnoscit, quum *Fabius* ad *Urbis moenia* perveniret.

§. 4. *) Tum vero porro explicandum restat, quodnam aliud *portae* nomen fuerit, e qua *eruperit* in *Fabii* occursum *elephas*. *Ruffium* quidem hic fateor in MS. legimus. Sed *sinistri ominis* Etymon siquis in voce *illa* quaeret, cur *dextri augurii ominisque* nomen *aliud* imponendum esset, frustra, ut opinor, laborabit. Sed mutatione *facili* difficultatem, ut puto, expediemus, si pro *Ruffio* legamus *Rusium*. Erant certe in urbis *Carthaginiensis* moenibus *stabula elephantorum*, qui hostes a *moenibus* arcerent. Similia item in urbis *Allifanae* moenibus *stabula*

(c) *Plin.* Nat. Hist. lib. 8. cap. 6.

*) Nomen *portae* vetustius erat fortasse Ῥώσιον, *novum* autem ab hoc *elephanto* potius *Elephas*.

la fuisse verisimile est, e qui-
s per proximam *stabulis por-*
m hic, de quo agimus, *ele-*
as eruperit. Haec *elephanti*
ois erat, quum, laxatis ab
do elephantis rectore habe-
, in hostes immitteretur. Inde
is commodum *portae* nomen
sion arcessi potuit, quod ab
ipsa *porta* cursus initium
t, quo *elephanti* in hostes fe-
antur. Sic *stadii carceribus*
ponderit *porta*, a quibus *A-*
istae cursus exordium simi-
r capessebant. Ῥυτῆρες enim
enae appellabantur, quarum
atione vehementiorem fieri
nabantur in hostes impetum.
Graecis est ἀπὸ ῥυτῆρος
vai. Et *impetus* ipse ῥύμη
Sed ubinam, inquies, *sini-*
m augurium, et *infaustum*
n? Non equidem in ipso,
in hostes ferebantur, *impe-*
Sed in eo potius, quod *ele-*
s, in *Consulem* immissus,
hostes in *fugam* verterit,
praeda ipse in hostium *ma-*
nciderit. Malum ergo *omen*
in *eruptione* positum erat,
n infelici eruptionis *eventu*.
enim augurium erat de e-
Civitatis similiter infeli-
Fore nimirum, ut etiam ci-
similis in hostes eruptio in
em exiret *captivitatis* even-
Formam enim *civitatis ob-*
e repraesentabat *turris ele-*
tina cum *armamentis*. Et
versa *receptus* ex *hostium*
tate in urbem *elephas* pro
ae libertatis praesagio ha-
tur, nunquam postea in *ser-*
em pleno impetu ruiturae.
nempe credebant fore, ut
m *vetustioris* nominis *omen*
hoc *felicioris* nominis ex
anto desumpti *augurio* a-
ncaretur. Firmant praeter-
ctam hanc, ni fallor, interpretationem ultima fragmenti verba: *ab dextro sequente sinistrum augurio nomen imponunt accolae*. Civitatis *universae* nomen ab universae *Civitatis incolis* imponendum erat, qua etiam *voce* usurum verisimile erat fragmenti *Auctorem*, si quidem de *nomine* egisset communi omnibus *patriae* imponendo. Satis autem erant portae *accolae*, quibus portae *tutela* credebatur, ad novum *portae* nomen imponendum. Nec enim de *Suburbicariae* ditionis *accolis* hoc intellgi oportet: nedum de *extranearum Civitatum* accolis.

§. 5.*) Est et aliud, nisi fallor, vestigium translati a *porta* Civitatis ad ipsam *Civitatem* nominis. Sic enim habent nostri fragmenti verba: *Et Alifas, Ruffium quondam vocitatas, ab dextro sequente sinistrum augurio nomen imponunt accolae*. Utrobique numero *plurali*, *Alifas vocitatas*. Non ita alibi, quum ejusdem urbis meminit ipse *Livius*. Non ita veteres *alii*, in quibus illius mentionem legimus. (*d*) *Allife* est ipsi *Livio* lib. 8. cap. 25. *Alisfa* hoc ipso nostro *Fragmento*. Quanquam fateor *plurali* etiam numero concipi apud ipsum quoque *Livium* lib. 9. 38. 42. 22, 18. *Alliphe* tamen *Silio* etiam *Italico* lib. 8. Sed extra *Samnium*. Et formam *pluralem* sonabat *Graecum* elephanti nomen *Elephas*, qua quidem e *terminatione* judicari potuit. Et passim occurrebant urbes forma *plurali* et *feminina* similiter nominari solitae. Sic *Thebae*, *Athenae*, *Clazomenae*. Inde factum, ut similes in *urbium* designatione formae, quanquam erroneae, facile tamen obtinerent apud minus acutos rei

*) Nomen *urbis* plurale a *Portae* valvis *biforibus* forte deductum.

Ita cl. DODWELLUS. aliter in Codd. nostris.

Criticae judices. Hic certe ea est, quam dixi, erroris justa *suspicio*. Sed *portas* urbium πύλας *plurali* forma appellari receptissimum erat, praesertim apud *Graecos*. Nempe a portarum *biforibus valvis*, quae erant etiam in *Urbium* quoque *portis* receptissimae. Ita in urbe *Gazaea*, ne longius abeamus, legimus Θύρας τῆς πύλης *Jud.* 16, 3. in *vulgato* Interprete, *portae fores*: quum tamen frequentior sit vocis πύλης usus in numero *plurali*. Sic *Thermopylae*, *Pylae Caspiae*, et πύλαι Ἅδου, quum *civitatis* formam induit *Infernus*, qui S. *Augustino civitas* est *Diaboli*. Sic ergo *Elephas*, quum ad *civitatem* pro *porta* acceptam referretur, *formam* eandem induere videbatur, quae erat in *porta* frequentissima, nempe *pluralem*. Inde factum, ut nomen *Urbis* alibi singulare, *Allife*, hoc loco in *pluralem* migrarit *Alifas*. Quem tamen ultimi *Librarii* errorem non fuisse vincit Epitheton, *plurali* similiter numero, *vocitatas*. Illius autem numeri nullum plane vestigium in antiquiori portae nomine Ῥόστον. Unde illud? Nempe, quia ῥύμης vel ῥύσεως initium, vel (ut circi *Romani* sermone utar) *carceres* significabatur, unde in hostem immittendi essent, qui in moenibus stabula habebant, *elephanti*. Quod vero impetus in hostem faciendi *exordium portae* tribueretur, plane fortuitum erat, quum ab alio quovis ubivis posito *limite* idem motus inire posset. Et tamen in hujus Urbis nomine occurrunt formae *plurales Rufae* in *Silio Italico*. Et *Rufae* *Virgilio* Aeneid. 7. vers. 739. Unde et πύλαι satis commode Ῥόσιαι appellari potuerint. *Portae* ergo, non qua *porta* erat, conveniebat; sed qua *portae* imminebat *urbi* propinquus et per *portam* irrumpendi studiosus hostis. A *Graeco* itaque, ut videtur, Historico *Magnae Graeciae* haec hauserit seu ipse *Livius*, seu alius *Livio* antiquior *Historicus Romanus*, qui *Graeco* sua ipse accepta retulerit. Inde enim facillima erroris occasio, ut Ἀλίφας cum Ἐλέφας confunderet, quae tamen convenientia minor occurrit inter voces *Latine* conceptas *Alifen* et *Elephantum*.

§. 6. *) Sed quid sibi volunt *umbones* illi, apud nostrum, *belluati*? Recolenda hic sunt verba paulo superius in hoc ipso fragmento occurrentia: *ex opido bellua constracta armamentis: quam Consul vi captam, trucidatis qui in ea constiterant, reservat ad pugnam*. Sed legendum, nisi fallor, mutatione levissima, *constructa*. Haec sane *bellua*, ad quam referendi sunt *umbones*, quos noster *belluatos* appellat, non alia erat ab *elephanto*. Sic fuerint vicissim iidem cum *armamentis umbonis belluati*. Tegebant nimirum *elephantorum* latera serie *scutorum* per *umbones* invicem annexorum, muniebantque ne hostium telis nuda paterent, tali plane qualis erat in *Romana*, quam appellabant, *testudine*. Erat enim *testudo* quoque connexio *scutorum*, ut e veteri constat *Onomastico*, et *Livio* lib. 44. De *testudine* autem ita Isidorus: *Series fit armorum umbonibus inter se connexorum*, Orig. lib. 18. c. 10. *Scuta arma*. Proinde recte *scutorum seriem* noster *armamenta* appellavit.

(*d*) Ita cl. DODWELLUS. aliter in Codd. nostris.

*) *Umbones belluati* series erat *scutorum* umbonibus inter se connexorum, qua *elephantorum* latera defendebantur.

em *Isidorus umbonum* ne-
m illum fuiſſe tentatur, quo *scu-*
invicem cohaerebant, et fir-
m admodum in hoſtium tela
ppugnaculum exhibebant. Et,
m *belluae* tegendae, caussa
inata fuerit haec *armorum*
es, *umbonibus* compaginata;
inde non absurde *umbones*
s noſter *belluatos* appellat.
d scilicet ad figuram corpo-
, quod ab ea muniebatur,
hantini adaptarentur. Con-
iebat praeterea Phrasis *con-*
i armamentis umbonibus
orum ita, uti dixi, in ele-
nti tutelam invicem aptis at-
compaginatis. *Construere,*
endo conjungere eſt apud
aetium (*e*) in collectione
nmaticorum veterum *Gotho-*
iana. Ita tantundem vale-
onstrui armamentis, quod
scutis invicem *conjunctis*,
rte qua fieri ſolebat in *te-*
ine. Ferri tamen poteſt et
quoque, mi Amice, lectio
trata, si in eam sententiam
ligatur, ut *elephantum* il-
cutorum armamentis *cooper-*
atque *circumseptum* fuiſſe
ſicet. Magis autem proprie
orsum elephanti, quam ad
a, spectabat usus vocis *con-*
i, quum tamen *superne* usus
s fuerit *armamentorum* e
orum umbonibus conflato.
Hic enim locus erat *mili-*
in *turri elephantina* pu-
rorum. Sic ergo intellexe-
verba fragmenti sequentia:
onibus belluatis paucos fu-
s invadant. Ut nempe *op-*
nis Allifanis eundem usum
buerint in *turri elephanti-*
ccupanda *umbonum* illa *ar-*
enta, quem in humiliori-
bus *urbium* muris expugnandis exhibuerint *Romanae testudines.* Facile enim erat *hostibus* elephanti *latera* subeuntibus *armamenta* ipsa in *sublime* tollere, et *fulcris*, quo minus recciderent, sustinere: tum suis in illa ascensuris subitanea suorum scutorum testudine facilem aditum in superiora praebere. Ita enim eventurum erat, ut *pares* essent *armamentis* hostes *Allifani* cum *turritis* elephanti *custodibus*, vel etiam fortasse *superiores*, si quidem a turris *margine* pependerint *armamenta.* Id si fieret, nihil erit deinde, cur miremur, si in *fugam* se turris elephantinae propugnatores conjecerint, quum e *superiori* jam loco peterentur, elatis jam ad turris *marginem* oppugnatoribus. Quod vero *latera* elephantorum *scutorum* serie *superne* pendentium defenderentur, ne quidem id exemplo caruit in *Romana* etiam *testudine.* Nam et *militum latera*, qui *latera testudinis* movebant, simili plane artificio ab hostium *superne* impetentium telis muniebantur.

§. 7. *) Erat quidem, fateor, et alia quoque *umbonum belluatorum* significatio, quae tamen hoc in loco intelligi non potuit. Nam *pingi* apud veteres solebant *scutorum umbones*, vel *caelari animalium* figuris, et quidem *ferarum*, quae proprie *belluarum* nomine apud illos audiebant. Ita *stragulis vestibus*, quae *pictae* appellantur a *Tibullo* lib. 1. Eleg. 2. *Graecorum* στρωματεῦσι, respondent *Alexandrina tapetia belluata* apud

pag. 1346. 1347.
*) Alia significatio *umbonum belluatorum* pro scutis *belluarum* imaginibus insignitis, (ut in *recentiorum* quoque *nobilium scutis* saepe fieri solet) quanquam ipsa etiam antiquissima, nihil tamen confert ad eam, quae hic narratur, Historiam.

Plautum in *Pseudolo* Act. 2. Scen. 1. Ab his nempe acupictis *belluarum* imaginibus nomen sortita. Et quidem *clypeorum imaginibus* insignitorum mentionem legimus in primaevis Auctoribus satis frequentem, quorum nonnulli etiam hodieque ad nostra usque tempora salvi perstiterunt. Talis erat, quo *Scipionis Africani* majoris in *Hispania* continentia ad vivum repraesentatur in pudicitia feminae pulcherrimae illibata custodienda. Talis et ille tuus, qui receptae a *Gallis* urbis Historiam exhibet sub *Camillo*. Etiam belluarum effigies in *Polynicis* et *Tydei* scutis memorat *Apollodorus* Biblioth. lib. 3. c. 6. *Apri* scilicet, et *Leonis*. Haec ille e *Tragoedis*, ut videtur, antiquissimis, qui tamen moris illius originem nesciviſſe videntur, quum eundem etiam *Heroum* aetati tribuunt Historicorum *Graecorum* memoria longe *antiquiori*. Et quidem in *umbonibus clypeorum* pictas illas videmus effigies. Quidni itaque recte *umbones* illos *belluatos* appellare licebit? Nihil plane video, quo minus liceat. Non tamen hic ita propterea appellatos facile concessero. Nihil enim ad *terrorem* hostibus incutiendum feciſſe verisimile est simulacrorum illa vana *μορφολυκεία*; nullius plane ad *hostes invadendos* usus, nedum ad *fugandos*. Longe contra aptior ad *eventum*, quem dixi, praestandum *umbonum belluatorum* usus a *nobis* explicatus.

§. 8. *) Sed verba fragmenti prima admodum difficilia sunt: *Et reparando subgressu, manu haud magna, Alisfae moenia, quasi palans, perveniens, ex opido bellua constructa armamentis erupit.* Erat sane quum ad *Fabium* Dictatorem referenda censerem, cujus mentio in proxime praecedentibus Textus *Liviani* verbis praeceſſerat. Quo tamen minus ita intelligi possent, obstat *sententia* verborum adhuc pendens, nec *interpunctione* aliqua plena a sequentibus praecisa. Obstant praeterea Participia *palans*, *perveniens*, quae punctationem plane congruam Auctoris *menti* esse vincunt, nec *plenam* esse *posse*, ante *belluae* mentionem, Auctoris sententiam. Rectius ergo, ni fallor, ad *elephantum*, quam ad *Dictatorem*, haec verba retulerimus. Ita scilicet, ut *elephantus bellua* fuerit, quae *palarit*, eademque, *quasi palans*, ad *Alisfae* urbis *moenia pervenerit*, tandemque *ex opido constructa armamentis eruperit*, eademque denique non in *Dictatoris*, sed *Consulis*, potestatem venerit. Sed quis ille demum fuit *Consul*? Si quidem ullus fuerit, alius esse vix potuit ab *Atilio Regulo* II. in locum *Flaminii* ad *Thrasimenum* caesi suffecto. Longius enim aberat Consul *Servilius*, a Dictatore ad *Ostiam* missus, ut *littora Italiae* tutaretur, lib. 22. cap. 11. 25. legionibus *Dictatori* a *Fulvio Flacco Servilii legato* traditis, cap. 12. Sed ne quidem ita res, pro *Livii* mente, constabit. Nondum enim suffectus erat in *Flaminii* locum *Atilius*, ante imminutam *Dictatoris* majestatem, cum *Magistro Equitum Minutio* aequati, cap. 25. Tum quoque tamen specie classis *Punicae* persequendae procul *ab Italia ablegatum Cn. Servilium* queritur Tribunus Plebis *M. Metilius* ib. Sic nullus plane rei ad *Allifen* gerendae potuit interfuisse *Consul*, si ipsum au-

*) Nullus rei ad *Allifen* gerendae intereſſe potuit, pro *Livii* mente, *Consul*, ut volunt verba *fragmenti*.

iamus *Livium*, quod sane fa-
endum, si haec verba pro vere
ivianis habeamus. Imo exeun-
semestri Dictatura utrumque
onsulem a *Fabio Dictatore* ac-
tum testatur *Livius*, ut *exer-*
tum ab se acciperent, cap. 31.
ota ergo *Dictatura Consulem*
illum *comitem* habebat *Fabius*,
i rem habuerit cum *Allifa-*
s. Nec potuit *Fabium Consu-*
m appellare, quem ipse sem-
r *Dictatorem* agnovit. Uti
c *Magistrum Equitum Minu-*
um.

§. 9. *) Sunt et illa quoque
ba difficilia: *reparando sub-*
ssu. Vocem *subgressus*, nec
gressus, in nullo probato
oscario, aut *Auctore* classico,
erio. Itaque *ratiociniis* et
jecturis explorandum est,
od Auctoritate non licet. *Sub-*
ssus ergo *stabulum*, ni fal-
, designat *elephantis*, quae
is est *Straboni* Geograph. 17.
32. Inde ergo *nomen* habu-
verisimile est, quod *stabuli*
um *arcuatum* elephas *sub-*
di soleret, quo tutus ab aë-
subdivalis inclementia prae-
etur. Proinde *ruinosum* sup-
it *stabulum*, ut *refectione*,
m *reparationem* appellavit
tor, opus haberet. Innuit
o, dum in hoc *opere* versa-
tur opifices, *haud magnam*
se, quae elephanto appare-
manum: nec satis *amplam*,
ufficeret *belluae* in officio
tinendae. Ita factum, ut cu-
bus elapsa, urbis moenia,
si palans, perveniret; tan-
que *ex opido*, suo demum
ctu, non dedita custodum o-
, in hostem *erumperet*, ipsa
eda, cum suis, hostibus fu-
tura. Duo enim *militum* genera numerat (*f*) *Plinius*, qui *elephantorum* custodes erant; *turritorum* aliud, aliud *propugnatorum*. *Turritos* appellat, qui in ipsa pugnabant *elephanti turre*, hostesque a capiendo elephanto arcerent. *Propugnatores* autem, qui in ipsa *terra* proelium ciebant ex *utroque* elephanti *latere*, ne locus hosti pateret *elephanto subeundo*, ut nihil prodessent *umbones*, quos dixi, *belluati*. Sic enim audax *Eleazari* facinus narrat Auctor *Maccabaeorum*: *Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis, interficiens a dexteris et a sinistris, et cadebant ab eo huc atque illuc. Et ivit sub pedes elephantis, et supposuit se ei, et occidit eum*, 1. Maccab. 6, 45. 46. Haec *bestia lorricata* fuisse *loricis Regis*, vs. 43. *umbonibus*, ut videtur, *belluatis*, dicitur. Sed *scutorum* non quidem militum *gregalium*, sed *Regiorum*. Quod scilicet *auro* obducta fuerint. Ἐπιχρύσους enim appellat *Josephus*. *Lorica* illa θώραξ est in *Graecis Maccabaïcis*. Sed *lorica* recte appellari non potuit, quo *pectus* tantummodo fuerit munitum, quum *circumquaque corpus* ambierint *loricae*. Et περιτείχισμα appellatur a *Josepho*, ubi eandem narrat Historiam, ex iisdem, ut videtur, e quibus Auctor *Maccabaïcus*, Originibus. Proinde *universum* elephanti *corpus* ambiebat illa *lorica*. Et *clypeos* fuisse *Regios deauratos* docet vs. 39. in eo a *gregalium* militum *clypeis* internoscendi, qui fuerint duntaxat *aerei*. Ibidem etiam *propugnatorum turritorumque* discrimen manifestum est. *Sin-*

*) Explicantur verba *reparando subgressu*. *Manus haud magna* de *propugnatoribus* elephanti intelligenda. *Trucidati* vero elephanti tantummodo *turriti*.

) Nat. Hist. lib. 8. cap. 7.

gulis enim *elephantis mille viros* et *quingentos equites* assignatos docet vs. 35. qui fuerint *antea* ab *Eleazaro* summovendi, quam *corpus* ipsum *elephanti subire* liceret, *medio* nimirum ipsum tenentes *elephantum*. Inde factum, ut *a dextris et sinistris* caedem fecerit *Eleazarus*, vs. 45. quod *utrumque* elephanti *latus* texerint. Hos itaque *propugnatores* elephanti fuisse manifestum est. *Turritos* autem *singulis belluis viros* tantummodo XXXII. qui pugnabant *desuper*, assignatos fuisse docet vs. 37. Hoc itaque volebat noster, ni fallor, Auctor, obstitisse *subgressus reparationem*, quo minus *elephanto* adessent omnes illius *propugnatores*. Parte nimirum illorum longe *maxima* in ipso *opere* occupata, et *manu* adeo relicta *haud magna*. Inde factam *belluae palandi* evagandique licentiam, quum *manum* illam *haud magnam* sperneret custodiae illorum creditus *elephas*, atque ita elapsus *se* pariter *turritosque* suos hostibus prodiderit. Nec sane *alios* fuisse, quam *turritos*, qui in hostium *potestatem* inciderint, docent fragmenti nostri *verba* illa: *truci datis*, *qui in ea constiterant*. *Consistebat* enim *in bellua* nullus praeter *turritos*.

§. 10.*) Ita *fragmenti* hujus *Historiam*, qua licuit, explicavimus, tutatique sumus. Nec tamen nobis, fateor, satisfacimus, *veram* rei gestae *Historiam* esse, nedum vere esse *Livianam*. Urbem ipsam *mutationem* illam *nominum*, quae hic praefertur, non subiisse jam satis, ut existimo, probavi, ex disertis ipsius *Livii* in contrarium *testimoniis*. Jam ne quidem in ipsa Urbis *porta* locum habere potuisse probamus. Hoc enim plane supponit haec omnis *Historia*, pessumque *Romanorum hostes* hanc etiam *portam* fuisse, e qua elapsus *elephas* in *Romani*, ut volebat Auctor, *Consulis* potestatem venerit, et cujus receptio tantum gaudium fecerit, quasi e quodam demum postliminio, recipientibus. Non ita certe de *Rufris* suis *Silius Italicus*. Sic enim canit: (*g*)

Affuit et Samnis, nondum vergente favore
Ad Poenos, sed nec veteri purgatus ab ira.
Qui Batulum Mucrasque colunt, Boviania quique
Exercent lustra, aut Caudinis faucibus haerent,
Et quos aut Rufrae, quos aut Esernia, quosve
Obscura incultis Herdonia misit ab agris.

Haec ille de *anno* sequenti, *Catoniano* 536. *Varroniano* 538. Ante *proelium* tamen *Romanis* fatale *Cannense*. Adhuc ergo certum erat, a *Romanis* stetisse *Rufras*, nec illas tantummodo, verum etiam *universum* quoque *Samnium*, atque adeo *Allifen* ipsam, quam omnes ponunt in *Samnio*. Recte omnino, quantumvis animo, ob *veteres* inimicitias, in Bellum proclivi fuerint ipsi *Samnites*, quod etiam innuit ipse *Silius*. Sed *post* cladem demum *Cannensem*, *Samnitum* defectionem ponit ipse *Livius*. Sic tamen ut *tum* quoque in *Romanorum* fide perstiterint *Petellini* lib. 22. cap. 61.

§. 11. **) Sed et in verbis illis, *sicut quibus curae pusillum inc.*

*) Male etiam supponit *fragmenti* Auctor, *Romanorum* hostes fuisse cives *Allifanos*, seu etiam *Ruffrienses*.

(*g*) Lib. 8. Bell. Punic.

**) Nihil in hoc forte *fragmento* vere *Livianum*.

rat, quae, quaeso, vena styli *Liviani*? Sed *styli* maculas facile ferendas existimarem, in hoc ipso *brevi* fragmento, *varii* admodum, nec sibi *constantis*, et *Librario* facile imputandi; id modo *unum* aliquatenus *extra* dubium esset, in *rerum* saltem *gestarum* narratione *notas* esse *fide* dignas, *Historiae Romanae* Principi consentaneas. Hoc ipsum quum deficiat, metuo sane, ne *Aethiopem* lavarim, operamque luserim. Non tamen me proinde poenitet, Historiam ipsam, qua quidem e verbis *hodiernis* colligi potest, explicatam dedisse; et *rationes*, cur Livio abjudicandam existimem, cum *orbe literario* communicasse. Sperans fore, ut ansam inde capiant, meliora eruendi, acutiores. Illud praeterea observatu dignum est, quodque ad rem nostram faciat, quam quod maxime; nuspiam, vel in *Zonara*, qui *hujus* temporis Historiam exhibet, ex Auctore optimo *Dione Cassio plenissimum*; nuspiam tamen occurrere *captae* ab *Annibale* urbis *Samniticae*, et ne quidem *oppugnatae* mentionem: e contra autem ne *palare* quidem ausos a signis suis *Poenos*, nec *populari*. Inde metum *Annibali* injectum, ne *hibernis* intercluderetur, haerente in *vestigiis* illius *Fabio*. Quod sane metuendum non erat, si, vel per *vim*, civitatem aliquam *Samniticam* in obsequio habuisset. Sed metuebant *singulae*, ne quid singulare sine *Corporis* sui consilio auderent, vim feliciorem expertae *Romanorum*. Parem praeterea, vel *superiorem* potius, expertae ducem *Annibale Fabium*, e cujus artibus *aegre* admodum fuisset *nuper* elapsus.

J. FR. GRONOVII

ANNOTATIO

AD LIVII LIB. XXIX. CAP. XVIII. §. 9.

EXCERPTA

Ex ejus editione prima Notarum in Livium, quae in postea repetitis editionibus omissa est.

Lippis et tonsoribus notum videtur esse, in deprecationibus obtestationibusque veteres inter praepositionem ejusque casum proprium interponere amasse alium, et plerumque personae casum. Sed hic notabimus aliquot differentias non, puto, lippis et tonsoribus omnibus, sed nec quibusdam oculatis, notas. Interdum duo interjiciuntur pronomina: ut, *per, ego te, Deos, oro.* Noster lib. 23, [9.] *Per, ego te, fili, quaecunque jura liberos jungunt parentibus, precor quaesoque.* Sic reliquisse puto Plautum Mostell. 3, 2, vs. 56. *nunc per, ego te, genua, Obsecro.* Vulgo transpositae duae voces sunt. At iterat idem Rud. act. 3. sc. 2. [13.] *per, ego te, haec genua obtestor senex.* Interdum τὸ *ego* omittitur: ut, *Per, te, parentis memoriam obtestor mei.* Sic fecerat auctor Ciris, apud quem legendum [vers. 324.]

— — *Per, te, mea alumna, tuumque*
Expertum multis miserae mihi rebus amorem,
Per, te, et sacra precor, per luminaque Ilithyae.

Vulgo: *per me mea alumna.* Quod sciebat Scaliger Latinum non esse: itaque reponit: *te per mea alumna.* sed cur non secutus est ipse, quod ait ibidem esse notissimum? Dein vulgo: *Per me et sacra.* Vetustiores: *Per dere sacra.* Ipse: *Per te sacra.* Denique editur, *per flumina Ilithyae.* Recte Scaliger, sed non integre, *per lumina:* nam etsi, cum displiceret hiatus, *perluminis* malebat, idem tamen mox reprobat. Sed contextus orationis satis indicat copulativam excidisse. Nam ita concipiuntur preces: *per, te precor, mea alumna, et amorem tuum, et per sacra, perque lumina Ilithyae.* Si unam ex posterioribus conjunctionibus demas, non tam versus, quam sermo indecore hiat. Interdum solum omittitur τὸ *precor,* vel *oro.* Declamatione, quae adscribitur Fabio, titulo Mathematici [4, 22.] *per, ego te, si fas est, quidquid feci, per hanc ipsam mei caritatem, qua me nondum timere coepisti, miserere.* Et in extrema sequenti [cap. 23.] *Per, ego te, juvenis, illos meos, de quibus nunc quereris, annos, per expertos tibi notosque humanorum accidentium casus,* etc. *pasce nunc, quod te redimere volui.* Eandem formulam Curtio deberi sumus per-

'aevenit quidem nos d viri docti elegan- ptori illum profuisse ur, lib. 4. [14. §. 24.] Darii: *Precor vos atrios*, etc. *per aemoriam Cyri*, etc. *b ultimo dedecore itemque Persarum.* ne Modius: *Per, eos patrios.* Quam abent inviolatam et inacei Vossiani: nec Gruteri codices ha- , quem vocat Dan. ia citatum, inde mi- uod Pal. 1. a Modi- fferre, et vulgatam et. Certum habeo, nconsultos homines ni reliquerant tamen . 16.] in altera ora- *Per, ego vos, de- um:* sed ibi adest, *tor:* quorum simile e visum bonis viris, Glareano apud Li- 8.) Interdum simul *rà ego* et *precor.* Ut um lib. 10. [370.]

, *te, quod fecimus*

usque nefas, perque sanguine Magni ndes.

Thebaïde undecima

cia per, te, erende Creon, san- e Menoeceos um-

n *adflicto.*

tenus hic et apud Sal- tam deprehendimus. lta scripserat deleta *quibus, per, vos, m, Patres conseri- ntegre est;* quibus, per fidem vestram, gerere velitis. Pa- admiserunt librarii *Per te patriumque nomen, quod utri nostrum sanctius sit, jampridem sentis, ita me audias, precor.* Etenim hic quoque Livii manus: *Per, te, patrium nomen.* Quod tamen ad secundam speciem referre memineris. Ter infecit haec menda Sallustium, neque adhuc vindicatum a quoquam, quod sciam. Bello Jugurthino cap. 14. *nunc neque vivere libet, neque mori licet sine dedecore, Patres conscripti: per vos, per liberos atque parentes vestros, per majestatem populi Romani, subvenite mihi misero.* Sic ab Rivio Gruterus, cum impressi olim interjecissent, *oro.* Sed ne totum sit sanum, obstat particula *per* ab inepto homine inculcata. nam auctor reliquorat: *sine dedecore, Patres conscripti. Per, vos, liberos atque parentes vestros, per majestatem populi Romani, subvenite mihi misero.* Ubi enim leges: *oro te per te?* Non vereor, ne quis objiciat mihi ex Nasone lib. 2. amorum el. 16.

At mihi te comitem jurabas usque futuram
Per me, perque oculos, sidera nostra, tuos.

Neque enim juramentum fuit conceptum, *per te,* sed *per caput tuum.* Aut ex Martiali lib. 2. ep. 14.

Per, te, perque tuam, vector lascive, puellam,
Ad coenam Seliüm tu, rogo, Taure, voca.

Nam hoc ita explicabis: te, vector lascive, rogo per atque iterum per tuam puellam. Vel, rogo te, lascive vector, per, per, inquam, tuam puellam. Sic *etiam etiamque, iterum iterumque, longe longeque, quanto quantoque* dicebant augendae rei caussa. Porro salem ultimorum verborum non perceperunt interpretes. *Tu taure ad coenam*

Selium voca, est, fac eum esurire: nam taurus ille aeneus saxeus nunquam coenabat. Rursus eodem Sallustii libro cap. 24. *Me ex manibus impiis eripite, per, majestatem imperii, per amicitiae fidem, si ulla apud vos memoria remanet avi mei Masinissae.* Sic iterum Gruterus, et adnotat: Intruserant alii: *eripite, per vos, per majestatem.* Sed abdicunt MSS. simul et olim publicati. Credo, quos ipse vidit: nam sine libris quis ista adjiceret? Sed hic iterum abundat unum *per*. nam non potest eripi mihi scripsisse Sallustium: *eripite; per, vos, majestatem imperii, per amicitiae fidem.* Denique inter fragmenta in oratione C. Cottae extrema: *Per vos igitur, Quirites, et gloriam majorum, tolerate adversa, et consulite reipublicae.* Vocem *igitur* jubet induci Carrio de consilio antiquorum librorum. Non est satis: nam et copulativam oportet induci, ut habeamus scripturam auctoris: *Per, vos, Quirites, gloriam majorum.* hoc est: oro vos, Quirites, per gloriam majorum. Facturusne operae pretium sum, si ulterius provehar? *κέλεται δὲ με θυμὸς.* Censeo eadem formula uvendum Livium lib. 3, 40. *C. Claudii, qui patruus decemviri erat, oratio fuit precibus, quam jurgio, similis, orantis per sui fratris parentisque ejus Manes, ut civilis potius societatis* etc. Tres MSS. Palatini, editiones veteres Andreae, Mediolanensis ante centum sexaginta septem, Tarvisina ante centum sexaginta, Veneta ante 146. Parisiensis ante 150. annos factae, Aldina, cum antiquiore omnibus Campani: *perorantis per sui fratris.* Qui possim non credere ab Livio profectum: *oratio fuit precibus, quam jurgio, similis, per, orantis, sui fratris parentisque ejus Manes.* Charisius ait, *τὸ per* accipi nonnunquam apud Latinos, quemadmodum apud Graecos, *μὰ τοὺς θεοὺς, νὴ τοὺς θεοὺς.* sed non hoc proprie huc pertinet, verum ad communiorem formulam: *Subveni igitur, per deos, idque quamprimum.* Quamvis hic quoque haud dubie *τὸ precor*, intelligatur: sed sensu conveniunt. Ovid. 3. Amor. 11.

Parce, per, o, lecti socialia jura.

Lib. 4. de Ponto 13.

At tu per studii communia foedera sacri,
Per non vile tibi nomen amicitiae,
Quanta potes, praebe nostrae monumenta saluti.

Ubi legendum arbitror: *nostrae momenta saluti.* hoc est, adminicula, adjumenta. Nota phrasis: *momentum esse ad aliquam rem:* translatione sumta ab lance et ponderum momentis. Noster hoc libro [cap. 23.] *haud parvum et ipsi tuendae Africae momentum adjecerunt.* Lucanus, Martem, dicit [4, 3.]

— — Ducibus fati momenta daturum.

Sic et Silius lib. 9, [44.]

Per toties, inquit, concussae moenia Romae,
Perque has, nox Stygia quas jam circumvolat umbra,
Insontes animas, cladi parce obvius ire.

Male in hanc rem Charisius allegat Virgilium lib. 4. [314.] nam illic exstat verbum *oro*, etsi turbata compositione, et sic evolvenda: *per, ego, has lacrimas dextramque tuam te* etc. *oro, si quis adhuc locus precibus; miserere domus labentis.* Pariter turbat Statius lib. 6. Thebaïd. [169.]

Illam; oro, cineri simul excisaeque parenti

Reddite, quaeso, duces. per, ego, haec primordia belli
Cui peperi.

Et Silius lib. 5. vs. 81.

Iliaeas per, te, flammas, Tarpejaque saxa,
Per patrios consul muros suspensaque nostrae
Eventu pugnae natorum pignora, cedas,
Oramus, Superis.

Sic enim non dubito scribere, etsi vulgo sit: *Iliaeas te per flammas.* Est etiam apud Senecam in ludo de morte Claudii, ubi eandem formulam requirit Nicolaus Faber: *L. Silanum enim generum suum occidit. Oro per, quod sororem suam, festivissimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent, malult Iunonem vocare.* In quo, inquit, illam commiserantis reticentiam, *Oro per*, qui non intellexerunt, *Oropen* effecerunt. Sed arbitror magnum illum virum hujus quidem reticentiae exemplum nullum producere potuisse: recte autem conjecisse Lipsium: *occidit. Oro propter quid? Sororem suam, festivissimam.* Atque haec satis de hac formula, de qua diu nemo quicquam restare dicendum putavit.

HENRICI GLAREANI P. L.

GENEALOGIA SCIPIONUM,

QUORUM MENTIO

APUD LIVIUM, CICERONEM, PLUTARCHUM, CETEROSQUE CLASSICOS SCRIPTORES,

QUAM SUIS

A D L I V I U M

Annotationibus post notas in lib. XXX. inseruit.

Qui temporum rationem in primis ad historiae majestatem pertinere arbitrati sunt, hi mihi a vero scopo nihil aberrasse videntur. Nam ut omnis incondita narratio molestiam confusionemque animo lectoris adfert, ita, ubi in historia deest temporum ordo, illico memoria vacillat, et erit fabellae similis, quae scribitur, res gesta: quod olim nobis, hunc nostrum auctorem legentibus, contigisse ingenue fateor. Sed est et alia res, non minus difficultatis adferens lectori, videlicet ducum magistratuumque nomenclatura, nec in ulla magis, quam Romana historia. Ut igitur hae duae res in posterum non remorarentur studiosos, pro virili in Chronologia nostra cavimus. Hoc vero loco cum subit animum, in una Cornelia gente tredecim aut plurium Scipionum mentionem esse apud scriptores, frequentius nullo adjecto cognomine, neque ullo relato tempore, ex quibus discrimen appareret, de quonam auctor loqueretur, idque etiam saepenumero apud Ciceronem, luculentissimum auctorem: mirari porro desii, unde tot errores, tantumque obscuritatis in Romanam historiam velut uno agmine irruerint. Quapropter operae precium existimavi, hac quoque in re studiosis ara deesse, et unum, sed praecipuum exemplum, oculis subjicere. Scipionum familiam, aut genealogiae particulam, ut doctiores, et quibus plus otii est, ad similia aemulanda existimularem. Quamquam non est nostri propositi, omnes prosequi Scipiones, sed qui praecipui. illud enim ut nos possumus, ita non video, quid utilitatis inde ad lectorem redderet. Ne autem in posterum hic typus librariorum negligentia corrumpatur, haec annotare placuit. Ut Cornelia gens patricia antiquissima est, quippe ex qua consul fuit anno vicesimo quarto ab urbe liberata, Ser. Cornelius Maluginensis, ac deinceps Cornelii plures, Cossi ac Scipiones, atque aliis cognominibus insigniti; ita nihil praecipuum prae ceteris familiis ab ea gentium reperias usque ad secundum bellum Punicum, quod tertia describitur decade; a qua ea

L. AE
Paulu
Consul
535. et
pud
periit
bello

L. AE
Paulus
filius,
donicu
victo
num r
seo,
anno
586.
rus fil
inferio
canus

P. SC
minor
anno
gine
vit,
cani
tiam
Frequ
cero
tuor
steri
bus.
les fu

pionum familiam ordimur, npe a duobus illis fratribus blio ac Cnejo, qui in Hispa- se Poenis opponere tamquam rum pro republica non dubi- unt, ut Cicero de his testatur. blio duo fuere filii, P. et L. blius ab Africa, Lucius ab a cognomina invenere. Cnei o filius Nasica cognomen ha- t, a quo quinque sequentes i ordine, quibusdam aliis co- ominibus, ut Corculum, Se- pion, quemadmodum tradit ero de claris Oratoribus. Pu- us autem Scipio P. filius, ma- ac superior dictus, Hanni- balem vicit. Ejus filius valetudinarius Macedonici filium ex Aemilia gente adoptavit, qui deinde Aemilianus, et inferior, minor ac posterior Scipio dictus est, de quo apud Ciceronem maxime mentio. Lucii Scipionis fuit aliqua, ut puto, proles: nam Asiatici cognomen is habuit, qui consul fuit anno ab Urbe cond. 671. centum plus annis post Lucii consulatum: sed nobis nihil certi ea de re constat, sicut nec de posterioris Scipionis prole. Reliqua ex typo, sed magis ex auctoribus sciri possunt.

ISMAËLIS BULLIALDI

EPISTOLA

DE DEFECTU SOLIS, CUJUS MEMINIT

LIVIUS LIB. XXXVII. CAP. IV.

AD

JOHANNEM FREDERICUM GRONOVIUM.

ISMAËL BULLIALDUS

JOH. FRED. GRONOVIO

S. D.

De vero tempore ejusque circumstantiis inquisiturus, quo solis defectus a Livio adnotatus est lib. 37. ab urbe condita, L. Cornelio Scipione, C. Laelio consulibus, operae pretium facturus videor, si consulares Fastos, prout apud Livium extant, hic tibi subjiciam, Doctissime Gronovi, ab initio secundi belli Punici ad Macedonicum ultimum, per L. Aemilium Paullum confectum, singulisque consulatibus annos ab V. C. adscribam: argumenti etenim mei texturam faciliorem reddidero, tibique lectu jucundiorem, quae fastidium alias, vel minimum implicita, creare possit. Utque seriem illam consulum annorumque numerum ex Livii mente digerere possim, concinneque compingere, incumbit mihi necessitas imprimis investigandi, quotus fuerit ab V. C. annus primus secundi belli Punici, quo totius orbis celeberrimae opibus et virtute militari urbes, gentesque bellicosissimae de imperio retinendo armis inter se concurrerunt. Duobus ex locis rationem inire possumus annorum ab V. C. primum ex libro 30. sub finem, ubi Livius tempora ac momenta pacis cum Carthaginiensibus initae ac belli renovati expendit. *Annis* (inquit) *ante quadraginta pax cum Carthaginiensibus postremo facta erat, Q. Lutatio, A. Manlio consulibus. Bellum initum annis post tribus et viginti, P. Cornelio Scipione, Ti. Sempronio consulibus; finitum est XVII. anno Cn. Cornelio, P. Aelio Paeto consulibus.* Habemus itaque spatium temporis, quod intercessit a bello Punico primo finito ad secundum pace iterum compositum, annos nimirum pacis viginti tres et belli septemdecim. Quot annos vero Punicum bellum primum protractum sit, docet ipse libro 9. Historiarum ab V. C. (cum Alexandri Magni in Asiam expeditionem, ejusque avunculi Alexandri Epirotae res in Italia gestas cum Romanis ducibus, bellisque a populo Romano susceptis componit) cujus haec sunt verba: *Equidem cum per annos qua-*

or et viginti primo Punico llo classibus certatum cum oenis recordor, vix aetatem exandri suffecturam fuisse or ad unum bellum. Cum go junxerimus hos viginti quaor annos annis superioribus , colligemus annos 64, qui ncti sunt ab inchoante bello nico primo ad secundum fium, quibus adjectis ad annos C. ad bellum Punicum prim elapsos quadringentos oginta octo, conficitur summa norum elapsorum ad pacem n Poenis iterum initam quintorum quinquaginta duorum, propterea annus, quo Cn. rnelius et P. Aelius Paetus sulatum gesserunt, coepitque us primus pacis, erit ab V. ɔɔLIII.

Alius occurrit annorum λοιπός apud eundem auctorem im in limine lib. 31. unde coltur annus, quo consules fuet Cn. Cornelius et P. Aelius tus, ab urbe condita quintesimus quinquagesimus sedus. Livii verba sic se hat: *Tamen cum in mentem it, tres et sexaginta annos enim sunt a primo bello nico ad secundum bellum tum) aeque mihi multa voina occupasse, quam occuint 488. anni a condita urbe Ap. Claudium consulem, qui nus bellum Carthaginiensi intulit.* Annis itaque 488 ɔis postquam exactos 63 junmus, annos colligemus ab C. ad primum annum pacis um cum Poenis initae 551 sos, et currentem 552, in n juxta hunc posteriorem ulum cadit consulatus Cn. nelii et P. Aelii Paeti. Reo igitur priori annorum nuo, attributoque anno urbis ditae 553, consulibus Cor o et Paeto, necesse erit al ri annum primum secundi belli Punici anno ab V. C. 536, quo consulatum gesserunt P. Cornelius Scipio, Ti. Sempronius Longus, a quibus consulum seriem deducemus.

A. V. C.	Nomina Consulum.	
536	*P. Cornelius Scipio* *Ti. Sempronius Longus.*	
537	*Cn. Servilius* *Cn. Flaminius.*	Eclipsis solis Februarii XI. in forma Juliana in insula Sardinia visa.
538	*C. Terentius Varro* *L. Aemilius Paullus* II.	
539	*L. Posthumius* III. *Ti. Sempronius Gracchus.*	Posthumio suffectus M. Claudius Marcellus, huic Q. Fabius Maximus III.
540	*Q. Fabius Maximus* IV. *M. Claudius Marcellus* III.	
541	*Q. Fabius Max. F.* *Ti. Sempronius Gracchus* II.	
542	*Q. Fulvius Flaccus* III. *Appius Claudius Pulcher.*	
543	*Cn. Fulvius Centumalus* *P. Sulpicius Galba.*	
544	*M. Claudius Marcellus* IV. *M. Valerius Laevinus.*	
545	*Q. Fabius Maximus* V. *Q. Fulvius Flaccus* III.	
546	*M. Claudius Marcellus* V. *T. Quinctius Crispinus.*	
547	*C. Claudius Nero* *M. Livius Salinator.*	
548	*L. Veturius Philo* *Q. Caecilius.*	

A. V. C.	Nomina Consulum.	
549	*P. Cornelius Scipio Africanus* *P. Licinius Crassus.*	
550	*M. Cornelius Cethegus* *P. Sempronius Tuditanus.*	
551	*Cn. Servilius Caepio* *Cn. Servilius Geminus.*	Eclipsis solis Maji die 6. hor. post meridiem 3. Frusinone visa.
552	*M. Servilius Geminus* *Ti. Claudius Nero.*	Eclipsis solis Octob. 19. H. 10. 24. Cumis observata ante meridiem.
553	*Cn. Cornelius Lentulus* *P. Aelius Paetus.*	
554	*P. Sulpicius Galba* *C. Aurelius Cotta.*	
555	*L. Cornelius Lentulus* *P. Villius Tappulus.*	
556	*Sex. Aelius Paetus* *T. Quinctius Flamininus.*	
557	*Cn. Cornelius Cethegus* *Q. Minucius Rufus.*	
558	*L. Furius Purpureo* *M. Claudius Marcellus.*	
559	*L. Valerius Flaccus* *M. Portius Cato.*	
560	*P. Cornelius Scipio Africanus II.* *Ti. Sempronius Longus.*	
561	*Cn. Cornelius Merula* *Q. Minucius Thermus.*	
562	*L. Quinctius Flamininus* *Cn. Domitius Ahenobarbus.*	
563	*P. Scipio Cn. F. Nasica* *M. Acilius Glabrio.*	

A. V. C.	Nomina Consulum.	
564	*L. Cornelius Scipio* *C. Laelius.*	Eclipsis solis Martii 14. in ortu solis Romae visa.
565	*M. Fulvius Nobilior* *Cn. Manlius Volso.*	Romae intercalatum hoc anno.
566	*M. Valerius Messalla* *C. Livius Salinator.*	Eclipsis solis Julii 17. H. 51. 50. mane juxta Tabb. Rudolphinas totalis.
567	*M. Aemilius Lepidus* *C. Flaminius.*	
568	*Spurius Posthumius Albinus* *Q. Martius Philippus.*	
569	*Appius Claudius Pulcher* *M. Sempronius Tuditanus.*	
570	*P. Claudius Pulcher* *L. Portius.*	
571	*M. Claudius Marcellus* *Q. Fabius Labeo.*	
572	*Cn. Baebius Tamphilus* *L. Paullus Aemilius.*	
573	*P. Cornelius Cethegus* *M. Baebius Tamphilus.*	
574	*A. Posthumius Albinus Luscus* *C. Calpurnius Piso.*	
575	*L. Manlius Acidinus* *Q. Fulvius Flaccus.*	
576	*M. Junius Brutus* *A. Manlius Volso.*	
577	*C. Claudius Pulcher* *Ti. Sempronius Gracchus.*	
578	*C. Cornelius Scipio Hispalus* *Q. Petillius Spurinus.*	

A. V. C.

A. V. C.	Nomina Consulum.	
579	*M. Aemilius* *Deest alter.*	
580	*Spurius Posthumius* *Q. Mucius.*	
581	*L. Posthumius Albinus* *M. Popillius Laenas.*	
582	*P. Popillius Laenas* *P. Aelius Ligus.*	
583	*P. Licinius Crassus* *C. Cassius Longinus.*	
584	*M. Hostilius* *Alter excidit e fastis.*	Intercalatum hoc anno: tertio die post Terminalia Kalendae intercalares fuere.
585	*Q. Martius Philippus* *Q. Servilius Caepio.*	
586	*L. Aemilius Paulus* *C. Licinius Crassus.*	Eclipsis Lunae totalis Junii 21. H. 8. 25. in Macedonia.
587	*Q. Aelius* *M. Junius.*	Intercalatum hoc anno postridie Terminalia.
588	*M. Claudius Marcellus* *Sulpicius Galba.*	

Haec consulum series integra apud Livium extat. In numerandis porro annis secuti sumus veterum librorum vestigia, numerantes annos 488 A. V. C. ad initium belli primi Punici. MS. liber Bibliothecae Thuanae, etsi non bonae notae nec antiquus valde, praefert annos 478 integris syllabis expressa scriptura, non vero notis numeralibus. Error equidem inde natus est, quod unius denarii nota omissa sit ab oscitantibus librariis. Propterea assentiri Sigonio non possum, annum ab urbe condita 532 computanti, quo consules fuerunt P. Cornelius Scipio, Tiberius Sempronius Longus, ac deinceps alliganti consules Aemilium Paullum II. et C. Licinium Crassum anno A. V. C. 582. nec insuper aliis, qui aliam epocham urbis conditae statuunt, quam annum 3. Olympiadis 6. ad finem vergentem. Non errat Sigonius, quantum ad intervallum spectat: est annorum equidem 50. quod certissime demonstrant duae Eclipses, una Solis, altera Lunae. Defectus ille solis contigit anno 537 jam jam ineunte statim; ubi Magistratum inierunt Cn. Servilius et C. Flaminius consules, vel paulo ante quam inirent, idque vulgari per consules annos computandi methodo: sed juxta epocham a Palilibus deductam anno 536. exeunte contigit. Illum solis defectum describit Livius lib. 22. verbis, rudem in Astronomicis Sardorum plebem atque etiam Populum Romanum arguentibus, quae talia sunt: *In Sardinia insula Solis orbem minui visum.* Cadit illa solis Eclipsis in annum 217 currentem ante Aeram Christi vulgarem, Februarii die undecimo in forma Juliana, H. 1. ′57. post meridiem in insula Sardinia. Tunc temporis fuit verus locus Luminarium juxta Tabb. Rudolphinas in gradu ′18. ′52. ″ 33. Aquarii. Intervallum inter veram et visam conjunctionem H. 1. ′21. addendum, ut visa synodus cadat tempore medio in Sardinia H. 3. ′18. tunc fuit vera latitudo Lunae Septentrionalis descendens ′22. ″ 4. Parallaxis Latitudinis lunae in Austrum ′30. ″ 24. unde ablata latitudo lunae vera Septentrionalis descendens relinquit visam latitudinem Merid. Descend. 18. ″ 20. Semidiameter Solis est ′15. ″ 19. Lunae ′16.

" 13. aggregatum semidiametrorum ' 31. " 32. et proinde pars deficiens ' 23. " 12. atque digiti Ecliptici 9. ' 6.

Altera Eclipsis Lunae, quae spatium praedictum definit, ea est, quae accidit L. Aemilio Paullo et Licinio Crasso consulibus, quae a praecedenti distat annis integris 49, mensibus quatuor cum semisse fere: congruit enim anno ante Christi natalem vulgarem 168 currenti, et celebrata est Junii die vigesimo primo H. 7. ' 25. Vraniburgi, at in Macedonia H. 8. ' 25. Locus Solis verus tunc fuit in Geminorum gr. 25. ' 42. " 13. Lunae in Sagittarii gr. 25. ' 42. " 13. Latitudo merid. Ascend. gr. 0. ' 17. " 46. Semidiameter Lunae ' 15. " 49. Umbrae correcta 42. ' 13. Aggregatum Semidiametror. ' 58. " 2. pars deficiens 40. ' 16. digiti ecliptici ' 15. " 17. tempus dimidiae durationis colligitur hor. 2. Incidentiae horae 1. ' 12. morae dimidiae 48. hinc datur in Macedonia initium 6. ' 25. totalis obscuratio H. 7 ' 37. medium H. 8. ' 25. emersio H. 9. ' 13. finis H. 10., 25. Occidit Sol eo die H. 7. ' 29. oriebatur itaque Luna, cum adhuc illuminatus superesset digitus unus cum triente. Lunaris ille defectus contigit anno Nabonassari 580. Pachon 21. H. 8. ' 25. Fasti itaque pleni sunt, nec alicubi per intervallum illud dehiscunt.

Ut igitur ad propositum veniamus, et attente expendamus, an eclipsis, quae facta narratur, quam quoque Tabb. Astronomicae ostendunt anno V. C. 564. ante Christum 190. Martii decimo quarto, oriente sole, juxta tabulas Rudolphinas digitor. 11. contigerit die ante diem quintum Idus Quintiles anni Romani, prout a Livio refertur lib. 37. statim in limine, cujus ejusmodi sunt verba: *Per eos dies, quibus est profectus ad bellum consul, ludis Apollinaribus, A. D. V. Idus Quintiles coelo sereno interdiu obscurata lux est, cum Luna sub orbem Solis subiisset.* Primum adducemus sententiam virorum Chronologiae et temporum scientiae peritissimorum Josephi Scaligeri et Dionysii Petavii. Illi hujus eclipseos momentum et diem in anno veteri Romano, quomodo a Livio narratur, adhibent, ut id conferant cum anni Juliani mense et die, quibus congruebat, indeque concludant luxationem et *προέμπτωσιν* veteris anni Romani. De eo Scaliger lib. 2. De emend. temp. cap. ultimo, ubi de veteri anno Romanorum ait, sic scribit: *A. V. C.* 561. *M. Acilio Glabrione, P. Cornelio Scipione Nasica Coss. defecit sol, A. D. V. Eid. Quintiles anno Periodi Julianae* 4524. *Martii* 14. *feria* 6. *Ex ante diem V. Eid. Quintil. ad exitum anni sunt dies* 163. *qui a XIV. Martii putati desinunt in* 24. *Augusti: ergo Januarius sequens coepit* 25. *Augusti Juliani.* In eandem sententiam abit Dionysius Petavius lib. 9. de doct. temp. cap. 47. his verbis: *Ac Januarius quidem Romanus per illud tempus in Septembrem fere cadebat, Martius in Novembrem, cujus Idibus circa bellum Punicum secundum, quo consulatum illi gesserunt, consules inibant.* Capite deinde 77. lib. 2. *Lucio Cornelio Scipione, C. Laelio consulibus A. D. quintum Idus Quintiles obscuratus est Sol, Luna sub orbem ejus subeunte, convenit defectus ille anno periodi Julianae* 4524. *cyclo solis XVI. Lunae II. Martii* 14. *feria* 2. *vera conjunctio Romae H.* 7. ' 13. *apparens H.* 6. ' 19. *Sol erat in piscium g.* 19. ' 43.

Secuti sunt isti viri magni textum Livii, ejusque verba, et cre-

runt annum antiquum Romanum a sedibus pristinis tam e divulsum fuisse. Demiror gerum hac in re Livio conm praebuisse, et multo maetavium, qui Scaligerum o carpserat, quod hunc sofectum alligasset anno V. 1. Glabrione et Nasica conus, adeoque illum amplius tandi occasionem inde naerat. Si alteruter istorum riam Livii revolvisset, dum mina egregia condebat, et s rerum gestarum circumas perpendisset, in illam ntiam tam facile concessuvix credo fuisse. Quod si n est, Januarium veteris anomani per illa tempora Septri Juliano congruisse, falest eo tempore anni pleraaccidisse, quo gesta narrat s, qui secum manifesto pu, dum illam eclipsim anni refert ad A. D. Eid. Quintil. itaque nunc agam, ut detrem, ab initio belli Punicundi ad multos usque anequentes, annum Romanum em ita congruisse cum anmpestatibus, ut menses hi in aestatis finem retrograrsu translati non sint; devero, in Livii narratione positionem admissam esse. aliunde vero testimonia adbimus manu consertum ves, quam ex ipsa T. Livii ria.

Statim in fronte lib. 22. ita it: *Jam ver appetebat, cum bal ex hibernis movit.* Subt, *Per idem tempus Cn. ilius Romae Idibus Mar magistratum iniit.* Itaque Martiae, seu decimus quinartii anni veteris Romani, emis finem incidebant anno . 537. et certe post diem cimum Februarii Juliani. iatum enim fuit Romae, Sorbem in Sardinia minui visum, et, dum hunc solis defectum, qui undecimo Februarii celebratus est, quia ignarae plebi ac superstitiosae prodigium fuit, procurat consul Servilius post initum illico magistratum, Hannibal profectus est ex hibernis.

11. Lib. 24. cum narrat ea, quae gesta sunt anno 540. A. V. C. Q. Fabio Maximo IV. et M. Claudio Marcello III. consulibus, notat M. Valerium, post Apolloniam obsidione liberatam, Philippumque Macedoniae regem, qui eam vi aggressus erat, turpiter ab Apolloniatibus Romanoque milite fugatum, Orici cum Romana classe hibernasse, dein exitu anni consularia comitia habita esse deinceps narrat: post deductam in stationem hibernam classem Januarius mensis coepit, et ab hieme retractus non est in finem aestatis, ibique et alias notandum per totam illam aetatem distinguere Livium tempus, quo in hiberna deducebantur exercitus, ab exitu anni.

III. Libro 30. sub finem ante comitia, quibus creati sunt consules Cn. Cornelius Lentulus et P. Aelius Paetus, id est, anno A. V. C. 552 decumbente, scribit: *Claudium consulem ab urbe tandem profectum, inter portus Cossanum Loretanumque, atrox vis tempestatis adorta in metum ingentem adduxit. Populonios inde cum pervenisset, stetissetque ibi, dum reliquum tempestatis exsaeviret, Iluam insulam, et ab Ilua Corsicam, a Corsica in Sardiniam transjecit. ibi superantem Insanos montes, multo et saevior et infestioribus locis tempestas adorta disjecit classem, multae quassatae, armamentisque spoliatae naves, quaedam fractae. ita vexata ac lacerata classis Carales tenuit; ubi, dum subductae reficiuntur*

naves, hiems oppressit, circumactumque anni tempus. Jam ergo cum hieme inchoante circumagitur anni tempus, et December mensis saltem sub finem autumni labitur. Notandum insuper hunc consulem Claudium seguiter omnia in comparanda deducendaque classe fecisse, et juxta seriem narrationis Livii verisimile est prodigium creditum Cumanis, solis orbem minui visum, qui defectus solis fuit, nunciatum fuisse Romae, antequam consul classem deduxisset. At vero factus est defectus ille solis die Octobris decimo nono H. 10. " 24. A. M. anno ante Christum 202 currente, fuitque digiti unius fere. Sero itaque admodum et autumno jam adulto profectus est consul, quamobrem Livius scripsit: *Claudium consulem profectum tandem*, etc. neque illa, quae gesta narrantur post profectionem Claudii consulis, nisi uno aut altero mense confici potuerunt ante comitiorum diem. Ex hisce circumstantiis demonstratum habemus, Januarium anni Romani haud divulsum totum fuisse a Januario anni Juliani.

iv. Lib. 31. sub finem, P. Sulpicio Galba et C. Aurelio Cotta consulibus, A. V. C. 554. de classe Romana, cujus dux fuit L. Apustius legatus, verba faciens ita describit tempus, per quod rediit a profectione illa: *Jam autumnale aequinoctium instabat, et est sinus Euboïcus, quem Coela vocant, suspectus nautis: itaque ante hiemales motus evadere cupientes, Piraeeum, unde profecti ad bellum erant, repetunt. Apustius, triginta navibus ibi relictis, super Maleam navigat Corcyram. Regem spatium initiorum Cereris, ut sacris interesset, tenuit; secundum initia et ipse in Asiam se recepit*, etc. Annus itaque 554. A. V. C. nondum exierat, instante aequinoctio Autumnali, et verba, quae subjicit Livius, illud satis indicant, annum scilicet non desiisse in autumno: *Haec*, inquit, *ea aestate terra marique adversus Philippum sociosque ejus a consule et legato Romanis, adjuvantibus rege Attalo et Rhodiis, gesta.* Atqui, si annus ille exactus fuisset, potius scripsisset (*eo anno*) quam (*ea aestate.*) Hoc anno Neomenia Hecatombaeonis incidit in quartum Julii: ergo initia celebrata mense Septembri, cui congruit Boëdromion: Julio enim respondet Hecatombaeon, Augusto Metagitnion, Septembri Boëdromion, cujus mensis die decimo quinto *μυστήρια Ἐλευσίνια τὰ μεγάλα* celebrata fuerunt, qui Septembris decimo quinto congruit.

v. Libro 32. C. Cornelio, Q. Minucio consulibus A. V. C. 557. uterque consulum expeditionem adversus Bojos et Iluates aliosque Insubres susceperunt, hisque devictis agros vastant et diripiunt, *deinde literae consulum a Gallia de gestis prospere sub idem tempus Romae allatae. M. Sergius praetor urbanus in senatu eas, deinde ex auctoritate Patrum ad populum recitavit. supplicatio in quatriduum decreta.* Hiems jam eo tempore erat. Libro sequenti 33. de iisdem consulibus verba facit, eorumque Romam reditu, petito ab iisdem triumpho, certaminibusque tribunorum plebis postulantium, ut separatim de triumpho consulum ageretur. postquam tandem alter consulum triumphavit, consularia comitia habita, quibus creati consules L. Furius Purpureo, M. Claudius Marcellus. Adhuc erant in provincia Cornelius et Minucius consules, cum hiems erat, notante hanc circumstantiam Livio, literas de rebus bene gestis Ro-

mam mittunt, ad triumphum et comitia Romam redeunt, jam itaque comitiorum die hiems adulta erat, et Januarius mensis hibernus fuit.

VI. Eodem libro 33. antequam consularia comitia haberentur, quibus designati consules L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato, Antiochus Seleuciae *subduci navibus jussis (jam enim hiems instabat) ipse in hiberna Antiochiam processit.*

VII. Libro 34. nondum consularibus comitiis habitis, quibus creati consules P. Scipio Africanus II. et Ti. Sempronius Longus, Quintius exercitus in hiberna Elatiam reduxerat, et ante eadem comitia literae Quintii Romam allatae sunt de his, quae gesserat ad Lacedaemonem, unde in hiberna profectus erat. Elatiae porro totum hiemis tempus jure dicundo consumpsit: interim habita comitia: ergo Januarius mensis, quo haberi ea mos tunc fuit, in hiemem incidit.

VIII. Iisdem consulibus Ver sacrum, priori anno minus rite factum, repetitum est, et decreto pontificum ita conceptum, *Ver sacrum videri pecus, quod natum esset inter Kal. Martias et pridie Kal. Majas, P. Cornelio Scipione et Ti. Sempronio Longo consulibus.* Ridiculum fuisset ver sacrum fieri, et consecrari pecus, quod mensibus hibernis natum esset, neque enim aliquorum mensium statis diebus solemne votum illud affixum erat, sed solum anni tempestati, quae verna dicitur: et ipsa sacrorum appellatio docet, tempore verno nasci debere animalia, quae sacrantur. Festus: *Ver sacrum immolationis est genus. mos enim Italis fuit. ut magnis periculis adducti voverent quaecunque proximo vere nata essent apud se animalia, immolaturos.* Non relinquitur igitur ambigendi locus, quin Martius et Majus, hoc anno fuerint menses vernales, ita ut vel citimus Martius non prius advenerit, quam Favonio hibernum tempus resolvente, de quo verni temporis initio Plin. lib. 16. cap. 25. juxta editionem Dalecampii: *Ordo autem naturae annuus ita se habet. Primus est conceptus flare incipiente vento Favonio circiter fere VI. Id. Februarii.* et clarius lib. 2. cap. 47. *Ver ergo aperit navigantibus maria, cujus in principio Favonii hibernum molliunt coelum, Sole Aquarii XXV. obtinente partem. Is dies sextus est ante Februarias Idus.* Haec sunt verba Plinii, sed ille numerus partium Aquarii corrigendus est, et reponi debent *XV.* pro *XXV.* nam ejus seculo Sol pisces medio motu ingrediebatur die vigesimo secundo vel vigesimo tertio Februarii, et dies A.D. VI. Februar. est dies mensis VIII. Supererant itaque ad XXIII. dies *XV.* qui totidem ferme partes motus medii Solis exhibent.

IX. Libro 35. *C. Flaminius in citeriori Hispania oppidum Iluciam in Oretanis cepit, deinde in hiberna milites deduxit, et per hiemem proelia aliquot nulla memoria digna adversus latronum magis, quam hostium, excursiones,* etc. et paulo post: *Dum haec in Hispania gerebantur, comitiorum jam appetebat dies.* Hieme itaque comitia habita, et dies solemnis ex more fuit Kal. Jan. quapropter Januarius mensis fuit hibernus.

X. Sub finem lib. 36. scribit Livius, classem Romanam Canas venisse, et, cum *jam hiems appeteret, fossa valloque circumdatis, naves subductas:* statim subjungit, *exitu anni comitia*

Romae habita, quibus creati sunt consules L. Cornelius Scipio et C. Laelius. Annus est A. V. C. 563. jam jam desinens; juxta Livium, Scaligerum, Petavium Januarius debuit incidere in Septembrem Julianum, ipsaeque Kalendae Januariae ante aequinoctium autumnale quindecim ferme vel amplius diebus. Propterea comitia ista haberi debuissent, antequam classis deducta Canas fuisset, et naves subducerentur, quod narrationi Livii per diametrum adversaretur, qui exitum anni insuper distinguit a tempore appetentis hiemis: et recte, nam hiems laxa significatione apud Romanos accipiebatur ab ortu Vergiliarum, sicut ver a Favonii flatu. Plin. Nat. Hist. lib. 2. cap. 47. *Vergiliarum occasus hiemem inchoat, quod tempus in III. Idus Novembres incidere consuevit, hic est Aquilo hibernus, multumque aestivo illi dissimilis, cujus ex adverso est Africus.* Columella lib. 11. de re Rustica cap. 2. *Quinto Idus Novemb. hiemis initium, Auster, aut Eurus, interdum rorat.* Appetebat ergo hiems circa initium Novembris Juliani, a quo exitus anni toto bimestri tempore distabat. Quis itaque Livium non videt confundere tempora rerum gestarum? luce meridiana clarius patet, comitia ista, quibus Scipio et Laelius consules creati sunt, hieme habita esse, et propterea Januarium in hibernum tempus incurrisse. At scribit quinto Idus Quintil. Eclipsim solis factam, quam in anno Juliano omnes Tabulae Astronomicae exhibent die decimo quarto Martii. Hanc a Livio confusam perturbatamque narrationem factam arguunt ejusdem verba, quibus res a consule Scipione in Asia gestas narrat: media aestate illius anni pugna navalis commissa est, victique ac fugati a Romanis Rhodiisque Annibal et Apollonius, qui classi Antiochi regis praeerant: post proelium istud alio insigni terrestri, instante hieme, consul L. Cornelius Antiochum vicit, in hiberna deinde copias deduxit: quae omnia contigerunt, antequam insequentis anni 565 comitia consularia haberentur, quibus creati sunt consules M. Fulvius Nobilior, Cn. Manlius Volso.

XI. Maxime omnium notanda veniunt, quae lib. 38. referuntur, creatis consulibus M. Valerio Messalla et C. Livio Salinatore, *Priusquam in provincias novi magistratus proficiscerentur, supplicatio in triduum pro collegio Decemvirûm imperata fuit in omnibus compitis. quod luce inter horam tertiam ferme et quartam tenebrae obortae fuerant.* Istae tenebrae non aliam caussam habuerunt, quam Solare deliquium, quod factum est anno ante Christum currente 188. Julii die decimo septimo, H. 5. 50. post mediam noctem, quando juxta Tabulas Rudolphinas Solis totalis eclipsis Romae celebrata est. Profecti itaque sunt in provincias novi magistratus post diem decimum septimum Julii mensis in forma Juliana. Expresse porro dicit Livius, hos consules inivisse Idibus Martiis. Sit itaque Januarius juxta Scaligerum et Petavium in Septembri: Martius concurret cum Novembri, quo mense oportuit novos magistratus inivisse: illi Romae subsiterunt totos hos menses Decembrem, Januarium, Februarium, Martium, Aprilem, Majum, Junium, et tandem post Julii diem decimum septimum in provinciam abierunt, id est, mense Novembri in anno veteri Romano: cum ad habenda comitia Romam ipsis redeundum fuisset, in suam unusquisque provinciam disce-

unt. An in mentem cuiquam oc venire potest? an otiosi ma-ſtratus annum fere integrum omae desedissent? Alienum id Romanis institutis. Sero equi-em hoc anno in provincias ab-runt, aestate jam provecta, et ec causa fuit, ob quam M. alerius tardius ad sequentia omitia redierit, quae habita nt ante diem duodecimum Ka-ndas Martias, ex hoc pacto s menses in provincia, quae obtigerat, Valerius consul e-t. Alia insuper circumstantia artium in vere fuisse demon-amus. Antequam comitia, ibus Messalla et Salinator cre-i sunt consules, haberentur, n. Manlius consul oratores de ce, quos Galli ad eum mise-nt, *Ephesum venire jussit*, se, (*jam enim medium autu-ni erat*) *locis gelidis propin-itute Tauri montis excedere operans victorem exercitum hiberna maritimae orae re-rit.* Si Januarius mensis antici-visset in Octobrem vel Septem-em, comitia habita fuissent, an-quam consul medio autumno in berna reduxisset.

u. Anno A. V. C. 574 creati nsules A. Posthumius Albinus scus et C. Calpurnius Piso: ldibus Martiis inierunt. De s Livius libro 40. ita scribit: *ris principio hujus dum con-es novus delectus Romae te-t, mors deinde alterius, et andi comitia consulis in lo-n ejus omnia tardiora fece-nt.* Scimus delectum confe-n a consulibus haberi coeptum, magistratum inierant. Idus que Martiae anni veteris Ro-ni convenerunt hoc anno cum rtio Juliano, nec plus antici-verunt, quam ut in Februa-m incederent. Quid quaeso? ldus Martiae principio Decem-is aut Novembri affecto nu-ratae fuissent, delectus post tres aut quatuor menses rejectus fuisset, et oscitantes magistratus Romae resedissent. Consulum hicce fuit mos, exacta aestate, affecto autumno et imbribus fu-rente, in hiberna reducere co-pias, evocatos deinde ab hiber-nis et exercitu per hiemem ad comitia habenda novosque ma-gistratus designandos Romam proficisci. Quod si per haec tempora anni Romani veteris ra-tio ita perturbata fuisset, ut men-ses hiberni ipsequo Januarius versus finem aestatis anticipando pervenissent, antequam in hiber-na deductus foret exercitus, o-portuisset consules Romam pro-fectos sub dio copias reliquisse, quod per id tempus, in quo nunc sermo noster versatur, factum non legimus.

Minime itaque Livio concedendum est, aut, qui eum sequun-tur, Scaligero aut Petavio, eam eclipsin solis, quae contigit an-no V. C. 564. ad A. D. quintum Idus Quintil. anni Romani vete-ris esse referendam. Secum pu-gnat Livius, quem existimo tem-pora duarum Eclipsium confu-disse, et ordinem perturbasse, perperamque scripsisse, *per lu-dos Apollinares* hunc defectum solis anni 564. contigisse, per quos sequens Eclipsis anni 566. contigit. Si, quando Sol 19. par-tem Piscium tenet, ludi Apol-linares tunc celebrati fuissent, sub finem hiemis ii solemnes dies recurrissent post 22. annum, ex quo primum facti essent, post-que annos 18, ex quo stato die fieri consueverunt, et in perpe-tuum voti sunt pestis sedandae causa, eo tempore anni, quo pe-stis vehementer saevire consue-vit ob aestum et squalorem aëris.

Titum Livium in errorem in-duxit proximitas Eclipsium du-arum, quarum posterior, ut mi-hi maxime probabile videtur, contigit per ludos Apollinares

ante diem quintum Eid. Quintil. anni veteris Romani, seu decimo septimo Julii in forma Juliana, et verius forte, quam scripsit, ita scriptis mandasset Livius lib. 38. *Quod luce per ludos Apollinares A. D. V. Idus Quintiles inter horam tertiam ferme et quartam tenebrae obortae fuerunt.*

Nunc itaque attribuamus diem quintum Eid. Quintiles, seu diem mensis illius undecimum, Julii mensis decimo septimo in forma Juliana: ergo Kal. Quintiles eo anno V. C. 566 in Julii Juliani anni diem septimum, a Kalend. Januariis ad Kalendas Quintiles in anno Romano veteri mere Lunari dierum 354 sunt dies expansi 177, seu labentes 178: itaque retro numeratis a Julii die septimo in forma Juliana, qui est 188, qui annus fuit communis initio facto annorum V. C. a Januariis Kalend. incidemus in diem undecimum Januarii Juliani, quo cepit Januarius anni 566 V. C. tum erat annus ante Christi natalem vulgarem currens 188.

Anno praecedenti Romae intercalatum fuerat, proinde si mensis intercalaris seu Merkedinus fuerit dierum 22, annus Lunaris Romanis tunc fuit dierum 376, et Januariae Kalendae anni Romani 565 coïnciderunt cum 3 Kalendis Januarii anni ante Christum 189, qui fuit bissextilis: si vero intercalati sint dies 23, tunc coepit annus 565 Decembris die trigesimo primo, anno pereunte 190 ante Christum, et adhuc retro numeratis diebus 354. habebimus anni 564 initium die duodecimo Januarii anno ante Christum 190. propter ea dies 14. Martii anni Juliani erit 3. Martii, seu 5 Non. Martii anni veteris Romani.

Quod si res ita transacta sit, ut mihi verisimile videtur, Eclipsis solis anni 564 contigit ante Idus Martias: nondum ergo consules inierant: quare Livius in describenda illa Eclipsi seriem rerum confundit, nec debuit dicere: *Per eos dies, quibus consul ad bellum profectus est:* nondum enim proficisci poterat, qui nondum inierat. Illa quoque series rerum enarratarum mihi suspecta est, cum ait, consulem L. Cornelium edixisse, ut omnes, quos in Graeciam transmissurus erat, *Idibus Quintil. Brundisium convenirent.* Ab Idibus Martiis ad Idus Quintiles Romae quadrimestre tempus consumptum esset in procurandis religionibus audiendisque Aetolorum legatis. Vel Livius, vel is, a quo res gestas illius temporis accepit, scribere debuit *Idibus Aprilibus*, si res ante et post ab eis enarratas cum anni temporibus, quibus eas accidisse scribunt, convenire volunt, ut jam satis ostendimus. At si quis instet, Eclipsim solis hujus anni 564 incidisse in dies, quibus consul ad bellum profectus est; ea objectio non impedit, quin ex superioribus XII circumstantiis pateat, mensem Quinctilem fuisse per ea tempora aestivum, et quamvis concedamus in V Idus Apriles incidisse, non evertitur id, quod aedificavimus; dicendum solummodo erit Eclipsim anni 566 contigisse circa initium Sextilis mensis anni veteris Romani, et hac ratione illa enormis anticipatio a Livio, Scaligero, et Petavio, supposita falsa convincitur.

Verum est equidem, ab eo tempore, anno videlicet 574, ad annum V. C. 586, quo fuerunt consules L. Aemilius Paullus, C. Licinius Crassus, luxatum fuisse annum Romanum, et tres omissas fuisse intercalationes: nam illo anno dies, qui fuit in anno Romano III Non. Septemb. id est

tertius dies mensis, conveniebat cum Junii die vigesimo primo, quapropter Kalend. Januarii anni 587 sequentis conveniebant cum die 288 anni Juliani, hoc est, Octobris die decimo quinto, anno ante Christum currente 168. Annus ille 587 apud Romanos fuit intercalaris: sequens igitur 588 coepit Octobri die vigesimo quinto, anno ante Christum 167, et tunc temporis per hiemem inivisse consules satis patet ex initio lib. 44. *Principio veris, quod hiemem eam, qua haec gesta sunt, insecutum est, ab Roma profectus Q. Marcius Philippus.* Narrantur autem gesta, postquam inierunt Q. Marcius et Cn. Servilius, qui creati sunt ante diem quintum Kalend. Februarias, non vero Septembres, ut perperam Sigonius et alii in textu reliquerunt: nam, uti senatus censuerat, habita sunt mense Januario, ut legenti verba lib. 43. ante creatos praedictos consules perspicuum erit.

Haec sunt, Vir eruditissime, quae tecum communicanda penes me habebam de his solaribus deliquiis. Ante annos quindecim, cum totum Livium legerem, adnotavi primum, Scaligerum in multis hallucinatum esse: quae, postquam in libros Petavii incidi, maxima ex parte confutata animadverti. utinam acerbe minus! nam quid vivo adversus mortuum contumeliae prosunt? Omnia qui non videt, caecus propterea dici non debet. Et ipse Petavius omnia fortasse non vidit, ut jam probavimus exemplo luculentissimo. Certe, nisi a Petavio confossos quosdam errores Scaligeri notum habuissem, hanc diatribam longiorem fecissem. nam et de cyclo Romani anni, deque intercalandi methodo pluribus egissem adversus Scaligerum, quae in chartis meis adnotaveram, cum Livii historiam evolverem: sed hic actum agere nolo. Judicium tuum his de rationibus nostris exspecto, adversus quod amicitiae nostrae praerogativam valere nolo, liberum, sincerumque cupio. Hanc chartam commisi Clarissimo ac Eruditissimo Viro Claudio Sarravio in Senatu Parisiensi consiliario, tardius, quam promiseram, fateor; sed ad finem perducendus erat taediosus quidam calculus, quem de Lunari motu institueram, cuidam parti Astronomiae, quam edere volo, pernecessarium et utilem. Vale et me semper redama. Scribebam Lutetiae Parisiorum die septimo Martii, Stylo novo, cIↃ IↃ c XLIII. in aedibus Thuanis.

SENATUSCONSULTI

DE

BACCHANALIBUS,

Sive aeneae vetustae Tabulae

MUSEI CAESAREI VINDOBONENSIS,

EXPLICATIO,

AUCTORE

MATTHAEO AEGYPTIO.

P. 138 . . . ARCIVS. L. F. S. POSTVMIVS. L. F. COS. SENATVM CONSOLVERVNT. N. OCTOB. APVD. AEDEM DVELONAI. SC. ARF. M. CLAVDI. M. F. L. VALERI. P. F. Q. MINVCI. C. F. DE. BACANALIBVS. QVEI. FOIDERATEI ESENT. ITA. EXDEICENDVM. CENSVERE. NEIQVIS. EORVM. SACANAL. HABVISE. VELET. SEI. QVES ESENT. QVEI. SIBEI. DEICERENT. NECESVS. ESE. BACANAL. HABERE. EEIS. VTEI. AD. PR. VRBANVM ROMAM. VENIRENT. DEQVE. EEIS. REBVS. VBEI. EORVM. VTR A. AVDITA. ESENT. VTEI. SENATVS *sic* NOSTER. DECERNERET. DVM. NE. MINVS. SENATORBVS. C. ADESENT. A. RES. COSOLERETVR BACAS. VIR. NEQVIS. ADIESE. VELET. CEIVIS ROMANVS. NEVE. NOMINVS. LATINI. NEVE. SOCIVM QVISQVAM. NISEI. PR. VRBANVM ADIESENT. ISQVE. DE. SENATVOS. SENTENTIAD. DVM. NE MINVS. SENATORIBVS. C. ADESENT. QVOM. EA. RES. COSOLERETVR. IOVSISENT. CENSVERE SACERDOS. NEQVIS. VIR. ESET. MAGISTER. NEQVE. VIR. NEQVE. MVLIER. QVISQVAM. ESET NEVE. PECVNIAM. QVISQVAM. EORVM. COMOINEM. . . ABVISE. VELET. NEVE. MAGISTRATVM NEVE. PROMAGISTRATVO. NEQVE *sic*). VIRVM. *neque muli*EREM. QVIQVAM. FECISE. VELET NEVE. POSTHAC. INTER. SED. CONIOVRA*se ne*VE. COMVOVISE. NEVE. CONSPONDISE NEVE. CONPROMESISE. VELET. NEVE. QVISQVAM. FIDEM. INTER. SED. DEDISE. VELET. SACRA. IN. DQVOLTOD. NE QVISQVAM. FECISE. VELET. NEVE. IN. POPLICOD. NEVE. IN PREIVATOD. NEVE. EXTRAD. VRBEM. SACRA. QVISQVAM. FECISE. VELET. NISEI. PR. VRBANVM. ADIESET. ISQVE. DE. SENATVOS. SENTENTIAD. DVM. NE. MINVS. SENATORIBVS. C. ADESENT. QVOM. EA. RES. COSOLERETVR. IOVSISENT. CENSVERE HOMINES. PLOVS. V. OINVORSEI. VIREI. ATQVE. MVLIERES. SACRA. NE QVISQVAM FECISE. VELET. NEVE. INTER. IBEI. VIREI. PLOVS. DVOBVS. MVLIERIBVS. PLOVS. TRIBVS AREVISE. VELENT. NISEI. DE. PR. VRBANI. SENATVOSQVE. SENTENTIAD. VTEI. SVPRAD. SCRIPTVM. EST. MAICE. VTEI. IN. COVENTIONID. EXDEICATIS. DE. MINVS. TRINVM DOVE-

DISVM SENATVOSQVE. SENTENTIAM. VTEI. SCIENTES. ESETIS. EORVM
SENTENTIA. ITA. FVIT. SEI. QVES. ESENT. QVEI. ARVORSVM. EAD. FECI-
ENT. QVAM. SVPRAD SCRIPTVM. EST. EEIS. REM. CAPVTALEM. FACIEN-
DAM. CENSVERE. ATQVE. VTEI. HOCE. IN. TABOLAM. AHENAM. INCEIDE-
RETIS. ITA. SENATVS. AIQVOM. CENSVIT VTEIQVE. EAM. FIGIER. IOV-
BEATIS. VBEI. FACILVMED. GNOSCIER. POTISIT. ATQVE VTEI. EA. BACA-
NALIA. SEI. QVA. SVNT. EXTRAD. QVAM. SEI QVID. IBEI. SACRI. EST
TA. VTEI. SVPRAD. SCRIPTVM. EST. IN. DIEBVS. X. QVIBVS. VOBEIS.
TABELAI. DATAI. ERVNT. FACIATIS. VTEI. DISMOTA. SIENT. IN. AGRO.
TEVRANO

Q. Marcius Lucii filius, Spurius Postumius Lucii filius Consules Senatum consuluerunt Nonis Octobris apud aedem Duellonae. Scribendo adfuerunt M. Claudius Marci filius, Lucius Valerius Publii filius, Q. Minucius Caji filius. De Bacchanalibus, qui foederati essent, ita edicendum censuere. Ne quis eorum Bacchanal habuisse vellet. Si qui essent, qui ibi dicerent necessum esse, Bacchanal habere, iis uti ad Praetorem Urbanum Romam venirent, deque iis rebus, ubi eorum verba audita essent, uti Senatus noster decerneret, dum ne minus Senatoribus centum adessent, quum ea res consuleretur. Bacchas vir ne quis adesse vellet civis Romanus, neve nominis Latini, neve sociorum quisquam, nisi praetorem Urbanum adissent, isque de Senatus sententia, dum ne minus Senatoribus centum adessent, quum ea res consuleretur, jussissent, censuere. Sacerdos ne quis vir esset magister, neque vir, neque mulier quisquam esset, neve pecuniam quisquam eorum communem habuisse vellet, neve magistratum, neve pro magistratu, neque virum, neque mulierem quisquam fecisse vellet, neve posthac inter se conjurasse, neve convovisse, neve conspondisse, neve compromisisse vellet, neve quisquam fidem inter se dedisse vellet, sacra in occulto ne quisquam fecisse vellet, neve in publico, neve in privato, neve extra urbem sacra quisquam fecisse vellet, nisi praetorem Urbanum adisset, isque de Senatus sententia, dum ne minus Senatoribus centum adessent, quum ea res consuleretur, jussissent, censuere. homines plus quinque universi viri atque mulieres sacra ne quisquam fecisse vellet, neve interibi viri plus duobus, mulieribus plus tribus adfuisse vellent, nisi de praetoris urbani Senatusque sententia, uti supra scriptum est. Haecce uti in concionibus edicatis ne minus trinum nundinum, Senatusque sententiam uti scientes essetis, eorum sententia ita fuit. Si qui essent, qui adversum ea fecissent, quam supra scriptum est, iis rem capitalem faciendam censuere, atque uti hocce in tabulam ahenam incideretis. ita Senatus aequum censuit, utique eam figi jubeatis, ubi facillime nosci potis sit, atque uti ea Bacchanalia, si qua sunt, extra quam si quid ibi sacri est, ita uti supra scriptum est, in diebus decem, quibus vobis tabellae datae erunt, faciatis uti dismota sient in Agro Teurano.

.... MARCIVS. L. F. S. PO. P. STVMIVS L. F. Consules Anno Urbis DLXVII, ante Christum natum Ann. CLXXXVI. Praenomen Marcii, Q. propter tabellae vetustatem intercidit. In Fastis Siculis nil nisi cognomina repe- 140

rias *Philippi* et *Albini*, teste Sigonio. (*a*) Integra nomina habes apud Cassiodorum. In Tabulis Capitolinis nil est, quod desideres (*b*):

SP. POSTVMIVS. L. F. A. N. ALBINVS
Q. MARCIVS L. F. Q. N. PHILIPPVS.

Equidem mirum videri potest, quod, quum plerique omnes Fasti habeant primo loco Postumium, in nostra tamen Tabula primas sibi vendicat Marcius. An quia sapienter prisci Romani omne decus in sola virtute positum esse existimabant? neque cuiquam fraudi erat, si Consulis nomen, quo demum ordine in mentem venerat, scripsisset.

Illud principio mihi valde placuit, non alia ratione praelatum fuisse Marcium, nisi quia Nonis Octobris penes ipsum erant fasces. Alternabant enim. Suetonius in Julio (*c*): *Antiquum etiam retulit morem, ut, quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur.* Isque Consul dicebatur *major*, ut docet Festus in *Majorem:* Majorem *Consulem L. Caesar putat dici vel eum, penes quem fasces sint; vel eum, qui prior factus sit. Praetorem autem majorem Urbanum, minores ceteros.* Nam ambo simul Consules in Urbe Roma summo jure et imperio uti non poterant: nisi valde me fallunt Livii verba (*d*), ubi, de adaequato Minucii Magistri equitum et Fabii Dictatoris jure verba faciens, inquit: *Statuendum omnium primum ait esse, quemadmodum imperio adaequato utantur. Se optimum ducere, aut diebus alternis, aut, si majora intervalla placerent, partitis temporibus, alternis summum jus imperiumque esse.* Item eodem *libro: Ceterum effuse sequentibus metu insidiarum obstitit Paulus Consul, cujus eo die (nam alternis imperitabant) imperium erat.* Quando igitur in ipso conspectu hostium, ubi unius Imperatoris consilio atque solertia ad res bene gerendas opus est, alternis imperitabant; unusquisque satis intelligit, longe minore Reipublicae incommodo in ipsa Urbe fasces alternasse. Ideo alter Consulum Romam redibat circa anni finem ad habenda comitia magistratusque creandos; vel Senatusconsulto evocabatur: interdum etiam inter se comparare jubebantur, id est componere sine sortitione: vel si ambo ancipiti bello detinerentur, tum Dictator vel Interrex creabatur comitiorum habendorum tantum caussa. Livius *lib.* 41. *Sedato tandem Histrico tumultu Senatusconsultum factum est, ut Coss. inter se compararent, uter eorum ad comitia habenda Romam rediret. Tum M. Junius redit.* Et eodem *libro: Cui Pisae provincia obvenisset, quum magistratuum creandorum tempus esset, ad comitia reverti jussit.* Itaque conjiciebam, Sp. Postumium primum processisse Kal. Januariis, Kal. deinde Februariis fasces fuisse penes Q. Marcium; et, alternando, etiam Calendis Octobr. Praeterea si fides habenda est fragmentis Actorum Urbanorum, quae *Pighius* attulit in *Annalibus* (*e*) repertaque dicuntur inter schedas *Ludovici Vives*, et fasces apud Consules alternis etiam diebus fuisse dicantur, (quod tum ex allato Livii loco (*f*) probari potest, tum

P. 14

(*a*) *In fast. et triumphis Rom.* (*b*) *Gruter. pag.* 393.
(*c*) *cap.* 20. (*d*) *lib.* 22. (*e*) *apud Reines. class.* 4. 2.
(*f*) *Decad.* 3. *lib.* 2.

ex alio *libri* 3. *Dec.* 1. ubi de reddendi juris ratione (*g*) a Decemviris excogitata scribit) adhuc Q. MARCIVS fuisset cum imperio Nonis Octobris, quibus, ecce nostra tabula, factum perscriptumque est Senatusconsultum de Bacchanalibus. Quid vero aequius, quam ejus Consulis nomen priore loco scribi, penes quem eo mense ac die essent fasces? Spectat fragmentum illud Actorum diurnorum ad An. Urb. DCLXXXVI. Coss. L. Aemilio Paulo M. C. Licinio Crasso; et forte in suspicionem falsitatis venit proter Suetonii verba in Julio (*h*): *nito honore* PRIMVS OMNIVM *instituit, ut tam Senatus, quam Populi,* DIVRNA ACTA *conficerentur, et publicarentur.* Sermo ibi est de Julii consulatu collega M. Calpurnio Bibulo A.U. DCXCIV. mirum annis CIX. post consulatum Aemilii et Licinii. Si primus igitur Julius Acta diurna instituit, falsa et adulterina sint fragmenta illa, necesse est. Neque adversus Suetonium adduci possunt Ciceronis illa ad Attium (*i*): *Habebam Acta Urbana usque ad Nonas Martias, e quibus intelligebam etc.* Nam haec scripta sunt a Tullio, dum fuit in Cilicia Proconsul An. Urb. DCCII. post Actorum diurnorum a Julio institutionem. Acta, sive Annalibus magnis, tanquam antiquitus institutis ac deinde neglectis, loquitur idem Cicero 2. *de Oratore,* haec *usque ad P. Mucium manebat literis Pontifex Maximus, efferebatque in album, et proponebat tabulam domi, positus ut esset Populo cognoscendi.* Hinc forte ansam arripuit Lipsius (*k*) scribendi, fuisse *Acta Publica* a Ser. Tullio instituta, ut sciret matrimonia, divortia, numerumque nascentium, ac morientium; eademque Acta in publico Tabulario servata fuisse ad Atrium Libertatis. Vellem idoneum hujus rei auctorem indicasset. Annalibus res illustres consignabantur, cetera diurnis Actis. Tacitus (*l*): *Nisi cui liceat laudandis fundamentis et trabibus, quis molem amphitheatri apud Campum Martium Caesar exstruxerat, volumina implere; quum ex dignitate Populi Romani repertum sit res illustres Annalibus, talia* DIVRNIS ACTIS *mandare.* De iisdem Actis diurnis *Annal. lib.* 3. *Matrem Antoniam non apud auctores rerum, non diurna Actorum scriptura reperio ullo insigni Officio functam etc.* et 16. *Annalium: Diurna Populi Romani per provincias, per exercitus curatius leguntur, ut noscatur, quid Thrasea non fecerit.* Perierant *publica Acta* usque ad Q. Mucium: sed ea reparavit principatu suo Tiberius, tribus Senatoribus ad describendum conquirendumque dilectis (*m*). Lubens itaque sententiae eorum acquieverim, qui fidem Actorum diurnorum suspectam habent. Atqui persuadere mihi non possum, ut negem, alternis saltem mensibus fasces penes Consules fuisse: clarissima enim sunt allata Suetonii verba. Neque quidpiam moveor auctoritate clarissimi Norisii, a Fabretto citati (*n*), qui ait, observasse se in subscriptionibus legum utriusque Codicis, nomina Consulum eodem ordine

(*g*) Quod factum exemplo Curionum Atheniensium, de quibus de argumentum, *orat. Demosthen. adv. Androtionem.*
(*h*) *cap.* 20. (*i*) *lib.* 6. *Epist.* 2. (*k*) *Ad* 5. *Annal. Tacit.* (*l*) *lib.* 13. *Annal.* (*m*) Dio *lib.* 57. qui spectat ad An. Urb. 769. apud Lipsium *comment. ad cit. Taciti locum.*
(*n*) *Inscript. cap.* 7. *pag.* 504.

scripta, licet diversis mensibus: morem enim antiquum alternandi fasces paullatim sub Principibus desuevisse, inficias non eo; quum potestatis summae nec simulacrum quidem Consulibus reliquum esset; et commode fasces penes utrumque viserentur, et jus et reliqua Imperii insignia penes Principem.

P. 142

Redeamus in viam. Hujusmodi tamen conjecturis non diu acquievi: nam cogitanti mihi opportune illud venit in mentem, admodum sero Consules initium anni fecisse Calendis Januarii: fidendum esse Plutarcho *in quaestionibus* Romanis affirmanti, Januarium idcirco primum mensem factum, quod Cal. Jan. primi Consules, ejectis Regibus, magistratum iniverunt: nam, ut demus hoc, primos Consules Calendis Jan. processisse, hujusmodi mos haud diu duravit; quin primo *Sextilis*, deinde *Martius* fuit anni principium, ut ex pluribus Livii locis fit manifestum. *Comitia inde habita:* (inquit ille *libro* 3.) *creati Consules L. Aebutius, P. Servilius* CALENDIS SEXTILIBVS, *ut tunc* PRINCIPIVM ANNI AGEBATVR, *Consulatum ineunt:* nimirum anno Urbis CCXC. Anno dein CCCII, quum post latas leges XII. Tabularum penes Decemviros esset respublica, Idus Majae *solemnes ineundis magistratibus* erant, ut diserte habet idem Livius. An. Urb. CCCLI. erant Idus Decembr. *Acta deinde*, inquit Historicus (*o*) *in Senatu res est, certatumque inter collegas maledictis. pauci reip. huic, atque illi, ut quosque studium privatim, aut gratia occupaverant, adstant. Primores patrum, sive culpa, sive infelicitate Imperatorum tam ignominiosa clades accepta esset, censuere, non exspectandum justum tempus Comitiorum; sed extemplo novos Tribunos militum creandos esse, qui* CALENDIS OCTOBRIBVS MAGISTRATVM OCCIPERENT. *In quam sententiam quum pedibus iretur, ceteri Tribuni militum nihil contradicere. At enim vero Sergius Virginiusque, propter quos poenitere magistratuum ejus anni Senatum apparebat, primo deprecari ignominiam, deinde intercedere Senatusconsulto, negare se ante* IDVS DECEMBRES, SOLEMNEM INEVNDIS MAGISTRATIBVS DIEM, *honore abituros esse.* Et paulo inferius: *Quum omnium assensu comprobata oratio esset, gauderentque Patres, sine Tribuniciae potestatis terriculis inventam esse aliam vim majorem ad coërcendos Magistratus, victi consensu omnium comitia Tribunorum militum habuere, qui* CALENDIS OCTOBRIBVS *magistratum occiperent, seque eam ante diem magistratu abdicavere.* Itaque legitimum ineundorum magistratuum tempus *Calendae Octobres* esse coeperunt. Sed neque hoc diu stetit: quum enim A. U. CCCLXI. L. Val. Potitus, M. Manlius Capitolinus Coss. morbo impliciti abdicassent, placuit Senatui *Calendas Quinctileis* solemnes esse: *Itaque* (verba sunt Livii eodem *lib.* 5.) *quum ex Senatusconsulto Consules magistratu se abdicassent, Interrex creatur M. Furius Camillus, qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Valerium Potitum Interregem prodidit. Ab eo creati sex Tribuni militum Consulari potestate; ut, etiam si cui eorum incommoda valetudo fuisset, copia magistratuum Reip. esset.* CALENDIS QVINCTILIBVS MAGISTRATVM OCCOP-

(*o*) *Livius lib.* 5.

ERE *L. Lucretius, Servius Sulicius etc.* Durabat hoc A. U. CCXXIV. teste eodem Livio b. 8. *Extemplo igitur Consus novi L. Aemilius Mamers et Cn. Plautius eo ipso die* L. QVINCTILIBVS, QVO MAGISTRAX INIERVNT, *comparare inter provincias jussi etc.* Quamu id duraverit, affirmare non sim: invenio tamen post anm tertium belli Punici II. Tib. empronium Gracchum Cos. A. DXXXVIII. IDIBVS MARTIIS onsulatum iniisse: *Circumacto* nquit idem Historicus) *tertio no Punici Belli Ti. Sempros Cos.* IDIBVS MARTIIS *magiatum iniit.* Et *Decadis* 3. *lib. in principio: Cn. Fulvius Cennalus, P. Sulpicius Galba* ss. (p) *quum* IDIBVS MARTIIS GISTRATVM INISSENT. Aliud explum habes *libro* 31. *Omum primum* (inquit) *eam rem* BVS MARTIIS, *quo die* TVM CONLATVS INIBATVR, *P. Sulpicius nsul retulit:* anno scil. Urbis III. Sic Idibus Martiis magiatum occeptum memorat a M. lerio Messalla et C. Livio Saatore (q) Ann. U. DLXV. nembiennio ante nostrum Senaconsultum: immo et sexennio st ab A. Postumio Albino Lu, et C. Calpurnio Pisone: (r) A. U. DLXXVI. a C. Clau Pulcro et Tiberio Sempro Graccho. (s) Item A. Urb. XXXII. comitia consularia inta ad XII. Cal. Martii, quibus ati sunt P. Licinius Crassus, Cassius Longinus (t). Hinc de lendis Martiis Ovidius 3. *Fasrum vers.* 145. - 149.

Nec mihi parva fides annos hinc isse priores,
Anna quod hoc coepta est mense Perenna coli,
Hinc etiam veteres INITI *memorantur* HONORES
Ad spatium belli, perfide Poene, tui.

Incertum fuit tempus comitiorum aetate Ciceronis, ut ex *libro* 2. Epist. 7. 12. et 13. *et lib.* 3. *Epist.* 2. 3. 9. ad Q. Fratrem perspici potest. Ipse tamen Consul processit Cal. Jan. ut ex ejus verbis *Orat.* 2. pro lege Agraria in Rullum fit manifestum: *Popularem me futurum esse Consulem, prima mea illa oratione* CAL. JANVARIIS *dixi.* et *lib.* 5. *familiar. Epist.* 2. dicit, se pridie Cal. Jan. abiisse magistratu. Augustus sane Cal. Jan. iniit, teste Suetonio (v).

Ex his omnibus id conficitur, Q. Marcii et Sp. Postumii aetate legitimum ineundi magistratus diem fuisse Idus Martias. Itaque, si rationem ineamus fascium, erant adhuc penes Postumium Nonis Octobris: nisi quispiam dicere divinando ausit, ab Idibus Martiis ad Calendas Aprilis fasces fuisse penes Postumium, diebus veluti intercisivis: deinde penes Marcium; ac tandem duodecimo mense, per dies paucos, a Calendis nimirum Martiis ad Idus usque, penes eumdem Marcium. Alia igitur excogitanda est ratio, quamobrem in nostra tabula Marcius fuerit primo loco scriptus. Et verius puto, quod neque Fabrettum latuit, (x) nomina Consulum fuisse pro lubitu reciprocata. Quinquies apud eundem habes APR. ET PART. cos. et tamen converso ordine reperias in Fastis Q. ARRIVS PARTINVS, C. VENTIDIVS APRONIANVS, qui magistratu functi sunt A. U. DCCCLXXV. Opus doliare apud eundem habet APRO ET CATVL. cos. et tamen in uno atque al-

(p) *An. Urb.* 542. (q) *Livius lib.* 38. (r) *Idem lib.* 40.) *lib.* 41. (t) *lib.* 42. (v) *cap.* 26. (x) *cap.* 7. g. 503.

tero lapide Gruteriano legitur P. (y) Q. FABIO CATVLLINO, M. FLAVIO 144 APRO COSS. qui pertinent ad A. U. DCCCLXXXII. Sic An. Urb. DCCI. Cn. Pompejus Magnus tertium Consulatum iniit primus sine collega; et nihilominus Q. Caecilii Metelli Pii, qui Consul processit ex Calendis Sextilis, nomen praeponitur in marmore agri Veronensis apud Gruterum, (z) et Reinesium. (a) Item SER. SCIPIO ORFITVS praeponitur Q. NONIO PRISCO apud Gruterum, (b) quum in lapidibus quatuor collectionis M. S. Marquardi Gudii (c) primae sint partes *Nonii*. Exempla sunt obvia. Quando igitur veteres ordinem in hac re nihil pensi habuere, et nos quoque omnem solicitudinem deponere aequissimum puto.

Q. MARCIVS An. Urb. DLXV. Praetor Siciliam obtinuit. Post quaestionem de Bacchanalibus, quum in Ligures Apuanos exercitum duxisset, rem adeo male gessit, ut locus, ubi clades accepta est, *Saltus Marcius* fuerit appellatus. Biennio post Legatus in Macedoniam profectus est ad Philippum Regem. Aliquot deinde annis interjectis cum Perseo in colloquium venit; cui, cunctanti amnem, copias Romanorum et Macedonum dirimentem, trajicere, scite inquit: *minor ad majorem*: pater namque Perseo fuerat Philippus. Consul A. U. DLXXXIV. cum Cn. Servilio Coepione Macedoniam et bellum contra Perseum sortitus est: sed sexagenario major, ac praeterea gravis corpore, nihil memoria dignum gessit. Censor quinquennio post cum L. *Aimilio Paullo lustrum* LIII. fecit. (d)

SP. POSTVMIVS ALBINVS fuit Praetor A. U. DLXIV. Augur A. U. DLXX. Fato functus est A. U. DLXXIX. (e)

Spurii praenomen per S. tantum scriptum est, non per SP. (ut scribendum monet (f) Plutarchus) raro quidem, sed non unico exemplo. Nummus enim gentis Postumiae a Gutherio exhibitus (g) habet A. POSTVMIVS A. F. S. N. *Aulus Postumius, Auli Filius, Spurii nepos.* Tabula aerea, quae fuit Fulvii Ursini, apud Gruterum (h) habet SCR. ADF. A. MANLIVS A. F. SEX. IVLIVS. L. POSTVMIVS. S. F. *Spurii filium* significari unusquisque intelliget, qui sciat, *Spurii* praenomen fuisse genti *Postumiae* perquam familiare: ut mirum videri possit, quomodo hanc eandem inscriptionem citet eximius Scaliger in explicatione literarum singularium Thesauri Gruteriani, ut probet S. literam poni ad signandum *Sexti* nomen. Sane nunquam *Sextum* scriptum reperias, nisi per tres literas, SEX. Forte is L. Postumius, qui in allata Ursini tabula scribendo adfuit L. Cornelio Praetori Urbano (an MERVLAE A. U. DLVI. Coss. C. Cornelio Cethego, (i) Q. Minucio Rufo) Consul scribitur in Fastis Capitolinis A. U. DXCIX. *Spurii filius, Lucii nepos Albinus, in magistratu mortuus, in cujus locum suffectus est* M. ACILIVS M. F. C. N. GLABRIO.

Spurios olim dictos autumant Jurisconsulti quasi *natos sine pa-*

(y) *pag.* 108. 6. 578. 2. (z) *pag.* 54. 13. (a) *pag.* 119. (b) 32. 9. *et* 48. 1. (c) apud Petr. Relandum *Fast. Consul. pag.* 9. (d) Haec omnia habes apud Livium *libb* 38. 42. 44. *et in Tabb. Capitolinis.* (e) *Livius libb.* 36. *et* 30. (f) *Quaest. Rom.* 103. (g) *De veter. jur. Pontif. lib.* 4. *cap.* 19. (h) *pag.* 499, 12. (i) *Liv. lib.* 32.

atre, S. P. quia patrem eum abebant, quem ostendere non oterant, unde ventrem sequeantur. Eodem redit, quod ait ipsius, libello de nominibus omanorum: *Spurius a causa idenda, quia Subinis* spurium *cta pars, qua femina est.*

POSTVMIVS legitur sine adspiione, ut semper in lapidibus, oductione quadam praepositionis *post*, ut Cujacio placuit; *quasi postimus*, qui post mus patri natus est, sive vivo, e mortuo, inquit Lipsius. (*l*) amobrem non sunt audiendi, i ex *Plutarcho*, Graeco honе, (*m*) contendunt, *Postmium* scribendum esse, injecta adspiratione, tamquam diceres, *post humum*, id est re jam mortuo.

lis consulibus magnam Romae sse pecuniae vim inquit Plius: (*n*) *Populus Romanus pem spargere coepit Sp. Pomio, Q. Marcio Coss. tanta ndantia pecuniae erat, ut n conferret L. Scipioni, ex is ludos fecit.* Athletarum am certamina tunc primum e Romae scribit Cassiodorus Chronico.

ENATVM CONSOLVERVNT, *consuluerunt.* Nam sonum rae v. per o scribebant anti, ut ex Verrio docet Festus *Orcum*: *Orcum, quem diuit, ait Verrius ab antiquis tum Urgum, quod et v. liae sonum per o efferebant, per c literae formam nihilinus e usurpabant. Sed niaffert exemplorum, ut ita e credamus; nisi quod is us nos maxime urgeat.* Anaeus *libro* 11. (qui nunc non est ad manus) relatus a Gretsero, *De pronunciatione linguae Graecae cap.* 6. inquit: *ἐπεὶ πάντες οἱ Ἀχαιοὶ* (alii legunt *ἀρχαῖοι*, id est *antiqui*) *τῷ ο, ἀπεχρῶντο, οὐ μόνον ἐφ' ἧς νῦν τάττεται δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ ὅτε τὴν δίφθογγον διασημαίνει διὰ τὸ ο, μόνον γράφουσιν. Omnes Achaei utebantur* o, *non solum ea facultate, qua nunc pollet, sed etiam quum diphthongum significaret*, o *tantum pingebant.* Fabius etiam Quintilianus: (*o*) *Quid* o, *atque* v. *permutata invicem, ut* HECOBA *et* NOTRIX, CULCHIDES, *et* PULYXENA *scriberent? ac ne in Graecis id tantum notetur* DEDERONT, *ac* PROBAVERONT. Sic CONDIDERONT pro *condiderunt* in lapide apud Reinesium, (*p*) et POSILLAE pro *Pusillae*, (*q*) VIVOS pro *vivus*, (*r*) quod frequentissimum est. DETOLERIT, SINGOLOS, pro *detulerit, singulos* reperitur apud Gruterum, (*s*) et passim in vetustioribus quum libris, tum lapidibus. Sic AEQUOM pro *aequum*, QUOM pro *quum*, SERVOS pro *servus*, SALVOM pro *salvum*, VOLTIS pro *vultis*, ubique apud Comicos. Hanc scribendi rationem per o propriam fuisse Oscorum, docet Priscianus; Umbros et Etruscos scripsisse per v. Quum igitur Romae nil esset frequentius fabulis Oscis, et Osca lingua haberetur in pretio, (unde tricordem dixere Ennium, (*t*) quod Graece, Latine, Osce scriberet) nil mirum, si Oscorum imitatione per o potius quam per v, Comici scriberent, quos deinceps alii sequuti sunt. Illud magis mirum, Oscos adeo diversa ab Etruscis pronunciatione usos, quorum essent coloni. Immo nec mirum:

(*k*) *Observ.* (*l*) *De veter. Latin. Script.* (*m*) *In Colano et Sylla.* (*n*) *lib.* 33. *cap.* 10. (*o*) *Instit. lib.* 1. 5.6. (*p*) *Class.* 2, 71. (*q*) *Class.* 16, 178. (*r*) *Class.* 7. 27. (*s*) *pag.* 104. (*t*) *Gell. lib.* 17. *cap.* 17.

nam diversas linguarum dialectos ipsa caeli temperies facit: quae ut ad ingenii acumen atque solertiam plurimum valet, ita ad verborum pronunciationem, modo pressam, modo elatam, mirum in modum conducit. Hinc quosdam audias ore adstricto, et inter dentes, dimidiata verba tanquam invitos, et cum quadam parsimonia efferre, ut Li-
P. gures: quosdam ore patulo, et
146 laxo, claraque et sonora voce animi sensus effundere, ut Neapolitani faciunt: medios inter hos Senenses, *queis Musa dedit ore rotundo loqui.* Adderem Florentinos, nisi ex imo gutture pronunciantes originem adhuc ostenderent Phoeniciam. Oscorum igitur cum finitimis Graecis consuetudo, commercia, cognationes; item beata frugum proventu tellus, ac Liberi Cererisque certamine, temperatissimus aër, purissimae aquae, ad haec diversa victus ratio, aliam linguae Oscae indolem pronunciationemque dedere.

N. OCTOB. Dies legitimus habendi Senatum *Nonae*, (v) ideo forsan omissus a Livio. Nam quod inquit Macrobius: (x) *Nonis autem conventus* UNIVERSAE MULTITUDINIS *vitandus aestimabatur*, ad nundinas et comitia pertinere manifestum est, non ad Senatus convocationem. Augustus demum votuit Septembri et Octobri mensibus haberi Senatum. (y)

Per hos dies Duronia mater et Sempronius Rutilus vitricus Aebutium urgebant, ut sacris Bacchi initiari vellet; eam forsitan captantes opportunitatem, quod instarent Liberalia. Vetus Calendarium rusticum Farnesianum habet, VINDEMIAE SACRUM LIBERO. Et is mensis majorum mysteriorum Athenis et Eleusine, Boëdromion, ut in superioribus dictum est.

APUD AEDEM DUELONAI. *Duelonae* pro *Bellonae*. Res notissima, ut olim DUONUS pro *bonus*. (z) Varro *de lingua Latina lib* 4. BELLONA *a bello nunc, quae* DUELLONA *a duello*. Festus: DUELLUM, *bellum, quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. Inde perduellis, qui pertinaciter retinet bellum.* Hinc Horatius ad Lollium: (a)

Graecia Barbariae lento collisa duello.

Plautus *Epidico:* (b)

— — M. *nempe quem in adolescentia*
Memorant apud Reges armis, arte DUELLICA
Divitias magnas sibi adeptum? — —

Livius pariter: (c) *Quod Populus Romanus eo tempore* DUELLUM *jussissent cum rege Antiocho esse.* Festus contra, sive ejus Epitomator Paulus: *Bellum*, inquit, *a belluis, quia belluarum sit perniciosa dissensio.* Nil frigidius. Immo nec belluarum. Horatius: (d)

Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
Unquam, nisi in dispar genus — —

Huc facit vetus Inscriptio olim effossa in Circo Maximo: (e)

(v) *Rosinus antiquit. lib.* 7. *cap.* 6. *et alibi.* (x) *lib.* 1. *Saturn. cap.* 13. (y) *Sueton. in Aug. cap.* 35. (z) *Jos. Scaliger ad Festum in* Bes. (a) *lib.* 1. *epist.* 2. Vide *lib.* 3. *Od.* 14. *et lib.* 4. *Od.* 15. (b) *Act.* 3. *Sc. Cave.* (c) *lib.* 33. (d) *Epod.* 7. (e) *Panvin. de lud. Circensib.*

CONSVS CONSILIO
MARS DUELLO
LARES COMITIO
POTENTES

P. Apud Tertullianum *libro de Spectaculis cap.* 5. est, LARES COILLO; ubi Rigaltius notavit, ex κοῖλος, *cavus*, factum esse *coilum*, aut *coillum*, domus penetrale, ubi Lares colebantur. inde *coillinus*, et *coilinus*, ac tandem *incoilinus*, qui et *inquilinus*.

Sed cur apud aedem Bellonae Senatus coactus est? et extra pomoerium? An quia res vergere videbatur ad bellum civile, et ad sumenda saga? quemadmodum initio belli civilis Caesariani Senatusconsultum factum est extra Urbem? (*f*) Conjectura non videtur contemnenda: sed magis puto, ne sontes et conscii conjurationis quidpiam subodorarent, et vel fuga dilaberentur, vel in apertam seditionem erumperent, et *in desperatione ponerent vim salutis*, ut loquitur Livius. Peracto demum Senatusconsulto et sontibus comprehensis, freti Consules auctoritate Senatus, intra moenia concionem habuerunt, nempe pro Rostris. Loca habendi Senatum discimus ex Festo: *Senacula tria fuisse Romae, in quibus Senatus haberi solitus sit, memoriae prodidit Nicostratus* (pluries citatus ab eodem Festo) *in libro, qui inscribitur de Senatu habendo. Unum, ubi nunc est aedes Concordiae, inter Capitolium et Forum, in quo solebant magistratus de Rep. cum senioribus deliberare. Alterum ad Portam Capenam. Tertium intra aedem* BELLONAE, *in quo exterarum nationum legatis, quos in Urbem admittere nolebant, Senatus dabatur.* Exterae nationes non sunt Festo, cum quibus non amicitia, non hospitium, nullum foedus, commercium nullum intercedebat; (*g*) sed quibus per foeciales Populus Romanus patrio solemnique ritu bellum indixisset. Unde Livius *lib.* 30. *Legati ex Africa, Romani simul Carthaginiensesque, cum venissent Romam, Senatus ad* AEDEM BELLONAE *habitus est.* Et *lib.* 33. *Brevi post Legati et a T. Quinctio, et ab Rege venerunt. Macedones deducti extra Urbem in* VILLAM PUBLICAM: *ibique iis locus et lautia praebita, et ad* AEDEM BELLONAE *Senatus est habitus.* Item *lib.* 40. *Q. Fulvius Gillo, legatus Scipionis, Carthaginienses Romam adduxit: quibus, vetitis ingredi Urbem, hospitium in* VILLA PUBLICA, *Senatus ad* AEDEM BELLONAE *datus est.* Item *lib.* 42. *Per idem tempus legati ab rege Perseo venerunt. Eos in oppidum intromitti non placuit, quum jam bellum Regi eorum, et Macedonibus et Senatus decresset, et populus jussisset. In* AEDEM BELLONAE *in Senatum introducti, ita verba fecerunt.* Aliarum gentium Legati nomina profitebantur apud Praefectos aerarii ad aedem Saturni, teste Plutarcho. (*h*) Erat aedes Bellonae in IX. Urbis regione, de qua P. Victor: *Aedes Bellonae versus portam Carmentalem. Ante hanc aedem columna index belli inferendi.* Columella haec *bellica* dicta est, auctore Festo, (*i*) *supra quam hastam jaciebant, quum bellum indicebatur:* de qua Ovidius *Fastorum* 4. vers. 205. - 208.

Prospicit a tergo summum
brevis area circum,

(*f*) *Caes. lib.* 1. *de Bell. Civili.*
de captiv. et postlim. revers.
(*i*) *Fest. in* Bellona.

(*g*) Pomponius *leg.* 5. *D.*
(*h*) *Quaest. Roman.* 43.

Est ubi non parvae parva columna notae.
Hinc solet hasta manu belli praenuntia mitti,
In regem et gentes cum placet arma capi.

P. 148 *Villam publicam*, de qua meminit Livius locis supra allatis, numerat Sex. Rufus inter loca Regionis Circi Flaminii: in ipso Circo Flaminio, sive in pratis Flaminiis Onufrius, libro *de Urbe Roma*. Certe extra pomoerium, ἔξω τειχῶν, ut habet Appianus *in Ibericis*. Perperam igitur Blondus eam ponit ad Circum Maximum, et in media Urbe. (*k*) In nuperis descriptionibus veteris Romae invenias quidem Circum Flaminium intra ambitum moenium, et sic *villam publicam*, et *Bellonae* aedem; verum adhuc extra vetus pomoerium: neque enim ut licuit Neroni, Trajano, immo Aureliano ambitum murorum proferre, ita et pomoerium more prisco ampliare.

SC. ARF. pro *Scr. adf.* Notissima formula, *Scribendo adfuerunt.* Sic in tabula aerea foederis Graece scripti, Coss. Q. Lutatio Catulo, M. Aimilio Lepido, apud Gruterum: (*l*) *ΕΝ. ΚΟΜΙΤΙΩΙ. ΓΡΑΦΟΜΕΝΩΙ. ΠΑΡΗΣΑΝ.* eademque formula Senatusconsultum pro Judaeis apud Josephum *Antiquitatum Judaïcarum lib.* 14. *cap.* 8. Idque plurimum faciebat ad auctoritatem Senatusconsultis conciliandam: licet enim conficiendarum tabularum peritissimi essent scribae Senatus: ut apud Athenienses γραμματεῖς, qui Senatui affidebant; (*m*) in magnis tamen Reip. negociis, ubi summa fide, prudentia, ac taciturnitate opus esset, ipsi Senatores scribarum munere saepissime fungebantur: iique praesertim, in quorum sententiam itum esset. Cicero ad Q. Cornificium: (*n*) *Nec dubito, quin sine mea commendatione, quod tuum est judicium de hominibus, ipsius Lamiae caussa studiose omnia facturus sis: quamquam erat nobis dictum, te existimare, alicui senatusconsulto, quod contra dignitatem tuam fieret,* SCRIBENDO LAMIAM ADFUISSE; *qui omnino Consulibus illis nunquam* FUIT AD SCRIBENDUM: *deinde omnia tunc falsa Senatusconsulta deferebantur. Nisi forte illi etiam Semproniano Senatusconsulto me censes adfuisse, qui ne Romae quidem tunc fui, deque eo ad te scripsi re recenti.* Idem ad Atticum: (*o*) *Cato autem et* SCRIBENDO ADFUIT, *et ad me de sententia sua jucundissimas literas misit*; et ad Catonem: (*p*) *Resque ipsa declarat, tibi illum honorem nostrum supplicationis fuisse jucundum, quod* SCRIBENDO ADFUISTI. *Haec enim Senatusconsulta non ignoro ab amicissimis ejus, cujus de honore agitur, scribi solere.* (*q*)

ARF. pro ADF. nam R. pro D. saepissime apud veteres. Sic inferius ARFUISE pro *adfuisse*, ARVORSUM pro *advorsum*. In Lapide apud Gruterum (*r*) legitur ARVORSARIUS pro *Adversarius*. Sic olim dictum ARVOCATUS, ARFINES, ARVOLARE, pro *Advocatus*, *affines*, *advolare*. Hinc ab AURIS factum est *audio*, (*s*) et conversa ratione pro AUDICULAS dicimus *auriculas*, et RE-

(*k*) apud Pitiscum v. Circus Flaminius. (*l*) *pag.* 503.
(*m*) *Harpocration in ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ.* (*n*) *Familiar. lib.* 12. *epist.* 29. (*o*) *lib.* 1. *ep.* 7. (*p*) *Familiar.* 15. *ep.* 6.
(*q*) Plura apud Brissonium *de formulis lib.* 2. (*r*) *pag.* 507.
(*s*) *Lactant. cap.* 7. *de opificio Dei.*

DIEM pro *medio die*: itaque o- n scriptum FEDETRIO pro *Fe- trio*. (*t*) Certe inversum a E- scis, Romanorum finitimis, abat R., ut ex vetustissimis numentis merito suspicatur r. Philippus Bonarroti, *in ditamentis ad Etruriam Re- lem Dempsteri, pag.* 22. Ve- imile est igitur, rudi adhuc gua Latina, priscos illos pro- tiasse *arvocatus*, scripsisse vocarvs; post R. vero literam Appio Claudio Crasso inven- , (*v*) qui Cos. cum Camillo U. CCCCV. scriptum fuisse vocatvs; ac tandem, abjecta ina litera, reditum ad ima- em prisci characteris, et dul- ris soni gratia scriptum pro- nciatumque fuisse ADVOCATVS. rum ignoratione, ut puto, ychius ait, Tyrrhenos pro *A* dixisse *ΔEA*: (*x*) nam *R* u corum figura quidem acce- at ad *Δ*, pronunciatione ve- erat ipsum Graecorum *ρ*. Ex- bant igitur *ΔEA*, efferebant *A*. Et hinc nec mirum, in cribus Crotoniatarum quibus- n nummis *P*, secundam lite- syllabae ♀ *P* ○ sculptum esse ati caudatum *Δ*. Rem doctio- is examinandam relinquo, n et in his minimis non sine de versari quandoque possunt.

ebius etiam Quinctilianus est tor, (*y*) fuisse quosdam ve- um, qui mollire pronuncia- nem tentaverint; et pro *ad- o*, dixisse *asversa*. Contra ransisse *in* R: (*z*) *Nam et* TSII, inquit, *et* FVSII *in* VA- IOS, FVRIOSQVE *venerunt: ita* OS, LABOS, VAPOS, *etiam et* MOS, *ac* LASES *aetatis fuerunt*. et pro *ara*, ASA, pro *car- men* CASMEN, pro *majore* MAJOSE, (*a*) pro *aurum* AUSOM etiam scriptum est.

M. CLAVDI. M. F. L. VALERI. P. F. Q. MINVCI. C. F. Fabri forsan vitio scriptum est *Claudi*, *Valeri*, *Minuci*, pro *Claudius*, *Valerius*, *Minucius* recto casu, ut in omnibus, quotquot supersunt, Senatusconsultis videre licet eorum nomina, qui scribendo adfuerunt, et ipsa syntaxis postulat: neque enim opus erat compendiariam scribendi rationem in satis ampla tabula usurpare, ut aliquando propter angustiam in nummis factitatum est. Sic gentis *Flaminiae* denarius, relatus a doctissimo Spanhemio, (*b*) habet L. FLAMINI CHILO IIII. VIR. PR. FL. *Lucius Flaminius Chilo quatuor Vir primus flavit*. Alius est etiam apud Ursinum cum epigraphe L. FLAMINI CILO.

Horum primus videtur *M. Claudius M. F. Marcellus*, qui Cos. cum Q. Fabio Q. F. Labeone A. U. DLXX. et iterum cum C. Sulpicio C. F. Gallo A. U. DLXXXVII. Alter *L. Valerius P. F. Flaccus*, qui Cos. processerat ante novennium cum M. Porcio Catone A. U. DLVIII. ut in Fastis Capitolinis. Tertium fuisse suspicor *Q. Minucium Thermum*, qui anno Urbis DLIX. Triumvir colonias deduxit Salernum, et Buxentum, et sequenti anno de Liguribus in monte Albano triumphavit. Hunc tamen Fasti habent Q. F. L. N. cum noster sit C. F. Forte an quadratarii nostri negligentia. Aqua haeret. Id modo certissimum est, tres hosce fuisse ex

) *Varro lib.* 5. *de LL. Velius Longus de Orthographia.* *Dempster. Etrur. Regal. lib.* 1. *cap.* 1. (*x*) *citatus a* r. *Editore Dempsteri Tom.* 1. *pag.* 91. (*y*) *lib.* 12. *cap.* (*z*) *lib.* 1. *cap.* 14. (*a*) *Lips. de vet. Latin. script.* *De usu, et praest. diss.* 10.

senatoribus primarios, deque Republica optime meritos.

DE BACANALIBVS. Per unicum c, et sine adspiratione, ut infra BACAS VIR. Nam Latini sero consonantes geminare coeperunt et adspirare, ut docent Quinctilianus, (c) et Cicero *de Oratore*, (d) unde scriptum TRIVMPHVS pro TRIVMPHVS, et similia. Sic *Paleris* pro *Phaleris* legitur in monumento *C. Canuleji*, quod egomet exscripsi ad veterem Capuam propter villam March. Corsinii Florentini:

P. 150 C. C A N. . . . . V S
Q. F. L E G. VII. E V O
CAT. MORT. EST. ANN. NĀ
XXXV. DONAT. TORQ. ARMIL.
P A L E R. C O R O N.
Q. C A N U L E I V S. Q. F.
LEG. VII. OCCEIS. IN GALL.
A N N O R. N A T. XVII.
D V O. F R A T R.
IEIS. MONVM. PAT. FEC.

Hcic *Bacchanalia*, ut apud Livium, sunt loca, in quibus Bacchi mysteria peragebantur; sive *sacraria Liberi*, ut habent Glossae Isidori. Sic apud Plautum *Aulularia* 3. *Sc.* 1.

— — *aperit Bacchanal, adest.*

Nonio Marcello (e) dicuntur *loca bacchata*, ubi fuerit debacchatum. Virgilius: (f)

— — *o ubi campi,*
Sperchiusque, et virginibus bacchata Lacaenis
Taygeta? — —

nam quidquid, inquit Nonius, *vehementius commovetur, bacchari voluerunt: Santra Nuntiis Bacchis: Ita obsoletum sono Furenter ab omni parte bacchatur nemus.* Item Virgilius 3. *Aeneid. vers.* 125.

Bacchatamque jugis Naxon. — —

QVEI FOIDERATEI ESENT. *Quei* pro *qui* passim apud veteres, ut in plebiscito apud Graterum *pag.* D. Sic inferius INDEICENDVM pro *edicendum*, DEICERENT pro *dicerent*, SEI pro *si*, SIBEI pro *sibi*, VTEI pro *uti*, EIS pro *eis*, VBEI pro *ubi*, CEIVIS pro *civis*. In lapidibus frequenter MEILES, LEIBERTVS, PEILA, DEIVA. Lucilius plurali numero scribendum censuit *puerei*. (g) *Jam* PVEREI *venere*, E *postremum facito atque* I. *Ut* PVEREI *plures fiant*. Eosdem Lucilii versus ex *libro* 9. refert Velius Longus *libro de Orthographia*, additque alios: I *si facis solum* PVSILLI, PVERI, *hoc unius fiet. Item hoc* ILLI *factum est uni, tenue hoc facis* I. *Haec* ILLEI *fecere, adde* E, *ut pinguius faciat.* Idem aliquando observatum in dativis tertiae declinationis *Praeconei, viatorei, operei.* (h) Inventum esse ajunt Victorinus et Priscianus ad significandam syllabam longam: sed pro *i* brevi positum aliquando reperitur.

FOIDERATEI pro *foederatei*, diphthongo Graeca, quae tandem apud Latinos evasit in OE. *Proilium* pro *proelium* scripsit Plautus in *Menaechmis*, (i) ut in veteribus libris se legisse testatur Muretus; quare, ubi vulgati codices habent: *uterque pro Ilio potabimus*, reponit, *proilio*, id est proelio.

ESENT, scriptum per uni- P. 151

(c) *lib.* 1. *cap.* 5. (d) *cap.* 48. *Spanhem. dissert.* 2.
(e) *In Bacchari.* (f) *Georg.* 2. *vers.* 486. (g) *apud Quinctil. lib.* 1. *cap.* 7. (h) Vide Lips. *de pronunt. LL. cap.* 8.
(i) *Act.* 1. *Sc.* Anime mi. *Muret. Variar. lection. lib.* 6. *cap.* 6.

m s. Sic infra PECISE, ADE-
T, VELET, COMPROMESISE, IOV-
ENT. Nam semivocales non
minare diu fuit usitati moris,
ue ad Ennium, qui hanc con-
tudinem immutavit, auctore
o in *Solitaurilia*. Unde in
cribus nummis SVLA, CINA le-
r pro *Sulla*, *Cinna*. Docet
m Quinctilianus, (*k*) Cice-
is aevo geminari coepisse s.
lium vocalium longarum, aut
jectum longis, ut in *caussa*,
ssius, *divissiones*. Floruit En-
s tempore Scipionis Africani,
nostri Senatusconsulti.

XDEICENDVM. *Edicere* pro
um est Magistratus, et pertinet
Jurisdictionem. Unde Prin-
um, (*l*) Praetorum, atque
lilium Edicta in libris Juris.
) Quum tabula nostra indu-
sit vetustatis, nec semel ha-
t x literam, (ut heic EXDEI-
DVX, et in fine, EXDEICATIS,
TRAD) assentiri non possum I-
ro, qui *lib.* 1. *Etym. cap.*
cribit: x. *litera usque ad*
usti tempora nondum apud
inos erat, sed pro ea c et s
bebant, unde duplex voca-
, quia pro c et s *ponitur,*
le et eisdem literis composi-
nomen habet. Hispalen-
auctoritate abreptus P. Ci-
onius Toletanus, quum in In-
ptione columnae rostratae C.
llii repperisset MAXIMOS, af-
are non dubitavit, eam non
amussim restitutam: *Ergo*,
nit, *ut maxime quidem vi-*
ur, *haec basis post C. Cae-*
em restituta fuit, ac fortas-
tiam post Plinium atque
nctilianum, eoque ad anti-
m illam scribendi rationem
ligentius efficta, atque ex-
ssa est. Quid si nostram tabulam oculis quandoque Ciacconius subjecisset suis? restitutamne dixisset post Caesarem, immo post Plinium et Quinctilianum? Sublata penitus Bacchanaliorum turpium memoria, ipsoque oppido deleto, ubi tabula fixa fuit, (nam nonnisi conjecturis de agro ipso Teurano nobis differendum erit) cui tandem bono fuisset tabula posteriore aetate restituenda? Sane vocabula, et scribendi ratio non momento temporis, sed sensim ac paullatim tum prodeunt, tum senescunt; et primum dubio neo admodum constanti usu nova adsciscuntur, deinde vim atque auctoritatem per Grammaticos clarosque Scriptores adipiscuntur; criticorumque tandem ita contentionibus dignitatem tuentur suam, ut piaculare sit ab eis vel latum unguem discedere. Haud felicior est Ciacconii conjectura dum inquit, *Duillii* nomen ejusdem aetate fuisse *Bellium*, vel *Bilium*; quum Tullii locus de Oratore, ab ipso citatus, diserte habeat: *quum* SVPERIORES *appellati essent semper* DVELLII.

NEI pro NE. Miror inferius non fuisse scriptum NEIVE pro NEVE, ut in fragmentis ex aere apud Gruterum. (*n*)

SACANAL pro *Bacanal*. Manifestus error quadratarii, qui forte Graeculus.

HABVISE VELET. *Velet* heic positum videtur pro *velit*. Veteres E pro I. usi sunt. (*o*) Hino VELLA pro *villa*, VEA pro *via* rusticis dicta, apud Varronem *de re Rustic.* (*p*) Sic CEPET, EXEMET, ORNAVET, VICET invenies pro *cepit*, *exemit*, *ornavit*, *vicit*. Item MENERVAM pro *Minervam*, LEBER pro *Liber*, MAGE-

) *lib.* 1. *cap.* 7. (*l*) *leg.* 3. *Cod. de Legib.* (*m*) *leg.*
). *de orig. Jur. et allibi passim.* (*n*) *pag.* 506. 507.
Quinctil. *lib.* 1. *cap.* 6. *et* 7. *Varro lib.* 5. *de LL.*
lib. 1. *cap.* 2. *et* 48.

STER pro *Magister*. TIBE puo *tibi* est apud Catonem; et alibi *sebe*, *quase* pro *sibi*, *quasi*. *Me* pro *mi* et *mihi* est apud Festum P. 152 *pag.* 97. Me *pro* mihi *dicebant antiqui*, *ut Ennius cum ait libro secundo: Si quid me fuerit humanitus, ut teneatis: et Lucilius: Nunc ad te redeo, ut quae res me impendit agatur.* Fortasse Oscorum id fuit; rustici enim nostrates adhuc quid simile sonant, *vea* pro *via*, *vellano* pro *villano*, id est rustico, et *me pare*, *me disse*, pro *mi pare*, *mi disse*: *mihi videtur*, *mihi dixit*.

SEI QVES ESENT. A singulari *quis* factum est antiquis plurale QVES, cujus dativum, non *queis*, sed *quibus*, ut a *civis*, *cives*, *civibus*. Festus in *Ques*.

NECESVS ESE pro *necessum*. Artificis culpa.

EEIS, supple, *exdicendum esse*. In fragmentis aeneis apud Fulvium Ursinum, et Gruterum scribitur fere semper IEIS, uti et in monumento Canuleji, quod supra dedimus.

VBI EORVM VTR A. Error fabrilis, pro *ubi eorum verba*.

SENATORIBVS C. ADESENT *quom e* A. Lacuna sic est omnino explenda. De numero Senatorum dictum est in superioribus.

EA RES COSOLERETVR, pro *consuleretur*. A *consulo* activo, quod apud veteres habuit duos accusandi casus, unum rei, alterum personae, factum est passivum cum nominativo rei, *quom ea res consoleretur*. Scriptum est sine N, ut fere semper antiquis, (tametsi priore linea habet CONSOLVERVNT) forte quia ejus literae sonus non exaudiebatur. Inde *cos*. pro *consul*, et *columam* pro *columnam* scriptum est, teste Quinctiliano: (q) unde *columella*. Eadem fortitan ratione infra COVENTIONID pro *conventionid*. Fragmentum Inscriptionis a me exscriptum Venusiae, in foro:

. . . . . NATVS
COSOLTV. . . FE. . .
AVT SACROM. . .
AVT POVBLIC. . . .
LOCOM ESE O. . . .
C E N S V E R E

Item alia Inscriptio in arce, omnino male apud Fabrettum: (r)

Q. R A V E I O
P. COMINIO C. F
L. M A L I O C. F.
Q V A I S T O R E S
S E N A T V D *sic*
C O S O L V E R E
IEI CENSVERE
AVT. SACROM
AVT. POVBLICOM
ESE. . . . . .

De eadem re actum puto in utroque lapide; nisi mavis, unum et alterum esse unius Inscriptionis fragmenta, et fortasse de Bacchanalibus. Sic sacrum et publicum separantur apud Plautum *Trinummo Act.* 4. *Sc.* 3.

— — *leges mori serviunt, mores autem*
Rapere properant, qua sacrum, qua publicum.

Contra quam sentire videtur Ulpianus in *leg.* 1. §. 2. *D. de justit. et jure*, ubi Jus publicum consistere ait in *sacris*, *sacerdotibus*, *et magistratibus*. Vides heic MALIO per unicum L.

ADIESE VELET, non quasi P. 15 *adesse* ab *adsum*, sed pro *adiisse* ab *adeo*, solita, ut dictum est, mutatione I in E. Sic linea sequenti *Adiesent* pro *Adiissent*: NISI PRAETOREM VEBARVM ADIESENT. Contra sine I, *adese* ab

(q) *lib.* 1. *cap.* 7. (r) *cap.* 3. 665.

adsum: DVM NE MINVS SENATORIBVS C ADESENT.

NOMINVS LATINI, pro *nominis Latini.* v pro i usurpabant Romani ante C. Caesarem: unde *optumus, maxumus,* pro *optimus, maximus.* Sic inferius linea 35. REM CAPVTALEM, pro CAPITALEM, et fortasse rectius a *caput*, et linea 27. FACILVMED, pro *facillime.* Vetus Inscriptio Venusiae, quam ego exscripsi ad fontem publicum, habet *utarus*, pro *utaris:*

. . . SEI LEGIS NE VITVPERE. . .
. . . S L. F. PRAECO
. . . S AETERNVM HOC SIBE. .
. . . SSE QVOD NATVRATR. . .
. . . ERVS CV AMEICEIS SVI. . .
. . . OS VTARVS VALE

Ad haec, nomina tertiae non semel in antiquis Epigrammatis reperias cum genitivo in VS: ut apud Gruterum: (s) HEIOCK MAGISTERIS VENERVS IOVIAE, et alibi CERERVS, HONORVS; quod et vir doctissimus Alexius Symmachus Mazochius adnotavit. (t)

Socii Latini nominis, post Romanos, ceteris Italiae populis dignitate praestabant. Incoluere regiones illas, quae sunt inter ostia Tiberis et Circejos: origine Trojani, Aboriginibus missi. In memoriam vetusti foederis, quotannis celebrabantur in monte Albano Latinae Feriae, quae conceptivae erant; sacraque fiebant Jovi Latiari, quorum caussa Praefectus Urbis creabatur. Notissima haec sunt.

DE SENATVOS SENTENTIAD, *De Senatus sententia.* Olim in genitivo dicebant *senati*, et *senatuis; quaesti*, et *quaestuis; tumulti, victi, sumti, solti, lucti, parti, fructi,* pro *tumultus, victus, sumtus, saltus, luctus, partus, fructus.* Dictum est quoque *exercituis* pro *exercitus, domuis* pro *domus, anuis* pro *anus, victuis* pro *victus, rituis* pro *ritus*, ut est apud Nonium *tit. de mutata declinatione.* Bis in hac tabula scriptum est SENATVOS in genitivo pro *Senatuis.* An per transpositionem, pro *Senatous* Graeca diphthongo, ut sonaret *Senatus?* An ut syllabam facerent longam, scribebant per geminatum VV *Senatuus?* et nihilominus propter notissimam V. atque O affinitatem scribere heic maluerunt *Senatuos.* Velius enim Longus auctor est, (u) Accium inter antiquos geminasse vocales, ubicumque producerentur, *amaabam, effaari, maalus* (pro pomo) *moorem, moorus, pastoores:* alios tamen contra sensisse, qui expeditam ajebant esse debere scribendi rationem. Sic inferius pro *Magistratu* scriptum MAGISTR TVO, quasi *Magistratuu.* PAAOSTORES habet vetus Inscriptio in Lucania, (x) quam suspectam, et ineptam putat Cluverius, (y) aliquanto emendatiorem adfert Gruterus. (z) Lipsius etiam docet, post V. interdum insertum fuisse O. ut *Quicoumque* pro *quicumque.* (a)

SENTENMAD pro *sententia*: et P. infra SED pro *se*, EXSTRAD pro 154
extra, OQVOLTOD quo *oquolto*, sive *occulto*, PREIVATOD pro *pri-*

(s) *pag.* 59. *n.* 8. (t) *Cap.* 8. *de Amphit. Campano.*
(u) *libello de Orthographia.* (x) all' Osteria della Polla. Exscripsit, mecumque communicavit Cl. Vir Carolus Danius, antiquitatis callentissimus. (y) *Ital. antiq. lib.* 4. *pag.* 1296.
(z) *pag.* 150. 7. (a) *libello de veterum Latinorum scriptura, edito post antiquitates Romanas Kippingii.*

vato, POPLICOD pro *poplico*, SVPRAD pro *supra*, FACILVMED pro *facilume*. Sic in inscriptione columnae rostratae C. Duillii PVGNANDÔD CEPET, NAVALED, PRAEDAD. Nam veteribus familiare fuit omnibus fere vocibus, in vocalem desinentibus, subnectere D. ut docent Quinctilianus (*b*) et Charisius, (*c*) qui Plauti locum adducit:

Quo ted noctis dicam proficisci foras?

Saepissime id fit a Comico. Censet Muretus, (*d*) D fuisse adjectum, ubi prima subsequentis dictionis litera vocalis esset, ad vitandum vocalium concursum. Inde ex *re*, et *eo* factum *redeo*; ex *re*, et *emo redimo*: quare apud Horatium (*e*) ubi vulgo legitur:

— — *Vos, o pueri, et puellae*
Jam virum expertae, male nominatis
Parcite verbis. — —

reponendum putat, ex veterum codicum auctoritate, *maled ominatis*. ad eundem locum Guilielmus Xylander adnotavit: *Nominatis scripserunt, puto, quibus novum videbatur collisionem vitare*. Et hic a scopo aberrat. Rectius Muretus: sed ab ejus regula abeunt Inscriptiones, et aenearum tabularum fragmenta, ubi additur *d*, etiam sequente in principio dictionis consonante. Nostra habet: *De Senatuos sententiad dum: inter sed conjourasse: nevein poplicod, neve in preivatod, neve*, etc. *arvorsum ead fecisent: facilumed gnoscier*. Neque in columna Duillii concursus vocalium vitatur.

IOVSISENT pro *jussissent*, ut inferius CONIOVRASE, pro *conjurasse*, NOVENDINVM, PLOVS, IOVBEATIS, IOVS. In lapide Venusino superius allato POVBLICVM; et frequenter in nummis, et inscriptionibus (*f*) POVBLIVS, POVLVIVS, IOVDEX, COVRATOR. Sic in fragmento legis judiciariae apud Gruterum (*g*) SOVEIS pro *suis*. Alibi invenias OVF. pro *Ufentina Tribus*. *Nostri etiam* (inquit Victorinus) *quoties ejusdem soni longa syllaba scribenda esset, et ipsi* u *adjungebant* o. *literam*. *Inde scriptum legitis* LOVCETIOS, NOVETIOS, LOVMEN. (*h*) Sed aliquando haec ipsa diphthongus pro v brevi posita reperitur, ut in SOVEIS: item *diebous* pro *diebus*, *navebous* pro *navibus*, uti in perantiquo Codice M.S. Philippicarum Ciceronis in Bibliotheca Vaticana se legisse testatur P. Ciacconius. (*i*) Deinde Y fuit praetermissum, scriptumque NAVEBOS, DIEBOS, NOCTEBOS: nam veteres Graeci vocalem o pronunciabant *ou*. Unde factum, ut pro simplici vocali interdum scriberent *ou*, et contra pro *ou* simplexo. (*k*) Postremo non Y. sed o fuit exemtum, scriptumque *navibus*, *diebus*: nam V. Latinorum ad sonum Y proxime accedebat.

QVISQVAM EORVM COMOINEM, pro *communem*, ut inferius OINVORSEI pro *universi*. Olim OI pro V usurpabatur, ut OITIER pro *utier*, OITILE pro *utile*, (*l*) POINIEVM pro *Punico*, MOINICIPIVM, COIRAVIT. (*m*) Item OISVS pro *usus*, teste Mar- P. 15

(*b*) *lib.* 1. *cap.* 7. (*c*) *lib.* 1. (*d*) *Variar.* 15. 15.
(*e*) *lib.* 3. *od.* 14. (*f*) *Spanhem. dissert.* 2. (*g*) *pag.* 511.
(*h*) Vide Lips. *de pronunt. Ling. Lat.* (*i*) *ad Columnam rostratam Duillii.* (*k*) *Casaub. ad Athen. lib.* 11. *cap.* 5.
(*l*) *Gruter. pag.* 499. 12. (*m*) *Ciaccon. loc. cit.*

tiano Capella. (n) Sic in Inscriptione apud Reinesium *pag.* 575. quam adducit Relandus in Fastis consularibus *pag.* 14.

DEDIC. K. IVNIAS
SEX. GLABRIONE. ET C. OMOI
LO. VERIANO. COS.

pro *Homulo*, *Homullo*, *Homollo*, ut habent alii lapides.

OI. postea migravit in ox. (o) Plautus *Bacchidibus:* (p)

— — *Pergamum, divina moenitum manu,*

id est *munitum.* Et *in Sticho:* (q)

— — *tamen vivimus, nos tamen*
Efficimus pro opibus nostra moenia. — —

Ex ejusdem Nervolaria Festus citat, in *Moenia*, et *Muri:*

— *prohibentque, moenia alia unde ego fungar mea.*

id est *munia, officia:* unde *munis* pro *officiosus.* Idem Plautus *in Mercatore* apud Nonium *in Munia:*

Dicens pro meritis gratum me, et munem fore.

Rem *munem* pro rem obligatam accipit Raevardus in Papiniani Responso. (r) Sic Virgilius 10. *Aeneid. aggeribusque moerorum*, pro *murorum*, ut Servius adnotavit. Inde *Poenicus* pro *Punicus*, *coeravit* pro *curavit*; *poena* quasi *punia*, *oesocapio*, *oesorpatum*, pro *usucapio*, *usurpatum.* (s) Obtinuit haec scribendi ratio donec Respublica stetit: immo sub Augusto. Testis est lapis Grumenti, hunc *Saponara*, ad Aedem Fratrum Minorum, quem descripsit cl. vir Carolus Danius.

..X.Q. POPP. AEDILIS EX F.
..R AEBVTIVS C. F....
..AL. AEDILES MOER...
..EDES ∞ C C. DE SVA
..EQVNIA FACIVNDV....
..OERAVER. SER. SVLPICI..
..M. MARCELLO. COS.

Murum longum pedes xcc. *de sua pecunia faciundum aediles curavere*, Servio Sulpicio Rufo, M. Claudio Marcello Coss. qui Consules pertinent ad annum a Roma condita DCCII. juxta Almelovenii Fastos; quanquam in Indice Alphabetico sunt posteriores anno uno. Dabo aliam inscriptionem, hoc anno MDCCXXVII. repertam inter rudera veteris Telesiae in Samnio, circa fundamenta cujusdam turris. Exscripsit, ejusque exemplum per epistolam continuo ad me misit optimus juvenis Octavius Gianelli: P. 156

L. MVMMIVS. L. F. C. MANEIVS OF....
PR. DVO VIR. PRO LVDEIS
TVRRIS DVAS
D. D. S. FACIVNDAS COERARVNT

Deducta est Telesia colonia a Triumviris: Ager ejus limitibus Augusteis est assignatus, ut docet Frontinus *de Coloniis.* Floruisse eam sub Augusto, docet ibidem vetus ara in angulo privatae cujusdam domus, cum hac epigraphe:

VENERI
GENETRICI

Item cippus, habens dignam Augusteo saeculo Inscriptionem:

MESSALLAE HON.
ET VIRTVTIS CAVS.

(n) *lib.* 3. *de nupt. Philolog.* 2. (p) *Act.* 4. *Sc.* Atridae. (o) *Lips. de pronunc. cap.* (q. *Act.* 5. *Sc.* Agite.
(r) *leg.* 8. *D. De Public. et Vectigal. Raevard. var. lib.* 3. *cap.* 2. (s) *Lips. de vet. Lat. Script.*

Ad Valerium Messallam Oratorem, patronum fortasse coloniae Tolesinae, pertinere arbitror, cui honoris et virtutis causa statuam clientes posuerint. Vides, Messallam per duplex LL scribi debere, ut optimae quaeque veterum auctorum editiones habere solent. Sed nimis extra oleas. Fixum ergo sit, Augusti aevo COERARE scriptum pro CVRARE, MOERES pro MVRES.

Pecuniam *communem* habere vetuit nostrum Senatusconsultum: nam ad convivia et sacrificia communia pecuniam communem habebant ἱερατικὰ collegia, sive κοινωνίαι: quam qui colligebant, Χαλκολόγοι dicebantur. (t) Solis Judaeis C. Caesar non interdixit pecuniam in commune conferre, et convivia celebrare, ut ex Josepho dictum est supra n. 14.

NEVE MAGISTRATVM NEVE PRO MAGISTRATVO. Frequens haec formula. Sic in plebiscito de Thermensibus apud Gruterum: (u) NEI QVIS MAGISTRATVS PROVE MAGISTRATV. *Magistratus* heic valet antistes, caput ceterorum, et quia Paculla Minia Campana prima fuit Bacchantium antistes, idcirco subdit: *neque virum, neque mulierem.* Vides, MAGISTRATVM scriptum per G et I, NON per C, et E, MACESTRATVM, ut semper scriptum fuisse ab antiquis contendit Ciacconius. (x) In Inscriptione columnae rostratae scriptum est *Macestratus* per C. quia nullum erat, si Festum audimus, apud veteres discrimen inter C et G; *Orcum* (inquit) *quem dicimus, ait Verrius, ab antiquis dictum Urgum, quod et* V *literae sonum per* O *efferebant, et per* C *literae formam nihilominus* G *usurpabant; sed nihil affert exemplorum, ut ita esse credamus, nisi quod is Deus non maxime urgeat.* Victorinus de *Orthographia* adnotavit, hanc obrationem reperiri CN. pro GNEVS, CAIVS pro GAIVS: et post receptum G, coepisse N esse supervacuum. Diomedes vero (y) inquit: G *nova est consonans, in cujus locum* C *solebat apponi, ut hodie cum Gajum Caesarem notamus, scribimus* C. *Caesarem. Ideo post* N *literam in tertio loco digesta est, ut apud Graecos* Γ *posita reperitur in eo loco.* Inventum G, scribit Max. Victorinus, nova forma a Sp. Carvilio: quod ex Plutarcho sumsit. (z) Hic Carvilius, cognomento RVGA, primus omnium Romae uxorem dimisit sterilitatis caussa, A. U. DXX. (a) G literam igitur habet tabula haec nostra, quia posterior Sp. Carvilio Ruga: Inscriptio Duillii non habet, quia anterior. P. 157

NEQVE VIRVM, pro NEQVE VIRVM, vitio fabri.

IN DOVOLTOD, pro *in occulto.* Vir doctissimus Scipio Maffaeus, (b) quum apud Fabrettum nostram tabulam editam legisset, necdum sciret, ubinam gentium inveniretur, suspicatus est, legendum ENDO VOLCOD. Erudite: sed non erat his locus. Vetanda fuerunt in primis *occulta* Bacchanalia: nam latebras conjurati et magnorum scelerum participes quaerere sibi solent; nec quidquam magis a conjuratione alienum, quam arcana consilia proferre in *vulgus.* Ad haec, Senatus paulo post inquit, ne-

(t) *Salmas. ad Jus Attic. et Roman. cap.* 4. (u) *pag.* 501. 509. 511. (x) *not. ad Column. rostrat.* (y) *lib.* 2. *de art. grammat. cap.* 1. (z) *Quaest. Rom.* 54.
(a) *Val. Max. lib.* 2. *cap.* 1. *Dionys. lib.* 2. *Gell. lib.* 17. *cap. ult.* (b) *Histor. art. Diplomat. pag.* 124. 125.

ve in poplico, neve in privato; quare omnino supervacaneum fuisset *τὸ ἐνδο volgo.* Supervacaneum certe non fuit dicere IN OQVOLTOD; nam *occultum* est quid magis latens, quam *privatum;* et hoc agebat Senatus, ut ab occultarum coïtionum formidine rempublicam liberaret.

D positum est pro O a fabro aerario, sive ignoratione Latinae linguae, sive quod non satis idoneis instrumentis ad incidendum uteretur: nam hujusmodi D figura abortiva est, et ad o non parum accedit, ut linea sexta NDSTER pro *noster.* Contra o pro D. positum vidimus in Inscriptione pagi Herculanii, quam primus edidit Vir clar. Alexius Symmachus Mazochius: (c) A. O. X. TERMINA.... PRO A.D.X.TERMINA..... *ante diem decimum Terminalia*; et linea 8. SEI LVOOS FECISSENT, pro SEI LVDOS etc.

Ad Q quod attinet, inquit Victorinus: (d) *Sed nec* G, *nec* Q *Latinus sermo introduxit. Cato de originibus ait, Sabinos et Etruscos* Q. *litera caruisse, quamobrem* CVRINVM *pro* QVIRINVM *scribebant.* Conflatam hanc literam putarunt ex c. et v, sic *Vt teste Velio Longo,* (cujus rei sunt quaedam indicia in hac tabula) ideoque non necessariam. (e) Sed verius est, Q esse Phoenicium ϙ Koph, jamdiu pro K usurpatum, ut superius ex nummis Crotoniatarum adnotavimus; unamque ex XVI. literis a Cadmo in Graeciam invectis, quae *Phoeniciae vocantur propter Cadmum*, inquit Plutarchus, (f) *καὶ Φοινίκεια διὰ Κάδμον ὠνομασθέντα*: (*Punicae* reddere mavult Xylander) et sane testatur Sylburgius, citatus a Gretsero, (g) se in M. SS. Alphabetis Graecis invenisse Koph ϙ inter π. et ρ. Alii existimant, Q literam usu receptam, ut pinguior sonus notaretur in QVANDO, quam si per c. simplex scriberetur CANDO: alii, ut esset, unde duae vocales, sequentes c, in unam syllabam coalescerent; quum contra per c antiqui scriberent, ubi divisa syllaba opus esset. Unde Lucretius (h) *cuiret* scripsit, pro *quiret*, ut trisyllabum faceret. (i) Veteres tamen et recentes pleraeque editiones habent ibi *cupiret.* Quum igitur neque consonantes geminarentur, neque per unicum c vellent scribere, OCOLTO, et pinguius quid sonare oporteret; necesse fuit uti litera, recens adscita, Q, ne *ocolto* quadrisyllabum fieret. Obiter heic quoque notandum est, *occultum* dici ab antiquo *culo*, vel *coilo*, *involvo*, unde *occulo:* eadem analogia, qua supra *de inquilinis* diximus. Hinc *culleum* dixere saccum, quo parricidae insuebantur. Forte ejusdem originis est *culcita.* Persuadere mihi non possum, ut assentiar P. Victorio, (k) qui ait, neque M. Catonem, neque Terentium scripsisse per Q, sed per c. nam vetustior ambobus est nostra tabula, et tamen habet Q, ut habent antiquiores etiam nummi. Praeterea quisnam Catonis et Terentii autographa oculis unquam usurpavit? P. 158

NEVE EXSTRAD VRBEM. Falsum est itaque, ut supra notavimus, quod scribit Isidorus,

(c) *Ad Tit. Amphitheatri Campani pag.* 148. (d) *De Orthographia.* (e) *Lips. de pronunt. Ling. Lat. cap.* 13. (f) *Symposiac.* 9. *qu.* 3. (g) *De pronunt Ling. Graec. cap.* 1. (h) *lib.* 4. *vers.* 72. (i) *Gramm. Port. Regal. de literis cap.* 8. (k) 1. *Epist. ad Attic.*

tiales, dum aït: *Rutilius scribit, Romanos instituisse* NVNDINAS, *ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die, intermisso rure, ad mercatum*, LEGESQVE ACCIPIENDAS *Romam venirent: et ut* DICTA *atque* CONSVLTA *frequentiore populo referrentur, quae* TRINVNDINO *die proposita a singulis atque universis facile noscebantur: unde etiam mos tractus, ut* LEGES TRINVNDINO DIE PROMVLGARENTVR. *Ea re etiam candidatis usus fuit in* COMITIVM NVNDINIS VENIRE, *et in colle consistere, unde coram possent ab universis videri. Sed haec omnia negligentius haberi coepta, et post abolita, postquam internundino etiam ob multitudinem plebis frequentes adesse coeperunt.* Non opus igitur Salmasii conjectura, qui separare, licet admodum verecunde, videtur (z) τριήμερας τελείας παντηγύρεις, quae *mercatus* itidem veteribus Gallis, et eas *Nundinas*, quae nono quoque die recurrebant, quas Dio *in Claudio* interpretatur, ἀγορὰν τὴν διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένην: nam ubicumque *nundinarum* mentionem reperias, vix est, ut *mercatus*, et *sollennium ludorum*, et *legum promulgatarum* sermo non incidat. Jam inde ab initio Urbis trinundinis *leges rogatas*, et *comitia* habita, res notior est, quam ut probatione indigeat. Dionysius *lib.* 7. (a) Γράφεται τὸ προβούλευμα μετὰ ταῦτα ὑπὲρ τῆς δίκης, καὶ Χρόνος εἰς παρασκευὴν τῆς ἀπολογίας ὁρίζεται τῷ ἀνδρὶ μέχρι ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ ΑΓΟΡΑΣ. αἱ δὲ ἀγοραὶ Ῥωμαίοις ἐγίνοντο, ὡς καὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, δι' ἡμέρας ἐνάτης. ἐν δὲ ταύταις συνιόντες ἐκ τῶν ἀγρῶν οἱ δημοτικοὶ εἰς τὴν πόλιν, τάς τε ἀμείψεις ἐποιοῦντο τῶν ὠνίων, καὶ τὰς δίκας παρ' ἀλλήλων ἐλάμβανον, τότε κοινὰ ὅσων ἦσαν κύριοι κατὰ τοὺς νόμους. καὶ ὅσα ἡ βουλὴ ἐπιτρέψειεν αὐτοῖς, ψήφον ἀναλαμβάνοντες ἐπεκύρουν. *Post haec Senatusconsultum fit de hac lite, et spatium reo ad defensionem meditandam prorogatur in* TRINVNDINVM. *Nundinae autem Romae nono quoque die celebrabantur, ut nunc etiam. Iis* NVNDINIS *plebs agrestis in urbem confluebat, venaliaque permutabat, et* IVRA INTER SE AGEBAT, *et* SVFFRAGIA FEREBAT *de negotiis publicis, de quibus vel leges ei permitterent arbitrium, vel Senatus ad eam referret.* Spectat hic quidem locus ad annum Urbis conditae CCLXII, M. Minucio Augurino II. A. Sempronio Atratino II. Consulibus. Ad annum vero Urbis CCLXXXI. et consulatum L. Pinarii Rufi Mamercini, et P. Furii Fusi (utor libenter Fabia a Theodoro ab Almeloveen concinnatis) illa ejusdem Dionysii *lib.* 9. (b) προσέτων δὲ πάλιν τῶν δημάρχων ΕΙΣ ΤΡΙΤΗΝ ΑΓΟΡΑΝ τὴν περὶ τοῦ νόμου διάγνωσιν, καὶ συνελθόντος ἔτι πλείονος εἰς αὐτὴν ὄχλου, τὸ παραπλήσιον τῷ προτέρῳ συνέβη γενέσθαι πάθος. *Cumque Tribuni rogationem legis iterum in* TRINVNDINVM *edixissent, ac major, quam ante, turba ad* COMITIA *confluxisset, res, non aliter quam prius, magna contentione acta est.* Ad consulatum P. Volumnii Amintini Galli, Ser. Sulpicii Camerini, An. Ur. CCXCII. pertinent illa ex libro 10. (c) τοῦτον προσθέντες τὸν νόμον, ἐξουσίαν ἔδοσαν τοῖς βουλομέ-

(a) *pag.* 463. *nuperae edit. Germ.* (b) *pag.* 598.
(c) *pag.* 619.

ois ἀυτοῦ κατηγορεῖν, ὑπο-
τες τὴν τρίτην ἀγοράν. *Hac*
proposita, potestatem fe-
t iis, qui dissuadere vel-
in trinundinum. Ad A.
VIII. et consulatum T. Ro-
loci Vaticani, et C. Vetu-
urini: (*d*) ἔπειτα ταῖς ἑξῆς
ις τὴν τρίτην ἀπ' ἐκείνης
ην ἀγορὰν προειπόντες,
ον δῆμον συνάξουσι, καὶ
ἐπιβαλοῦσι τοῖς ὑπάτοις
ικὴν, διέλυσαν τὴν ἐκκλη-
Paucis diebus post, indi
TRINVNDINVM *die, qua po*
conveniret, et consulibus
aria irrogaretur multa,
runt concionem. De al-
eecimvirorum anno, nem-
bis CCCIII. inquit Livius
. *Postquam vero* COMITIA
viris creandis in TRINVM
VM *indicta sunt.* De se-
anno idem Dionysius: (*e*)
ύλευμα γενήσεται τῆς βου-
τὲρ ὀρχαιρεσιῶν· ἔπειτα
υσιν ὅτι δέκα τὰ βουλευ-
εἰς τὸν δῆμον, ὁρίσαντες
P A N THN ἀπὸ ταύτης
THN. *Primum Senatus-*
tum fiet de Comitiis, de-
decemviri, COMITIIS INDI-
TERTIAS *ab hinc* NVNDI
Patrum decreta ad popu-
eferent. Audiamus etiam
illam lib. 1. *de Re Rusti-*
ndinarum, ait, *conventus*
stum est propterea usur
ut nonis tantummodo die-
hanae res agerentur, reli-
dministrarentur rusticae.
nim temporibus proceres
is in agris morabantur, et
ONSILIVM PVBLICVM *deside-*
r. a villis arcessebantur
atum. Ex quo, qui eos vo-
t, viatores nominati sunt.
itaque antiquissimus fuit
d; leges TRINVNDINO, nec
uit lege Hortensia Macro-
ut essent dies nundinarum

fasti et comitiales: et mirum, quomodo Titus, Julius Modestus, Cornelius Labeo, Julius Caesar, atque Rutilius in diversas abierint sententias. Mos, inquam, qui postea legibus confirmatus est, nempe Caecilia et Didia A. U. DCLV. de quibus meminit Tullius *pro Domo sua: Hora nona illo ipso die tu es adoptatus. Si, quod in ceteris* LEGIBVS TRINVNDINVM *esse oporteat, id in adoptione satis est trium esse horarum, nihil reprehendo. Sin eadem observanda sunt, ut decrevit Senatus, M. Drusi legibus, quae contra legem Caeciliam et Didiam latae essent, Populum non teneri; jam intelligis, omni genere juris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te Tribunum plebis non fuisse.* Deinde adjecta est poena per legem Liciniam et Juniam, latam post consulatum Ciceronis, nimirum A. U. DCXCI. de qua ipse Cicero meminit *Philippica* 5. *Tribuni plebis tulerunt de provinciis contra Acta Caesaris. ille biennii, iste sexennii. num etiam hanc legem Populus Romanus accepit? quid? nonne ante lata, quam scripta? nonne ante factum vidimus, quam futurum quisquam est suspicatus? ubi lex* CAECILIA *et* DIDIA? *ubi* PROMVLGATIO, TRINVNDINVM? *ubi* POENAE RE ENTI LEGE IVNIA *et* LICINIA? P. 162
possuntque hae leges ratae esse sine interitu legum reliquarum? Unde recte colligas, veteri consuetudine olim factum, ante leges Caeciliam et Liciniam, ut *trinundino leges promulgarentur*, perferrentur, haberenturque *comitia*; nam comitia quoque leges erant, ut idem Cicero innuit *contra Rullum*. Idcirco ad Tironem de Caesare scribens: (*f*) *ad Consulatus*

pag. 661. (*e*) *lib.* 11. *pag.* 298. (*f*) *Familiarium*
b, 12.

(inquit) *petitionem se venturum, neque se jam velle, absente se, rationem haberi sui. Se praesentem* TRINVM NVNDINVM *petiturum.* Id est alia *comitia* extra ordinem: quod fuit hominis leges dantis potius, quam accipientis, et jam aestuantis libidine dominandi.

In nostro tamen de Bacchanalibus Senatusconsulto decretum est, ut in conventibus, Populo TRINVM NVNDINIS frequente, quod Senatus jam censuerat, Populusque Romanus subinde jusserat, ediceretur: ita ut lata, et rogata, et sancita, non ferenda lex in notitiam hominum per universam Italiam perveniret. Et huc faciunt illa Rutilii apud Macrobium: *Nono autem die, intermisso rure, ad mercatum* LEGESQVE ACCIPIENDAS *Romam venirent, et ut* SCITA *atque* CONSULTA *frequentiore populo referrentur.* Quod notandum; aliud enim fuit legem, suffragiis Populi Romani firmatam, in medium afferre, et cum obsequio accipere: aliud legem ferendam oculis subjicere, ad trutinam revocare, suadere pro concione, aut contra niti dissuadendo, antequam ad suffragia ventum esset. Hoc revera impediebat totum NVNDINARVM negotium, quum homines a mercimonio ad legis curam cogitationemque converteret, illud nihil habebat, quod aut confluentium turbam a mercando, vendendo, permutandoque, aut judices et magistratus a jure dicundo avocaret, et averteret.

SENATVSQVE SENTENTIAM VTI SCIENTES ESETIS. ac si dictum esset, uti *sciretis* Senatus Populique Romani sententiam de Bacchanalibus abolendis diruendisque: *participio* vim verbi retinente, ope *verbi substantivi.* Sic *esse volentem* dicebant, *esse scientem.* Plautus *Curculione Act.* 1. *Sc.* 1.

— — *agite, bibite festivae fores,*
Potate, site mihi volentes propitiae.

et *Act.* 2. *Sc.* 3.

Quos semper videas bibentes esse in oenopolio.

Sic in formula lustrandi agri apud Catonem *de re rustica: Mars pater, te precor quaesoque, uti* SIES VOLENS *propitius mihi.* etc. et in formula sacrificii porcae praecidaneae: *Jane Pater, te, hac strue commovenda, bonas preces precor, uti* SIES VOLENS *propitius mihi, liberisque meis.* Id est *velis.* Sic Cicero *de Oratore: Est, ut scis, quasi in extrema pagina Phaedri his ipsis verbis loquens Socrates;* id est *loquitur.* Quod factum imitatione Graecorum, maximeque Atticorum; apud quos tamen plura erant verba substantiva: εἰμί, τυγχάνω, ὑπάρχω, *sum*, γίνομαι, seu γίγνομαι, *fio.* Unde dicebant ἐγὼ εἰμὶ γράφων, *ego sum scribens*, id est, ἐγὼ γραφω; et ἐγὼ εἰμὶ γεγραφώς; *ego scripsi.* ἀπεκτανώς ἐστι τὸν ἄνθρωπον, *interfecit hominem;* οὐκ ἔσμεν δυνάμενοι, *non possumus.* Κἀγὼ τυγχάνω φρονῶν, inquit Dionysius Hal. *et ego sapio.* Sic reperias apud Sophoclem: οὐ σιωπήσας ἔσῃ; *nonne tacens?* pro οὐ σιωπήσεις; *non tacebis?* Item apud Lucianum: σὺ δὲ δή τι πράττων τυγχάνεις; *tu vero quid es faciens?* pro τι πράττεις; *quid facis?* ut etiam Gretserus notavit. (g)

SI QVES ESENT QVEI ARVORSVM. Incipit sanctio legis, poenam irrogans.

(g) *cap.* 2. *Syntax. Graec.*

REM CAPVTALEM FACIENDAM. Ut in XII. *Tabula* IX. *cap.* VI. SI QVIS VRBE COETVS NOCTVRNOS AGITASSIT, CAPITAL ESTO. *Capital* (pro capitale) *facinus, quod capitis poena luitur*, inquit Festus. (*h*) Nonius Marcellus, *Capital dictum est capitis periculum. Plautus Menaechmis:* (*i*) *Nunquam hercle effugiet, tametsi capital fecerit. Lucilius libro* 26. *Facile deridemur; scimus capital esse irascier.* Idem Plautus *Mercatore:* (*k*)

XV. *Mulier alienata est abs te.* CH. *Eutyche, capital facis,*

XV. *Qui?* CH. *Quia aequalem et sodalem civem liberum enicas.*

Sic Arrius Menander *libro* 3. *de Re militari:* (*l*) *Si quis commilitonem vulneravit, si quidem lapide, militia rejicitur; si gladio*, capital *admittit.* Calliſtratus *lib.* 5. *de cognitionibus:* (*m*) *Alia quoque lege Agraria, quam Divus Nerva tulit, cavetur, ut, si servus, servave insciente domino dolo malo fecerit*, capital *esset.* Exempla sunt obvia. Eadem analogia dicitur *Vectigal, Animal, Bacanal, Minerval*, immo *Virginal, Feminal, puteal.* Aliud est *capital* tegumenti genus apud Varronem *libro* 4. *de L. L. Dictum capital a capite, quod sacerdotulae in capite etiam nunc solent habere.*

IN TABOLAM AHENAM, vulgo *aeneam*, vel *aeream*. Sic Ovidius *Metamorph.* 1. *v.* 125.

Tertia post illas successit aenea proles,
Saevior ingeniis, et ad horrida promtior arma.

Horatius *libro* 1. *Epist.* 1. *v.* 60.

— — *hic murus aheneus esto.*

Cujus rei rationem discimus ex Gellio: (*n*) H. *litera* (inquit) *sive illam spiritum magis, quam literam, dici oportet, inserebant eam veteres nostri plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus earum esset vividior, vegetiorque: atque id videntur fecisse studio et exemplo linguae Atticae.* et infra: *Sed quoniam* AHENI *quoque exemplo usi sumus, venit nobis in memoriam, fidum optatumque multi nominis Romae Grammaticum ostendisse mihi librum Aeneïdos secundum, mirandae vetustatis, emtum in sigillariis* XX. *aureis, quem ipsius Vergilii fuisse credebat; in quo duo isti versus cum ita scripti forent:*

Vestibulum ante ipsum, primoque in limine Pyrrhus
Exultat telis, et luce coruscus aëna.

additam supra vidimus H *literam, et* AHENA *factum. Sic in alio quoque Vergilii versu in optimis libris scriptum invenimus:* P. 164

Aut foliis undam tepidi despumat aheni.

Ad firmandam Gellii sententiam tabula nostra plurimum valet.

Res memoria dignas quum postibus, tum frontibus aedium insculpere moris fuit, quin et tabulis aeneis, quae in intima aedium parte asservabantur. Vetus epigramma in *catalectis Pithoei lib.* 3. (*o*)

Viator audi; si libeat, intus veni,
Tabula est aenea, quae te cuncta perdocet.

(*h*) *in* Capital. (*i*) *Act.* 1. *Sc.* 1. (*k*) *Act.* 3. *Sc.* 4. (*l*) *leg.* 6. §. 6. *D. de re militari.* (*m*) *leg. ult.* §. 1. *D. de termino moto.* (*n*) *lib.* 2. *cap.* 3. (*o*) *Voss. not. in Pateres. lib.* 1.

VTEIQVE EAM FIGIER IOVBEATIS. Leges in aes incidi consuevisse, ac publice figi, notum est. Livius *libro* 3. *Priusquam Urbem Consules egrederentur, leges Decemvirales, quibus tabulis* XII. *est nomen, in aes incisas in publico proposuerunt.* Eadem habet Dionysius *libro* 10. Somniasse igitur vigilantem Pomponium Jurisconsultum liquet, qui tradit, (*p*) leges XII. in tabulas eboreas praescriptas fuisse: quod ab aliis est animadversum. Huc faciunt illa Plauti *Trinummo:* (*q*)

— — — *mores*
Leges perduxerunt jam in potestatem suam, magis qui sunt
Obnoxii, quam parentes liberis: eae miserae etiam
Ad parietem sunt FIXAE *clavis ferreis, ubi malos mores*
Affigi nimio fuerat aequius.

Ovidius *Metamorphoseων* 1. vs. 91. 92.

— — *nec verba minacia* FIXO AERE *legebantur.* — —

Cicero *Philippica* 1. *Assentiri etiam nos Ser. Sulpicio clarissimo viro voluit, ne qua* TABVLA *post Idus Martias ullius decreti Caesaris aut beneficii* FIGERETVR. et infra: *Acta Caesaris firma erunt: quae ille in* AES INCIDIT, *in quo populi jussa, perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur.* item inferius: *id lex erit, et in* AES INCIDI *videbitis.* Hinc illud Q. Haterii apud Tacitum: (*r*) *Ejus diei Senatusconsulta aureis literis in Curia* FIGENDA. Nil mirum, quando in argenteam columnam incisa est oratio illa, (*s*) quam, a Seneca dictatam, Nero in Senatu recitavit in ipsis Imperii primordiis; quaeque risu excepta est, quum eo devenit, ut Claudii prudentiam exquisitis laudibus in caelum efferret. (*t*) Sane invaluit mos, ut Principum orationes in aes inciderentur: (*u*) et *Plinius in Panegyrico*, veluti novum quid, narrat Senatus sententiam, de Senatorum etiam acclamationibus in aes incidendis.

Non in unicam tantum tabulam lex incidebatur, sed plures fiebant eodem exemplo, ut plurima aera docent, quae adhuc supersunt. (*x*) Tacitus *Annalium* 11. *Quo exemplo Claudius tres literas adjecit, quae usui imperitante eo, post obliteratae, aspiciuntur etiam nunc in* AERE, *publicandis plebiscitis* PER FORA AC TEMPLA FIXO. Etiam ut in colonias, municipia, praefecturas, extraque Italiam mitterentur: quod factum esse imitatione Graecorum, ex *Platonis* loco in *Minoë* docet Guilielmus Budaeus (*y*): *ὁ γὰρ Τάλως τρὶς περιιὼν τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ τὰς κώμας, φυλάττων τοὺς νόμους ἐν αὐταῖς, ἐν χαλκοῖς γραμματίοις ἔχων γεγραμμένους τοὺς νόμους. Hic enim Talos ter in singulos annos regionem passim obibat, custodiae legum intentus,* AERENSQVE LEGVM TABVLAS *pagatim circumferens.* Aliae, prorsus diversae, fuere tabulae aereae, in quibus incidebantur leges,

F. 165

(*p*) *leg.* 2. §. 4. *D. de orig. jur.* (*q*) *Act.* 4. *Sc.* 3. (*r*) 3. *Annal.* (*s*) *Xiphilinus citatus a Lipsio ad* 13. *Annal. Taciti.* (*t*) *Tacit.* 13. *Annal.* (*u*) *Ex Dione Lipsius ad eundem librum.* (*x*) Tabula honestae missionis in musaeo Andreinio Florentiae, edita a Clar. Ant. Franc. Gorio, et iterum a V. Clar. Scipione Maffaei *in hist. Art. diplomat.* (*y*) *ad l. un. D. de offic. Praef. Praetor. versa pag.* 57.

maeque agrorum, quum colo-
e deducerentur, agrique as-
narentur, de quibus inquit
nulejus Jurisconsultus: *Qui
ulam aeneam legis, for-
mve agrorum, aut quid aliud
xerit, vel quid inde imminu-
erit, lege Julia peculatus te-
ur.* (z) Siculus Flaccus de
ditionibus Agrorum, tit. *de
isis et assignatis: Quidam
mas, quarum mentio habita
in aere sculpserunt, id est
aereis tabulis scripserunt.
tamen quidquid institue-
t, curandum erit, ut fide
lica aestimetur, neu quis
ntario finem proferat. Illa
tum fides videatur, quae ae-
tabulis manifestata est.*
enus vocat *aerescripturam*
mmentariis in Frontinum de
itibus agrorum. *Aeris libros,
is tabulas* Hyginus de *Limi-
is Constituendis. Omnes si-
ficationes et formas aeris
ulis inscribemus*; et infra:
*rot aeris et typum totius per-
e linteis descriptum, secun-
n suas terminationes adscri-
affinibus, tabulario Caesa-
inferemus.*

rincipio L. Valerius Poplico-
Potitus, M. Horatius Barba-
, qui primi post Decemviros
consulari imperio rempu-
am administrarunt, An. Ur.
CIV. instituerunt, ut *Sena-
consulta in aedem Cereris
Aediles Plebis deferrentur,
e ante ut Titio Consulum
primebantur, vitiabantur,*
Livius memoriae prodidit.
Idque factum est exemplo A-
niensium, qui publicas tabu-
in aede Matris Deum asser-
vabant, (b) ἐν τῷ Μητρῴῳ; eique tabulario praefectum appellabant τὸν Δημόσιον. (c) Apud Dionem tamen *lib.* 57. invenies, ipsum tabularium τὸ δημόσιον nuncupatum. Deinde cum ceteris tabulis legum, quod aeneae erant, ad aerarium deferri, et cum publicis pecuniis condi coeperunt in aede Saturni atque Opis, in vico Jugario ad Capitolini montis radices: (d) unde Livius *libro* 35. *Verum quum sint notissimae sibi cum consule inimicitiae, quid ab eo posse quemquam aequi exspectare, qui per infrequentiam furtim factum S. C. ad Aerarium detulerit.* Et Tullius de M. Antonio: (e) *Sed Senatus etiam consulta, pecunia accepta, falsa referebat: syngraphae obsignabantur: senatusconsulta tanquam facta ad Aerarium referebantur.* Tacitus *Annalium* 3. *Factum S. C. ne decreta Patrum ante diem decimum in Aerarium deferrentur.* Fuit id olim sub Quaestoribus, postquam negligentia Tribunorum plebis et Aedilium, ad quos ea cura jamdiu pertinuit, error et confusio incidissent; deinde, quum, absente Julio, nulli Quaestores essent creati, duobus Aedilibus id negotium datum est, donec Augustus Praetores Praetoriosve viros substituit. (f) Reditum ad Quaestores sub Claudio: ac tandem praefectos aerarii creavit Nero. Tacitus 13. *Annal.* *Dein Princeps curam tabularum publicarum a Quaestoribus ad Praefectos transtulit. Varie habita, ac saepe immutata ejus rei forma. Nam Augustus permisit Senatui deligere praefectos. dein, ambitu* P. 166

z) *in l. qui tabulam* 8. *D. ad leg. Jul. pecul.* (a) *lib.* 3.
Julianus Imp. orat. 5. *et* 6. *Harpocration in* ΜΗΤΡΩΟΝ.
Ex *Athen. lib.* 5. *Reinesius classe* 7. 24. (d) *Plutarch.*
est. Rom. 42. *Sueton. in Jul. cap.* 28. (e) *Philippica* 5.
Dio lib. 53.

suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex numero praetorum, qui praeessent. Neque id diu mansit, quia sors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius quaestores rursum imposuit; iisque, ne metu offensionum segnius consulerent, extra ordinem honores permisit. Sed deerat robur aetatis eum primum magistratum capessentibus. Igitur Nero praefectura (*) *perfunctos, et experientia probatos delegit.* Lege, sis, quae ad hunc locum Lipsius notavit.

Aedes Saturni, sive Aerarium, pars erat Capitolii in VIII. Urbis Regione, (g) quod clare ostendit Cicero 3. *in Catilinam: Nam profecto memoria tenetis, Cotta et Torquato Coss.* (h) *compluries in Capitolio turreis de caelo esse percussas, cum et simulacra Deorum immortalium depulsa sunt, et statuae veterum hominum dejectae, et legum aera liquefacta.* Quae superfuere, et quae deinceps incisa sunt, proculdubio Neronianum incendium absumsit: ait enim Suetonius: (i) *Domus priscorum ducum arserunt, hostilibus adhuc spoliis adornatae, Deorumque aedes ab Regibus, ac deinde Punicis et Gallicis bellis votae dedicataeque.* Harum plurimas fuisse in Capitolio, quis neget? Incendium sane etiam loca edita corripuit, teste Tacito: (k) *Impetu pervagatum incendium plana primum, deinde in edita surgens, rursum inferiora populando, anteiit remedia velocitate mali.* Si quid autem ex tot tantisque cladibus reliquum fuit, consumtum est in incendio, quod Vitelliani, expugnato Sabino, qui ad Vespasiani partes transierat, excitarunt: de quibus Josephus: (l) διαρπάσαντές τε οἱ στρατιῶται τὰ ἀναθήματα, τὸν ναὸν ἐμπρήσουσι. (m) *militesque, quum donaria omnia diripuissent, templum succendunt.* (n) Hanc praecipue ob rationem (aut ego valde fallor) omnia restituenda, ac praesertim tabulas legum, suscepit postea Vespasianus: de quo Suetonius: (o) *Ipse restitutionem Capitolii aggressus, ruderibus purgandis manus primus admovit, ac suo collo quaedam extulit, aerearumque tabularum tria millia, quae simul conflagraverant, restituenda suscepit, undique investigatis exemplaribus: instrumentum imperii pulcherrimum ac vetustissimum, quo continebantur pene ab exordio Urbis Senatusconsulta, Plebiscita, de societate, et foedere, ac privilegio cuicunque concessis.* Nimirum ignoravit Suetonius *turreis de caelo percussas, et legum aera liquefacta, Cotta et Torquato Coss.* Quinimmo decretam a Senatu eam restitutionem, scribit Tacitus, (p) adhuc absente Vespasiano: *Mox Deos respexere. restitui placuit Capitolium: eaque omnia Valerius Asiaticus, Consul designatus, censuit.* et infra: *Censuerat Helvidius, ut Capitolium publice restitueretur, adjuvaret Vespasianus.* *Eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde loquacio transmisit.* Demum: *Quo die Senatum*

(*) *forte* praetura. (g) *Sex. Rufus, P. Victor, Panvin. de Urbe Roma, pag.* 144. 185. 186. *edit. Paris.* 1588. *in* 8. (h) *An. Urb.* 688. (i) *in Nerone cap.* 38. (k) 15. *Annal.* (l) *de bello Judaico lib.* 4. *cap.* 40, 4. (m) *al.* διεπρήσαν, *ut notavit Cl. Hudsonius.* (n) Vide Dionem *lib.* 65. *in fin.* (o) *cap.* 8. (p) 4. *Histor.*

ssus est Domitianus, de tia patris fratrisque, ac a sua, etc. . . . . *tum sor- ti, per quos redderentur rapta, quique aera legum ate delapsa noscerent, fi- lque, et qui Fastos adu- e temporum foedatos ex- rent, modumque publicis sis facerent.* AERA LEGVM *ate delapsa*, non *incendio ata*, inquit Historicus. Sed que verum.

a ab allatis auctoribus in- mentio legis Regiae, sive mo Augusti imperio: quam m, vere instrumentum im- c dominationis pulcherri- restitutam in primis opor- ld tantum de Octavio Sue- : (q) *Tribuniciam pote- perpetuam recepit; in mel atque iterum per sin- lustra collegam sibi co- t. Recepit et morum le- e regimen aeque perpe- quo jure, quamquam si- surne honore, censum ta- opuli egit: primum ac n cum collega, medium* Quinimmo Hubertus Golt- cui magnae curae fuit G. honores in literas refer- qui in Fastis Augusteis, oneinnatis, sine ullo au- oripsit, perpetuam Dicta- quam ut invidiosam (r) dubio aversatus est. Octa- umsisse An. U. DCCXXX. Kal. Jul. abdicasse, ipse, n, Goltzius integro volu- quod de Augusto scripsit, bum quidem de *lege* Re- usus est sacra. Sciebat delatos quidem Octavio s in republica magistratus, r singula quinquennia aut nia ab eo initos; cooptato etiam quandoque collega, ut loco citato tradit Suetonius; immo de restituenda republica ipsum quandoque serio cogitasse: quae mirum quantum absunt a summo imperio et lege Regia. Praeterea gravissime in Principatum peccasset Vespasianus, si veterem quidem legem de Augusti imperio in aes restitui neglexisset, novum vero Senatusconsultum, ut ipse legibus solveretur, fieri sivisset. Quid enim magis idoneum ad solvendam vim dominationis, quam leges non utique dare, sed accipere? et Patribus conscriptis summam potestatem acceptam ferre? Quid si Senatus, aut memoria veteris libertatis, aut recentibus contumeliis permotus, restituendae reipublicae opportunitatem arripuisset, certisque legibus ac veluti cancellis eam potestatem cohibendam atque continendam existimasset? Quid si de ea re more prisco ferri placuisset ad populum comitiis centuriatis? quid si populus Vespasiano Tribuniciam potestatem abrogasset, nec legionarii dissensissent, antis Caligulae, Neronis, Vitelliique scelera, ac flagitia dominationis pertaesi? Ferendum erat.

Reponet aliquis, legi apud Gruterum (s) legis Regiae fragmentum, quae de imperio Vespasiani lata est, haud suspectae apud antiquarios fidei; ubi inter cetera scriptum est: VTIQVE QVIBVS LEGIBVS PLEBEIVE SCITIS SCRIPTVM ERVIT QVE DIVVS AVGVSTVS TIBERIVSVE IVLIVS CAESAR AVG. TIBERIVSQVE CLAVDIVS CAESAR AVG. GERMANICVS (cur omissus Caligula?) TENERENTVR. IIS LEGIBVS PLEBISQVE SCITIS IMP. CAESAR VESPASIANVS SOLVTVS SIT. Atqui, si fragmen-

In Octavio cap. 27. (r) Post necem Julii sublata est pe- Dictatura per legem *Antoniam*, ut constat ex Ciceronis *opica* 1. et Appiano *lib.* 3. (s) *pag.* 242.

to fides, jam non unicam legem Regiam latam fuisse fatendum erit, sed de imperio quoque Tiberii et Claudii; immo et ceterorum principum a Divo Augusto ad Vespasianum? Quidni e-
P. 168 nim? Quo magis mirum, omnes hujusmodi leges perpetuo silentio ab historicis praetermissas, nullumque de iis vestigium neque in aereis tabulis, neque in nummis, neque in lapidibus usquam gentium inveniri? Adeone nihili fuit lex de summo Populi Romani imperio? Nam adulationes Jurisconsultorum nihil moror. (t) Contra, magnus regnandi artifex Tiberius, ratus fore rem periculi plenissimam, si populi suffragiis morum legumque regimen, aut jam reipublicae constituendae exemplo Augusti singulis decennii accideret; consulto abstinuit, et ludos tantum decennales celebravit, teste Dione; (u) satis sibi prospectum existimans, quod Populus Romanus inani tantum rumore jus sibi comitiorum ademtum questus esset, et in sua verba jurasset; (x) ipse relationibus Consulum jure tribuniciae potestatis intercederet. Hinc illa Taciti: *Addebat Messalla Valerius; renovandum per annos sacramentum in nomen Tiberii; interrogatusque a Tiberio, num se mandante eam sententiam promisisset? sponte dixisse, respondit, veritus Tiberii offensionem, iramque in caedes facile erupturam.* Suppositicium igitur atque adulterinum esse fragmentum illud de imperio Vespasiani per me dicas licet, quousque meliora a viris doctis in medium afferantur.

GNOSCIER POTISIT. *Dignosci possit.* Ex antiquo verbo *Gnosco*, quod fuit a Graeco γινώσκω. Vel a *nosco*, quod per figuram, quam Grammatici *Prothesin* vocant, evasit in *Gnosco*, adjecto o in principio dictionis. Sic *Gnavus* pro antiquo *Navus*, *Gnarus* pro *Narus*, *Gnatus* pro *Natus*, *Gnobilis* pro *Nobilis*. Festus, *Nobilem*, inquit, *antiqui pro noto ponebant*, *et quidem per o litterum*, *ut Plautus in Pseudolo*:

Peregrina facies videtur hominis, atque gnobilis.

Locus est ex *Actu* 4. *Sc.* 2. sed longe melius in vulgatis editionibus legitur:

Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis.

nam Ballio leno loquitur de Simia, clamydato sycophanta, qui una cum Pseudolo servo advenerat, falsas ei reddituros literas, quasi a Polymachaeroplacide milite, ut Phoenicium meretricem auferret: neque veri simile est, sycophantam fuisse adeo liberali facie, ut homo nobilis callido lenoni videretur.

POTISIT. Veteres dixere *potis sum*, *potens sum*, pro *possum*; *scient sum* pro *scio* more Graecorum, ut paullo superius adnotavimus. Pacuvius apud Varronem: (y) *Nulla res aeque cicurare, neque mederi potis est, neque reficere.* Ab eadem fonte *poti* pro *potiri*, quo usus est idem Pacuvius in *Iliona* apud Nonium, (z) *potesse* pro *posse*, et similia.

FACIATIS VTI DISMOTA SIENT, pro *dimota*. s. ante m, et ante v olim ponebatur: ut POESNIS pro *Poenis*, CASMENAS pro *Camenas*, CESNAS pro *cenas*,

(t) *Ulpianus lib.* 1. *D. de constitutionib. Princip.* §. Sed et quod Principi *Instit. de Just. et jur. Pomponius lib.* 2. *de orig. Jur.* §. 11. (u) *lib.* 57. (x) *Tacit.* 1. *Annal.* (y) *lib.* 7. *de L. L.* (z) *De contrariis generibus Verborum in poti.*

Festo; et DVSMOSVM lo-
bant pro *dumosum*, cos-
pro *committere*. Sic
ronem (*a*) scriptum in-
ASMILLVS pro *Camillus:*
licitur in nuptiis Cas-
qui cumerum (*b*) *fert,*
quid sit in ministerio,
extrinsecus nectunt:
mmillus nominatur in
aces mysteriis Dius qui-
minister diis magnis.
um Graecum arbitror,
d Callimachum in poë-
ius inveni. Haec Varro.
libro II. *Aeneïd.* v.

natrisque vocavit
ie Casmillae mutata
rte Camillam.

enas tamen quod atti-
ratio scribendi per s.
mansit; sed per R scri-
tumque *Carmenae*, co-
docet Varro: *At quas*
nosse cos Casmenas,
rum priscum vocabu-
setum atque scriptum
CASMENAE *ab eadem*
unt declinatae, ut in
rbis, in quo antiqui
s, postea dicunt R, *ut*
ie Saltorum sunt haec:
DOLOSI, VSO. *Omnia*
natula coëmisse: (*d*)
ITI, MVSES; MVSER. *dum-*
is venet: post MELIOS
FOEDORSVM *foederum*,
durima. ARENA *arena*,
mitor: Quare CASMENA
inde Carmina. R po-
to CASMENA *factum.* In
columnae vetustatae le-
ERSMOS pro TRIERMES. Ad
tantum modo tempora
Velius Longus, (*e*)
quum inquit, integram praepositionem *Dis* ubique scribi, praeterquam si dictio sequens incipiat ab M, N, L, ut *dimovit*, *dinoscit*, *diluit*.

Dismota sient in agro Teurano: regimine sumto non a *dimoveo*, sed a verbo substantivo SVM: dicimus enim *est in Urbe*, *est in agro*. Tantundem igitur valet *dismota sient in agro*, quantum si scriptum fuisset, *Faciatis uti nusquam posthac sint Bacchanalia in agro Teurano.*

IN AGRO TEVRANO. Principio cogitabam, agrum Teuranum eundem esse ac Thuriorum, deceptus quadam vocum affinitate, et Strabonis loco, qui regionem Taurianam ponit supra Thurios: sed re perpensa facile comperi, me multis parasangis a recta aberrasse via. Equidem Thurii, Achaeorum et Troezeniorum coloni (*f*) Duce Philoctete, (*g*) Tarentini sinus accolae fuere, inter Sybarim et Crathim fluvios, ad ipsum Isthmum, qui per stadia ccc. ad Cerillos usque pertinet, Lucaniamque a Bruttiis separat. Strabo *lib.* 6. *Geograph.* (*h*) Ἐστὶ δ' ἡ μὲν Λευκανία μεταξὺ τῆς τε παραλίας τῆς Τυρρηνικῆς καὶ τῆς Σικελικῆς, τῆς μὲν ἀπὸ τοῦ Σιλαρίδος μέχρι Λάου, τῆς δ' ἀπὸ Μεταποντίου μέχρι Θουρίων· κατὰ δὲ τὴν ἤπειρον ἀπὸ Σαννιτῶν μέχρι τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ ἀπὸ Θουρίων ἐις Κηρέλλους, πλησίον Δάου τε κόλπου δ' ἐισὶ τοῦ ἰσθμοῦ, τ. Ὑπὲρ δὲ τούτων, Βρέττιοι Χερρόνησον οἰκοῦντες· ἐν ταύτῃ δ' ἄλλη περιείληπται Χερρόνησος ἡ τὸν ἰσθμὸν ἔχουσα τὸν ἀπὸ Σκυλλητίου ἐπὶ τὸν Ἱππωνιάτην κόλπων.

(*a*) *cit.* (*b*) Vas nuptiale, de quo vide Festum.
(*c*) *rius, de quo supra pag.* 21. (*d*) *aliter* convenisse.
(*e*) *Orthogr.* (*f*) *Aristotel. Polit. lib.* 5. *G. Hill ad*
Geogr. vers. 378. (*g*) *Justin. lib.* 20. *in princ.*
(*h*) 255.

Sita est autem Lucania inter oram Tyrrheni ac Siculi maris, illic a Silaro usque ad Laum, heic a Metaponto usque ad Thurios: in continente autem a Samnitibus usque ad isthmum, qui a Thuriis ad Cerillum pertinet, prope Laum: isthmus stadia occupat ccc. Supra hos Bruttii peninsulam incolunt, quae aliam includit peninsu-
P. *lam, in qua est isthmus a si-*
170 *nu Scylletio ad Hipponiatem sinum porrectus.* Graphice regionem oculis lectorum subjicit Geographus, quem diligentissime universam Italiam lustrasse nullus dubito. A Thuriis ad Rhegium peninsula, cujus isthmus ab ostio Sybaris fluvii ad Cerillos, prope Laum, qui in mare Tyrrhenum influit. Dehinc regio late patet a Blanda, nunc *Belvedere*, ad Crimisum promontorium, vulgo *lo Ciro*; itemque a Clampetia, vulgo *Amantia*, (falso quibusdam *Napitium*) ad Lacinium, et tria Japygum promontoria, quorum postremum appellant *Capo rizzuto*. Inde sinus Scyllacius, ad Jonii partem illam spectans, quam veteres *Ausonium mare* appellaverunt; qui respondens Hipponiati sinui, sive Lametino ad Tyrrhenum mare, angustiorem alium isthmum efficit ab *Scyllacio* oppido ad *Aquas Angitias*, et *Angitolam fluvium*. Ecce minorem peninsulam, quam includit major Bruttiorum peninsula. De ea Strabo paulo superius: ἐστὶ δ' αὐτός ὁ ἰσθμὸς ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα, μεταξὺ δυοῖν κόλπων, τοῦ τε Ἱππονιάτου, ὃν Ἀντίοχος Ναπιτῖνον εἴρηκε, καὶ τοῦ Σκυλλητικοῦ. *Is isthmus stadiorum* CLX *inter duos jacet sinus, Hipponiatem (quem Napitinum* (*i*) *nominavit Antiochus) atque Scylletium.* Napetinum sinum per η scribit Dionysius Halicarnasseus, (*k*) ut infra videbimus. Quum igitur nulla non ratio suadeat, in ipso agro Teurano, ubi quondam fixa fuit, ahenam tabulam repertam esse; situmque sit *Tiriolum oppidulum* cis minorem, ultra majorem Strabonis isthmum, Meridiem versus; a *S. Eufemia*, quod est oppidum in interiore Hipponiate sinu non longe ab ostio Lameti fluvii, millibus passuum 16. distans; a Catacio, nunc *Catanzaro*, ad Ortum mill. pass. 7. a *Mayda* ad Austrum mill. pass. 12. a Scyllacio mill. pass. 22. a Crotone mill. pass. 45. ab ostio Sybaris, atque adeo a Thuriis in sinu Tarentino plusquam 60. manifestum est, nihil agro Teurano cum agro Thuriorum proprio esse commune.

Ad haec, Thurii iidem ac Sybaritae, (*l*) auctore Stephano: Θούριοι, πόλις Ἰταλίας, ἡ πρότερον Σύβαρις, ἀπὸ Θουρίας πηγῆς· ὕστερον δὲ Κωπίαι. *Thurii urbs Italiae, quae ante Sybaris, a Thurio fonte: postea vero Copiae.* (*m*) Traduntur enim, anno III. Olympiadis LXVII. Crotoniatas, duce Milone athleta, insigni clade Sybaritas affecisse; quum ille jussisset tibicines canere eos numeros, ad quos hostium equi inter epulas saltare consueverant. (*n*) *Jove* valde *irato* eos periisse scribit Dionysius Geographus *vers.* 372 – 374.

Ἔστι δέ τοι κακεῖθι, Διὸς μέγα χωσαμένοιο,
Δειλαίη Σύβαρις φαέσας ἐνάχουσα πεσόντας,

(*i*) Vide *Dionys. lib.* 1. *pag.* 27. (*k*) *eod. loc.* (*l*) *Suidas in* Alexis. (*m*) Quae desumta sunt ex Strabone *lib.* 6. quem vide *pag.* 263. *edit. Paris.* (*n*) *Aelian. lib.* 16. *histor. animal. cap.* 23.

ηραμένουσ ὑπὲρ αἶσαν ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥεέθροισι.
t autem etiam ibi, Jove valde irato,
felix Sybaris, incolas gemens interemptos,
i insanierunt supra modum ob Alphaei praemia.

irato, vel quod dona Jovi pio dicata diripuissent, τὰ ἀναθήματα, ut habet Eu-us; (o) vel quod, uti ora-n Delphicam praenunciave-plus hominem, quam Deum, erunt: herus enim quidam, n servum in ipso Junonis lo flagris caedere non tem-Tet, confugientem tandem pulcrum paternum caedere it. (p) Citharoedum ad ip-Junonis aram trucidatum e-ritis, tradit Aelianus. (q) rum Sybaritarum reliquiae ssalis collectae dicuntur, et tiquos lares deductae; (r) otoniatis autem iterum ex-e Olympiadis LXXXIII. anno I. ennio post Thurios urbem catam narrant. Anno a Ro-ondita CCCCLI. Coss. M. Dentro et M. Aemilio Pau-pti Thurii a Graecis; mox cis ademti. Livius *lib.* 10. *m anno classis Graeco-Cleonymo duce Lacedae-monio, ad Italiae littora appulsa, Thurias urbem in Salentinis cepit. Adversus hanc hostem Cos. Aemilius missus praelio uno fugatum compulit in naves. Thuriae redditae veteri cultori; Salentinoque agro pax parta.* Thurios, diu secunda fortuna usos, tandem Lucanis paruisse, ex Graecis (s) Latinisque scriptoribus colligit Ph. Cluverius; quumque Lucani a Tarentinis oppressi tandem essent, ad Romanos confugisse; qui Latinam coloniam eo deduxerunt, eodem Ann. Urb. DLIX. quo Tempsam et Crotonem, Coss. P. Scipione Africano II. et Tib. Sempronio Longo. Sed frustra Livium *libro* 34. testem advocat Cluverius: ille enim diserte tradit *libro* 35. coloniam in Thuriorum agrum sequenti anno deductam fuisse, Coss. L. Cornelio Merula et Q. Minucio Thermo, exiguumque pro agri copia colonorum numerum ibi relictum a Triumviris. Inde coloniae nomen *Copiae* factum, haud inepte dixeris. (t) Non igitur agrum Teuranum, neque Thurinum in Edicti de Bacchanalibus tabula dixissent Romani post octo annos a colonia deducta, sed agrum *Copiatarum*. Saltem *Thurium*, nam gentile a

ad eundem Geographi locum, citatus a Guil. Hill. *in ent.* (p) *Eustath. loco. cit. Stephanus in Σύβαρις. ur. Hist. lib.* 3. *cap.* 43. (r) Quo spectat Thurium nus argenteus apud me, habens, ut ceteri, taurum cornupe-cum inscriptione *ΘΟΥΡΙΩΝ*; sed, quod non obvium, in o plano, pedibus Tauri supposito, legitur literis parvissimis O ΣΣΩΣ: nam Thessalae partem Molossi, Epirotica gens ssima, incoluit, teste Strabone *lib.* 9. *pag.* 429. 430. Thurium conditum, et nummus cusus ante secundam cladem a Cro-tis illatam. (s) *Strabo lib.* 6. *pag.* 263. (t) Tristanus 1. *Comment. histor. pag.* 18. citatus a Vaillantio *Numism. Impp. in colon. in Julio pag.* 4. existimat, ad Thurium M. iae urbem pertinere nummum, in quo capita Julii et Augusti tur cervicibus oppositis, et in adversa area navis Praetoria, ia scriptum COPIA. Ipse Vaillantius et Harduinus in diver-ocunt sententias.

Thuriis fit *Thurius*, non Thurinus: unde corrigendus est Plinii locus *libro* 34. *cap.* 6. et pro *Thurini* legendum *Thurii*: quod non latuit Fulvium Ursinum in notis ad *Dionysii Halicarnassei Eclogam* 5. *de legationibus*, *pag.* 106. *edit. Plantin.* Liquet etiam, ut obiter hoc moneam, non esse de Thuriis ad mare superum accipienda verba Suetonii, (*u*) ubi, de Augusti origine verba faciens, *agrum Thurinum* nominat, *pagum Thurinum*, *regionem Thurinam*; unde Octavius per contumeliam a M. Antonio *Thurinus* est appellatus: neque enim pagi appellatio nobilissimae Bruttiorum urbi coloniaeque Latinae convenit, nec nisi frigidissimam inde cavillandi occasionem captasset Antonius. Magis est igitur, ut dicamus, pagum *Thurinum*, vel *Turinum* Suetonii a *Turio* fluvio nomen sumsisse, quem sex millibus passuum Roma abesse docet Livius. (*x*) De eodem pago accipiendus est Paterculus, ubi Annium Milonem circa *Turios* oppressum narrat. (*y*)

Teuranum fieri ab antiqua *Terina*, quam evertit Hannibal, dum tutari non posset, (*z*) vetat analogia: ejus gentile est *Terinaeus*, ut veteres nummi docent cum inscriptione ΤΕΡΙΝΑΙΟΝ, (*a*) et Stephanus in ΤΕΡΙΝΑ. (*b*)

P. 172

Est igitur aliunde petenda agri *Teurani* appellatio: nec ulla commodior ea, quam ex Strabone discimus: (*c*) *ὑπὲρ δὲ τῶν Θουρίων*, inquit, *καὶ ἡ Ταυριανὴ χώρα λεγομένη ἵδρυται. Super Thurios est etiam sita regio, quae vocatur Tauriana.* Hunc locum immerito sollicitat Philippus Cluverius, (*d*) et pro *Ταυριανὴ* reponendum contendit *Θουριανὴ*: nam gentilia, inquit, vocabula a Thurio refert Stephanus, *Θουρῖτος*, et *Θουριανός*, *Thurinus*, *Thurianus*. Atqui Strabo aliam prorsus regionem in animo habuit, quam quae proxime Thurios circumjacet: quid enim dicto opus fuisset, *Thuriorum regionem* appellari *Thurinam*, aut *Thurianam*? praesertim quum post pauca de ipsis Thuriis esset verba facturus? Ideo inquit. *supra Thurios*, *ὑπὲρ δὲ τῶν Θουρίων*, non *circa Thurios*, *περὶ δὲ τοῖς Θουρίοις*. Immo neque Stephanus *Thurinos*, et *Thurianos* appellatos scribit, tametsi analogia id postulare videtur, sed *Thurios*, *Thuridcos*, *Thuriatas*, et *Thurienses*.

Tauriana itaque Strabonis regio, quae est supra Thurios, id est, quae incipit supra fines Thuriorum, sive ager *Teuranus*, in latum quidem pertinet ad usque Laï fluminis ostium; et nominis vestigia satis apparent in mediterraneo oppido haud incelebri ad Apennini radices, etiam nunc *Torano*: (*e*) in longum vero protenditur ad fretum

(*u*) *in Augusto* cap. 2. 3. (*x*) *lib.* 26. (*y*) Vide *Ger. Vossii notas ad Paterculi lib.* 2. *cap.* 68. (*z*) *Strabo lib.* 6. (*a*) Per O, non per Ω, ut in vetustissimis Graecorum nummis saepissime invenias. (*b*) Ubi videndae doctissimi Holstenii castigationes et notae. (*c*) *lib.* 6. *pag.* 254. (*d*) *Ital. antiq. pag.* 1271. (*e*) Fr. Leander Albertus *Ital. region.* 7. veterem Dampetiam existimat; sed valde nec uno modo fallitur; tum alii, qui huic sententiae acquiescunt: est enim Dampetia eadem ac *Lampetia*, sive *Clampetia*: haec vero, teste Lycophrone apud Holstenium *notis et castigationibus in Stephanum* in ΛΑΜΠΕΤΕΙΑ, oppidum erat maritimum ad Hipponium montem, id est ad extimum cornu Hipponiatis sinus, hodie *Amantia*.

Siculum; dictaque est meo judicio *Tauriana* a jugis montium, qui mediam secant Italiam. Omnes enim inalpini *Tauri* dicti sunt, ut ipsemet Cluverius alibi docet. (*f*) Ad rem Stephanus: *Ταῦρος, ὄρος διὰ μέσης Ἀσίας διῆκον· Διότι Ταύρους οἱ παλαιοὶ πάντα ὅσα μεγάλα καὶ βίαια ἐπωνόμαζον, Ἡ προτομὴ Ταύρου τὰ πρὸς τῇ θαλάσσῃ ἄντου ἀπείκασε. Τὸ ἐθνικὸν Ταυριανός, πλεονασμῷ τοῦ α, ὡς Ζυγιανός. Taurus, mons per mediam Asiam pertinens: quod antiqui omnia magna et vivenia tauros cognominabant. Vel effigiei tauri partes ejus ad mare similes erant. Gentile Tauriaeus, pleonasmo literae a, ut Zygianus.* Quare laudandus est magnus Salmasius, qui alium Stephani locum de Tauriscis populis Alpinis emendavit, et pro *οἱ καὶ Τρῶοι λέγονται*, legit *οἱ καὶ Ταῦροι λέγονται*. Hac eadem ratione nomen sortita est *Taurica Chersonesus*, regio montibus aspera, de qua Scymnus Chius (*g*) meminit, ubi de adventu Iphigeniae ex Aulide:

Εἰσὶ δὲ τοῖς ᾧχλοις μὲν οἱ Ταῦροι συνχνοί.
Βίον δὲ ἐνοίριον νομάδα τ' ἐζηλωκότες,
Τὴν δ' ὠμότητα βάρβαροί τε καὶ φονεῖς,
Πλασκόμενοι τὰ θεῖα τοῖς ἀσεβήμασιν.
Turbis abundant maxime frequentibus
Tauri, vagamque in montibus vitam trahunt,
Crudelitate caedibusque barbari,
Ipsum cerebibus impiis numen colunt.

Praeterea neque Cluverium latebat, Italiam ab Italo Rege appellatam, quasi *Taurinam*, quae antea Oenotria dicebatur. (*h*) Nam Ἴταλος, vel Ἰταλὸς est vitulus, sive taurus, ab ἴτης, quia animosus. Immo non aliam olim regionem dictam fuisse Italiam, quam hanc ipsam, de qua tractamus, quaeque olim Oenotriis paruit, ut pluribus docet Strabo; unde Virgilius: (*i*)

Oenotri coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.

Strabo *lib.* 6. (*k*) φησὶ δ' Ἀντιοχὸς ἐν τῷ περὶ τῆς Ἰταλίας συγγράμματι, ταύτην Ἰταλίαν κληθῆναι, καὶ περὶ ταύτης συγγράφειν, πρότερον δ' Οἰνωτρίαν προσαγορευόμενον· ὅριον δ' αὐτῆς ἀποφαίνει πρὸς μὲν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει, τὸ αὐτὸ ὅπερ καὶ τῆς Βρεττίας ἔφαμεν, τὸν Λάον ποταμόν· πρὸς δὲ τῷ Σικελικῷ, τὸ Μεταπόντιον· τὴν δὲ Ταραντίνην, ἣ συνεχής τῷ Μεταποντίῳ ἐστιν, ἐκτὸς τῆς Ἰταλίας ὀνομάζει, Ἰάπυγας καλῶν ἔτι δ' ἀνώτερον, Οἰνωτρούς τε καὶ Ἰταλοὺς μόνους ἔφη καλεῖσθαι, τοὺς ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ πρὸς τὸν Σικελικὸν κεκλιμένους πορθμόν· *Antiochus in opere, quod de Italia conscripsit, hanc regionem, ait, Italiam appellatam fuisse, ac de ea se scribere: prius autem dictam fuisse Oenotriam. Terminum autem ei constituit, ad mare quidem Tyrrhenum, quem et nos Bruttiis assignavimus, Laum flumen; ad Siculum autem fretum, Metapontium. Sed Tarentinam regionem, quae continuo agrum Metapontinum subsequitur, extra Italiam sub Japygiae nomine censet. Apud vetustiores autem ait eos tan-*

(*f*) *De Vindelicia cap.* 2. *Holstenius ad Stephanum in ΤΑΥΡΟΣΚΟΙ.* (*g*) Cujus fragmenta, cum versione Holstenii, edita sunt *Tomo* 2. *Stephani Byzantini pag* 376. 377. (*h*) *Strabo lib.* 6. *pag.* 354. 355. (*i*) 1. *Aeneid. vers.* 536. 537. (*k*) *pag.* 254.

tum Oenotros ac Italos fuisse habitos, qui intra Isthmum siti versus fretum vergerent Siculum. Dionysius eadem fere habet *lib.* 1. (*l*) Ἰταλία δὲ ἀνὰ χρόνον ὠνομάσθη, ἐπ' ἀνδρὸς δυνατοῦ, ὄνομα Ἰταλοῦ. τοῦτον δὲ φησὶν Ἀντίοχος ὁ Συρακούσιος ἀγαθὸν καὶ σοφὸν γεγενημένον καὶ τῶν πλησιοχώρων τοὺς μὲν λόγοις ἀναπείθοντα, τοὺς δὲ βίᾳ προσιγνόμενον, ἅπασαν ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι τὴν γῆν, ὅση ἐντὸς ἦν τῶν κόλπων τοῦ τε Ναπητίνου καὶ τοῦ Σκυλητίνου· ἣν δὴ πρώτην κληθῆναι Ἰταλίαν, ἐπὶ τοῦ Ἰταλοῦ· *Italia vero post nominata est sub viro praepotente Italo. Hunc Antiochus Syracusanus ait bonum et sapientem fuisse, et propinquarum regionum hominibus partim oratione persuasis, partim vi coactis, totam eam terram sub imperium suum redegisse, quantae patet Napetinum sinum inter et Scyletinum: eamque primum Italiam vocatam Itali temporibus.* (*m*) Pro Ναπητίνου Glareanus substituit Νεπεσίνου, sed Musis omnibus adversantibus. Strabo, superius allatus, habet per 1, Ναπιτίνον κολπόν. Ex *Napitio* factum est oppidum, quod nunc dicitur *lo Pizzo*, in intimo sinu, haud longe a Vibona.

P. 174 Si quid tentandum est, potius emendaverim Stephani locum in ΛΑΜΗΤΙΝΟΙ, ubi legitur: ΛΙΑΜΗΤΙΝΟΙ, πόλις, ἀπὸ Λαμήτου ποταμοῦ πρὸς Κρότωνα. *Lametini, urbs a Lameto fluvio juxta Crotonem.* Principio enim *Lametini* sunt ipsi cives, ὁ πολίτης, Λαμητῖνος. *Civis, Lametinus.* Urbs igitur Λαμήτια, vel Λαμητεία, ut paulo post ΛΑΜΠΗΤΕΙΑ, πόλις, *Lampetia*, urbs, quam Latini Clampetiam dixere: vel Λάμητος est oppidum, civis Λαμητιος, uti ex Lycophrone et Tzetze notavit Holstenius. (*n*) Deinde, τὸ, πρὸς Κρότωνα fluvium. *Lametia* enim oppidum, unde *Lametini*, situm erat ad ipsos fontes Lameti fluvii in mediterraneis ad radices Apennini; quod recte notavit Vossius, *observationibus ad Melam*; (*o*) tametsi fallitur putans, oppidum dici nunc *Maida*. Hoc enim magis vergit ad meridiem: *Lametia* vero hodie dicitur *Amato*, a cognomine fluvio, qui fere in medium sinum Hipponiatem, sive Napetinum delabitur: quod oppidum aequo fere intervallo jacet inter duo maria, Ausonium, sive Scylletium, et Tyrrhenum; distat vero a Crotone 1. et amplius passum millibus, sive stadiis cccc. Quomodo ergo πρὸς Κρότωνα; potius πρὸς Οὐιβῶνα, *non longe a Vibona*, sive Hipponio, unde sinui nomen. Sed neque hoc verum; nam longe propior Vibonae *Metaurus* fluvius. Erroris causam subodorasse mihi videor, nomina similiter terminantia Lameti, et Neaethi fluviorum. De hoc Plinius *libro* 3. *cap.* 11. *A Lacinio promontorio secundus Europae sinus incipit magno ambitu flexus, et Aeroceraunio Epiri finitur promontorio, a quo abest* LXXV. *millia pass. Oppidum* CROTO, *amnis* NEAETHUS. *Oppidum Thurium inter duos amnes Crathim et Sybarim, ubi fuit urbs eodem nomine.* Νέαιθος etiam dicitur Straboni παρὰ τὸ τὰς ναῦς ἀιθειν, quod Trojanae mulieres post eversum Ilium navigationis taedio navigia ibi incenderunt. Stephano

(*l*) *pag.* 27. (*m*) Ab ipso Cluverio haec verba afferuntur, *Ital. antiq. pag.* 1290. (*n*) *Castigationib. in Stephanum.* (*o*) *Citatus a Berckelio ad Stephanum in* ΛΑΜΗΤΙΝΟΙ.

ἡ Ναύαιθος, in *ΑΣΚΑΝΓΑ.* ic fluvius vere πρὸς Κρότωνα nposuit Stephano, vel ejus Epitomatori.

Ut e diverticulo in viam, Ptolomaeum quoque corrigit Cluverius, *Taurianî* nominis hos: ubi enim inquit ille:

Λάον ποτ. ἐκβολαὶ	*Laï flum. Ostia*
Τέμψα πόλις	*Tempsa urbs*
Ταυριανὸς σκόπελος	*Taurianus scopulus*
Ἱππωνιάτης κόλπος	*Hipponiates sinus.*

gendum contendit Τέμψα πόλις, Τερινάτος σκόπελος. *Id est,* quit, *Ligaea insula, sive Tenia, quae nunc etiam Petra, scopulus Terinaeus, maris recessu relictus in sicco.* Correctionem non improbaverim; sed quaeant in Cluverium verba Hollnii adversus Stephanum Bynitinum in *ΤΕΡΙΝΑ.* Lycophronis *auctoritatem frustra uetendit Stephanus, ut ex oppido insulam nobis effingat. que enim Lycophron insulam e affirmat* (Terinam,) *sed locum maritimum fuisse significat.* Mirum, quod Plinium quoque, et Melam emendare in anum non induxit suum Cluverius. TAVRIANVM, inquit Plinius, *ortus Orestis, et Medua.* (p) mponius autem Mela, (q) ab trema Italia incipiens, *Rhegium, Scylla,* TAVRIANVM *et Meduum.* Forte eadem memorat Stephanus in *ΤΑΥΡΑΝΙΑ,* m inquit: *ΤΑΥΡΑΝΙΑ,* πόλις Ἰταλίας. Ἐθνικὸν Ταυρανίτης, ὡς Πλανετίνος, καὶ Ταυριανός. *Taurania, urbs Italiae. Gentile Tauraninus, ut Placentinus, et Tauranianus.* Quamobrem minus ignoscendum censeo Abrahamo Berkelio, ad hunc locum dicenti: *Quum nulla usquam apud alios Auctores reperiatur Italiae Urbs Taurania, omnino persuasum habeo, scripsisse Stephanum Ταυρασία, Ταυρασίνος, καὶ Ταυρασιανός. Ita etiam Appianus in Hannibalicis nominat: Καὶ μικρὸν ἀναπαύσας, προσέβαλλε Ταυρασία, πόλει Κελτικῇ. Quum aliquantulum quievisset, Taurasiam, Gallicam urbem, bello petiit. Illam nempe, quae postea dicta est Augusta Taurinorum.*

Taurianum Melae, et Plinii (quando *Seminariam* ex ejus ruinis originem duxisse putant (r) Geographi) aberat a loco, ubi nostra tabula reperta est, sexaginta et amplius passuum millibus; duplum ab ostio Sybaris et a Thuriis; tantundem fere a Lao, qui Lucaniam a Bruttiis separat: nec tamen diffiteor, fuisse *Taurianum* in ipso agro *Tauriano,* sive regione *Tauriana* Strabonis, quae a perpetuis jugis montium dicta est, et longe lateque patuit: ita ut a majore Bruttiorum isthmo Rhegium versus progredientibus laeva esset descensus ad *Crotonem, Lacinium* et *Japygum* promontoria, *Scylletium* sinum, *Cocynthum* promontorium, *Locros, Caulonium*; dextera ad *Cerillos, Tempsam, Clampetiam, Napetinum* sive *Hipponiatem* sinum, *Vaticanum* promontorium, *Metaurum, Taurianum, Portum Orestis, Meduam Scyllam.* Huc refer illa Th. Dem-

(p) *lib.* 3. *cap.* 5. (q) *lib.* 2. *cap.* 2. (r) Camillus Pellegrinius *lib.* 2. *Hist. Princip. Longobard. ad oram pag.* 47. adnotavit. *Fuit Tauriana ad mare, ubi nunc* Palma *prope Seminarium.* Incolae tamen existimant, ubi nunc est Palma, fuisse *Portum Orestis.*

pueri *lib.* 4. *Etrur. Regal. cap.* 7. ubi, post allatam Pauli Warnefridi Italiae descriptionem *lib.* 2. *de gest. Longobard. cap.* 14. qui octavo loco ponit Lucaniam, et in ea Rhegium, inquit: *Ascheraz olim dicebatur, docuit ex Flavio Josepho Gabriel Barrius; et ejus incolae* TAVROCISI, *ex Probo Grammatico in vita Virgilii.* Vestigia quaedam veri haec sunt, sed tenebris mirum in modum obsita. Medius itaque inter duo longe dissita extrema, et in ipso umbilico agri *Teurani* fuit locus, (nunc *Tiriolo*, veteribus forte *Numistro*) qui maxime opportunus visus fuit figendae Tabulae nostri Senatusconsulti de Bacchanalibus.

Quum haec typrographis jam tradita essent, operique finem imposuissem, ecce literas a Clar. equite Pio Nicolao Garellio, ex quibus opportune didici, Taurianam Melae et Plinii stetisse exeunte saeculo VI. Gregorius enim Magnus, scribens ad Petrum Subdiaconum, (*s*) inquit: *Venerabilis Paulinus, Episcopus Tauri, Civitatis Provinciae Brutiorum, nobis asseruit*, etc. ubi adnotarunt viri docti: *Varie quoque scribitur hujus civitatis nomen in M. SS. nam in Vaticano legitur* TAVRINAE, *al.* TAVRANAE, *al.* TAVRIANAE. *Urbs olim fuit Episcopalis Brutiorum, eversa a Saracenis inter Rhegium et Hipponium.* Eidem Paulino Ecclesiam Liparitanam regendam dedit Gregorius *Epist.* 17. *lib.* 2. (*t*) subdens: *Ecclesiam vero Taurianensem, quoties opportunum tempus crediderit, visitabis.* De qua re *Epistola* 16. (*u*) ad Maximianum, Syracusanum Episcopum, scribens, inquit: *Quia igitur Ecclesia Liparitana sacerdote privata dignoscitur, ideo Paulinum, Taurianensis Ecclesiae Episcopum, in praedicta Ecclesia Liparitana fraternitas tua sine mora praeesse constituat. Tauriatinensis*, pro *Taurianensis*, in veteribus editionibus legisse videtur Holstenius, (*x*) quem in hac re facem sibi praetuliisse ingenue, pro suo more, indicavit mihi laudatus Garellius.

P. 176

Item Saeculo VII. Etenim Georgius Episcopus Taurianensis subscripsit Actioni IV Concilii Oecumenici VI. Cpolitani III. (*y*) *Γεώργιος ἐλάχιστος ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας Ταυριανῆς ἐπαρχίας Καλαβρίας* etc. *Georgius minimus Episcopus Sanctae Ecclesiae Taurianae provinciae Calabriae.*

Saeculo VIII. Actioni IV. Concilii Nicaeni II. sive Oecumenici VII. (*z*) subscripsit: *Θεόδωρος ἀνάξιος Ἐπίσκοπος Ταυριανῆς* etc. *Theodorus indignus Episcopus Taurianae.* Et paullo ante subscripserat *Στέφανος ἀνάξιος Ἐπίσκοπος Βιβώνων. Stephanus indignus Episcopus Vibonensium.*

Quin saeculo IX. labente adhuc utraque sedes erat sub Metropolitano Rhegiensi, hic sub Constantinopolitano Patriarcha; ut didici ex *Ordine praesidentiae Metropolitanorum, qui suberant Apostolico throno Constantinopolis, et subjectorum eis Episcoporum juxta Dispositionem Leo-*

(*s*) *Epist.* 39. *lib.* 1. *juxta vet Edit epist.* 41. *edit. Paris. anno* 1705. (*t*) *In vet. Edit. epist.* 13. (*u*) *In vet. edit.* 26. (*x*) *Not. ad Ital. antiq. Cluver. edit. Rom. in* 8. *ann.* 1666. *pag.* 299. (*y*) *Tom.* 6. *collect. Labb. pag.* 694. (*z*) *Tom.* 7. *Concil. Labb. pag.* 329.

eonis Imperatoris, cognomen-
Philosophi, apud Leuncla-
um Juris Graeco-Romani li-
o 2. (a) Nempe sub Rhegien-
Episcopo erant Episcopi:

α ὁ Βιβώνης	1	Vibonensis
β ὁ Ταυριάνης	2	Taurianae
γ ὁ Λοκρίδος	3	Locridis
δ ὁ Ρουσιάνου	4	Rusiani
ε ὁ Σκυλακίου	5	Scylacii
ϛ ὁ Τροπαίου	6	Tropaei
ζ ὁ Ἀμαντείας,	7	Amantiae,
etc.		etc.

perasse Leonem Philosophum
Ann. Chr. DCCCLXXXVI. ad
VIII. notissimum est. Ex eadem
ispositione mira lux affulget
atis Gregorii Magni Epistolis.
ngina enim 101. ejusdem Ju-
Graeco-Romani tam Rhe-
ensis, quam Syracusanus Me-
opolitani dicuntur avulsi a Di-
cesi Romana, ἀποσπασθέντες
τῆς Ῥωμαϊκῆς διοικήσεως: et
ulo inferius legitur, Syracu-
no subesse Ecclesiam Lipa-
nsem. Scimus igitur, quam-
rem ad Maximianum Syracu-
num Episcopum scripserit Ro-
nus Pontifex, de Liparitana
clesia a Paulino Taurianensi
genda: necdum enim Rhegien-
, aut Syracusana sedes avul-
e fuerant a Dioecesi, sive
triarchatu Romano; nec Li-
ritanae Ecclesiae Paulinum
eclici insolo Syracusano de-
it.

Saeculo tandem 11. Tauriana
Vibona a Saracenis videntur
sse deletae. Tametsi enim sae-
o 12. Brutios et universam Ca-
riam Barbari vastaverint, (b)
o nihilominus MIX. mense
gusti (inquit Lupus Proto-
ta) apprehenderunt Saraceni
itatem Cosentiam, rupto foe-
e nomine Cayti Sati etc. et

Anno MXX. *descenderunt Saraceni cum Rayce, et obsederunt Bisinianum, et illud apprehenderunt.* Quo tempore, quum potiundae Italiae omnem fere spem abjecissent, vero val. P. de videtur simile, majori rabie 177 in harum regionum minora oppida Barbaros saeviisse. Igitur, Tauriana et Vibona jam vacuis penitusque desertis, optimum facta visum est Rogerio Nortmanno, Calabriae et Siciliae Comiti, si earum sedes Episcopales in unam Miletensem coalescerent: quod a Pontifice Max. Gregorio VII. facile impetravit. Sic enim ille inquit in diplomate ad Arnulphum Episcopum Miletensem: (c) Ἴδε ὅτι αἱ ἐκκλησίαι τῆς Βιβώνης, καὶ τῆς Ταυριανῆς ἐπισκοπῆς, διὰ τὰς πραχθείσας ἁμαρτίας ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων εἰσὶν ἀπαοίκηται, καὶ ὀλεσμέναι. Κἀγὼ Ῥουκέρης θεοῦ χάριτι κόμης Καλαβρίας καὶ Σικελίας πρόνοιᾳ θείᾳ ἡμῖν ἐγγίσασα, ὡς ἐπέγνων, ἠθέλησα ἀυτὰ τὰ δύο καθήκοντα εἰς μίαν ἐκκλησίαν ἀνεγείρειν τοῦ Μιλήτου, καὶ ἀυτὴ ἡ μία ὄντε τῆς Βιβώνης, ὄντε τῆς Ταυριανῆς ὀνομαζέσθαι, ἀλλὰ τοῦ Μιλήτου, ἤν, Θεοῦ ἐυδοκοῦντος, εἰς ὄνομα τῆς θεοτόκου, καὶ τοῦ ὁσίου πατρός ἡμῶν, καὶ ἀρχιερέως Νικολάου πεποίηκα, ταύτην ἕνεκα ἐν τὸ τερεῶσον ἐσήλθον εἰς τὴν προσωπεῖον τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου τοῦ ἐνδόξου κορυφαίου Πέτρου πάπα Γρηγορίου ἑβδόμου. *Quoniam ecclesiae episcopales Bibonae et Taurianae, propter patrata scelera, ab hominibus desertae atque deperditae sunt, et ego Rogerius Dei Gratia Comes Calabriae et Siciliae, annuente nobis divina providentia, ut novi, volui duas has*

(a) pag. 97.
l. lib. 5.
t. ann. 1717. pag. 943. et 944.
(b) Ostiens. lib. 1. cap. 35. Sigon. de regno
(c) Apud Ughell. Ital. Sacr. Tom. 1. edit. Ve-

cathedras in unam Ecclesiam Miletensem redigere, et hanc unam, nec Bibonae, nec Taurianae nomine, sed Miletensem vocare, quam, Deo favente, nomini Dei Genitricis, et Sancti Nicolai Episcopi patris nostri dicavi. Quare hujus rei causa confirmandae petii conspectum Sanctissimi Papae Gregorii septimi, qui gloriosi Apostolorum Principis Petri sedem tenet. Sic olim vertit Nic. Alemannus Vaticanae Bibliothecae praefectus; sed aliud agens. Hoc enim diploma datum est mense Octobri (sine die) Indictione x. anno mundi, juxta computum Graecorum et Syrorum, 6595. (*d*) idest anno aerae vulgaris Christianae 1087. quo anno Victor III. Petri sedem tenebat, defuncto jampridem Gregorio VII. Anno Christi 1085. (*e*) Haec de Tauriana, maritima Brutiorum urbe, in gratiam viri doctissimi dicta sunto.

(*d*) Aera mundi Graecorum et Syrorum Ecclesiastica ab Adam ad Christum anni 5508. inquit Scaliger *de emendat. tempor. lib.* 5. ubi *de Indictione Cpolitana.* (*e*) *Sigon. de regno Ital. lib.* 9.

ANNOTATIONES
VIRORUM DOCTORUM
AD LIVII LIB. XXXIX. CAP. XIX. §. 5.

Quae, quod prolixiores essent, loco suo inseri non potuerunt.

Utique Feceniae Hispalae datio, deminutio, gentis enuptio, tutoris optio item esset, quasi ei vir testamento dedisset. Utique ei ingenuo nubere liceret] Suspicor conditionem libertorum Romae non semper eandem fuisse: nec temeraria levique conjectura impelli videor, ut id credam, cum ex Livio intelligam, nihil eis olim licuisse de suis fortunis dare, nihil diminuere. quod quidem eis postea licuisse, jurisconsultorum auctoritate non injuria quis adfirmaverit. Nam etsi ante, vivo patrono, libertina illum adolescentem Aebutium sua munificentia sustentabat, clam tamen patrono et ignaro, contraque jus libertinae conditionis ista faciebat. hoc certe constat, mortuo patrono jus ei fuisse testandi, tutore a praetore et tribuno petito, in cujus manu esset, et quo auctore testamentum faceret. Decretum igitur dicit Livius fuisse senatusconsulto, ut ei jus esset dandi et diminuendi, hoc est, de suo peculio largiendi et diminuendarum fortunarum; quod non fuisse videtur concessum libertinis, vivo patrono. Itaque, quamquam ejus patronus fato concesserat, vel quia senatus id ignorabat, vel quia mulierem omni jure conditionis libertinae liberatam defunctamque beneficio suo volebant, dationem et diminutionem ei tribuit. Addit Livius, datam etiam ei *gentis enuptionem*, quod interpretor, non ut ei jus esset extra libertinum ordinem nubendi: sed ut aliis, quam libertis sui patroni, aut gentis, ex qua patronus ejus erat; id est, quam libertis gentis illius hominis, cujus erat liberta, nubere jus esset. *Enubere* autem est extra ordinem, aut genus, aut gentem nubere. Livius l. 10. [23.] *Virginiam Auli filiam patriciam, plebejo nuptam L. Volumnio consuli, matronae, quod e Patribus enupsisset, sacris arcuerant.* Datum eidem mulieri senatusconsulto, ut sibi tutorem optaret, quem vellet, utque ei ingenuo nubere liceret. TURNEBUS 30. Advers. 25. Quia Turnebus, hunc locum discutiens, nonnulla perperam exponit, alia omittit, quae necessario erant perpendenda, alia vero diminute explicat, iccirco nos majorem lucem, quoad melius licuerit, Livii dictis interim afferre conabimur. *Dare*, a quo *datio* derivatur, apud Jurisconsultos proprie accipitur, quum dominii translationem significat. §. 14. Instit. de Action. leg. 25. §. fin. D. de Verb. obligat. Ita *dare in solutum* frequens apud eosdem. Sic et *dare* dicitur, qui permutat. l. 76. D. de Verb. signif. Senatus itaque, qui Hi-

spalam ob Bacchanalium scelus detectum praemio afficere voluit, inter caetera ei concessit, ut sua bona in alium transferre posset pro libito; quod antea facere ei non licebat, nec uti mulieri, nec uti libertinae. Nam Romanis moribus priscis mulier sui juris non erat, sed sub perpetua tutela vel patris, vel mariti, aut proximorum, aut tutoris dati a judice; quod Cic. in Orat. pro Muraen. et in Topic. et Boëtius in comment. docuere. Nec etiam uti libertina: nam ex lege XII. tabularum semper erat in tutela patronorum, vel liberorum eorum, vel eorum omnium, ad quos successio bonorum libertorum ab intestato spectare poterat. §. 1. de Success. libert. nam antiquitus ex jure civili erat successionis jus in bonis liberti patronis tantum ex lege XII. tabularum, si is decessisset sine legitimo haerede. Jure praetorio pars dimidia deinde delata bonorum liberti patrono; subinde lege Papia cum filiis liberti patronus in virilem partem vocatus, si sestertium centum millium esset patrimonium. Postea Justinianus, decedentibus sine liberis ab intestato libertis, patronis ex lege XII. tabularum delatam successionem reservavit, succeditque liberto non tantum patronus, sed etiam conjuncti vel proximi patrono usque ad quintum gradum; quod ex dicto tit. de Success. libert. dignoscitur. Nec solum permissa Hispalae *datio*, sed et *diminutio*. Pro *diminutione* autem nequaquam intelligendum de capitis diminutione, de qua passim JCti: quae triplex erat, quia quaelibet ejus species in poenam, non in praemium, dabatur. Quod si per *diminutionem* cum Turnebo interpretemur, quod scilicet posset de peculio fortunarum suarum disponere, erit verbositatis vitium in Livio. Nam si poterat per dationem totum peculium in alium transferre, nonne et tanto magis et ejusdem partem distrahere? Quamobrem quum per *diminutum* apud Jurisperitos intelligi quandoque videam, quod usucaptum est, l. 21. D. de Haeredit. petit. ita et per *datam diminutionem* intelligerem jus usucapionis. Nam sicuti servus non poterat suo nomine usucapere, quia ab alio ipse possideretur, l. 118. D. de Regul. Jur. ita et libertinus, quamvis libertatem adeptus, quum tamen, ut diximus, in perpetua esset tutela patroni, et ad eum bona illius, seu eorum pars spectare posset, ideo videbatur quasi precario possidere, ob idque haud vere usucapere posse. Permissa tertio Hispalae *gentis enuptio*, quod Turnebus interpretatus est, concessum jus, ut posset nubere aliis, quam libertis sui patroni. At, quaeso, quo in loco legit unquam, aut apud quem authorem observavit, libertos ea lege obstrictos, ut non possent nubere extra gentem libertorum patroni, cujus essent liberti? Scio quidem inter capita legis Juliae de maritandis ordinibus fuisse, ut, si liberta ab invito patrono diverteret, alii nubere eo invito non posset. l. 6. §. 3. D. de Jur. patron. at hoc aliud esse, quis non videt? nec ob id concludendum, libertam ea lege arctatam, ut extra patroni libertos matrimonio jungi non posset. Itaque magis mihi alia expositio probatur, nempe, Hispalae datum jus, ut posset nubere extra libertinum ordinem, hoc est, patriciorum genti. Nempe lege Julia, quam Augustus tulit, vel antiquatam emendavit, ex Pauli JCti sententia cautum fuerat, ne libertina senatoris filium nec libertinus senatoris filiam ducerent. Nam senatores ut plurimum ex patricia gente, libertini vero semper plebeji, ex Cic.

n 4. in Catil. Hinc Liv. per in-
tia lib. 4. describit magnum
ertamen Patrum cum plebe de
onnubio Patrum et plebis, re-
ragantibus Patribus, qui sic
ontaminari sanguinem suum,
onfundi jura gentium rebantur.
taque interpretor *enuptionem*
entis permissum Hispalae, id
ii, ei concessum, ut posset, quam-
is libertini generis, nubere ex-
ra gentem libertinam et plebe-
am, hoc est, nobili patricio,
entili scilicet; nam *enubere*
st extra nubere, ex eodem Li-
io, paulo infra [10, 23.] scri-
ente: *Virginiam Auli filiam*
atriciam, plebejo nuptam L.
olumnio consuli, matronae,
uod e Patribus enupsisset, sa-
ris arcuerant. Ita quoque *gens*
roprie de patriciis. Sic Livius
ib. 1. *Dicti Patres majorum*
t minorum gentium, qui a Ro-
nulo et Tarquinio Prisco e pa-
riciorum numero lecti in sena-
u fuere. Sic lib. 38, [58.] *Sci-*
ionem e Cornelia gente dixit.
t lib. 4, [3.] *gentem Claudiam.*
Cic. 1. de Orat. [39.] *Claudiorum*
entem. in orat. pro Flacc. [1.]
Valeriam gentem. in orat. pro
extio *Aeliorum gentem.* Suet.
n Vespas. cap. 1. *gentem Fla-*
iam. Et apud Livium P. De-
ius adversus patricios verba fa-
iens [10, 8.] ait: „*Semper ista*
udita sunt eadem, vos solos
entem habere. Hinc *gentili-*
us nobilium jus, et *gentiles*
gnati in nobili familia eadem,
t Cic. in Orat. [1, 39.] et in
Topic. [6.] Et vulgo nobiles *gen-*
il hominii appellantur, quasi
entis homines. Nec huic nostrae
xplicationi obstat, quod paulo
ost addit Livius, datum scilicet
idem, ut ingenuo nubere lice-
et; nam id ad plebejos etiam
ngenuos referendum, ut scili-
et Hispalae, quamvis serva na-
a et ancillula esset, etiamsi post-
a manumissa, et quae ob id
non poterat ingenuo nubere, per-
missum, ut id facere liceret. Subdit Livius, eidem datam *tutoris optionem*, *quasi ei vir testamento dedisset*; quorum verborum interpretationem Turnebus omisit, ego sic exponenda censeo, datum scilicet Hispalae jus, quamvis libertina esset, testandi, et sibi assumendi tutorem, cum antea testamentum condere non potuisset, nisi post mortem patroni, quia in nullius manu erat, tutore a tribunis et praetore petito; quod clare paulo antea scribit Livius, ubi de Acbutio haerede instituto ab Hispala verba facit. *Virum* enim *bonum* apud Juristas dictum *judicem* notat glossa in c. potuit. in vers. celeri, ad fin. de loca. l. 137. §. 2. D. de Verb. obligat. et nomen *viri* saepe est dignitatis: refertur enim ad virtutem, vimque animi et corporis. l. 1. C. de Dignitat. ita ut per *virum* intellexerit Livius judicem, vel magistratum aliquem, puta tribunum, praesidem, vel praetorem, qui tutorem dare posset valide testamento condendo: sic enim expono verba illa, *quasi vir ei testamento dedisset*, hoc est, quasi judex, seu praetor tribunusve testamento ei dedisset, id est, tutorem ei dedisset, ut testamento valide haeredem sibi instituere posset. Quorum certe explicatio etsi genuina mihi videtur, addo tamen et aliam conjecturalem. *Viri* appellatione maritum nuncupari, manifestum est; hunc vero ab uxore et *dominum* vocatum, colligimus non solum ex ethnicorum monumentis, sed et ex sacris paginis. Sara Abraham virum suum *dominum* vocat Genes. cap. 18. Ita et Bersabea Davidem 3. Regum cap. 1. idem et Judicum cap. 19. observamus. quod pariter confirmant D. Petrus 1. Ep. Canon. cap. 3. et D. Chrysostomus in Epist. 1. ad Corinth. Homil. 2. et Clemens libr. Recognit. 9.

cap. ult. et Jacobus de Voragine, ubi de Diva Natalia, D. Adrianum maritum suum *dominum* appellante. Apud JCtos *dominum* aliquando accipi pro marito observamus. Ita Imper. Diocletianus l. 8. C. d. Inoffic. donat. ibi *consentiente domino, dominum* accipit pro marito, ut notat Salyc. Ita et in l. 57. uti notat Baldus, D. de Donat. inter vir. et ux. l. 88. §. 2. D. d. Legat. sec. l. 41. §. 4. D. de Legat. tert. Et Virg. lib. Aeneid. 4, [213.]

— — *connubia nostra*
Repulit, ac dominum Aenean in regna recepit.

Ovidius Ep. 20. Her. [149.]

Elige de vacuis, quam non sibi vindicet alter.
Si nescis, dominum res habet ista suum.

Et Lucretia lib. 2. Fast. [745.] de marito loquens ait:

Mittenda est domino (nunc nunc properate puellae)
Quam primum nostra facta lucerna manu.

Apud Plutarch. in libello de Claris mulieribus [de virtut. Mulier. p. 251.] Timoleontis uxor captiva Aristotimi cum aliis mulieribus, suum et illarum maritos dominos appellat. Idem Plutarch. in libro cui titulus In Principe requiri doctrinam [ad Principem indoctum pag. 780.] Persarum regem uxores sane dominum appellant. Itaque sicuti mulieres viros suos olim dominos appellavere, ita et e converso dominos libertorum vocari posse *viros*, non inconvenit; sicque hoc loco Livium *virum* accipere pro domino et patrono; ita ut sit sensus, permissum Hispalae optionem tutoris, ac si dominus testamento id dedisset, et libertae non habenti facultatem, scilicet sibi eligendi tutorem. Nam liberti, mortuo patrono, tenebantur petere tutorem filiis illius l. 2. §. 1. D. et l. 2. C. Qui petant tutor. MARC. DONATUS. Ex vet. lib. legendum, *tutoris optio ita esset, quasi ei vir testamento dedisset.* URSINUS. Vet. ed. *tutoris optio ita esset.* quod etiam prodidit Ursinus. GEBHARDUS. Veros sensus horum verborum peto a Turnebo. Cui quia se opposuit Gutherius lib. 2. de Jur. Pontif. 7. tempus est, ut illius rationes examinemus. Caussatur *dationem* et *diminutionem* verba esse generalia, quae sine adjectione alicujus speciei non intelligantur: sic *dationem dotis* dici, et *dationem legum*, et *dationem in adoptionem*; sic *deminutionem capitis, corporis, legatorum, patrimoniorum.* Immo verba generalia significant generaliter; sed ex subjecta materia, quid angustius velint, haud difficulter colligitur: neque alia indigent temperatione, quam ut in re certa et minus late patenti adhibeantur. Notum est *dare* in genere jurisconsultis esse per traditionem dominium transferre. l. 75. π. ult. D. de V. O. Non possumus autem transferre dominium, nisi quod ipsi habemus; nisi earum rerum, quae sunt nostrae. Cui ergo permittitur in genere *datio*, ei conceditur, ut eorum, quae sunt ejus, nemine vi juris aut potestatis aut patronatus intercedente, dominum facere alium traditione liceat: praesertim si constet, ejus antea conditionem statumve illum fuisse, ut hanc facultatem liberam satis non habuerit. Quare neque de alia re, quam de bonis sive peculio Hispalae, exaudiri potest illa *datio*, neque, *diminutio* cujus sit, jam ignorari necesse est. Tradendo enim alteri minuimus nostra: atque ea vox illustrandae et dilatandae prioris caussa additur. At inprimis huic interpretationi obstare putat Gutherius, quod *tutoris optio* eidem Hispalae detur: si enim potestas

alienandi permissa est, cur postea tutoris optio data, et auctoritas imaginaria adjecta? Atqui numquam fuit propositum senatui, Hispalam eximere numero mulierum, aut talia ei jura dare, qualia viris tantum civibus, neque omnibus, nedum sequiori sexui, convenicbant. Cato apud nostrum lib. 34, [2.] *majores* ait, *nullam, ne privatam quidem, rem agere foeminas sine auctore voluisse:* idcirco illis, quae in manu parentum aut virorum non essent, tutoris auctoritas necessaria erat in his rebus, *si lege, aut judicio agerent, si se obligarent, si civile negotium gererent,* Ulpianus tit. 2. Instit. Non igitur propterea negandum est, dationem diminutionem suorum bonorum datam esse mulieri, quia tutor addandum diminuendum adhibendus est. Neque enim intelligitur ei facultas alia permissa, quam quae legibus Romanis ingenuae foeminae, quae nullius in manu erat, competebat. Itaque totum hoc opponitur libertinae conditioni, quibus, superstite patrono, id concessum omnibus non fuisse, minus autem mulieri, recte sentit Turnebus. Nam et post edictum praetoris, quo jus patronorum in liberos temperamentum accepit, patrono remansit actio operarum et alimentorum et societatis bonorum nomine, si id in poenam ingrati animi repigisset patronus: (satis autem credibile est, quemque, ut maxime potuit, in futurum sibi cavisse) et morientium sine liberis ab intestato patronus haeres erat, contraque testamentum, quo liberi haeredes instituti non essent, bonorum possessionem a praetore accipiebat. Neque obest, quod mortuo patrono nec in manu illius erat Hispala, et, tutore ab tribunis ac praetore petito, jam testamentum fecerat. Nam hoc casu non abolebatur macula libertinae conditionis: eoque cautum est hoc senatusconsulto, ut, quod ante jus erat acquisitum Hispalae per mortem patroni, cum maneret libertini ordinis, id jam ei competeret jure privilegii, quo ingenuis aequabatur, tamquam mulieri, quae mortuo viro in nullius potestate esset. Nunc et Gutherii somnium cognoscamus. Ille vocem *gentis* aptat *dationi, diminutioni,* et *dationem gentis* interpretatur *gentilitatem*, quasi esset ab ingenuis oriunda: concedi ingenuitatem illi, ut desineret esse libertina. Quia vero sic *deminutio gentis* intelligi non potest, transit inde ad aliud; nempe ut non modo ingenuitatem, sed novo more patriciam gentem Hispalae dederit populus Romanus: dederit etiam, ut eam gentem minuere, hoc est, plebejo in adoptionem se dare posset. Quin et hoc exemplo refutat Cujacium, negantem foeminas sui juris legibus Romanis adrogari potuisse, quod nulla cum foeminis fuerit comitiorum communio. Hispalae exemplum, inquit, hanc opinionem evertit, cui repugnat textus Ulpiani tit. de Adoption. *nam foeminae quidem non adrogant*, (emendavit Cujacius *non adrogantur*) *quia liberos in potestate non habent.* Ratio legis perspicua, quae minus apta esset, si legeretur cum Cujacio *non adrogantur.* Sic ille et pluribus in hanc mentem. Principio advertendum, Latini sermonis consuetudinem non ferre, ut dicimus, *gentis dationem esse alicui*, hoc significatu, gentem datam esse alicui: non secus ac, *factionem testamenti esse alicui,* non potest explicari, factum ei testamentum esse. Sed ut hoc est, potestatem alicui esse testamenti faciundi, ita illud Latine foret, potestatem alicui dandae gentis esse. Quae potestas aut facultas non dabatur singu-

lari lege, sed erat omnium civium Romanorum, immo liberorum hominum: neque admodum bene haec phrasis de muliere enunciatur. Absurdum est dictu, libertae decreto senatus *dari gentem* etiam Latino sensu: nam eo ipso, quod manumissa erat, habebat gentem patroni: sed *gentem dare* esse dare ingenuitatem, esse deinde in patricios referre, multo minus potest probari. Absurdum est etiam, cum dicitur *datio gentis* voce posteriore significari ingenuitatem, cum intelligitur eadem ad sequens *deminutio*, gentem patriciam denotari. Inauditum prorsus est, foeminas in Patres relatas, aut decreto senatus gentem patriciam accepisse. Quae vero est illa gens patricia? Feceniane, an Hispala? an in Claudiam, Fabiam, Cornelium, aut in similem transiit. Adoptione in Liviam, mox Juliam familiam transiit uxor Augusti: arrogari, ut vere veramque ob rationem Cujacius, non poterant foeminae. Adde Gellium 5, 19. Itaque recte emendat π.4. tit. de Adoption. apud Ulpianum: *Per praetorem vel praesidem provinciae adoptari tam masculi, quam foeminae possunt. Per populum vero Romanum foeminae quidem non arrogantur: pupilli antea quidem non poterant arrogari; nunc autem possunt ex constitutionibus Divi Antonini.* Totum hoc capitulum conceptum est de illis, qui adoptantur; non de illis, qui adoptant. Locum autem omnino non habere, quod est vulgo, *arrogant*, perspicuum est ex π. 8. ejusdem tituli. *Foeminae vero neutro modo possunt adoptare, quoniam nec naturales liberos in potestate habent.* Sic fuit jure antiquo, nec inficiante Justiniano. Quum hoc tam mox docturus esset Ulpianus, quam bene monuisset ante paucos versus de arrogatione. Nam si audias: *per populum Romanum foeminae non arrogant*, intelliges utique posse igitur adoptare. Ergo illudit sibi Gutherius verba Ulpiani sic recitando, *foeminae quidem non arrogant, quia liberos in potestate non habent:* indeque argumentando: ratio haec minus esset apta, si legeretur cum Cujacio *non arrogantur*. Non est enim ea ratio istorum, de quibus dubitatur, verborum Ulpiani, neque hic in Ulpiani contextu inseritur, sed inferius, ubi neutro modo posse adoptare foeminas semel dicit. Illud quoque considerandum, minime conveniens esse, ut libertae, quae corpore quaestum fecerat, gens patricia, alteri indici Aebutio, certe libere nato et civi, tantum decernatur, ut ei emerita stipendia sint, neque invitus militet, neve censor ei equum publicum assignet. Frustra inducitur verbo *enuptionis*, quia est apud Livium *enubere e Patribus*. Quid enim opus hanc potestatem dare, quum post legem Canulejam de connubio Patrum et plebis cuivis patriciarum virginum liceret voluntate parentum, aut quorum in potestate erant, plebejo nubere? quem nodum facit ipse sibi, nec tamen solvit Gutherius. Ita quidque solvi, ait, ut est colligatum, ex regula juris: patriciam factam lege Curiata Hispalam; eadem lege e patriciis exire permitti illi debuisse. Ergo quae gentes post acceptam Canulejam legem in Patres sunt lectae, ex iis foeminam, nisi nova lectione, enubere non quivisse putandum est: lectione enim facti erant patricii omnes illius gentis: ergo et lectione enubendum habuit virgo, quia ita quid solvitur, ut est colligatum. Ridicula sunt haec et plena joci. Cui novus ordo datur, ei utique commune jus omnium ejus ordinis simul acquiritur. Sed et privilegia stri-

cte ait interpretanda: nempe ne extendantur ultra concessum favorem: interim quemlibet favori pro se introducto posse renunciare, nota regula est. M. Anacus in Excerptis [lib. 1. controv. 8.] *Quidquid honoris nomine datur, in utramque partem licet: alioquin desinit praemium esse, cui necessitas injungitur.* Gens libertorum non erat alia, quam patroni, a quo nomen accipiebant, et ejusdem gentis novam familiam humiliorem ordiebantur. Sic *Tullius Tiro*, sic *Pompeja Macrina*, descendens a Theophane liberto magni Pompeji: sic plures alii. In his mirum non est, moribus introductum fuisse, ut ex auctoritate patroni ejusdem gentis liberti ducerent uxores, libertae uberent, atque ab eodem patrono illi manumissae, hae manumissis. M. Porcius Cato clientem habuit scribam Salonium, cujus filia ducta Catonem Salonium genuit. Quum illum appellaret, rogaretque, an filiam locasset, respondit Salonius: ἐ οὐδὲ μέλλεις, μὴ πρότερον ἐμοὶ κοινωσάμενος. Porgente Catone, nosse illi se generum idoneum, modo ne displiceret aetas, ultro rogavit alter, ταῦτα ποιεῖν ἐμοὶ, καὶ διδόναι τὴν κόρην, ᾗ προαιρεῖται, πεπεισμένον οὖσαν ἐμοῦ καὶ δεομένου τῆς ἐπείνου κηδεμονίας, ut apud Plutarch. [in Cat. maj. pag. 350.] Qui ne de liberis quibus, quos in potestate habebant, scio patronus consulerent, illi se maritandis illum auctorem fernere essent ausi? Nec leve argumentum ejus rei praebet Tacitus lib. 6. Ann. [18.] Ubi quum Pompejam Macrinam et maritum ejus Argolicum, socerum Laconem, patrem item fratresque appellasset, subjungit: *Datum et crimini, quod Theophanem libertum eorum Cn. Magnus inter intimos habuisset.* Communis omnium proavus Theophanes, quia ex eadem gente personae junctae connubiis. Recte ergo Turnebus gentis enuptionem concessam hoc significare sentit, ut aliis, quam libertis sui patroni, aut libertis gentis illius, cujus erat liberta, ei nubere liceret. Et ea propter additur insuper: *utique ei ingenuo nubere liceret*: quod scilicet illis verbis non erat satis expressum. In caeteris ibidem nihilo felicior Gutherius. Ut quum in oratione D. Marci, qua cavetur, *ut, si senatoris filia libertino nupsisset, nec nuptiae essent* l. 16. de Ritu Nupt. lego audaciter, inquit, *enupsisset*. Vero, audaciter. Nam *enubere alicui* non facile usquam inveniet; sed *enubere ex gente, ex ordine suo.* Lib. 26, [34.] etiam *enupsisse* dicuntur, quae nubendo e domo paterna in alienam domum transierunt: ut e contrario *innubere*. Ut cum legem curiatam de Hispalae patriciatu latam fingit: nam quia Livius refert, consules cum tribunis plebis egisse, ut ad plebem ferrent, credibilius utique est, tributis comitiis de praemiis utriusque indicis actum, et plebiscitum ex auctoritate senatus factum. Superat omnem admirationem, quod libertos patriciorum, quia accepto nomine gentilis patriciorum dicebantur, patricios tradit factos, et ut numerarentur inter patricios pulchri isti liberti, lege curiata opus fuisse, quae vere gentem daret. Haec piget refutare: et tamen radiant in eo scripto, quo ab inferis quasi revocatam dignitatem morientis critices judicat vir magni nominis ad hunc ipsum auctorem. J. FR. GRONOVIUS. Omnia Gutherii argumenta absurditatum plena esse, judicat etiam Graevius tom. 4. Thes. antiq. Rom. Sed Gronovium in iis, quae hic de Theophane et matrimoniis clientum,

non sine consensu patronorum contrahendis, scribit, aliquid humani passum contendit Fabrett. Inscr. cap. 6. pag. 478. Quod de tutoris optione dicit Livius, explicant JCti apud Clariss. Ottonem in differt. de Perpet. femin. tut. §. 16. Adde viros Celeberr. Schulting. ad Ulpiani tit. 11. §. 18. et Heinecc. ad L. Jul. et Pap. Popp. lib. 2. cap. 11. Quod ad ultima verba adtinet, si non licuit mulieribus libertinis nubere ingenuis, consequens est, neque ingenuis licuisse ducere uxores libertinas. Utrum autem hoc moribus, an legibus non licuerit, non satis exploratum est. Non scio a quoquam legem indicatam, quae id prohibuerit. Nec JCtis doctissimis, quorum accurata diligentia et eximia eruditione capita legis Juliae et Papiae Poppaeae illustrata sunt, de ea, quantum ex scriptis eorum animadvertere potui, quidquam innotuisse video. Sunt viri Juris et antiquitatis Romanae peritissimi, qui putent, omnes ordines civium Romanorum ultro et veluti ex compacto a libertinarum nuptiis abstinuisse. Sed me, ut legibus prohibitas fuisse credam, cum alia, tum haec duo praecipue movent. Primum certum est, civibus Romanis non licuisse uxores habere peregrinas, nisi cum quibus lege connubium erat, et, si quis aliam duxisset, eas justas nuptias non fuisse. Jam si civibus lege interdicebatur quarumcumque aliarum, etiam ingenuarum, ac domi nobilium, peregrinarum nuptiis, quod sanguinem civilem cum peregrino misceri non volebant Romani, utique probabile est, eos non minore cura populum Romanum incorruptum ab omni colluvione servilis sanguinis servare voluisse, et lege cavisse, ne ingenuis libertinas uxores ducere liceret. Deinde Dio his nuptiis ante Augustum poenam positam fuisse, et, quae ea fuerit, non obscure significat. Nam lib. 54. pag. 531. scribit, Augustum omnibus, qui vellent, (*omnibus ingenuis* interpretatur Celsus l. 23. D. de Ritu nupt.) exceptis senatoribus, *permisisse* libertinas uxores ducere, et *liberos eorum legitimos esse* jussisse. et lib. 56, 577. omnibus, qui libertinarum amore aut consuetudine tenerentur, earum matrimonia *concessisse*, ut id *lege* facere possent. Hinc non absurde existimari potest, ante legem Augusti neque ingenuo lege licuisse nuptias cum libertina contrahere, neque liberos ex conjunctione eorum natos legitimos fuisse. Frustra enim diceret Augustus, haec sua demum lege concessa fuisse, nisi et illae ante legibus non permissae, id est, prohibitae, et hi non legitimi fuissent. Haec poena autem, quantumvis turpes communi omnium ordinum existimatione habitae fuerint hae nuptiae, iis tacito consensu civium constitui non potuit. DUKERUS. „Per haec, inquit Doujatius, existimabatur Hispala mulier libertina jure patronatus, ita ut ei in „posterum concederetur libertas „alienandi res suas, et patrimonium diminuendi, auctore tutore, quem sibi ipsa elegisset." Atqui jamdiu solutam fuisse jure patronatus, et Atilianum tutorem a tribunis et praetore accepisse Feceniam, docet Livius [c. 9.] *Ut post mortem patroni, QUIA IN NULLIUS MANU ERAT, tutore a tribunis et praetore petito, quum testamentum faceret*, etc. Per mortem igitur patroni, fortasse sine liberis, exemta fuerat jure patronatus, nactaque liberam bonorum administrationem, testamentique factionem. Quare id tantum consecuta est beneficio senatus, ut ei liceret habere tutorem, quem vellet, tutela mulie-

bri, non pupillari, et nubere non modo extra familiam patroni, verum etiam ingenuo. Anno igitur ab V. C. DLXVIII. haud licebat ingenuo libertinam ducere, praesertim quae corpore quaestum fecisset. Licuit postea, exceptis senatoribus liberisque eorum, per legem Juliam et Papiam Poppaeam, quae lata est A. V. DCCLXII. M. Papio Mulo, Q. Poppaeo Secundo consulibus, testibus Dione lib. 56, 578. et Cajo JCto l. 23. D. de Ritu nupt. cujus verba sunt: *Lege Papia cavetur, omnibus ingenuis, praeter senatores eorumque liberos, libertinam uxorem habere licere.* non tamen lenam neque a lenone manumissam, vel quae artem ludicram fecisset, vel judicio publico damnatam, aut in adulterio deprehensam. Ulpian. in Fragm. tit. 13. *Ceteri autem ingenui prohibentur ducere lenam, a lenone lenave manumissam, et in adulterio deprehensam, et judicio publico damnatam, et quae artem ludicram fecerit.* Vide Jac. Gothofr. ad L. Juliam de Maritandis ordinibus pag. 27. et 314. Igitur nec eam, quae corpore quaestum fecisset, si severitatem ejus temporis, quo senatusconsultum factum est, inspiciamus. Datum est igitur Feceniae, propter egregia in rempublicam merita, ut ei ingenuo nubere liceret; utique eam uxorem ducere ingenuo fraudi ignominiaeve non esset. *Nubere* autem sic accipiendum est, ut justa uxor per in manus conventionem jure Quiritium viro ingenuo fieret Fecenia; nam quo minus uxoris loco domi haberi posset, nullis legibus, ut puto, prohibebatur. MATT. AEGYPTIUS ad SCtum de Bacchan. pag. 136. Illis, quae viri docti inlustrando huic loco contulerunt, nihil est, quod addam, nisi Celeberr. Burm. ad Vell. Paterc. 2, 18, 3. Fabretto adsentiri in eo, quod ipsum in Gronovio carpsisse monuit ad hunc loc. Clariss. Dukerus.

EXCERPTUM

EX

PETRI LAMBECII

BIBLIOTHECA VINDOBONENSI,

Lib. II. Cap. VIII. pag. 943.

DE ANTIQUISSIMO LIVII CODICE MSTO,

Ex quo ejus liber XLI. et seqq. editi sunt.

Volumen *membranaceum* in *quarto majori*, ante *mille* et *aliquot centum* annos totum *majusculis literis*, et quidem antiquissimo more, sine ulla singularum vocum *distinctione* exaratum, eamque ob rem etiam doctissimis et in veterum Codicum MStorum tractatione exercitatissimis Viris lectu difficillimum, quo continentur *Historiae Romanae TITI LIVII Libri quinque*, qui propter aliorum olim sequentium defectum nunc sunt *ultimi*, nempe 41, 42, 43, 44, et 45. Est autem hoc ipsum authenticum Exemplar MStum, ex quo *Simon Grynaeus* jam memoratos *quinque* Libros A. 1531. Basileae typis Frobenianis primus in lucem edidit cum *Desiderii Erasmi Roterodami* Praefatione ad *Carolum Montiojum*, in qua ejusdem archetypi vetustatem depraedicat his verbis: *TITVS LIVIVS, Latinae Historiae Princeps, jam quidem frequenter excusus est, sed nunquam ante hac vel magnificentius vel emendatius; et, si hoc parum est, QVINQVE libris modo* (a) *repertis auctus: quos bono quodam genio in Bibliotheca Monasterii* (b) *Laurissemi, aut, ut vulgo,* (c) *Lorsensis, reperit SIMON GRYNAEVS, Vir, ut in omni genere literarum citra supercilium eruditus, ita provehendis liberalibus studiis natus. Id autem Monasterium est e regione Wormaciae, sive* (d) *Berbethomagi trans Rhenum a* (e) *Carolo Magno septingentis abhinc annis et eo*

(a) Scripsit *Erasmus* epistolam illam dedicatoriam apud Friburgam Brisgojae Calendis Martii A. 1531. (b) Imo *Laurisheimensis*. (c) Imo *Lorsch*. (d) Imo *Borbetomagi*. Sic enim apud *Ptolemaeum* Geograph. lib. 2. cap. 9. legitur *Βορβητόμαγος*. Ex *Borbetomagus* autem initio per syncopen factum est *Bormagus*, deinde vero per mutationem *B* in *W Wormagus* et tandem *Worms*, quod nomen vulgo nunc in usu est. (e) Imo a *Cancore*, comite Pagi Rhenensis, sive Rhingoviae, et matre ipsius *Williswinda*, anno duodecimo Regni *Pipini*, patris *Caroli Magni*.

amplius extructum, ac librorum copiosissima supellectile instructum. Nam haec olim praecipua cura Principum fuit, et hic solet esse charissimus Coenobiorum thesaurus. Archetypum erat admirandae vetustatis, prisco more perpetua literarum serie ita depictum, ut difficillimum fuerit verbum a verbo dirimere, nisi docto, attento, et in hoc ipsum exercitato. Unde non parum negotii fuit in parando exemplari, quod typographicis operis traderetur utendum: nec minore cura, quam fide, advigilatum est, ne (f) *usquam in describendo ab archetypo recederetur.* Haec *Erasmus.* Ubi quidem id, quod de *admiranda vetustate* et *difficillima lectione* Codicis istius *Liviani* refert, omnino verum est, et cuivis etiam nunc pro lubitu licet cernere; quae praeterea autem addit de *Monasterio*, in quo idem Codex a *Grynaeo* repertus est, et de *editione Basileensi Frobeniana*, qua quinque ultimi libri *primum* publice exhibiti sunt, ea caute legenda, neque absque animadversionibus praetereunda sunt. Quod primum enim ad *nomen* istius Monasterii attinet, vocatur illud perperam (g) *Laurissenum*, et *Lorse*, revera autem appellandum est (h) *Laurisheimum* sive *Laurishaimum*, vel, secundum corruptam vulgi consuetudinem, (i) *Lorsch*. Secundo falsum est, Monasterium illud esse fundatum ab *Imp. Carolo Magno*. Certe enim constat ex antiquis, quae etiam nunc supersunt, Diplomatibus, fundationem illius deberi (k) *CANCORI Comiti Pagi Rhenensis* sive Rhingoviae, et matri ipsius *WILLISWINDAE* anno Christi *septingentesimo sexagesimo quarto*, *Pipini* autem Regis Francorum *duodecimo*. Tertio etiam notandum est, quamvis *Simon Grynaeus* in adornanda supra memorata *quinque* librorum Livianorum editione magnam adhibuerit diligentiam, valde tamen necessarium esse, ut illa editio cum ipso authentico MSto adhuc semel a capite ad calcem attentissime accuratissime-

(f) Contrarium apparet ex collatione ipsius Archetypi. (g) Legitur quidem etiam apud *Joan. Trithemium* in Chronico *Sponheimensi* ad annum 1232. *Laurissa*, sed errorem hunc agnoscit ipse, et corrigit in Chronico *Hirsaugiensi*, utpote ubi ad eundem jam memoratum annum 1232. idem *Monasterium* recte vocat *Laurishaimense*. (h) Vide ipsum antiquum *Chronicon Laurisheimense*, a *Marquardo Frehero* editum tomo primo Scriptorum rerum Germanicarum: ubi tamen, pro *Laurisheim* sive *Laurishaim*, aliquoties corrupte legitur *Lauresham*. Graviter etiam errat *Gabriel Bucelinus*, dum in Nomenclatura Monasteriorum Germaniae ex *unico* Monasterio *Laurisheim* facit *quatuor* diversa Monasteria, nempe *Lauresheim*, *Lauriscum*, *Laurissam*, et *Larissam* sive *Tarissam*, quorum *tria* posteriora in rerum natura nunquam exstiterunt, sed mere fictitia sunt. (i) Ex *Laurisheim* videlicet sive *Laurishaim* initio per mutationem *au* in *o* factum est *Lorisheim*, deinde autem *Lorish* seu *Lorisch*, et tandem *Lorsch*. (k) Vide supra citatum antiquum *Chronicon Laurisheimense*, a *Frehero* editum, in principio, ubi Diplomata duo *Cancoris* et *Williswindae* de fundatione istius Monasterii etiam nunc exstant integra. Consule etiam *Joannis Trithemii* Chronicon *Hirsaugiense* ad an. 1232.

que conferatur. Superest enim profecto non mediocre *variantium lectionum spicilegium*, quod alias summa industria et fide a me exhibebitur in peculiari quadam Dissertatione de *duodecim Codicibus MStis Historiae Romanae TITI LIVII*, qui una cum *triginta duabus* ejusdem Historiae *primariis editionibus impressis* in *Augustissima Bibliotheca Caesarea adservantur*. Ut interim tamen ex qualicunque specimine appareat, me nec *Erasmo*, nec *Grynaeo* fecisse injuriam, lubet hic mihi in antecessum inserere *unum* duntaxat notabilem locum, cujus vera et genuina lectio desideratur in omnibus hactenus impressis editionibus. Is igitur in *Simonis Grynaei* prima editione Basileensi legitur hoc modo [lib. 41. cap. 9.] *Ad legem et edictum* (*l*) *COS.* (*m*) *SC. adjectum est: ut Dictator*, (*n*) *COS. Interrex, Censor*, (*o*) *Pr., qui nunc esset apud FORVM, quem manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut jusjurandum daret: qui eum manumitteret, civitatis mutandae causa non mittere: qui id non juraret, eum manumittendum non censuerunt. Haec in posterum causa jurisque dictio C. Claudio COS. decreta est.* Nemo certe non videt primo intuitu, verba haec, *qui nunc esset apud FORVM, quem manumitteretur*, non bene cohaerere, sed sine dubio mendosa esse; ideoque primus omnium *Carolus Sigonius* ea non solum emendare conatus est, verum etiam emendationem suam conjecturalem ipsi editionum suarum Venetarum contextui inseruit hoc modo: *Ad legem, et edictum Consulis* (*p*) *adjectum est, ut Dictator, Consul, Interrex, Censor, Praetor, qui nunc essent apud FORVM, darent operam, qui manumitteretur, in libertatem vindicaretur, jusjurandum daret: qui eum manumitteret, civitatis mutandae causa manu non mittere; qui id non juraret, eum manumittendum non censuerunt.* Secundus, qui ejusdem loci correctionem tentavit, est vetus amicus meus V. CL. *Joannes Fredericus Gronovius*, qui in ultima editione *Liviana*, quam cum *suis* et *Variorum* Notis Amstelodami typis Elzevirianis A. 1665. tribus Tomis in 8vo publicavit, supra memorata verba exhibet hoc modo: *Ad legem et edictum Consulis Senatusconsultum adjectum est: ut Dictator, Consul, Interrex, Censor, Praetor, qui nunc esset apud FORVM*, (*q*) ***, *quem manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut jusjurandum daret: qui eum manumitteret, civitatis mutandae causa non mittere: qui id non juraret, eum manumittendum non censuerunt.* Et sic quidem ille locus ibi legitur in ipso contextu: in margine autem annotavit idem supra laudatus doctissimus (*r*) *Gronovius*, videri sibi legendum esse: *Ut Dictator, Consul, Censor, Praetor, qui TVNC esset apud FORVM, quem MANVMITTERENT, in libertatem vindicaretur, SI jusjurandum daret*, etc. Ve-

(*l*) Hoc est, *Consulis*. (*m*) Hoc est, *Senatusconsultum*. (*n*) *Consul*. (*o*) *Praetor*. (*p*) Perperam hic omittitur vox *Senatusconsultum*. (*q*) Ili tres *asterisci* sine dubio hic collocati sunt, ut significent, locum hunc videri mutilum. Sed revera nihil deest. (*r*) Vide etiam ejusdem CL. *Gronovii* Notas ad *T. Livii* Libros superstites, Lugd. Batav. typ. Elzevir. A. 1645. in 12mo separatim editas pag. 670.

rum enim vero, quoniam ne hoc quidem remedium sanando illi loco sufficit, necesse est, ut recurramus ad ipsum *archetypum Exemplar*, ubi eum ita scriptum reperi, uti hic ponitur ante oculos:

ADLEGEMETEDIC TVMCONS. SC. ADIECTVMESTVTDICTATOR CONS. INTERREXCENS ORPR. QVINVNCESSETAPVTEORVMQVEMMANVMITTERETVRINLIBERTATEMVINDICARETVRVTIVSIVRANDVMDARETQVIEVMMANVMITTERECIVITATISMVLTANDAECAVSAMANVNONMITTERENQVIDNONIVRARECVMMANVMITTENDVMCONCENSVERVNTHAECINPOSTERVMCAVSAIVSIQVEEDICTOC. CLAVDICONS. CLAVDIODECRETAST.

oc est: *Ad legem et edictum onsulis* (s) *Senatusconsultum adjectum est, ut Dictator, Consul, Interrex, Censor, Praetor, qui* (t) *nunc esset,* (v) *aput EORVM quem* (x) *manumitteretur in libertatem vindicaretur* (y) *ut jusjurandum daret, qui eum* (z) *manumittere, civitatis* (a) *multandae causa manu non mittere* (b) *n qui id non* (c) *jurare, eum manumittendum non censuerunt. Haec in posterum causa* (d) *jussique edicto C. Claudii Consulis Claudio decreta est.* Hinc igitur patet, Simonem Grynaeum pro *EORVM* perperam legisse *FORVM* et hanc vocem a sequenti pronomine relativo *QVEM* per interpositum comma minus recte separasse, cum tamen illud revera ad praecedentem genitivum *EORVM* pertineat. Veram ergo et genuinam istius loci lectionem existimo esse hanc: *Ad legem et edictum Consulis Senatusconsultum adjectum est: ut Dictator, Consul, Interrex, Censor, Praetor,* (e) *qui* (f)

(s) Haec vox abbreviata *S. C.* sive *Senatusconsultum*, perperam in editionibus Caroli Sigonii omissa est. (t) Hoc adverbium *nunc* non est mutandum in *tunc*. Retinuit enim illud Livius de industria, ut ostenderet, in ipso Senatusconsulto scriptum esse, *QVI NVNC EST*. Vide Barnabae Brissonii librum secundum de Formulis et solennibus Populi Romani verbis, pag. 157. et 158. editionis Paris. anno 1583. in folio, ubi antiquam legem de *Viatoribus* exhibet. (u) Ita ibi mendose scriptum est, nempe *APVT* pro *APVD*. (x) Videtur hic deesse pronomen *QVIS* pro aliquis. (y) Hic sine dubio desunt verba *PERAM DARET*, quae librarii negligentia omissa sunt propter paullo post sequentem repetitionem verbi *DARET*.

(z) Ita ibi mendose scriptum est, nempe *MANVMITTERE*, pro *MANVMITTERET*. (a) Ita ibi mendose scriptum est, *VLTANDAE* pro *MVTANDAE*. (b) Haec litera singularis *N* videtur ibi significare *NAM*. (c) Ita ibi mendose scriptum est *IVRARE*, pro *IVRARET*. (d) Ultima haec verba, supra videre est, correxit et immutavit Simon Grynaeus hoc modo *IVRISQVE DICTIO C.CLAVDIO CONSVLI DECRETA EST*. (e) Verba haec, *qui nunc esset*, non solum pertinent ad *Praetorem*, verum etiam ad *Dictatorem*, *Consulem*, *Interregem* et *Censorem*, ac si post cujusque nomen singulatim repetita essent. (f) Adverbium *NVNC* omnino retinendum, nec mutandum in *TVNC*, ut paulo ante jam semel monui.

nunc esset, *apud EORVM*(*g*) *quem* (*h*) *QVIS manumitteretur*, (*i*) *in libertatem vindicaretur*, (*k*) *OPERAM DARET*, *ut* (*l*) *IS jusjurandum daret*, *qui eum manumitteret*, *civitatis mutandae causa non manumittere; NAM qui id non juraret*, *eum manumittendum non censuerunt*. Caeterum ne quis dubitare possit, quin Codex MStus *Ambrasianus*, de quo in praesens agitur, ille ipse sit, quo *Simon Grynaeus* olim usus sit, necessario indicandum restat, quaecunque in *quinque* ultimorum librorum Livianorum editionibus impressis vel magnae vel parvae *lacunae* sive *defectus* sunt, easdem omnes etiam in hoc Codice MSto *Ambrasiano* reperiri, ita nempe, ut vel *integra* desint *folia*, vel tantum pauca quaedam verba, aut paucae litterae in foliorum quorundam *lacerorum* extremitatibus. Quamvis etiam idem hic Codex MStus in fine libri *quadragesimi quinti* a *Simone Grynaeo* non potuerit legi, nisi usque ad haec verba: *Moratus circa Urbem triginta* (*m*) *HAVD amplius dies*, *in Regnum est profectus*: attamen non est hic, ut vulgo creditur, verus finis illius libri, sed post vocem *PROFECTVS* sequitur immediate in eodem versu sive linea *ACTVMQVE*. Reliqui autem *duo ultimi versus* sive *lineae* prorsus evanuerunt, nec ulla ratione ex eorum vestigiis certi quidquam potest colligi. Clauditur denique totum illud volumen *subscriptione* hac, ob nimiam vetustatem vix amplius visibili:

TITI LIVI
AB VRBE CONDITA
LIB. XLV EXP.
INC. LIB. XLVI FELICITER.

Unde liquet, *sequentes* Historiae Romanae *Titi Livii Libros*, qui nunc habentur pro *deperditis*, tunc temporis, ubi Codex ille exaratus est, integros adhuc extitisse. Haec igitur in praesens sufficiant de rarissimo illo et hactenus unico Codice MSto *Liviano*, qui primum quidem ex *Monasterio Lauristheimensi* in *Helvetiam*, deinde autem ex *Helvetia* in Comitatus Teriolensis Archiducalem *Arcem Ambrasianam*, et tandem ex *Arce Ambrasiana* transmigravit in *Augustissimam Bibliothecam Caesaream Vindobonensem*, ubi nunc tanquam redivivus nova fruitur luce, et doctis sui aestimatoribus admirandum simul ac perjucundum praebet spectaculum.

(*g*) *Apud eorum quem*, pro *apud quem eorum*: uti passim in antiquis formulis. (*h*) *Quis* pro *aliquis*. (*i*) Conjunctio *et* hic deest, uti passim in aliis ejusmodi antiquis formulis. (*k*) Duo haec verba, *operam daret*, culpa negligentis librarii omissa, et omnino hic inserenda sunt. *Daret* autem legendum est, non vero *darent*; eodem scilicet sensu, quemadmodum paulo ante legitur *esset*, non autem *essent*. (*l*) Nempe *manumittendus et in libertatem vindicandus*. (*m*) In ipso authentico exemplari MSto pro *HAVD* satis clare et perspicue legitur *AVT*.

EX-

EXCERPTUM

EX

LIVII EDITIONE BASILEENSI

ANNI CIƆ IƆ XXXI.

DE LACUNIS ISTIUS CODICIS,

Ex quo editi sunt Liber XLI. et sequentes.

* * *

AD LECTOREM. (a)

Si forte cupis nosse, quantum quoque loco desit in his quinque recens repertis libris, scito, Archetypum universum quaternionibus trigiuta quatuor constare, quorum singuli folia octo habuerant. Ubius folii modum intelliges ex primi libri duobus deinceps fragmentis, quorum alterius *DEDUXIT* initium est, alterius *MORE*. [*prius occurrit lib. XLI cap. XVIII in fine, posterius eodem libro cap. XX.*] nam ea singulis foliis continentur. Ex eo quaternionum numero primus periit. Proximi duo stant integri. Ex quarto et quinto supra memorata fragmenta duntaxat supersunt. Sextus et alii deinceps usque ad quintumdecimum exstant integri. Decimus quintus et tres proximi sequentes interciderunt. Sed ordine proximi habentur integri. Ex vigesimo quinto quaternione perierunt duo extrema, item duo media folia: ex sequenti quatuor media: ex vigesimo septimo duo media: ex sequenti unicum, quo quartus liber clausus fuerat: atque tot foliis liber ille diminutus est. Reliqui sex, quintum librum continentes, integri sunt, praeter trigesimum duobus extremis foliis, et ultimum primo duntaxat mutilos. Nam omnium postremum vacaverat.

(a) Allocutio haec ad lectorem in editione illa exstat post Indicem in libros Livii, ante Chronologiam Glareani.

EXCERPTUM

EX

HENR. LEONARDI SCHURZFLEISCHII

NOTITIA

BIBLIOTHECAE VINARIENSIS PAG. 70.

Quod pertinet ad Livii lib. XLV. cap. XXIX. §. 5.

Operae omnino pretium est, illustrem plane, nec satis ab alio hactenus interpretum ejus excussum, Livii e lib. 45. cap. 29. locum, quem Graecus auctor ante oculos habuit, cum ipso hoc Dexippi (a) quantivis pretii fragmento componere, et hunc ex eo, simulque ex Plutarcho, si quando Graeca corrupta sunt, uno labore emendare.

ΕΚ ΤΩΝ ΔΕΞΙΠΠΟΥ.

Τὴν δὲ Χώραν ὅλην διεῖλον εἰς τέσσαρα μέρη.

Ἦν τὸ πρῶτον τὰ μεταξὺ Νέσσου ποταμοῦ, καὶ Στρυμώνος (ita Syncellus, qui totum hunc locum pag. 268. *Χρονογρ.* attulit. Scaliger recte legit *Στρυμόνος*. *Στρυμώνος* itidem haud emendate legitur in Scylace, pagg. 27. et 29. *Περίπλου*, Tom. 1. Geograph. minor. Hudsonii. In excerptis Strabonis, lib. 7. pag. 331. ed. Causaub. *Στρυμμόνος* male editum est. Nec satis recte in Chronico Alex. pag. 80. fluvius idem *Στύρμων* vocatur. In Notitia ecclesiastica pag. 21. *Στρυμνὸς* tamen nuncupatus est, et *Ηράκλεια*

LIVII VERBA.

Deinde in quatuor regiones dividi Macedoniam:

Unam fore, et primam, partem, quod agri inter Strymonem et Nessum (*Νέσσος* Ptolemaeo lib. 3. cap. 11. *Νέσος* Thucydidi et Stephano, *Νεσὸς* Scymno Chio vers. 673. Scylaci pag. 27. *Περίπλ.* aliisque, *Νεσσὸς* excerptis Strabon. lib. 7. nisi tamen MSS. lectio, qui *Νεσὸς* habent, verior est, nec non Aristoteli lib. 6. Hist. Anim. cap. 31. et *Μεσὸς* denique Zonarae, atque Numis, fluvius hic vocatur. Neque enim *Μεσικὸν*, urbem Constantino Imp. *περὶ Θεμάτων* pag. 83. nominatam, in *Νεσικὸν* eum Fed.

(a) Locum Dexippi, quem etiam Georg. Syncellus Chronographiae pag. 268. edit. Paris. intexuit, Diodoro Siculo adseruit, et sive a Dexippo, sive ab ipso Syncello ex Diodoro decerptum esse, non sine gravi caussa contendit Clariss. Collega P. Wesseling. ad Diod. Sicul. Fragm. pag. 642. Cujus ad Schurzfleischium notas et observationes, ipso consentiente, huc transferam.

memoratur Con-
rogennetae, lib.
) καὶ τὰ πρὸς ἀ-
σου Ἐρύμην (ita
e Syncelli scho-
ocem ΕΡΥΜΗΝ
ioarus; ego po-
maxime agnosco,
rio περατικὰ μέ-
quid, rescribere
κὰ μέρη τοῦ Νέ-
smarinae Nesti
ium videlicet Bi-
onum, ad Rho-
ıtem, in quantum
t. Vide de vocis
ır. Dufresn. Glos-
. pag. 1148. Sal-
sibi conjecturis
ec tamen expo-
jure possis, si
non assequitur,
caligeri edd. non
e pro ΕΡΥΜΗΝ
V, quam in ora
m et Nessum po-
Ptolemaeus. Vi-
et Harpocratio-
Maussacum, ibi
Suidas, ΟΙΣΥ-
θρᾴκης. Admit-
ura nequit, quia
ıiones innuuntur,
ı, quae cis Nes-
Haec ratio alte-
as suspicionem,
n lectionem esse
efactat. Etsi e-
Ἐλύμη illa sit
ı, vel Ἐλύμεια,
llam Ἔλυμα, no-
debet e Livio,
, eam ad quartam
ionem, non ad
uisse, neque pro-
longissime vero
ε) (c) καὶ τὰ πρὸς Ἀβ-

Fed. Morello actutum mutaverim) (b) *amnem sit: accessurum huic parti trans Nessum, ad orientem versum*, (malint alii, deleta praepositione, *orientem versus*, quia videlicet Nessus ad occidentem potius, quam orientem, vergit. Equidem nihil mutandum censeo. *Ad orientem versum* notat τὴν πρὸς ἀνατολὴν Χώραν) *qua Perseus tenuisset vicos, castella, oppida, praeter* (in Graeco est καὶ τὰ πρὸς Ἀδβήρων, καὶ Μαρώνειαν, καὶ Αἶνον πόλεις. Verte, *territorium circa Abderam*, etc. Ipsae enim tres urbes illae excludebantur, nec Macedoniae annumerabantur. Sed et liberae erant, et αὐτόνομοι. Abdera, libera civitas, Liv. lib. 43. cap. 4. et Plinio lib. 4. H. N. cap. 11. Maronea, quae Macedoniae a Constantino Porphyrog. de Them. lib. 2. Them. 2. adscribitur, atque Aenos etiam, eidem Livio lib. 39. cap. 27. liberae vocantur) *Aenum, et Maroneam, et Abdera: trans Strymonem autem, vergentia ad occasum, Bisalticam omnem, cum Heraclea, quam Sinticen* (unde hoc nominis acceperit, Stephanus in ΣΙΝΤΙΑ docet. *Sentica* vocatur, si lectio non corrupta est, Caesari lib. 3. de B. C. cap. 79. *Sinticen* enim Plinius lib. 4. cap. 10. etiam nominavit. Facilis tamen unius litterae lapsus est, et fortasse Graeci, quomodo in nummis interdum visitur, Σεντικὴν aliquando scripserunt. Tres porro sunt, Plinio memoratae, Macedoniae Heracleae. Una ad Oetae radices, quam Ἡράκλειον, πρώτην πόλιν Μακεδονίας, vocat Scylax Περίπλῳ, pag. 26. In Scylace ni-

int, quae vir doctissimus de Nesto. Nollem tamen
stini, sive Hieroclis potius, urbem fecisset. Vide
is Synecdem. pag. 640. P. WESSEL.
orum doctissimorum in re minime difficili fluctua-
n fuit, ut alias ostendere memini, καὶ τὰ πρὸς ἀνα-

Αβδηρων (ita Syncelli editio. Scaliger *Αβδηρα*, quod magis Graecum,) (d) *καὶ Μαρώνειαν, καὶ Αἶνον, πόλεις. πρὸς δυσμὰς δὲ τοῦ Στρύμωνος* (γρ. *Στρυμόνος*) *Βισαλτία πᾶσα μετὰ τῆς ἐν τῇ Σιντικῇ Ηρακλείας.*

Δεύτερον μέρος, ὅπερ ἀπὸ μὲν ἀνατολῆς ὁρίζει ὁ Στρυμὼν ποταμός, τῆπὸ δὲ δυσμῶν ὁ καλούμενος Αξιος (Sic Homerus, excerpta Strab. lib. 7. Scylax pag. 26. Suidas, Stephanus in *ΑΜΦΑΞΙΟΝ*, Plut. in Demetrio, tom. 1. pag. 909. Nicephorus Gregoras lib. 8. *Ρωμ. ἱστορ.* alii. que. Cedrenus pag. 705. *Συνόψ. ἱστορ. Αξιὸν* vocat. Strabo lib. 7. pag. 327. Ptolemaeus lib. 3. cap. 13. paucique alii, *Αξιὸν* scribunt) *ποταμὸν καὶ οἱ παρακείμενοι αὐτῷ* (videtur, ut e sequenti commodo patebit, et Livii testimonio probari potest, vox *ΠΑΙΟΝΙΑΣ* esse addenda) *βόποι.*

Τρίτον, ὃ περιέχει κατὰ δυσμὰς μὲν ὁ Πηνειὸς ποταμὸς, κατὰ τὸν ἄρκτον (ita ed. Syncelli. Scaliger rectius legit, *κατὰ δὲ ἄρκτον*), *τὸ λεγόμενον Βέρνον ὄρος*, (montem *Boram* Livius vocat. Ego non dubito, *Βέρμιον ὄρος*, prout Salmasius voluit, legendum esse, quamvis *Βέρμιον ὄρος* et Boram distinguat in tabula Macedoniae Geographica Chr. Cellarius. *Βερμίου ὄρους* meminit Ptolem. lib. 3. cap. 13. Excerpta Strabon. lib. 7. *Οτι ἡ Βέροια πόλις ἐν τοῖς ὑπωρείαις κεῖται τοῦ Βερμίου ὄρους.* Jo. Doujatius ad Livium, pag. 709. Orbelum esse Livii Boram opinatur. Male omnino. Quia nihil videtur mutandum. Nam *Ηράκλειον* vocat et Plutarch. in Aemilio, tom. 1. pag. 269. Haec ab Hercule, si qua alia, congrue nomen accepit. Nam Lucanus lib. 3. vers. 178. Oeten *Herculeam* dixit, et fabula nota est. Tertiae haec regionis erat, ut mappae facile edocent. Secunda Sintica, de qua jam sermo fuit, primae regionis. Tertia Chalcidica in altera regione, quam cum Sintica male confudit Jo. Harduinus not. ad Plin. pag. 436. His Ptolemaeus quartam Lyncestidos, in tertia regione, lib. 3 cap. 12. *Γεωγρ.* addit) *appellant.*

Secundam fore regionem, quam ab ortu Strymo amplecteretur amnis, praeter Sinticen Heracleam, et Bisaltas, qua Axius terminaret fluvius, additis Paeonibus, qui prope Axium flumen (*ΑΜΦΑΞΙΤΑΣ* vocat Stephanus. Axium Hesychius Paeoniae fluvium dixit. Hunc male Abr. Ortelius in Thes. Geographico alium a Macedonico Axio esse judicavit. In Chronico Paschali pag. 80. *Ἔξιος* corrupte inter *ποταμοὺς ἐπιδήμους* refertur, qui *Αξιος* vocandus erat, quomodo emendat Dufresnius p. 496. notarum, quem de hoc fluvio ad Alexiadem adeas) *ad regionem orientis colerent.*

Tertia pars facta, quam Axius ab oriente, Peneus amnis ab occasu, cingunt: ad septentrionem Bora mons objicitur. Adjecta huic parti regio Paeoniae, qua ab occasu praeter Axium amnem porrigitur. Ed-

ἔτσε

τολὴν τοῦ Νέσου ἐρύματα. Quod firmatur a Livio lib. 45, 29. *Accessurum huic parti trans Nessum, ad orientem versus, qua Perseus tenuisset vicos, CASTELLA, OPPIDA.* P. WESSEL.

(d) Non dubito, quin in Diodoro fuerit *πλὴν τὰ πρὸς Ἀβδηρα* etc. Clarissime Livius dict. loc. *Accessurum huic parti* etc. *castella, oppida, praeter Aenum, et Maroneam, et Abdera.* P. WESSEL.

a enim Orbelus in limite racico cum Haemo connecti-, et Moesiam a Macedonia mit, ut Ph. Brietius notat, atet e Strab. lib. 7. epitoma, em. lib. 3. cap. 9. et Jo. Tzetchiliad. 11. vers. 905. ad pri- potius regionem, non sane rtiam, est referendus) *προσ-των καὶ τινων τόπων τῆς νίας*, (male vertit Goarus, *nonie loca*. Distinguen i e- omnino sunt, licet multi eos undant, Paeones et Panno- quod docuit Dio lib. 49. 413.) *ἐν οἷς καὶ πόλεις ἀ-ογοι, Ἐδεσα, καὶ Βέροια.* *ἑαρτον, καὶ τελευταῖον, ὅ-το Βέρνον ὄρος* (*γρ. Βέρ-ὄρος*) *συγάπτει τῇ Ἠπείρῳ, τοῖς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα τό-*

γοῦντο δὲ καὶ τέσσαρες πό-τῶν ἀυτῶν τεσσάρων μερῶν. μὲν πρώτου (regio haec Ma- niae prima *ἡ πρώτη Μακε-* in numis vocatur. Plutar- n Pyrrho. Tom. 1. pag. 388. *ω Μακεδονία* audit. Ste- us in *ΑΜΦΙΠΟΛΙΣ Μακε-ν κατὰ Θρᾴκην* πλησιόπα- *ΜΦΙΠΟΛΙΣ*, (liberum op- m Plinio lib. 4. cap. 10.) *ρεύτερον* (haec pars in num- *δευτέρα Μακεδονία* appel- . Vid. Ez. Spanh. orbis Ro- s. Exerc. 1. cap. 9. pag. *Ἀλία* etiam, quia ad mare eum plane vergebat inte- aliquando nominata est. Ste- n. *ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗ, πό-κεδονίας, ἥτις ἄρα ἐκαλεῖ-ία.* Non enim *Ἀλία*, ut vo- Stephani interpretes, Thes- ica unquam dicta, sed *ἡ ρα Μακεδονία, ὅπερ δὴ ἔδει ι)* (*e*) *ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗ*, (ti-

essa (Ptolemaeus lib. 3. cap. 13. corrupte, ut puto, *Αἰδεσσαν* vocat, quomodo legitur tamen etiam apud Dionem in Excerptis Val. p. 711. *Τὸ μοναδικὸν γράμμα* non duplicant, praeter Syncellum, Polybius, Chron. Alex. pag. 83. Cedrenus pag. 166. alibique, Malala in Justino pag. 140. part. poster. Suidas in *ΕΔΕΣΗΝΟΣ*, ut recentiores plures praeteream) *quoque, et Beroea* (ita etiam in Graeco est *Βέροια. Βερόη*, Thraciae urbs, memoratur Constantino Imp. *περὶ Θεμάτων*, lib. 1. pag. 83. *Βέρροια* tamen in Syncello emendabat Goarus: qua correctione non opus. *Βέροια* enim, litteris canina non duplicata, vocatur etiam a Luca *πραξάπολ.* cap. 19. memor. 12. Polybio, Plinio lib. 4. cap. 10. excerptis Strab. l. 7. ipso Strab. lib. 16. pag. 751. Procopio, Stephano, Jornande, aliisque multis, ut numos praeteream. *Βερύα* tamen, quod in Notit. eccles. pag. 21. occurrit, et *Βερροία* apud Constant. Porphyrog. *περὶ Θεμ.* lib. 2. pag. 87. in *Βέρροια*, vel *Βέροια* omnino debet reformari) *eodem concesserunt.*

Quarta, regio trans Boram montem, una parte confinis Illyrico, altera Epiro.

Capita regionum, ubi concilia fierent, primae regionis AMPHIPOLIN, secundae (de secunda regione Jo. Malala pag. 338. *Χρονογρ.* ita scribit, *Ἐποίησε δὲ καὶ Οὐεσπασιανὸς*) *ἐπαρχίαν ΜΑΚΕΔΟΝΙΑΝ ΔΕΥΤΕΡΑΝ, ἀπὸ τῆς ΠΡΩΤΗΣ αὐτὴν διαμερίσας.* Aemilii nempe tempore libera erat unaque *χώρα* quadripartita Macedonia. Hinc in Bisaltarum, primae regio-

Quod se probasse vir eruditissimus indicat, ejus ego demon- onis vestigium non reperio: nam mari Aegaeo quod Mace- adlueretur, id satis non est, ut *Ἀλία* dicatur; utique et alonica mari accubabat, uti optime ostenditur a Jo. Camenia-

(liberae conditionis Plinio lib. 4. cap. 10. H. N.) *τοῦ τρίτου ΠΕΛΛΑ, καὶ τοῦ τετάρτου ΠΕΛΑΓΩΝΙΑ*, (scribendum est *ΠΕΛΑΓΟΝΙΑ* per o breve. Vide Scymnum Chium, verss. 402. et 710. Stephanus, *ΠΗΛΑΓΟΝΙΑ, μοῖρα Μακεδονίας*. Excerpta Strab. lib. 7. *Οἱ γὰρ Παίονες ΠΗΛΕΓΟΝΕΣ ἐκαλοῦντο*. Potius scribendum est, *ΠΗΛΑΓΟΝΕΣ*. Iterum Stephanus, *Ἔοικε δὲ γράφεσθαι τὸ μὲν τῆς Χώρας ὄνομα, μετὰ τοῦ ἐθνικοῦ, κατὰ δευτέραν συλλαβὴν, διὰ τοῦ α, τὸ δὲ τοῦ ἥρωος μόνον, διὰ τοῦ ε*. Strabo ipse tamen lib. 7. p. 326. *ΠΕΛΑΓΟΝΙΑΝ* scribit. Paeones, teste Tzetza, Bulgari medio aevo vocabantur. Sed Pelagones tamen videntur tum fuisse diversi a Paeonibus populi. Vide Niceph. Gregor. l. 9. *Ἱστορ. Ρωμ.* cap. 34. Corruptissime ea regio Marciano Capellae *Paphlagonia* vocatur. Sed et *Pelagoniae*, civitatis, quisnam praeter Livium, Dexippum, et Constantinum Imp. pag. 87. lib. 2. *περὶ Θεμάτων*, meminerit, non memini) (*f*) *Ἐν ταύταις ἀρχηγοὶ τέσσαρες κατεσάθησαν, καὶ οἱ φόροι ἠθροίζοντο.*

ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ.

Ἐπὶ τούτοις ὁ Αἰμίλιος ἀγῶνας καὶ ποτοὺς μεγαλοπρεπεῖς τῷ πλήθει συντάξας, (*congiarium populo sanxit*, vertit Goarus. Et Dexippi mente recte. *Congiarium* enim populo, militi *donativum* dabatur. Sed Livium vide. Suidas in *ΑΙΜΙΛΙΟΣ*, *Τοὺς δὲ πρὸς αὐτὸν ἀφικομένους τῶν Εὐρωπαίων πρέσβεις, ἑτοῖα πολυτε-*

gionis Macedonicae populi, numis, apud H. Golzium numism. Graec. tab. 24. inveniendis, quatuor in aversa numi parte quadrata, uni quadrato, inque alio a L. Begero Thes. Brandenb. p. 481. producto, quatuor uni circulo, quadrata inclusa, quum conspiciuntur, figura *Χώρας* Macedonicae, unius quidem, sed quatuor tamen partibus constantis, adumbratur. Postea, Caesaris circiter tempora, pars tantum hujus *Χώρας libera* dicebatur, regiones, ut puto, prima et secunda, vel certe aliquae earundem urbes. Vide Caesar. de B. C. lib. 3. cap. 34. Sane enim Amphipolis, et Thessalonica, ut vidimus, Plinii adhuc aetate liberae judicabantur. Sequenti tempore, quia *ἀυτονομία* reliquis partibus ademptа erat, plane verosimile est, Macedoniam in duas tantum partes, *τὴν ἄνω*, liberam, et *τὴν κάτω*, quae libertate exciderat, divisam esse. Liberam ergo iterum Vespasianus, qui libertatem, a Nerone restitutam, aliis etiam Graeciae urbibus ademerat, in duas partes, a se diversas plane, distinxit. Primam, ut videtur, liberam reliquit, alteram in provinciae formam redegit, ita videlicet, ut non proprios amplius creare ei liceret magistratus, suisque legibus uti, sed praesidio Romano teneretur, et *δικαιοδόται*, ex Urbe eo mittendos, exspectaret) *THESSALONICEN*, *tertiae PELLAM*, (*Πέλλη* dicitur Suidae, Constantino Porphyrogennetae *περὶ Θεμάτων* lib. 2. pag.

ta de Excid. Thessalon. cap. 3. Adde, ordinem verborum in Stephano et Etymologo, ubi paria, non pati, ut relativum pronomen Macedoniam spectet. Sed hoc obiter. P. WESSEL.

(*f*) Meminerunt urbis Pelagoniae Nicetas Choniates in Manuele Comneno lib. 3. pag. 47. et lib. 3. principio, tum Anna Comnena Alexiad. lib. 5. pag. 110. atque alii de hoc genere. Alia autem Pelagonia non est, atque Heraclea Pelagoniae, ut offensum fuit ad Itiner. Anton. pag. 319. P. WESSEL.

ειλῶς, τῇ λαμπρότητι τοῦ συμποσίου φιλοτιμούμενος) (g) τὰ ἐμμεδέντα χρήματα εἰς τὴν Ρώμην ἀπέστειλεν.

ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ.

Ὁ δὲ σοφώτατος Αἰμίλιος (Suidae enim οὗ ἀνὴρ σώφρων, καὶ ἀγρεῖν εὐπραγίας εἰδώς, καὶ ἱκανός, id est, strenuus. Hinc Cicero eum lib. 2. de N. D. segm. 65. inter viros Deo charos retulit) ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐθριάμβευσεν.

Καὶ τῇ μὲν πρώτῃ ἅμαξαι χίλιαι διακόσιαι προῆλθον, φέρουσαι λευκὰς καὶ τραχείας (Salmasius, Θρᾳκίας, ait, forte legendum. Sed vulgatam tamen se alibi obstructurum promittit. Scaliger etiam Θρᾳκίας suspicatur in notis. Ego eorum conjecturas firmo e Plutarcho, qui die secundo, quem cum primo vel Plutarchus, vel Dexippus, confundit, Θρᾴκια γέρρα producta esse asserit) ἀσπίδας, καὶ ἄλλαι χίλιαι διακόσιαι ἅμαξαι πλήρεις ἀσπίδων χαλκῶν, καὶ ἕτεραι τριακόσιαι λόγχας, καὶ σαρισσᾶς, καὶ τόξα, καὶ ἀκόντια φέρουσαι. Προηγοῦντο δὲ αὐλῶν, ὡς ἐν πολέμῳ σαλπιγκταί. (hoc Plutarchus tertio die factum esse prodit) Ἦσαν δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ ποικίλα εἴδη φέρουσαι, καὶ κάμακες (Vide Dufresn. Gloss. Graecobarb. pag. 559. (h) διακόσιαι καθωπλισμέναι.

Τῇ

pag. 87. et Cedreno. Inde *Pelle* est Pomp. Melae lib. 2. cap. 3. Πέλα male scribitur in Chron. Pasch. pag. 82. Nomen hodie non retinet, ut ad Ptolemaeum P. Bertius voluit, sed τὰ Παλατίδια, vel τὰ Παλατίτζια, ut e Critopulo constat, vocatur) *quartae* PELAGONIAM *fecit. Ex concilia sua cujusque regionis indici, pecuniam conferri*, (non sequitur enim, quia αὐτόνομος erat, Macedoniam ideo etiam fuisse ἀφορολόγητον, etsi στρατηγὸς Ρωμαῖος tributa non exigeret) *ibi magistratus creari jussit.*

EX EODEM
(capp. 32. et 33.)

Ab seriis rebus luditum.... magno apparatu Amphipolis fecit.... Epulae quoque legationibus paratae (quae *lautia* vocabantur. Vide Festum.) *et opulentia et cura eadem.... Dein praeda Macedonica, in classem imposita, devehenda Romam Cn. Octavio data.*

Sequitur ingens lacuna in Livio, quam e Plutarcho, etsi dissimulat, supplevit Jo. Doujatius. Plutarchi ergo ἀποσπασμάτιον e L. Paullo Aemilio, pag. 272. ed. Paris. inveniendum; subjiciemus loco verborum Livii:

Τῆς δὲ πομπῆς εἰς ἡμέρας τρεῖς νενεμημένης,

H

(g) Nihil hic de congiariis. Spectacula et convivia indicantur, quae M. Aemilius in Macedonia summa magnificentia civitatium legatis et multitudini praebuit. Lege Livium lib. 45, 32. cum nota viri summi Jo. Fr. Gronovii. P. WESSEL.

(h) Suidas ex Diodoro in Κλίμακες citat: Ἑξῆς δ' ἐκομίζοντο κλίμακες ὀκτακόσιαι, παντευχίας πολυτελεῖς ἔχουσαι. quae quidem ego ad hunc Aemilii triumphum pertinere nullus dubito. Excerptor verba decurtavit: nam quae ejus καθοπλισμέναι id exprimunt, quod Diodori παντευχίας πολυτελεῖς ἔχουσαι. Perticae erant, e quibus arma pretiosa suspensa erant. id in Suida non laudo, quod κλίμακες vitiose excerpserit. Ait κλίμακες, ξύλα ὀρθά. Atqui κλίμακες scalae sunt, κάμακες, sicuti alibi ipse explicat, ξύλα ὀρθά. Hoc ergo illi reddamus. Paullo superius καὶ ἕτεραι λογχῶν καὶ σαρισσῶν etc. γέμουσαι sermonis genius desiderabat. P. WESSEL.

Τῇ δὲ δευτέρᾳ προεκομίσθη νομισμάτων τάλαντα χίλια, ἀργύρου δὲ (ἀσημήμου puta) τάλαντα δισχίλια, διακόσια (ita Syncelli editio. Scaliger legit, τάλαντα δισχίλια διακόσια, ἐκπωμάτων πλῆθος, ἀγαλμάτων καὶ ἑξῆς. Goarus in versione locum invertit, et poculorum quidem D, statuas vero et tabulas curruum vehentium CC tantum meminit) ἐκπωμάτων πλῆθος, ἀγαλμάτων καὶ ἀνδριάντων ποικίλων ἅμαξαι πεντακόσιαι, (Plutarchus diei primo adscripsit, et ἁμάξας πεντήκοντα καὶ διακοσίας numeravit) ἀσπίδες τὲ χρυσαι *** (lacunam non notat Scaliger) καὶ πίτακες ἀναθεματικοὶ πάμπολλοι.

Τῇ τρίτῃ προηγοῦντο λευκαὶ βόες, ἐυπρεπεῖς, ἑκατὸν ἐικοσι, χρυσοῦ τάλαντα ἐν φορήμασι διακοσίοις ἐικοσι, (Plutarchus vasa LXXVII. tantummodo numerat. Numerus talentorum deesse videtur) (i) φιάλη δέκα ταλάντων χρυσοῦ διάλιθος, (Plutarchus διὰ λίθων. Veteres tamen codices et ibi διάλιθον habent, quod sane, quia minus obvium, non statim mutandum erat. Ad formam τοῦ διάχρυσος fit διάλιθος. Videndus de hoc vocabulo C. Dufresn. Gloss. Graecobarb. p. 297. Ego tamen, etsi in aliis etiam vocabulis id fecerit, hanc vocem Graecobarbaram esse nollem virum doctum minus recte statuisse) (k) χρυσωμάτων παντοῖαι κατασκευαὶ ταλάντων δέκα, ἐλεφάντων ὀδόντες δισχίλιοι τρι-

Ἡ μὲν πρώτη, μάλιστ ἐξαρτίσασα τοῖς ἀιχμαλώτοις ἀνδριάσι, καὶ γραφαῖς, καὶ κολοσσοῖς (signa tabulasque vocat Florus lib. 2. cap. 12.) ἐπὶ ζευγῶν πεντήκοντα καὶ διακοσίων καμιζομένοις, τούτων ἔσχε (ita legendum) θέαν.

Τῇ δ ὑστεραίᾳ τὰ κάλλιστα καὶ πολυτελέστατα τῶν Μακεδονικῶν ὅπλων ἐπέμπετο πολλαῖς ἁμάξαις (arma pecuniasque transvecta esse altero die Florus l. d. docet,) ἀντά τε μαρμαίροντα χαλκῷ νεοσμήκτῳ καὶ διάφορα, ... κράνη τε πρὸς ἀσπίσι, καὶ θώρηκες ἐπὶ κνημῖδι, καὶ κρηπῖδες καὶ πέλται, καὶ θρᾴκια φάρη, καὶ φαρέτραι, ... καὶ ἐίφη γυμνά, ... καὶ σάρισσαι (γρ. σάρισσαι. Utraque scriptura in antiquis libris legitur. Dufresnius pag. 1335. Gloss. Graecob. inter neograeca vocabula etiam illud praeter meritum retulit) παραπεπηγυῖαι .... Μετὰ δὲ τοὺς ὁπλοφόρους ἁμάξας ἀνδρες ἐπορεύοντο τρισχίλιοι, νομισμα φέροντες ἀργυροῦν ἐν ἀγγείοις ἑκατοσίοις πεντήκοντα τριταλάντοις, (mallem, ut infra habetur, τριταλαντιαίοις scribere. Numerus hic argenteorum numismatum Dexippeum excedit. Ille enim ∞ talenta tantum recensuit. Quid si vero quodlibet vasorum tria numorum talenta comprehendit, summa omnium numismatum erunt ∞ ∞ CCL talenta) ὧν ἕκαστον ἀνὰ τέσσαρες ἐκόμιζον. ἄλλοι δὲ κρατῆρας ἀργυροῦς,

(i) Si legas διακόσια ἐικοσι, habebis talenta. Numeri notis fuere scripti, ut in Scaligeri excerptis, σκ'; hinc discrepantia. P. WESSEL.

(k) Bene vir doctissimus: Haud ita tamen rarum est διάλιθος, ut censuisse videtur. Θρόνον διάλιθον dabit Josephus lib. 1. Belli Jud. cap. 25, 9. et ibid. cap. ult. §. 9. στέφανον διάλιθον Jo. Chrysostom. tom. 3. pag. 162. D. ut alios praeteream. Ego quoque in animum inducere non possum, omnia pro Graecobarbaris putasse Dufresnium, quae in Lexicon suum addidit. Nunquam profecto ea viro sollertissimo sententia sedit. Mox edebatur φαλάροις διάλιθος, quod mutavi. P. WESSEL.

κεφάλεις, ἅρμα ἐλεφάντινον ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθων, ἵππος φαιδροῖς διαλίθοις, καὶ τῇ λοιπῇ διασκευῇ διαχρύσῳ πολεμικῶς κεκοσμημένοι, κλίνη χρυσῆ, ἐλεφαντίναις πολυανθέσι κατεστρωμένη, φορεῖον χρυσοῦν περιπεπτασμένον πορφύραν, (l) ἐφ' οἷς ἔρσευς, (semirium Florum lib. cap. 12. 'tertio die captivi, sequè rex attonitus adhuc, tamquam subito malo stupens, ompam triumphalem finiebant) ὁ δυστυχὴς βασιλεὺς Μακεδόνων. ἅμα (uxorem addit Constantinus Imp. lib. 2. περὶ Θεμάτ. pag. 87. ἐν δυσὶν ὑνοῖς καὶ ζυγαρὶ μιᾷ, καὶ τοῖς ἡγεμόσι διακοσίοις πεντήκοντα, μετὰ τούτων δὲ φανὸν τετρακόσιοι, ἀθένεις ἐκ τῶν πόλεων, καὶ τῶν βασιλέων, καὶ ἐπὶ πᾶσιν Αἰμίλιος (vide Propert. lib. 4. Eleg. 2. vers. 30. et Virgil lib. 1. vers. 288. Locum enim Virgilii de Aemilio capiendum esse, tuit A. Turneb. l. 10. Adversar. 17. Adde his Diod. Sicul. 31. ex eoque Photium cod. pag. 1156.) ἐφ' ἅρματος ἐλεφαντίνου καταπλήκτου.

Mallem πορφύρᾳ. P. WES-

ρους, καὶ φιάλας, καὶ κύλικας εὖ διακεκοσμημένα πρὸς θέαν ἑκάστα, καὶ περιττὰ τῷ μεγέθει, καὶ τῇ παχύτητι τῆς τορείας.

Τῆς δὲ τρίτης ἡμέρας, ἑωθεν μὲν εὐθὺς ἐπορεύοντο θαλπιγκταί, μέλος ὀν προσόδιον, (interpretes, non quales solent in supplicationibus, ἢ μᾶλλον προσῳδίον legerit. Vide et hic Dufrein. Gloss. Graecob pag. 1257.) καὶ πομπικὸν ἀλλ' οὐχὶ μαχομένους ἀντοῦ ἐκστρίβοντιν οἱ Ῥωμαῖοι προσεκκαλεύομενοι. Μετὰ δὲ τούτους ἤγοντο χρυσοκερωτρόφοι βοῦς ρκ', μίτραις ἠσκημένοι καὶ κέμμασιν, ... εἶτα μετὰ τούτους οἱ τὸ χρυσοῦν νόμισμα φέροντες, εἰς ἄγγεια τριταλαντιαῖα μεμερισμένον, ὁμοίως τῷ ἀργυρίῳ, τὸ πλῆθος ἦν ἀγγείων κ', τριῶν δέοντα. (ergo juxta Plutarchum cccxxi auri talenta in triumpho illo Romam devecta sunt) Τούτους ἐπέβαλλεν οὗτε τῆν ἱερὰν φιάλην ἀνέχοντες, ἣν ὁ Αἰμίλιος ἐκ χρυσοῦ δέκα ταλάντων διὰ λίθων (γρ. διάλιθον) κατεσκεύασεν, ὅτε τὰς Ἀντιγονίδας, καὶ Σελευκίδας, (v. Stephanum in ΣΕΛΕΥΚΕΙΑ) καὶ Θηρικλείους, καὶ ὅσα πάρα δεῖπνον χρυσώματα τοῦ Περσέως, ἐπιδεικνύμενοι, τούτοις ὑπέβαλλε τὰ ἅρματα τοῦ Περσέως, καὶ τὰ ὅπλα, καὶ τὸ διάδημα, τοῖς ὅπλοις ἐπικείμενον, εἶτα, μικροῦ διαλείμματος ὄντος ἦδε, τὰ τέκνα τοῦ βασιλέως ἤγοντο δοῦλα, ... ἦν δ' ἄρρενα μὲν δύο, θῆλυ δὲ ἕν, ... αὐτὸς δὲ τῶν τέκνων Περσεὺς, καὶ τῆς περὶ αὐτὰ θεραπείας, κατόπιν ἐπορεύετο, ... ὑπὸ δὲ μεγέθους τῶν κακῶν πάντα θαμβοῦντι καὶ παραπεπληγμένῳ μάλιστα τὸν λογισμὸν ἐοικώς, καὶ τούτῳ δ' ἕπετο χορὸς φίλων, καὶ συνηθῶν, ... ἐφεξῆς δὲ τούτοις ἐκομίζοντο χρυσοῖ στέφανοι τετρακόσιοι τὸ πλῆθος, οὓς αἱ πόλεις ἀριστεῖα (vide Suidam in ΑΡΙΣΤΕΙΟΝ) τῆς νίκης τῷ Αἰμιλίῳ μετὰ πρεσβειῶν ἔπεμψαν, εἶτ' αὐτὸς ἐπέβαλλεν ἅρματι κεκοσμημένῳ διαπρεπῶς ἐπιβεβηκώς.

DE

SUSPECTA LIVII FIDE DISPUTATIO,

PRAESIDE

CHRIST. GOTTL. IOECHERO,

HISTORIARUM PROFESSORE,

Lipsiae habita anno cIↃ IↃ cc XLIII.

AUCTORE ET RESPONDENTE

JOANNE HENRICO PARREIDT.

PRAEFATIO

Instituti rationem reddens.

Quae praeterito saeculo acutissima doctissimorum virorum ingenia fatigavit, nondum prorsus composita lis est, de eo agitata, quale priscorum scriptorum laboribus pretium sit statuendum. Alii, suae aetatis gloriam amplificaturi, viros, quos merita et aetas olim venerabiles reddiderant, longe infra recentioris aetatis homines collocabant, haud obscure prodentes, se, quod non novitatis gratia commendabile sit, magni haud facere. Alii, quibus nihil placebat, quod non vetustatem redoleret, eos tantum, quos antiquior aetas tulerat, suspiciebant et venerabantur, nullo iis pretio statuto, qui recentiori aetate aliquod nomen essent adepti. (*a*) Confectum licet jam videretur, recruduit tamen hoc bellum, quum duo ex Francica gente viri doctissimi, societati inscriptionum et elegantiorum litterarum adscripti, PVILLYPS et Abbas SALLIERIVS de certitudine historica priorum saeculorum contenderent. (*b*) Qui succumbere videbatur, PVILLYVS defensorem nactus est auctorem dissertationis de incertitudine quinque priorum saeculorum historiae Romanae, (*c*) a Viro Cl. CHRISTOPHORO SAXIO dein data o-

(*a*) Historiam hujus certaminis consignavit celeberrimus in Academia Goettingensi jurium Doctor GEORGIUS HENRICUS AYRER in dissertatione *de comparatione eruditionis antiquae et recentioris*, ANT. BLACKWALLI commentationi de praestantia classicorum auctorum adjuncta.

(*b*) v. *Memoires de l'Academie des inscriptions et [des belles lettres*, *Tom.* 8. *pag.* 21. *seqq.*

(*c*) *Dissertation sur l'incertitude des cinq premiers siecles de l'Histoire Romaine par Monsieur* L. D. B. a Utrecht 1738.

pera confutatum. (*d*) Nos, de suspecta Livii fide jam disputaturi, unumquemque suo ingenio abundare lubentissimi patiemur, et mediam tentabimus viam, qua procul dubio tutissimi ibimus. Haud enim animus est, omnem Livio auctoritatem denegare, aut debitam eripere laudem, qua eum ex merito mactant doctissimi homines, cumprimis RAPINUS, (*e*) dummodo amore Livii nimio abreptus non idem in eo praedicasset, quod in aliis subinde reprehendit. Juvat tamen, si quando humani quid Livio contigisse observavimus, illud exponere, incautosque antiquitatis cultores modeste monere, caveant sibi, ne omnibus fidem temere adjungant. Quantum enim detrimenti humaniores litterae caperent, si omnia ab antiquioribus tradita in dubium vocarentur: tantum quoque contraherent damni, si cuicumque narrationi absque praevio examine nos praeberemus credulos. Si itaque in legendo Livio unum alterumve deprehendimus, quod non omnes veritatis historicae numeros habet, illud hac scriptione complectimur, non, ut a praestantissimi operis lectione avocentur rerum olim gestarum curiosi, sed ut pateat, Livium cautius esse tractandum, nec omnia sine examine accipienda.

§. I.

Fidei suspectae notio explicatur.

Vocabulo *fidei*, quatenus ad rem historicam spectat, duplex plerumque potestas subjicitur. Jam enim pro judicio accipitur, quo narrationem propter auctoritatem dicentis pro vera habemus, quam significationem illud OVIDII testimonium confirmat: (*f*)

Prona venit cupidis in sua vota fides.

cui majus adhuc pondus addit CICERONIS effatum: (*g*) *Namque et iis fidem habemus, quos plus intelligere, quam nos, arbitramur.* Jam vero etiam sumitur pro virtute, qua quis ejusmodi adsensum ab aliis impetrat: qua significatione vox *fidei* usurpari videtur a LUCANO, (*h*) ita canente:

Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur,

cum quo CICERO convenit, ita verba faciens: (*i*) *Si esset in iis fides, in quo summa esse debebat, non laboraremus.* Illa *activa*, haec *passiva fides* ut plurimum adpellatur. Nos posteriorem vocis significationem amplectimur, dicimusque *fidem*, complexum earum virtutum, quibus ad adsensum dictis praebendum alii commoventur. Si igitur cuidam rerum gestarum scriptori eae desunt virtutes, quibus aliorum adsensum elicere potest, suspecta erit ipsius fides. Vocatur enim *suspicio* illud mentis judicium, quo rem quandam ita, prout narratur, sese habere dubitamus, eamque adcuratiori

(*d*) Vid. *Miscellanea Lipsiensia Nova*, Vol. 1. Part. 1. pag. 40. seqq.

(*e*) v. Les Oevres du P. RAPIN, Amst. 1709. atque in iis, quae huc pertinent, *La comparaison de Thucydide et de Tite Live*, atque *Les reflexiones sur l'Histoire*, ubi passim in Livii laudes effunditur.

(*f*) OVIDIUS in arte amandi, lib. 3. vs. 674.

(*g*) CICERO de officiis lib. 2. cap. 9.

(*h*) LUCANUS Pharsal. lib. 10. vs. 407.

(*i*) CICERO in epist. lib. 1. ep. 1.

disquisitioni subjiciendam esse arbitramur. Livium igitur suspectae fidei adcusantes, hanc in eum conjicimus culpam, quod non semper iis virtutibus, quas conscribenda exposcit historia, instructus fuerit. Quod si res ita sese habet, non ubique is est Livius, cujus, rerum gestarum memoriam tradentis, sententiae, sola ejus auctoritate commoti, statim subscribamus.

§. II.

Veritatem praecipuam esse historicis virtutem, ostenditur.

Veritatis studium praecipua virtus est, cui, si quis alius, is maxime operam dabit, qui historiarum monimenta componit, e cujus animo omnis mentiendi libido exsulare debet. Hanc legem historiarum scriptoribus CICERO, (*k*) hanc STRABO (*l*) rogaverunt, aliique (*m*) suo comprobarunt suffragio. Intelligentiores enim circumspectique lectores non statim cuivis narrationculae fidem habent, nisi de dicentis integritate, ejusque erga veritatem amore, indubiis indiciis fuerint redditi certiores. Quum etiam fraus scriptorum, labores suos perspicacissimorum hominum oculis exponentium; facili negotio, adhibita criticae artis ope, detegi queat, et artes, quibus, vel omittendo ea, quae addenda erant, vel addendo, quae omitti debebant, commentarios suos vitiaverunt, non usque adeo occultae latere possint, prima omnino cura historico est veritatis habenda. Sed de eo fortassis minus ambigitur, quam de hoc, undenam constet, veri studiosum fuisse historicum? Duae inprimis adsunt regulae, celeb. BIERLINGIO (*n*) etiam probatae, quibus, tamquam ad lydium lapidem, veritatem historici exigere possumus, ut nempe et possit perscribere vera, et velit.

§. III.

Qua ratione quis possit vera perscribere, exponitur.

Debet igitur historicus fide dignus posse vera exponere. Proinde tunc demum, quando certa adcurataque earum rerum, quas literis mandare suscepit, cognitione instructus est, opus suum adgrediatur. Intellectus ipsius neque perversis opinionibus sit praeoccupatus, neque iis vitiis indulgeat, quibus subinde

(*k*) CICERO de Orat. lib. 2. cap. 15. *Quis nescit, primam esse Historiae legem, ne quid falsi dicere audeat? deinde, ne quid vere non audeat, ne qua suspicio gratiae sit in dicendo, ne qua simultatis.*

(*l*) STRABO Geograph. lib. 11. pag. 770. ed. Harderov. [Amstelod.] 1707. ἡ ἱστορία βούλεται τἀληθὲς ἄντε παλαιόν, ἄντε νεόν.

(*m*) RAPIN dans les reflexions sur l'Histoire cap. 9. operum junctim editorum, pag. 243. *La verité étant le seul moyen, par ou l'Histoire peut instruire sûrement; elle doit en être la premiere regle, pour être le fondément de la foi publique; comme il faut, qu'elle soit.*

(*n*) BIERLINGIUS in *Commentatione de Pyrrhonismo historico*, cap. 2. §. 1. *Paucis describere libet, quid ad historicum fide dignum requiratur, scilicet, ut et possit et velit veritatem scribere et ad posteros propagare.* Et paulo post bonum historicum ita definit: *Bonus historicus est, qui et potest et vult de rebus gestis veritatem, etiam quando odium illa parit, scribere, et neque credulus est, neque mendax.*

humana mens contaminata a vero aberrare solet. Cognitionem rerum gestarum certam adcuratamque adquirit, quum vel ipse eis interfuit, easque oculis usurpavit: vel quum ex aliorum, quorum indubitata fides est, commentariis optima quaeque mutuatur: vel quum alia a melioris notae viris, qui rei gestae praesentes adfuerunt, eamque fideli memoriae custodiendam tradiderunt, et ipsi fallere noluerunt, commemorata percepit. Vulgares vero illi sermones, qui, per multa multorum hominum ora jam traducti, multum inde vitii contraxerunt, eo minus a gravi atque prudenti historiarum conditore excipientur, quo facilius illi a garrulis temerariisve adulterari, et omnem pristinae veritatis speciem amittere solent. Sed quandequidem de eo, quantum traditionibus fidendum sit, ingens ad dicendum materia paulo inferius suppeditabitur; sufficit hic ea adduxisse, quibus historicus cognitionem rerum gestarum adipisci possit. Huic cognitioni comparandae nisi ipse obicem ponere velit, mentem a superstitione, credulitate et negligentia solertissime liberet. Etenim, si quis, rerum gestarum memoriam conservaturus, hac via ad veritatem grassari desistat, periculum est, ne ipse felicem sui laboris eventum frustretur.

§. IV.

Livio subsidia defuisse, quorum ope certam adcuratamque antiquae Romanorum historiae adquirere potuisset notitiam, probatur.

Jam ad rem ipsam pedem promovemus, probaturi primo, Livio subsidia defuisse, quibus ad enarrandas res a Romanis antiquitus gestas indiguit. Quum maxima pars eorum, quae ab oblivione vindicare voluit, remotissimo a sua aetate tempore fuissent peracta, alienam opem implorare, et ab aliis historiarum monimentis, quae prioribus post conditam Romam saeculis consignata fuerant, auxilium arcessere necesse habuit. Quapropter, dir in aula Imperatoris Augusti, apud quem gratia multum valebat, versatus, ea studiose conquisivit, (o) quibus historiae lucem accendere posset. Sed, quae ibi adservabantur, deperditis antiquae historiae commentariis, recentiorum tantummodo temporum faciem depingebant. Hinc, quam parum praesidii ibi invenerit, ipse, densam caliginem prioribus incumbentem saeculis conquestus, commemorat. Juvabit ipsius audire querelas, quas admodum frequentes libris suis immiscuit. (p) *Res*, inquit, *exposui quum vetustate nimia obscuras; veluti quae magno ex intervallo loci vix cernuntur, tum quod et rarae per eadem tempora litterae fuere, una custodia fidelis memoriae rerum gestarum, et quod, etiamsi quaedam in commentariis pontificum aliisque publicis privatisque erant monimentis, incensa urbe, pleraque interiere.* Easdem querimonias aliis in locis identidem iteravit, (q) ut facile ex iis et paucitatem eorum intelligere queas, qui in his nebulis de ac-

(o) BAPIN dans la comparaison de Thucydide et Tite Live, pag. 188.

(p) Lib. 6. cap. 1.

(q) Lib. 8. cap. 21. *Tanti errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magistratibus, ut, nec qui consules secundum quosdam, nec quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate non rerum modo, sed etiam auctorum, digerere possis.*

cendenda historiae luce solliciti fuerunt: et eorum labores ab incendio, quo urbs Romana conflagravit, maximam partem absumtos. Ipse Livius, penuriam monimentorum fide dignorum ingenue professus, suo haec testimonio satis corroborare posset. Quandoquidem vero nonnulli, magno conatu his testimoniis renitentes, insignem commentariorum copiam jactitant, qua prisca saecula abundaverint, ab ipsis antiquioribus scriptoribus etiam usurpatorum; operae pretium erit, singula haec rorum antiquarum monimenta adcuratius considerare. Annales maximi, secundum festvm (r) a pontifice maximo consecrari soliti, praestantissimum sine dubio suppeditarent lumen, quod antiquorum temporum tenebras dissiparet, si modo illi integri ex incendio Romano evasissent. Dedit nobis eorum imaginem cicero, (s) et, licet ab hac paulo diversam, forte tamen meliorem, vossivs, (t) de re historica egregie promeritus. Sed quod illi in incendio urbis Romanae perierint, haud obscure ex adductis et adducendis Livii verbis, ejusque querelis saepissime repetitis colligitur, quibus et alii scriptores primi ordinis subscripserunt. (v) Neque credibile est, quidquam ex his volumini-

(r) festus pag. 315. collect. auct. Lat. ling. quae prodiit Genev. 1622. *Maximi Annales adpellantur non magnitudine, sed quod eos Pontifex Maximus consecrasset.*

(s) cicero de Orat. lib. 2. cap. 12. *Erat enim Historia nihil aliud, nisi annalium confectio: cujus rei memoriaeque publicae retinendae causa, ab initio rerum Romanorum, usque ad P. Mucium pontificem maximum, res omnes singulorum annorum mandabat litteris pontifex maximus, efferebatque in album, et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi; id, qui etiam nunc annales maximi nominantur.* Quam suspectus hic locus sit, vossius jam indicavit, eumdem simul emendans. Nihilominus tamen ex eo suae opinioni robur petunt, qui annales maximos in incendio Romano periisse negant. Sed operam suam frustra impendunt. Largiamur enim, usque ad P. Mucium continuatos esse maximos hosce annales; inde tamen nemo extorquebit, priorum horum annalium partem ab incendio non fuisse absumtam. Forte post restauratam urbem et illi denuo condi coeperunt.

(t) vossius de Historicis Latinis, lib. 1. cap. 1. Tom. 4. Opp. *Nec peccare mihi videor, qui commentarios summorum virorum, pueritiam vel etiam infantiam Historiae adpellem. Quippe antiquiores his scriptores non habet Historia Romana. Rudes etiam et inconditi, imo, facundiam si spectes, plane infantes fuerunt. Accedit, quod, sicut pueritia domi solet contineri, ita annales illi a pontificibus adservarentur domi, nec alibi haec monumenta publica consulendi copia populo fieret.*

(v) plutarchus in Numa, Tom. 1. pag. 59. edit. Wechelianae. *Ἀλλὰ καὶ Κλώδιός τις ἐν ἐλέγχῳ χρόνων ἰσχυρίζεται τὰς μὲν ἀρχαίας ἐκείνας ἀναγραφὰς ἐν τοῖς Κελτικοῖς πάθεσι τῆς πόλεως ἠφανίσθαι.* Cum quo conspirat illud plutarchi de Rom. fort. Tom. 2. pag. 326. *Ἀλλὰ τί δεῖ περὶ ταῦτα διατρίβειν, σαφὲς οὐδὲν, οὐδὲ ὡρισμένον ἔχει· τῷ καὶ τὰ πράγματα διαφθαρῆναι τῶν Ῥωμαίων, καὶ συγχυθῆναι τοὺς ὑπ' αὐτῶν ὑπομνηματισμοὺς, ὡς Λίβιος ἱστόρηκε.*

bus violentiae ignis fuisse subtractum, quum inter omnes constet, quod, si semel flammae ejusmodi membranas corripuerint, brevissimo tempore incendio hauriantur. Et licet singularis hominum cura quasdam ex iis particulas superstites fecisset, mancas tamen, dilaceratas atque ita fumo infuscatas accepissent posteri, ut nullus earum usus fuisset futurus. Sed supererant tamen quaedam mediis ex flammis erepta, quae ipse Livius sigillatim commemorat, (x) nempe foedera, et duodecim tabularum et quaedam regiae leges. Quod ad foedera attinet, qualia haec fuerint, HORATIUS nos facit certiores, in Livii sententiam transiens. (y) Possunt quidem ex ejusmodi pactis inter gentes sancitis historiae interdum illustrari; sed quum, interprete HORATIO, duo tantum restiterint foedera, et in eorumdem consignatione nihil plerumque contineri soleat, quam quibus legibus, quibusve conditionibus pax et amicitia fuerit conciliata; parum sane auxilii universam gentis Romanae historiam descripturus inde poterat haurire. Leges illae, ex cineribus veluti erutae, poterant quidem senatui, rempublicam collapsam restauraturo, ingentem praestare utilitatem, nequaquam vero historiae Romanae, sub his vastatae urbis ruderibus veluti sepultae, animam novosque spiritus addere. Pontificum libri, ab annalibus maximis procul dubio diversissimi, ea tantum continuerunt, quae ad sacra pertinebant, et de quibus Livius, verbis jam excitatis, ait, quod a pontificibus essent suppressa. Proinde illi libri, oculis humanis prorsus subtracti, historiam Romanam antiquiorem nihil poterant juvare. Ad inscriptiones et alia monimenta, quae singulari hominum quorundam eminentium virtuti erigebantur, accedemus, quaesituri, num penuria scriptorum antiquiorum iis sublevari potuerit? Sed, quocunque oculos vertes, aut nullas, aut admodum exiguas in tanta litterarum raritate perspicies inscriptiones tibi profuturas. Monimenta illa, nisi originem suam, et personas, quibus dicata erant, adjectis litteris, tamquam certissimis rerum signis, prodiderint, sciendi cupiditati nequaquam satisfacient. Praeterea, si quaedam exstitissent monimentis vetustissimis insculptae inscriptiones, illae idem, quod Romana tecta, urbe conflagrante, subiissent fatum. Neque tempus rerum edax, quod ferrum et lapides consumere solet, iis laboribus ita pepercisset, ut eo tempore, quo primi Romanorum scriptores inclaruerunt, integri

(x) LIVIUS lib. 6. cap. 1. *Inprimis foedera ac leges (erant autem eae duodecim tabulae, et quaedam regiae leges) conquiri, quae comparerent, jusserunt; alia ex iis edita etiam in vulgus; quae autem ad sacra pertinebant, a pontificibus maxime, ut religione obstrictos haberent multitudinis animos, suppressa.* Omissis itaque a Livio annalibus maximis, magna verisimilitudine concludimus, ipsos tum prorsus periisse.

(y) HORATIUS lib. 2. ep. 1. vs. 23.

Sic fautor veterum, ut tabulas peccare vetantis,
Quas bis quinque viri sanxerunt, foedera regum
Vel Gabiis, vel cum rigidis aequata Sabinis,
Pontificum libros, annosa volumina vatum
Dictitet Albano Musas in monte loquutas.

essent atque illaesi. Jungimus his omnibus libros linteos, a Livio (z) subinde commemoratos, quorum auctoritatem et fidem, si quam habuerunt, intactam in medio relinquimus. Saltim non ad Livii pervenerunt manus, qui eos ab aliis auctoribus citatos citare solet. En! igitur illos exilis venae fontes, ex quibus antiquissimi historiae Romanae scriptores sitim suam restinguere debebant. Indicavit jam rivulorum istorum penuriam Gallus ille, (a) in praefamine a nobis commemoratus, qui, licet non omnium tulerit plausum, tamen, si aequa mente judicare volueris, non adeo lubricis argumentis suam opinionem superstruxit. Aderant quidem alia, sed tantum recentiorum temporum opera. Fastis enim Capitolinis parentem esse T. Pomponium Atticum putat PIGHIUS. (b) Acta senatus et populi diurna, Julio Caesare Imperatore, si SUETONIO fides est, (c) coeperunt nasci. Neque multo grandiores aetate fuerunt laudationes illae funebres et ephemerides, ad memoriam illustrium familiarum condecorandam conscriptae, a CICERONE (d) et Livio (e) jam satis vituperatae. Recentioribus igitur temporibus magna quidem lux exsplendescere coepit, sed antiquiora illa spississimis tenebris semper obsita fuerunt. Et quoniam ipsi illi, qui priscarum rerum memoriam renovare studuerunt, non alios, ex quibus haurire potuissent, indicarunt fontes, neque alii cuidam licebit eorum numerum augere, vel novos quosdam excogitare. Quare eadem caussa PERIZONIUM, magnum alioquin rerum antiquarum aestimatorem, commovit, ut veterum annalium fidem vacillare pronuntiaret. (f)

§. V.

De scriptoribus, quos sequitur Livius, judicium fertur.

Animadvertit illud tristissimum pristini aevi fatum VOSSIUS antea laudatus, et longe alia circumspicit fulcra, quibus laberantem veterum annalium fidem suffulciat. Ex memoria enim pontificum, quorum curae atque fidei annales maximi erant commissi, deperditam eorum partem potuisse quodammodo resarciri autumat. Quinimo longius procedit,

(z) Lib. 4. capp. 7. 13. 20. 23.

(a) Vide Dissertation sur l'incertitude des cinq premiers siecles de l'Histoire Romaine cap. 3. pag 25. seqq.

(b) V. PIGHII Annales Magistratuum et Provinciarum S. P. Q. R. lib. 1. pag. 13.

(c) SUETONIUS in Caes. cap. 20. *Inito honore primus omnium instituit, ut tam Senatus quam populi acta conficerentur et publicarentur.*

(d) CICERO in Bruto cap. 16. *Ipsae enim familiae sua quasi ornamenta ac monumenta servabant et ad usum, si quis ejusdem generis occidisset, et ad memoriam laudum domesticarum, et ad illustrandam nobilitatem suam, quamquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior.*

(e) Lib. 8. cap. 40.

(f) PERIZONIUS in Animadversionibus Historicis cap. 5. pag 181. *Ceterum ex ista litterarum raritate necessario evenit, ut in rebus, tam vetusto saeculo gestis, laboret nunc aliquando annalium fides.*

et vel ex vicinarum urbium mentariis, vel ex Graecorum ricorum operibus jacturam fuisse supplendam arbitra- (g) Sed plus justo memoriae num tribuit, et nimium sa- ulorum istorum humeris o- nponit VOSSIVS, sibi persua- quaecunque ante quadrin- s, et quod excurrit, an- esta in commentariis Roma- ontinebantur, ita eorum a- infixa fuisse, ut exinde per- um monimentorum insignior restitui potuisset. An, quae- jusmodi cento, variis con- partibus, eamdem, quam nnales, faciem fuisset habi- ? An omnia ita suppleri sse credes, ut singula, mi- m praecipua historiae mo- , consilia, eventus, prin- virorum vitia vel virtutes, num mores, temporum or- , locorum ingenia, varia n fortuna, belli pacisque e atque exitus, et alia, us non interpolata, pristi- formam acciperent? Nemi- nunctae naris VOSSIVS il- ersuadebit. Vicina vero a rerum cum Romanis ge- n memoriam annalibus con- sse, etiamsi evinceret VOS- , tamen nihil lucraretur. Aut sistebant annales illi victorias populi Romani et clades oppidorum a Romanis acceptas; tunc comburi potius, quam evulgari sua dedecora urbes illae curassent: aut continebant harum urbium gloriam, quam ipsae victrices a Romanis reportaverant; tunc Romani, suae gentis gloriam amplificandi studiosissimi, tale opus, veluti nomini suo infamiam allaturum, rejecissent. Graeci vero illi antiquiores, historiae Romanae incunabula celebrantes, eo minus veram reipublicae ejus formam certo noscere potuerunt, quo minus illud commercium fuit, quod eo tempore ipsos inter et Romanos intercessit. DIOCLI et ANTIOCHO, alios, eosque antiquiores, HIERONYMVM, THEOPHRASTVM atque TIMAEVM, DIONYSII HALICARNASSENSIS, PLVTARCHI atque PLINII testimoniis fretus, adjecit PVILLYVS, illorumque fidem evidentissimis rationibus subvertit. (h) Ne crambem bis coctam adponere videar, ad eumdem lectores ablegabo, hoc unicum addens, Livium Graecorum istorum opera nequaquam esse usum; quod inde patet, quia hos, quos sequitur, subinde nominat

) VOSSIUS de Historicis Lat. lib. 1. cap. 1. Tom. 4. Opp. *e enim ejuscemodi homines memoriam usque adeo omnem rant, ut nec ipsi, penes quos non modo legendi sed etiam ndi servandique annales jus erat, non bona ex parte in- are eosdem possint. Et credibile etiam est, vicinis etiam is fuisse annales suos, qui multa cum Romanorum gestis unia haberent. Ut nihil dicam de hominibus Graecis, Dio- nnarethio, quem inprimis sequutus est Fabius Pictor. et cho, Xenophanis filio, Syracusano, qui ex antiquis Italiae mentis Historiam composuerat, ut ex Halicarnassensi Dio- scimus.*

v. Memoires de l'Academie des inscriptions et belles lettres 3. pag. 23. ubi, adductis DIONYS. HALICARNASS. et PLUTARcis, HIERONYMVM Historiam oppugnatae a Pyrrho Lacedaemoriptisse ostendit, TIMAEI vero auctoritatem, POLYBII et DIOSICULI testimoniis infringit, pag. 33. THEOPHRASTI, et pagg. . DIOCLIS et ANTIOCHI fidem incertam facit PUILLYUS.

et laudat, eorum vero nullam unquam facit mentionem. Unde vero, inquies, Livius ea omnia hausit, quaecunque ingenti labore collecta posteritati reliquit? Virum tantum, ad quem visendum, uti PLINIVS narrat, (i) Gaditanus quidam ab ultimo terrarum orbe venerat, haec omnia ex ingenio confinxisse, quis, quaeso, sibi persuadebit? Sed ipse Livius fontes indicat, ex quibus, quae tradit, hausta sunt: quorum nomina FABRICIVS, (k) VOSSIVSque, (l) rei litterariae peritissimi duumviri, studiose collegerunt. Plerique, qui Livio viam praeiverunt, eo vixerunt aevo, quo ad summum fastigium gloria Romana propius accedebat. Quod si igitur ista commemorant, quae ipsorum aetate contigerunt, neque partium studio a veritatis via deflectunt, fidem sane merentur. Sed quoties ad ea retro abeunt saecula, quae ante captam a Gallis urbem effluxerunt, deperditis illorum temporum monimentis, talium testium fides ipsa periclitabitur, tantum abest, ut Livii fidem corroborare possit. Antiquissimus eorum, ut cum ipso Livius adpellat, (m) putatur FABIVS PICTOR, qui, quantum ex Livio (n) et APPIANO (o) constat, tempore belli Punici secundi vixit, Delphos tum ad consulendum oraculum missus. Sed, quam malae notae hic fuerit, POLYBIVS (p) et DIONYSIVS HALICARNASSEVS (q) jam pridem monuerunt. Atque eadem causa est, cur VOSSIVS ipsum maximopere exagitet. (r) Reliqui omnes, quemadmodum DIONYSIVS HALICARNASSENSIS (s) retulit, veluti uno agmine hujus PICTORIS vestigia legerunt, et, ejus tamquam natu majoris effata cupidissimis manibus adripientes, suum ei obsequium addixerunt. Quid igitur mirum, si Livius, horum

(i) PLINIUS lib. 2. ep. 3.

(k) FABRICIUS Biblioth. Lat. Vol. 2. cap. 11. pag. 205.

(l) VOSSIVS de Hist. Lat. lib. 1. capp. 2. 3. seqq.

(m) Lib. 2. cap. 40.

(n) Lib. 23. cap. 11. *Dum haec geruntur, Fabius Pictor legatus a Delphis Romam rediit.*

(o) APPIANUS de bellis Annibalicis pag. 569. ed. Tollii Amstel. 1670. *Ἡ δὲ βουλὴ Κόϊντον μὲν Φάβιον, τὸν συγγραφέα τῶνδε τῶν ἔργων, ἐς Δελφοὺς ἔπεμπε, χρησόμενον περὶ τῶν παρόντων.*

(p) POLYBIUS lib. 1. cap. 14. pag. 18. ed. JAC. GRONOVII, Amst. 1670. *Διὰ τὸ τοὺς ἐμπειρότατα δοκοῦντας γράφειν ὑπὲρ αὐτοῦ, Φιλῖνον καὶ Φάβιον, μὴ δεόντως ἡμῖν ἀπηγγελκέναι τὴν ἀλήθειαν.* et lib. 3. cap. 9. pag. 229. is de Fabio hoc scribit: *Ἡ μὲν γὰρ παρὰ τούτῳ ἀλογία, καὶ χωρὶς τῆς ἐμῆς ἐξηγήσεως, αὐτὴ δι' αὐτῆς δύναται θεωρεῖσθαι παρὰ τοῖς ἐντυγχάνουσιν.*

(q) DIONYS. HALIC. lib. 4. pag. 234 *Ἐνταῦθα πάλιν ἀναγκάζομαι μεμνῆσθαι Φαβίου, καὶ τὸ ῥᾴθυμον αὐτοῦ περὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν χρόνων ἐλέγχειν.*

(r) VOSSIUS de Historicis Lat. lib. 1. cap. 3. *In historia nimis studuit Romanis: unde, dum bellum Punicum descripsit, nec laudare scivit Carthaginienses, nec candide exposuit ubi peccarunt.*

(s) Lib. 1. pag. 64. *Κόϊντος μὲν Φάβιος, ὁ Πίκτωρ λεγόμενος, ᾧ Λεύκιός τε Κίγκιος καὶ Κάτων Πόρκιος καὶ Πείσων Καλπούρνιος καὶ τῶν ἄλλων συγγραφέων οἱ πλείους ἠκολούθησαν.*

antecedentium gregem sequutus, in eamdem ac illi suspicionem ruit? Plerisque, qui historias condiderunt, palmam praeripuit POLYBIUS, tum ob singulare studium, quod in contexendis historiis collocavit, tum ob insignem illam circumspectionem, qua, ne falsi quid suis laboribus irreperet, sedulo cavit. Hunc quotiescunque Livius exscripsit, malevolentiae et plagii propterea a viris doctis insimulatus, (t) non habemus, cur litem ipsi moveamus. Sed, reliquis illis scriptoribus, nemo nobis vitio vertet, si fidei parum tribuerimus, tum quoniam a primordio urbis opus suum exorsi in tantis tenebris non habuerunt, ubi pedem figerent, tum quoniam FABII PICTORIS vestigiis inhaesere, tum quoniam ipse Livius eorum auctoritati quam plurimum detraxit. Rectissime enim Valerium Antiatem, Silenum, (v) L. Calpurnium Pisonem, (x) Coelium, (y) Clodium Licinium (z) reprehendit, et eorumdem negligentiam adcusat. Nec ipsum L. Cincium, (a) Fabii Pictoris aequalem, ab Annibale aliquando captum, sine omni vituperio dimittit.

§. VI.

Traditiones rejiciuntur.

Alius superest fons, isque corruptissimus, ex quo Livius, quemadmodum ipse fatetur, (b) saepissime hausisisse videtur. Continet ille traditiones, a majoribus veluti per manum Livio traditas. Inde, quod PERIZONIO jam suboluit, (c) tot historiarum monstra fuerunt enata, quae unicuique, etiamsi tristius, atque Cato, in fronte gereret supercilium, risum tamen extorquere possent. Quare operae pretium esse ducimus, quam parum illarum auctoritati fidendum sit,

(t) Vid. JO. CLERIC. Art. Crit. Part. 2. Sect. 1. cap. 16. pag. 332. edit. Amst. 1712.

(v) Lib. 26. cap. 49. ostendit, quam diversa Silenus et Antias referant, talia mox subjiciens: *adeo nullus mentiendi modus est.* Conf. lib. 3. cap. 5. lib. 30. cap. 19. lib. 36. cap. 38.

(x) Lib. 9. cap. 44. *Hos consules Piso suggerit. Memoriane fugerit in annalibus digerendis, an consulto binos consules, falsos ratus, transcenderit, incertum est.*

(y) Lib. 22. cap. 31. *Sed et Coelium et caeteros fugit, uni consuli Cn. Servilio jus fuisse dicendi dictatoris.*

(z) Lib. 7. cap. 9. *Quaesita ea propriae familiae laus leviorem auctorem Licinium facit.*

(a) Lib. 21. cap. 38. *L. Cincius Alimentus, qui captum se ab Annibale scribit, maxime auctor me moveret, nisi confunderet numerum, Gallis Liguribusque additis.*

(b) Lib. 7. cap. 6. *Fama rerum spandum est, ubi certam derogat vetustas fidem.*

(c) PERIZON. in Animadvers. Hist. cap. 5. pag. 184. *Fama, incertis rumoribus vel obsoletis traditionibus plerumque innixa, res gestas populi sui vetustate obscuras in majus semper, imo in miraculum usque, extollere gestit. Nonnulla etiam istarum rerum pro veris tradita in Romanis historiis reperiri, quae praecipua quidem sui parte vera sint, sed tamen adjuncta etiam habeant poëticis fabulis et miraculis propiora, quam historica fidei et verisimilitudini, nemo, opinor, negabit.*

ostendere. Eas a gravi prudentique viro historiis non esse inserendas, cum vossio (*d*) arbitramur. Traditio est enarratio facti cujusdam ἀγράφου, ab aliis accepta, ad alios deinceps transmissa, et interdum ad seros posteros continuata. Propagari illa vel scriptis potest, vel ore. Quod si igitur vir prudens, integer vitae scelerisque purus, omnibus ad veritatem introspiciendam et consignandam subsidiis instructus, sui aevi res gestas ab oblivione vindicat, easque litteris mandatas ad futuros nepotes propagat; ejusmodi traditionis genus nequaquam repudiamus: cum primis quando ista facta a teste accepit, qui ipse rei gestae interfuit, cuncta explorata habuit, nullam probitati suae maculam adspersit, nullum mentiendi lucrum sibi propositum vidit. De iis jam nobis sermo est, quae oreienus fiunt, et imprimis remotioribus ex saeculis repetitae, solo hominum rumore ad alios perveniunt. Quo plura enim per hominum ora rumor pererravit, eo plus inquinamenti plerumque trahere secum solet. Fama omnia in majus extollit, et vires eundo adquirit. Jam malitia hominum deliberato animo mendacium struit, illud pro vero venditatura: mox simplicitati et credulitati humanae petulantia aliorum imponit: mox ingenii vigor, si quae memoria exciderunt, alia fingit, quae in illorum locum substituat. Hinc ea, quae rem gestam comitata sunt, adeo ut plurimum solent vitiari, ut, quid distent aera lupinis, vix discernere queas. Ipsa etiam, si qua sub his traditionibus latet res vere gesta, vel prorsus corrumpitur, vel erroribus ita circumducitur, ut in his nebulis difficulter possit dignosci. Adde, quod incertus rei enarratae auctor, de cujus probitate et prudentia nemini constat, magnam fidei partem demat, ipsamque rem incertam faciat. Plurimum enim ad fidem dictis faciendam interest, ut sciatur, quo potissimum auctore rumor ille in vulgus emanaverit. Nullus in hoc ratiocinio latet error: Si omnes utcunque traditiones uni eidemque corruptionis periculo obnexiae sunt; nulli earum tuto fidere poteris. Nunquam enim te deseret metus, anne haec, quaecunque tuas personat aures, idem, quod reliquae omnes, discrimen adierit. Quemadmodum enim miles ad bellum profectus, quum viderit suos commilitones Martis violentia oppressos et gladii furore dilaceratos, nunquam de sua salute securus esse, aut vitam se ad patrios Penates reportaturum certo spondere potest, commune illud periculum, quod omnium militantium cervicibus impendet, probe perspiciens: ita etiam traditiones, quum communi veluti periculo expositae sint, nunquam tibi certo persuadere poterunt, se veras, integras, et nullo vitio esse contaminatas. Non omnibus in universum traditionibus dicam scribimus. Attamen illud prono veluti alveo ex his, quae diximus, non potest non fluere decretum, quod, sicut nec nobis licet traditiones istas temere rejicere, ita neque alii, cui dem, liceat easdem amplecti, fovere, et tamquam veritates extra dubitationem positas vindicare. Quin potius, in tanta harum traditionum suspicione, semper ve-

(*d*) vossius de Arte Historica cap. 11. *Historiae materia et seges est, non ea, quae rumore dispersa, sed quae prodita vel commentariis senatus, vel actis diurnis, sive publicis sive urbanis.*

rendum erit, ne decipiamur. Favet nostrae sententiae BIRLINGIVS, (e) monetque, nunquam nobis certum praesto esse auxilium, quo veras a falsis distinguere queamus traditiones: Quum itaque nemini integrum sit, famae confidere incertae, profecto historiarum scriptor leges sibi constitutas transgreditur, si eam temere recipit, et ad alios transmittit.

§. VII.

Argumenta contrariam sententiam propugnantia pensitantur.

Jam eorum tela nobis erunt repellenda, qui traditionibus patrocinantes easdem omni nisu defendunt. Famam aliquam certam atque constantem fingunt, quam fidelem memoriae custodem adpellant, et a vago imperitarum de plebe muliercularum rumore longe diversam esse contendunt. Hunc rejiciunt, illam amplectendam esse censent. Sed unde, quaeso, constat, famam, quam adeo commendas, non ab otiosa quadam muliercula, tamquam ab infausta matre, esse enatam? Utinam signa adjiceres, quibus rumor ille vagus a fama constanti certissime dignosci posset. Nisi fallimur, hanc esse famam constantem opinaris, quae multos per annos continuata, a multis hominibus credita, tuas aures creberrime personuit: illum vero vagum rumorem nuncupas, qui tibi tuisque familiaribus parum innotuit. Sed vereor sane, ne hoc modo famam ex tuo ingenio metiaris. Alii famam istam constantissimam putabunt, quae tibi vaga videtur: tibi vero illa adridebit, quam alii tamquam novam et nunquam antea auditam explodunt. Accedit, quod haec famae cujusdam constantia non possit certum dici veritatis indicium. Constantissimis Pontificiorum sermonibus tritum et pervulgatum est, angelos domum, quam Beata Virgo inhabitavit, ex natali nostri Servatoris solo in Italiam deportavisse: anne putas fore, ut ipsa veritas ejusmodi commentum, quod isser multas gentes, non interrupta annorum serie, propagatum est, ob constantiam suam adoptet? Ejusdem momenti est distinctio inter res privatim et publice gestas. Illis, tamquam inter privatos privatorum hominum parietes peractis, inconstantiae et incerti labem adhaerescere; his vero, velut in totius orbis conspectu susceptis, tales naevos nunquam posse impingi contenditur. Sed quotidiana experientia longe aliud omnes edocet. Quis enim, quaeso, est, qui magis hominum ora in se convertat, quam viri principes, qui ad gubernacula reipublicae regendae sedent? Illorum res gestae eo minus in tenebris latere possunt, quo magis civium suorum mentes in ipsos defiguntur, et quo majori amicorum servorumque caterva quotidie stipantur. Credesne omnem mentiendi occasionem fraudulentis hominibus hic esse praecisam? Nunquamne fama ad tuas aures pertulit notissima re-

(e) BIRLINGIVS de Judicio Historico §. 8. pag. 289. *Nec sufficit ad demonstrationem communis famae. Haec enim, ex levi suspicione aut plane nullo fundamento orta, augetur et crescit eundo. Unde mendacia non tantum e civitate in civitatem, sed etiam e vicina domo in vicinam domum transferuntur, testante id quotidiana experientia. Ecquis vero nobis suppeditabit infallibile criterium distinguendi veram famam communem a falsa?*

gum Gallorum miracula, quorum digitis tam divina vis innasci semper credita est, ut sine ullo salubrioris medicinae auxilio, strumis, quibusbuscumque suam admoverint manum, statim mederentur? Bella geruntur. Praelio decernitur. Nullane illic mentiendi materia? Nunquamne diversissimos caesorum numeros audivisti? Nunquamne longe alium exercituum statum tibi fama nunciavit, quam in quo ipsi fuerunt? Sed, inquies, critica manus admovenda est, quae fabulis istis, honestum mentientibus colorem, fucum adscititium abstergat, et vestes meretricias exuat, quibus suam occultant deformitatem. Attamen, consideres, quaeso, quotiescumque illud acciderit, ut ejusmodi rumores, qui, meretricum more, faciem suam, adhibitis medicamentis, venustiori quodam infucerunt rubore, nova veste vultuque ad modestiam composito superbientes, sapientissimum criticum ad suos amores pellexerint. Neque evidens causarum et eventuum nexus firmum est fulcrum, quo traditiones sustentari possint. Eximium illud Metamorphoseos Ovidianae opus, mirifice causas et eventus adamantino veluti vinculo nectit, et nihilominus ex fabularum poëticarum numero nunquam eximetur. Unicum restat, in quod traditiones inaedificari solent, fundamentum. Quod si nostrorum temporum ea praerogativa est, ut famae novam rem ex remotissimis terris adferenti credere liceat; quidni idem jus vetustati concedemus, quae ob vitae innocentiam morumque sanctitatem, velut exemplum quoddam in illustri monimento collocatum, nobis ad imitandum proposita est, quando Astraea nostras invisa terras relinquens ad sedes beatiores evolavit, et, quod Horatius jam cecinit, (f)

Aetas parentum, pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Adeone rerum facies mutata est, ut, quod nobis licet, in illis vituperare debeamus? Sed diversissima utique res est, quando famae rem nudius tertius gestam adnuncianti, quae praeterea ipsis testium oculatorum suffragiis et publicarum litterarum fide continuata confirmatur, fidem meam adjicio, et quando Livius aut Fabius Pictor res ante quadringentos annos gestas, vetustate sua obliteratas, nullis, quae tum extarent, monimentis consignatas, tantum modo imperitae plebis et illiteratae gentis incertis sermonibus divulgatas, incertiore adhuc fama percepit, inscius, utrum res vere gestae sint, nec ne. Ad mores vero quod attinet, etiamsi ad aurea usque saecula retro abires, eamdem tamen, quam nunc, humani ingenii malitiam deprehenderes.

§. VIII.

Superstitio Livii notatur.

Non parum superstitio fidem historici debilitat, quae eum impedit, quo minus res sacras descripturus veritatem aequis passibus sequatur. Superstitio est vitium, quo actiones committuntur per erroneas de Deo et providentia divina opiniones, quoad ea, quae homini bona vel mala eveniunt, determinatae. Quum igitur ipse falsa pro veris amplectatur, falsa Dei cognitione imbutus: quum modum, quo Deus colitur, vanitate quadam ductus amplificare laboret: evenire haud aliter potest, quam ut, cognitioni vanitatique suae obtemperans, falsa et va-

(f) HORATIUS lib. 3. od. 6.

na lectoribus saepissime obtrudat. Quare, quod experientia magistra edocti scimus, effectus naturae viribus productos, hebetiori tamen ingenio non statim patentes, miraculis omnem naturae vim superantibus adjunget, prodigia ab irato Numine profecta ubicunque locorum cernet, portenta adversos rerum casus significantia finget, et, si caerimoniae quaedam sacrique ritus, religionem ipsam nihil prorsus adjuvantes, a sacrificulo forte fuerint neglecti, id, velut crimen morte expiandum, ne qua Numinis ira concitetur, diris gravissimis exsecrabitur. Ex his si de Livii studio judicare voluerimus, non possumus a superstitione ipsum immunem pronuntiare. (*g*) Tot enim prodigia, tot portenta, tot infausta omina, tot deastrorum miracula, tot neglecti cultus externi diis debiti poenae ab eo commemorantur, ut quilibet emunctae naris homo animum superstitioni deditum statim odorari possit. (*h*) Atque ea causa fuit, quare S. GREGORIUS adeo in Livium est exacerbatus, ut ipsum in ignes conjecisse feratur. (*i*) Sed neque hac in re Livio defensores defuerunt, qui eam ab ipso injuriam propulsare conati sunt. Commune enim hoc cum reliquis historicis vitium Livio fuisse contendunt, et propterea fabulas ejusmodi religiosas ipsi nequaquam vitio vertendas, quasi vero errantium multitudo errori patrocinium pareret, aut religio effrenatam mentiendi licentiam hominibus indulgeret. Praeterea etiamsi quis ipsis sacris paganorum innutritus Livii judex eligeretur: non tamen dubitamus, quin ob inventam harum inceptiarum multitudinem, quas sapientissimus quisque gentilium irrisit, (*k*) superstitionis ipsum condemnaret.

§. IX.

Tolandi opinio sub examen vocatur.

Longe alia via incedit TOLANDUS, Livii partes tuiturus. Tanta enim vehementia clientem suum a superstitione defendit, ut, quod FABRICIO (*m*) jam suboluit, ipsum in vitia a tergo veluti objecta praecipitet. Talem profecto nobis describit Livium, qui omnem deorum metum deposuerit, ipsamque religionem, ad coërcendos plebis rerum novarum

(*g*) v. Oeuvres de FRANCOIS DE LA MOTHE LE VAYER tom. 3. pag. 189. de Livio ita ait: *En verité jamais Historien n'a tant rapporté de ces vaines créances du peuple, qu'on en voit dans celuy-ci.* Cui prorsus subscribit CICERON dans ses Memoires pour servir à l'Histoire des hommes illustres.

(*h*) v. Lib. 1. capp. 31. 39. 45. Lib. 2. cap. 7. Lib. 3. cap. 10. Lib. 5. capp. 15. 32. Lib. 6. cap. 33. Lib. 7. cap. 28. Lib. 9. cap. 39. Lib. 10. cap. 27. et innumera alia.

(*i*) v. FABRICIUS Biblioth. Lat. Vol. 1. pag. 198. VOSSIUS de Arte Histor. cap. 19.

(*k*) v. CICERO de Divinat. lib. 2. cap. 38.

(*l*) v. TOLANDI Adeisidaemon Livii, sive Livius a superstitione vindicatus.

(*m*) In Bibl. Lat. part. 2. pag. 224. *Male de religione ac pietate, pessime de Livio meritus est Io. Tolandus, qui, ut illum a superstitionis culpa, quod multi jam ante illum fecerunt, absolveret, adstrinxit invitum irreligiositatis et ἀσεβείας crimine.*

cupidissimae animos inventam, spreverit, explosis exsibilatisque facetiis iis, quas per otium nefandi homines excogitaverant. Sed confutatus jam est a doctissimis viris, (n) qui nostram operam praeverterunt. Proinde paucissimis TOLANDI opinionem adgredimur. Affert quidem TOLANDUS (o) saepissime Livii verba, ex quibus prima specie adparere possit, Livium religionem patriam pro puro politicorum commento in magistratuum subsidium et sacerdotum emolumentum subtiliter excogitato habuisse. Sed ea pleraque ita comparata sunt, ut extra nexum posita aliquam prae se speciem ferant, si omnem vero totius sermonis cohaerentiam spectaveris, vel nihil TOLANDUM juvent, vel ipsam Livii superstitionem mirifice confirmet. Sic exemplum Romuli in coelum abeuntis, cui magnopere TOLANDUS (p) innititur, magnam Livii indicat superstitionem, omnes intendentis nervos, ut adpareat, Romulum non eo, quo alioquin Caesares Romani, more ad sidera esse relatum, sed longe augustiore modo, adhibitis miraculis, humana reliquisse, ipsumque divino sanguine natum genuinam Martis fuisse prolem. Sic parum probat, quod TOLANDUS (q) Livium loquentem mentiatur, nihil in speciem fallacius esse, quam pravam religionem. Etenim Postumium Consulem in Bacchanalia, ubi per noctis silentium promiscua libido exercebatur, perorantem fingit Livius, (r) et nefanda scelera, quibus sacra nocturna erant polluta, abominantem. Quod si igitur Livius illam omnis generis corruptelarum officinam, aut turpissima crimina, quae in religionem irrepserant, exsecrationibus gravissimis devovet, inde tamen non consequitur, eum a superstitione, cui se implicuerat, esse immunem. Dubitare quidem interdum videtur (s) de veritate prodigiorum, quae vulgo nuntiata erant. Sed plerumque tantummodo auctum ultra fidem eorum numerum incusat. Si autem, quod tamen rarissime evenire solet, quaedam eorum refellit, tum sane illorum vanitas vel simplicissimo homini statim in oculos incurrit, vel ipsa fama et imperitissimum vulgus iisdem jam denegaverat fidem. Neque nobis officiet, quod Livius in prooemio operis sui fateatur, se haec et his similia, utcunque animadversa aut existimata fuerint, in nullo discrimine ponere. Etenim illorum morem sequitur Livius, qui, in limine sui laboris stantes, multa promittunt, ulterius vero progressi spem, quam de se fecerant, egregiam frustrantur.

§. X.

De credulitate Livii agitur.

Cum superstitione sororio quasi vinculo sociata est credulitas. Illa circa religiosas res, haec cumprimis circa civiles peccat. Credulitas enim est facilitas men-

(n) v. FABRICII Bibliograph. antiq. cap. 8. §. 7. pag. 237. ubi illi recensentur, qui adversus TOLANDUM pugnavere. BUDDEUS, de Atheïsmo et superstitione, passim etiam TOLANDUM confutat, et V. C. M. CHRIST. GUIL. BOSIUS peculiari schediasmate idem negotium suscepit, quod prodiit Lips. 1739.

(o) *Adeis*. §. 5. pag. 6.

(p) TOLANDUS Adeis. §. 7. pag. 13.

(q) Adeis. §. 14. pag. 36.

(r) Lib. 39. cap. 16.

(s) Lib. 21. cap. 61. Lib. 24. capp. 10. 44.

is, quodcumque enarratum, abs-
ue praevio veri falsive examine,
uscipiendi. Vix exitiosa pestis
orruptis contagioso tabo cor-
oribus tantum periculum tan-
imque malum concitat: quan-
m noxam credulitas illa infe-
is hoc veneno animis histori-
orum infert. (t) Etenim si hi-
oriarum scriptor statim ad cre-
endum pronus est, tum quem-
umque rumorem, quibuscum-
ue ab initiis profectus sit, pro
ero adripiet, et non tam res
estas, quam fabulas Milesias,
onsarcinabit, iisque in unum
orpus redactis, sub veritatis
pecie posteritatem decipiet. Qua-
e inter causas omnium ferme
endaciorum vossius eamdem
eferte (v) Livium vero hac lue
isse contaminatum tot fabulae
stantur, quibus ejus opus bea-
t. Mox enim Romulus tempe-
ate quadam in coelum rapitur;
r) mox Tarquinio, carpento se-
enti cum uxore, aquila, sus-
ensis demissa leniter alis, pi-
um auferet, superque carpen-
m cum magno clangore volu-
ns, rursus velut ministerio di-
nitus missa capiti apte reponit.
) mox corvus repente in Va-
rii contra Gallum dimicantis
lea considet, et, quotiescum-
que certamen initur, levans se
alis, os oculosque hostis rostro
et unguibus adpetit. (z) Quae
omnia serio et absque ulla haesitatione commemorat, etsi, quam
falsa, quam inepta, quam futilia sint, unicuique, nisi oculos
ipse occludat, statim adpareat.
Quid igitur mirum, quod nimia
credendi libidine adeo abreptus
in ea, quae cum rei natura vel
prorsus pugnant, vel saltim non
convenjunt, parum inquirat, mi-
nime sollicitus, utrum res quae-
dam probabilis sit, nec ne. Duo
tantum, ne fastidium lectoribus
creem, ejusmodi exempla, quae
a verisimilitudine longissime re-
cedunt, adferam. Iter illud, quo
Annibal Alpes transgressus est,
tantis obseptum difficultatibus
describit Livius, ut vix putares,
Annibalem ibi exercitum suum
traducere potuisse. Proinde e-
tiamsi in itinere hoc exponendo
plerumque vestigiis POLYBII insi-
stat Livius, aberrat tamen inter-
dum ab iisdem, miraculo rem
augens, et in ea vitia incidens,
quae POLYBIUS in his, qui tran-
situm illum Annibalis in Italiam
commemoraverant, optimo jure
vituperavit. (a) Nihil vero ma-
gis oculos in se convertit, quam
quod Annibal ardentia saxa in-

(t) BIERLINGIUS l. c. cap. 3. §. 1. pag. 136. impedimenta veritatis historicae describens, *Naevus*, inquit, *maxime notabilis, qui judicandi facultatem corrumpit, est credulitas.*

(v) VOSSIUS de Arte Histor. cap. 9. *Causae, cur historici shepa lsum referant, est partim defectus, partim nimia credulitas.*

(z) Lib. 1. cap. 26. et lib. 5. cap. 24.

(y) Lib. 1. cap. 34. Ad haec CLERICUS: *Et res*, inquit, *et verba ctam magis decebant, quam historicum.*

(z) Lib. 7. cap. 26. ubi CLERICUS: *Admirabilius est, Livium lla re significasse, se ejusmodi fabulae fidem non habere, od in tam gravi historia par fuit.*

(a) POLYBIUS Hist. L. 3. cap. 47. pag. 278. Ἔνιοι δὲ τῶν γεγραφότων περὶ τῆς ὑπερβολῆς ταύτης βουλόμενοι ἡμᾶς ἀναμνήσκειν ἐκπλήττειν τῇ περὶ τῶν προειρημένων τόπων παραδοξολογίᾳ, λανθάνουσιν ἐκπίπτοντες εἰς δύο τὰ πάσης ἱστορίας ἀλλοτριώτατα, καὶ γὰρ ψευδολογεῖν, καὶ μαχόμενα γράφειν αὐτοῖς ἀγωνιάζονται.

fuso aceto putrefeciffe, (b) atque ita viam sibi aperuiffe dicatur. Aceto saxa rupesque tam brevi tempore putrefieri posse, omnem excedit fidem. Unde enim tanta aceti copia, quanta perficiendo huic operi suffecisset? an ex ultimis Africae terris secum adportavit? an ex incultis circumquaque regionibus petiit? Quodcumque pro certo adfirmaveris, majoribus, quam quae antea tibi objectae erant, difficultatibus te implicabis. Neque unquam ea aceti vis fuit, ut duriffimae saxa emolliret, quae vix aqua fortis subigeret. Quinimo infusum igni suffocaviffet potius flammas, quam ut iisdem saxa comesturis majores vires addidiffet. Propius ad veritatem accedit SILIUS ITALICUS, (c) qui licet poëtarum more infectum tantis periculis iter Annibalis describat, tamen solo igne, nequaquam vero infuso aceto, saxa domita esse canit. Praeterea unde immanes hae arbores, quae dejectae erant, quum illic rupes et saxa essent, et perpetuae nives, quas ne aestivus quidem solis calor liquefacere poterat, sed super intactam veterem nivem, nova semper esset effusa. Silvae quidem erant in subjectis huic jugo, quod Annibal jam occupaverat, locis. Sed vix ullo videtur simile, milites, qui longis itineribus jam fessi erant, et immensos labores in superandis hisce saltibus exantlaverant, nunc ad eadem, ex quibus vix semianimes emerserant, pericula esse relapsos, ut, licet jam desperatio ipsorum mentes subiisset, tamen ex remotioribus jugis, ubi neque sustinere se a lapsu, nec, si qui paululum titubassent, haerere adfixi vestigio suo poterant, densissima robora advexisse. Neque XERXES, (d) qui illud Annibalis iter et gravissimos labores delineavit, neque POLYBIUS, (e) qui magna ex parte Livio viam praeivit, vel unico verbo infusi saxis aceti mentionem fecere. Quin potius et POLYBIUS (f) et Livius (g) ipse fatentur, Gallos jam ante Annibalis adventum Alpes transiisse, quare vix Poenus tam hebeti ingenio fuisse credendus est, ut non eam, quam Galli jam antea straverant, viam sit secutus. Eodem modo a verisimilitudine recedit Livius, (h) Fabios ad unum omnes a Vejentibus esse caesos exponens. Sex

(b) Livius lib. 21. cap. 37.

(c) SILIUS ITALICUS lib. 3. vs. 640.

Jamque ubi nudarunt silva densissima montis,
Adgessere trabes, rapidisque accensus in orbem
Excoquitur flammis scopulus. Mox proruta ferro
Dat gemitum putris, resoluto pondere, moles,
Atque aperit fessis antiqui regna Latini.

(d) CORN. NEPOS in Annibale cap. 3.

(e) POLYBIUS Historiar. lib. 3. cap. 55. pag. 289. *Καὶ μετὰ ταῦτα παρελθόντας τὰ πλήθη, τὸν κρημνὸν ἐξφκοδόμει μετὰ πολλῆς τῆς ταλαιπωρίας.*

(f) POLYBIUS lib. 3. cap. 48. pag. 279. ed. cit. ubi in historicos negligentiores animadvertit: *οὐχ ἱστορήσαντες γὰρ ὅτι συμβαίνει τοὺς Κελτοὺς, τοὺς παρὰ τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν οἰκοῦντας, οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς πρὸ τῆς Ἀννίβου παρουσίας, οὐδὲ μὴν πάλαι, προσφάτως δὲ μεγάλοις στρατοπέδοις ὑπερβάντας τὰς Ἄλπεις παραπτάχθαι μὲν Ῥωμαίοις.*

(g) Lib. 5. cap. 34.

(h) Lib. 2. capp. 49. 50.

trecentos Fabios, omnes patricios, omnes unius gentis eo tempore vixisse, quod Roma adhuc in suis incunabulis erat, et eadem adeo aetatis abundabat, ut fidem meretur? Sed de eo minus dubitabimus, quam de re, quam ad unum omnes fuerit caesi, unico tantum impuberis aetatis superstite puero. Id autem fidem excedit, quod tanti viri, quorum nonnulli consulatum gesserant, exercitus adversus hostes educentes, omnes patricii, quorum neminem ducem emeret egregius quibuslibet temporibus senatus, qui suam dignitatem viresque hostium provocaverit, tam temerarium inierint consilium, ut se solos suis viribus hoc bellum gerere posse, et parva inceptis suis eventura fore crederent. Nec majorem adhibetur fidem, quod duces rei militaris peritissimi adeo rebus suis luxuriaverint, et sua ita neque ullo loco neque ullo tempore sustineri posse temere statuerint, ut, nullo relicto Cremerae praesidio, incauti, non missis antea exploratoribus, patresque in agris in insidias hostium irruerent. Anne tum putas omnes gloriosam pro patria mortem oppetere, quam fuga salutem quaerere, maluisse? Anne cuncti unius gentis adeo provecti jam aetate fuerunt, ut arma ferrumque omnes tum portare possent, et non nisi unico veniam militiae recusandae impuber aetas concederet? Mirum sane est, quod haud quibusdam eorum, qui non more solum consueto, sed et lege ad contrahenda matrimonia festinare debebant, (i) neque impuberes nati, fratresve, neque gravidae uxores domi remanserint, unde nominis Fabiani conservatio esset exspectanda; sed unicus tantum velut emortua in stirpe restiterit surculus, qui solus paternae virtutis gloriam propagaret. Quocirca longe verosimilior est sententia DIONYSII HALICARNASSEI (k) memorantis, M. Fabium, quatuor millia hominum, et inter eos sex et trecentos e gente Fabia, adversus Vejentes eduxisse. Magis tamen nobis probatur PERIZONII (l) a tricis suis hanc historiam repurgantis sententia, qui Fabios neque omnes patri-

(i) CLERICUS ad Liv. lib. 2. cap. 29. *Mirum est hoc Livio non boluisse, sed saepe verosimilibus praetulit incredibilia.*

(k) DIONYS. HALICARN. lib. 9. pag. 573. *Ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Μάρκος Φάβιος ὁ τῷ παρελθόντι ὑπατεύσας ἔτει, καὶ ἐνίκησε τοὺς Τυρρηνοὺς τῇ μάχῃ, τετρακισχιλίους μάλιστα ἐπαγόμενος, ὧν τὸ μὲν πλεῖον, πελατῶν τε καὶ ἑταίρων ἦν. ἐκ δὲ τοῦ Φαβίων γένους ἑξακόσιοι τριακόσιοι ἄνδρες.* Continuat deinde hanc historiam referre, ad diversam a Livii enarratione, attamen verosimiliorem, et pag. 553. fabellam trecentorum caesorum ipse refellit, neque verum neque verisimilem eam adpellans.

(l) PERIZONIUS in Animadversionibus historicis cap. 5. pag. 194. ae ejus opinio multum roboris ex Dionysii narrationibus habet. ADDITIO. „Verba Perizonii non satis attente perpendit eruditiss. Auctor. Sunt autem haec: *Sumpsisse sibi censeo hoc bellum consulares Fabios, Marcum, et Caesonem (nam Fertius Quintus) alio in bello occiderat) et vere trecentos sex fratres ad illud eduxisse, non autem plures, neque hos ipsos omnes gentiles suos, omnes unius gentis, sed longe maximam partem suae gentis clientes, atque ita vere unum Fabiae gentis, vel certe trium consularium fratrum impuberem filium, vel forte etiam totius gentis paulo plures, sed quorum unus*

cios, neque unius gentis, sed eos etiam in horum trecentorum numerum fuisse adoptatos arbitratur, qui tum Fabiorum clientelae fuerunt addicti. Et, quoniam paulo post hanc cladem acceptam tres simul Fabii supererant, recte colligit, non omnes una interneccione esse deletos. Concinunt quidem cum Livio Peligneus vates, (*m*) et SILIVS ITALICVS, (*n*) ille gratiam patroni sui aucupaturus, hic vero insignem populi Romani gloriam celebraturus, neuter a partium studio alienus. Sed, quoniam poëtae verborum magis lenocinia, quam veritatem, subinde captant, et, quando in altum vela dare solent, ipsam saepe in continenti relinquunt, non tuto historiarum adparatus ab iisdem poterit peti. Neque aliorum testimonia, qui eandem, quam Livius, historiam minus probabiliter recensent, de sua ipsi fidem addent, quum in eadem, qua ille, sint culpa, et vel ex ipsius Livii annalibus, vel ex iisdem, quibus ille, corruptis fontibus sua hauserint.

§. XI.

De negligentia Livii, et praesertim de ejus nimiis dubitationibus, variisque contradictionibus.

Negligentia est vitium, quo quis, levitate animi ductus, debitum studium in rebus pertractandis non ponit, credulitati adeo propinquum, ut ipsam hujus matrem haud immerito adpellare possis. Procreat illa praeter credulitatem alias ex se filias matri haud dissimiles, frequentes dubitationes, contradictiones, rerum necessariarum intermissiones, et temporum errores. Dubitationibus illis tantum, qui Livio patrocinari, utque

„*tantum ad virilem aetatem pervenerit, Romae relictos.* Incertum igitur relinquit, utrum unus impubes, an plures Fabiae gentis Romae relicti fuerint: ita tamen ut, si plures post cladem ad Cremeram superfuerint, unus tantum ad virilem aetatem pervenerit. Minime sane omnium id colligit eo argumento, quoniam paullo post hanc cladem acceptam tres simul Fabii supererant, ut auctor credidit, quum certissime triginta ac pluribus post hanc cladem annis unus tantum memoretur Q. Fabius, qui, ut Livius inquit lib. 3. cap. 1. unus exstinctae ad Cremeram genti superfuerat. Neque video, unde Perizonium ita colligere voluisse ipse collegerit, nisi forte fraudi fuerint verba pag. 187. ubi memorat tres fratres Fabios, qui proximis septem annis consulatum continuarint. Verum per *annos proximos* non tantum intelligi possunt proxime sequentes, sed etiam proxime praecedentes; et Perizonius re vera proximos septem ante cladem annos intellexit."

(*m*) OVIDIUS Fast. lib. 2. vs. 235.

Una dies Fabios ad bellum miserat omnes;
Ad bellum missos perdidit una dies.

Idem ex Ponto lib. 1. ep. 2. ad Fabium ita scribit:

Qui nasci ut posses, quamvis cecidere trecenti,
Non omnes Fabios abstulit una dies.

(*n*) SIL. ITAL. lib. 2. vs. 3.

— — — Fabius, Tirynthia proles,
Ter centum memorabat avos, quos turbine Martis
Abstulit una dies, quum fors non aequa laboris
Patricio Cremerae maculavit sanguine ripas.

a credulitatis crimine vindicare tudeat. Sed ita

Cuius patrocinio non bona pejor erit.

Namque si quis aniles fabulas, quas primo statim intuitu aversari debebat, tanti habet, ut his idem pondus inesse putet, quod argumentis ex rei natura depromtis, is nimia credendi libidine teneatur oportet. Quapropter quum non justa lance rei, quam exponit, naturam perpensitaverit, satis id esse ducens, dummodo suum cohibeat adsensum, non injurii in Livium erimus, si ipsum debitam in rebus perscrutandis operam non collocavisse, affirmamus. Investigare enim antea debebat, num fieri posset, ut novacula eos discinderetur, ut pecora humanam vocem imitarentur, ut volucres, humanum sodalitium alioquin fugientes, nulla hominum arte manuefacti, naturam suam dedisceret, et, tamquam famuli ad ejusmodi servitia adsueti, pileum in capiti domini sui apte reponere cellerent, num ex vaporibus e terra exhalatis adeo foecundum fieri coelum posset, ut carne pluereat? investigare, inquam, ea prius debebat, quam litteris, sive sub veri sive sub incerti titulo, consignare. Atque eo magis haec sententia confirmatur, quo magis etiam in majoris momenti rebus fluctuantem animo, et quo in partes se vertat nescientem, Livium videmus. Minus excusari potest ea, qua sibimetipsi interdum contrariatur, negligentia. (*o*) Sic commemorat praemia, quibus Mericus Hispanus ob proditam Romanis Nasum, arcem Syracusanam, et quod ibi praesidii erat, fuerit ornatus: (*p*) quum tamen antea, non tam Nasum, quam Achradinam, partem urbis, Marcello Mericus commisisse, Nasus vero vi a Romanis expugnata dicatur. (*q*) Eodem modo sese res habet, quum Pleminius, ob nefanda scelera Locris admissa, in carcerem conjectus, mortuus prius in vinculis dicitur, quam judicium populi de eo perficeretur, (*r*) quum tamen paulo post poenam sustinuisse, quinimo necatum esse commemorat Livius. (*s*) Quod si vero opportuna mors Pleminium poenae subtraxit, qua ratione ipse poena adfectus atque necatus dici potest? Plura ejusmodi negligentiae Livio inhaerentis exempla afferre possemus, sed plura desiderantes ad PERIZONIUM ablegamus, (*t*) ad alia momenta jam progressuri.

§. XII.

De temporum erroribus et rerum necessariarum intermissione.

Praeter ista, quae jam monuimus, in exponendo consulum ordine et supputandis rerum gestarum temporibus, Livius saepissime est hallucinatus. Pauca

(*o*) PERIZONIUS in Animadv. Hist. cap. 7. pag. 327. *Longe gravioris est, nec ferendae in historicis inconstantiae, quando illi uno in opere sibi ipsi contraria vel certe diversissima de una re, uno tempore facta, sine ulla alterius opinionis alibi a se relatae mentione scribant.*

(*p*) Lib. 26. cap. 21.

(*q*) Lib. 25. cap. 30.

(*r*) Lib. 29. cap. 22.

(*s*) Lib. 31. cap. 12. et lib. 34. cap. 44.

(*t*) PERIZONIUS in Animadvers. Hist. cap. 8. seqq.

tantum horum mendorum exempla in medium proferemus. Sic anno V. C. CCLV. A. Postumium Dictatorem fuisse narrat, (v) quem DIONYSIVS, (x) et, qui hujus vestigia sequitur, PIGHIVS, (y) ad annum V. C. CCLVIII. referunt. Sic eodem in capite Tarquinius Superbus in exercitu Latinorum fuisse, et cum dictatore dimicasse dicitur; qui Tarquinius jam nonagenarius senex et aetate ac viribus gravior erat, quam ut subeundo certamini par esse posset. Hinc merito Livium DIONYSIVS (z) confutat, et in Superbi locum Titum et Sextum Tarquinios substituit. Sic anno V. C. CCLXVII. P. Valerio Poplicolae collegam adjungit P. Lucretium, (a) quum tamen ex DIONYSIO (b) constet, quod etiam PIGHIVS (c) notavit, cum Valerio consulatum gessisse M. Horatium. Et ante Nautium ad annum CCLXIIII. et LXV. duplex par consulum fuit omissum. (d) Illud praeterea magnam Livii negligentiam indicat, quod in describendo bellorum adparatu, habendis delectibus, bellis gestis, proeliorum varia fortuna, internis seditionibus, justo diutius commoretur, et, quibus artibus domi, quiete ab externis internisque hostibus parta, res fuerint auctae, quae pacis foederumque ictorum conditiones, quis judiciorum exercendorum status, quae magistratuum propensiones, quae civium, impetrata pace, praecipua negotia, quae artium apud Romanos origines et incrementa, quae juventutis educandae ratio, et, ut multa paucis complectar, quis urbis Romanae domesticus fuerit status, prorsus fermè omittat. Unusquisque qui vel a limine Romanae Livii historiae salutat, ingentem harum rerum penuriam animadvertet. Aliud negligentiae documentum CLERICVS (e) adjecit, harum rerum sagacissimus prudentissimusque judex. Saepe in consequentibus eorum mentionem facit Livius, quae justo loco in antecedentibus silentio praeteriit. Duo tantum testimonia, a CLERICO jam animadversa, proferemus. Sic censum metu legis de incensis latae maturatum commemorat Livius, (f) nulla mentione facta, neque quo tempore, neque

(v) Lib. 2. cap. 19.
(x) DIONYS. lib. 6. pag. 328.
(y) PIGHIUS in Annalibus Magistratuum et Provinciarum S. P. Q. R. lib. 2. pag. 86.
(z) DIONYSIUS l. c. pag. 330.
(a) Lib. 2. cap. 15.
(b) DIONYSIUS MALIC. lib. 5. pag. 281.
(c) PIGHIUS l. c. lib. 2. pag. 74.
(d) Liv. lib. 2. cap. 39. Vid. PIGHIUS pag. 94.
(e) CLERICUS in Not. ad lib. 1. cap. 44. *Est rectae narrationis regula, nihil in sequentibus dicere, quod non ex antecedentibus intelligi queat, aut certe, quod non exponatur, ubi primum occasio postulat.* Et in Arte Crit. part. 1. Sect. 3. cap. 5. §. 12. *Possem et aliud omissionis genus in Q. Curtio ostendere, sed quod ei cum praestantissimis historicis commune est, quamvis cum adcuratae narrationis legibus non consentiat. Saepe nimirum ex serie orationis animadvertimus, in antecedentibus omissam esse circumstantiam, ex qua, quae postea dicuntur, pendent. vet.*
(f) Lib. 1. cap. 44.

a quo lata, aut cujus carminis lex ista fuerit. Multum sane ad hujus historiae intelligentiam conducere poterat, si Livius pleniorem ejus legis dedisset descriptionem. Eodem modo dictatorem T. Quintium Cincinnatum Praenestinos, ad Regillum lacum devictos, centum annorum pace obnoxia tenuisse, auctore Livio scimus. (g) Sed pax illa, quae cum hostibus ad Regillum lacum ante centum, aut, quod, CLARICO teste, rectius dicitur, centum et viginti annos fuerat facta, prorsus a Livio est neglecta. Praeterquam enim, quod ad lacum Regillum eo tempore pugnatum esse, et dictatorem magistrumque equitum triumphantes Romam rediisse commemorat, neque vola neque vestigium de facta pace, inito foedere, ejus conditionibus, et reliquis hujus rei gestae momentis adparet.

§. XIII.

Historicus debet velle scribere verum.

Inprimis etiam historicus, partibus suis rite functurus, posthabitis reliquis omnibus, debet velle scribere verum. Sed, proh dolor! per plerorumque ingenia tabes quaedam serpsit, eaque, quod vossius recte conqueritur, (h) mentiendi quadam libidine infecit. Mox enim historiarum scriptores tantus erga suam gentem capit amor, (i) ut ipsam nimiis encomiis exornent, et, si quidquam contigerit, quod istius gloriam obfuscet, illud vel prorsus dissimulent, vel, omni adhibita arte, elevent: mox vero egregia civium suorum facinora nimiis laudibus extollunt, et

— — *de magnis majora loquuntur:*

mox amicitiae, quam cum aliis contraxerunt, tantam curam habent, ut amicorum omnia probantes laudantesque, naevos, quibus hi interdum deformantur, velut oblivione sempiterna sepeliant.

§. XIV.

Nimium laudat Livius populum Romanum.

His vitiis unus omnium maxime laborat Livius. Adeo Romanae gloriae velificatur, ut nunquam Romanos adversi quidquam perpessos, sed unam victoriam iis instrumentum alterius fuisse putes. Audi, quaeso, magnifica verba, quibus Romulus invictam civium suorum potentiam praesagire a Livio fingitur. (k) *Sciant, et ita posteris tradant, nullas opes humanas divinis Romanis resistere posse.* Hinc adeo Romanum nomen diis immortalibus curae cordique fuisse mentitur, ut ipsi unanimi consensu ad augendas Romanorum opes conspirasse, et fortunam, quasi inconstantiam suam mutavisset, iis comitem perpetuam adjunxisse videantur. Quare, si quando Romana acies in proelio periclitari coeperat, aderant statim dii votis evocati, qui et effusam Romanorum fugam sisterent, et, ceu milites mercede conducti, adversus nominis Romani hostes dimicarent. Sic quum minus

(g) Lib. 6. cap. 38. Conf. lib. 2. cap. 20.

(h) vossius de Arte Hist. cap. 9. *Non satis est, ut absit mentiendi libido, qua tamen multi Historicorum minime vacant.*

(i) BIRELISGIUS de Pyrrhonismo historico cap. 3. §. 12. *Magnifice sentiant homines de patria sua, de rebus ad eam pertinentibus, aliterque sentire sibi religioni ducunt.*

(k) Lib. 1. cap. 16.

felici successu adversus Latinos pugnaretur, P. Decius consul, pro salute civium suorum devotus, statim, ira deorum placata, terrorem a suis aversum in hostes convertit, ut Latini haud secus quam pestifero sidere icti paverent, et animis consternati fugam ac vastitatem late saeverent. (*l*) Sic Romulus, Statori Jovi templum, (*m*) et Tullus duodecim salios fanaque Pallori ac Pavori votens, (*n*) uterque praesentissimum Numinis auxilium experiebatur. Ita sperabat Livius magnum apud posteros Romano nomini accessurum esse honorem, si ipsi Dii contra P. R. hostes pugnavisse, et, ne ipsius gloria unquam deprimeretur, sedulo cavisse dicerentur. Praeter sexcenta alia exempla, quibus nimium orga Romanos favorem evidentissimis indiciis prodidit, unicum proferemus, quo comparationem Alexandrum inter et Romanos instituit, aliorumque indignationem commovit. Fidem fere superat, quam inique de rebus Alexandri M. et quam magnifice de Romana virtute Livius (*o*) sentiat. Omnia arbitratur, sicut ab aliis regibus gentibusque, ita ab hoc etiam facile praestare invictum Romanum imperium. (*p*) Verum, quam falsa jactitet, cuilibet patebit, considerant, quod Romani jam a Porsenna debellati, a Samnitibus subjugati, a Gallis intra moenia sua capti, ab Hannibale, nisi hunc suorum invidia debilitasset, prorsus fuissent delati. Sed eorum omnium oblivio Livium jam superat; hinc, ab ingeniis et fortuna ducum etiamsi, duces ducibus comparat. Alexandrum unum, adolescentem, et in incrementis rerum suarum, atque, hoc quo ingentem senatorum ceterorum opponit, quorum quilibet unus verum Romani senatus speciem habuerit. Sed, si multitudinem dumtaxat spectaveris, plures adhuc erant in exercitu Alexandri militum praefecti, qui omnes nominal regum virtute cedebant. Praeterea senatores illi Romani vix uni aut duobus praefuerant proeliis, magis ad rixas cum plebe serendas, quam ad justa bella idonei: Alexander vero omnibus praefuerat bellis, rerum militarium notitia, si quis alius, egregie instructus, duces ipsius agmina semper duxerant, et regem suum quacunque eundem comitati erant, eorum omnium, quae ad bella feliciter gerenda pertinent, peritissimi. Nec Romanis unquam ea animi indoles, nec in sustinendis laboribus patientia, nec in instruenda acie sagacitas.

(*l*) Lib. 8. cap. 9.
(*m*) Lib. 1. cap. 12.
(*n*) Lib. 1. cap. 27.
(*o*) Niceron Memoires pour servir à l'Histoire des hommes illustres, tom. 4. pag. 171. *La digression, que fait Tite Live sur Alexandre le Grand, ne lui a pas fait honneur.* Cum quo conferri merentur Oeuvres de Francois de la Mothe le Vayer tom. 3. pag. 192. *La question etoit belle, mais il l'a traité si desavantageusement d'une coté, et avec tant de flatterie de l'autre, quand il egale dix ou douze Capitains Romains a cet invincible Monarque, que c' est l' endroit de tout son ouvrage, qui contente le moins un lecteur judicieux. Pour n'en point mentir, cette digression dans toutes ses parties est plus digne d'un declamateur, que d'un Historien de la reputation de Tite Livi.*
(*p*) Lib. 9. cap. 17.

ec in proelio conse-
ditas, nec in rebus
s eadem, quam Alex-
fortuna fuit. Non cum
Alexandro fuisse fu-
rgit supercilioso Li-
hunc solum regem
iciisset. Sed subju-
lias, eaque potentissi-
s, munitissimas urbes
ditionem redegit, al-
ontium juga, invios
maxime flumina, alias
cultates felicissima su-
quam Romani tantum-
tra Italiae fines, cum
jam vinci adsuetis, eo
decertabant. Si vero
er, quod porro Livius
rebus secundis mersus,
defitus, idem quoque
accidere poterat, quos
pore Gallici tumultus
elatos hostem contemne
tus. Praeterea Alexan-
arma in Europam ver-
medio victoriarum cur-
ictis Graecis, Persis, In-
Romam advenisset, non
m, quum cetera invictus,
victus metam jam bellis
merat. Consulibus vero
toribus nullam fuisse ad-
fortunem, nihil huc fa-
niam ipsorum imperium
tantummodo annis cir-
bebatur. Militum copia
te Alexander Romanos
superabat. Parvam ipse
etam ducebat manum, et,
tudine opus, innumerum
im ex devictis terris con-
poterat. In perferen-
o laboribus, Macedone
milite nemo melior erat. Sed Livius, nimio gentis suae amore occoecatus, omnem eloquentiae vim ad celebrandam unice Romanorum gloriam impendit. Non infitiamur, magnam rectissime dici urbis Romanae virtutem; sed tantam fuisse, quantam eam Livius depingit, et quanta vulgo solet celebrari, merito dubitamus. (q)

§. XV.

Livius Romanorum dedecora subinde dissimulavit.

Maximum, quod Romani unquam subierunt, periculum fuit clades illa a Gallis accepta. Sed audi, quaeso, qua arte dedecus illud Romanis impressum eluet Livius, quo Romanam virtutem ab omni opprobrio intactam conservet. Non enim culpam acceptae cladis in ignaviam aut timorem militis Romani, sed in iram Deorum neglectorum, negligentiam ducum et paucitatem militum, refert, superantibus insuper Gallis multitudine exiguam Romanorum manum. (r) Ipsamque urbem non Gallorum armis, fractis aut debilitatis Romanorum ingentibus animis, sed publicus privatusque luctus, et nescio quae fatalis securitas ex Livii opinione oppressit. Sic latebras quaerit, quibus contumeliam Romanam occultare possit, minorem illam fore sperans, si in alios culpam conjiciat, Romanosque, non tam a majori hostium fortitudine, quam dura quadam necessitate, victos, in-

---

[illegible]ELIGIOS de Pyrrhonismo Historico cap. 3. §. 12. *Romanis[illegible]ntissimos, cordatissimos et justissimos mortalium fa-[illegible]vulgatum adhuc hodie est praejudicium, ab Historicis [illegible], quibus a teneris adsuevimus, haustum.*

[illegible]b. 5. cap. 38. *Ibi tribuni militum, non loco castris ante [illegible]non praemunito vallo, quo receptus esset, non Deorum [illegible] si non hominum, memores, nec auspicato, nec litato, [illegible]ad aciem.* Et paulo post: *Regulus Gallorum in paucitatem artem maxime timens.*

veteratam universae gentis gloriam integram conservavisse adfirmet. Et ut eo magis adspersam gloriae Romanae maculam aboleat, Camillum excitat, qui, fusis fugatisque Gallis, ab omni miseria pariter atque ignominia Romanos liberet. Sed, si statum consideraveris, in quo tum res Romanae fuerunt, num abs te impetrabis, ut credas, quod Camillus, paucis, qui Vejos fugerant, Romanis armatis, iisque non justa Latinorum manu, sed paucis ex Latio profugis junctis, tam exiguo et tumultuario exercitu instructus, cujus plerique memoria pristinae cladis perterriti erant, victores Gallos, instructa acie hostem intra urbis moenia opperientes, internecione deleverit, illis praeterea, qui in arce erant, adeo fame emaciatis, ut ne arma quidem ferre, nedum Camillum adjuvare possent? (s) Hinc factum est, ut POLYBIUS hanc historiam longe aliter enarret, (t) SUETONIUS tamquam famam vulgarem contemnat, (v) et JUSTINUS de victis Gallis nihil prorsus commemoret. (x) Majorem erga Romanos favorem Livius prodit, captam a Porsenna urbem, victosque Romanos dissimulans. (y) Sed ante verisimile esse putas, regem, regnandi cupiditate, ut ex historiis adparet, accensum, insigni ambitione incitatum, qui, occupato jam Janiculo, et urbe, in qua summa annonae caritas erat, in maximas angustias redacta, certissimam victoriam in manibus habebat, ipsam Romanis obsessis pacem obtulisse, et infectis rebus ab urbe discessisse? Scelestissimum Scaevolae autem exacerbavisset potius justissimam regis iram, quam ut muliebrem ipsi timorem injecisset. (z) Si TACITO et PLINIO fides habenda, alia omnia evenerunt. Ille enim haud obscure fatetur, urbem Romanam Porsennae esse deditam, (a) hic vero tales pacis conditiones a Porsenna Romanis impositas tradit, quales alioquin victores victis irrogare solent. (b) Et DIONYSIUS commemorat, senatum Romanum e-

(s) Lib. 5. cap. 48. *Obruentibus infirmum corpus armis.*

(t) POLYBIUS lib. 2. cap. 18. pag. 148. *Γενομένου ἀντισπάσματος, καὶ τῶν Ὀυενέτων ἐμβαλόντων εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, τότε μὲν ποιησάμενοι συνθήκας πρὸς Ῥωμαίους, καὶ τὴν πόλιν ἀποδόντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν.* conf. lib. 1. cap. 6.

(v) SUETONIUS in Tiberio cap. 3.

(x) JUSTINUS lib. 24. cap. 4.

(y) Lib. 2. capp. 9. et 13.

(z) His, quae de Mucio Scaevola Livius narrat, multo probabiliora a DIONYSIO lib. 5. pag. 297. exponuntur. Dextram vero Scaevolae manum esse combustam prorsus ignorat DIONYSIUS, et potius pag. 299. Scaevolam tormenta deprecantem inducit: *Βασάνους δὲ καὶ τὰς ἄλλας ὕβρεις εἴ μοι παρείης, πίστεις δοὺς ἐπὶ θεῶν, ὑπισχνοῦμαί σοι μέγα πρᾶγμα δηλώσειν καὶ πρὸς τὴν σωτηρίαν ἀνῆκόν σοι.*

(a) TACITUS Hist. lib. 3. cap. 7. *Sedem Jovis O. M. auspicato a majoribus imperii pignus conditam, quam non Porsenna, dedita urbe, neque Galli capta temerare potuissent, furore principum exscindi.*

(b) PLINIUS Nat. Hist. lib. 34. cap. 14. *In foedere, quod, expulsis regibus, populo Romano dedit Porsenna, nominatim comprehensum invenimus, ne ferro, nisi in agricultura, uterentur.*

jusmodi insignia Porsennae transmisisse, quae ipsi olim a Toscanis [Tuscis] victores declarati acceperant. (c)

§. XVI.

Exempla, quae vituperanda erant, laudat.

Speciatim Livius facta Romanorum laudat, quae, si rectius examinaveris, reprehensione potius digna erant. Quam scelestum sit illud, quod a Mucio Scaevola perpetratum dicitur facinus, unicuique patet. Ejusmodi crimen morte potius expiandum, quam singulari laude et praemio dignum erat. Regem enim, quem ipsi Dii ex paganorum quoque sententia sacrum esse volebant, non quidem aperto Marte, sed sicarii more trucidare velle, animum omnis legis contemtorem indicat. Neque id generosi spiritus signum est, si quis animum ab omni sensu alienavit, vitam adeo vilipendens, ut eam evidentissimis periculis objiciat, et corpus suum ipse mutilare non vereatur. Nunquam animi ad magna nati, sed vilissimae animae talia audent. (d) Et tamen illud scelus eximio virtutis nomine insignivit Livius. (e) Nec majorem laudem meretur Cloeliae ad publica decora excitatae virginis audacia. Illa, custodes frustrata, ex castris Porsennae, in quibus obses tenebatur, aufugit, Tiberimque tranans se suasque comites suis restituit. Sed ejusmodi temeritas, qua fides publica frangitur, reprehensionem magis et castigationem, quam aliquem honorem, meretur. Saltim haec nulla virtus erat, quod, fraudulentis consiliis agitatis, ad quae muliebre ingenium inprimis proclive est, custodes falleret, et fidem, qua pro patria sua obstricta erat, perverse violaret. Nihilominus Livius adeo in admirationem puellae deceptricis rapitur, ut ipsius vitia in virtutes commutet. (f)

§. XVII.

Amicis suis nimium favorem exhibuit Livius.

Sic etiam amicorum suorum fuit aestimator Livius, ut, legum amicitiae colendae servandarum nimium studiosus, leges scribendarum historiarum temeraret. Animadvertit jam illud in Livio vitium TACITVS, eumque, quod nimium partibus Pompeji M. esset addictus, Pompejanum ab Augusto Imperatore dictum enarravit. (g) Non offecit quidem hoc, ex TACITI sen-

(c) DIONYS. lib. 5. pag. 303. *Ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων βουλὴ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν Τυῤῥηνῶν συνελθοῦσα, ἐψηφίσατο Πορσίνῳ μὲν πέμψαι θρόνον ἐλεφάντινον, καὶ σκῆπτρον, καὶ στέφανον χρύσεον, καὶ θριαμβικὴν ἐσθῆτα, ὑφ' ἧς οἱ βασιλεῖς ἐκοσμοῦντο.*

(d) CLERICUS ad h. l. *Percussorem immissum in Romanum consulem, pro sociis bellum gerentem, Romani Historici probris omnibus lacessivissent: sed in regem iterum liberandae patriae causa laudarunt. Vituperamus nempe in aliis, quod laudamus in nostris.*

(e) Lib. 2. cap. 13. *Ergo ita honorata virtute.*

(f) Lib. 2. cap. 13. *Et apud regem non tuta solum, sed honorata etiam virtus fuit.*

(g) TACITUS Annal. lib. 4. cap. 34. *Titus Livius, eloquentiae ac fidei praeclarus inprimis, Cn. Pompejum tantis laudibus tulit, ut Pompejanum eum Augustus adpellaret. Neque id amicitiae eorum offecit. Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cas-*

tentia, amicitiae, quae inter Augustum et Livium intercedebat. Sed neque hoc mirum videbitur cuidam, qui cogitaverit, summam fuisse in Livio curam Augusti gratiam aucupandi, variisque adsentationibus hanc sibi confirmandi. Unico eoque illustri exemplo fidem dictis faciemus. Bellum a Dictatore Mamerco Aemilio contra Vejentes gestum Livius exponens, A. Cornelium Cossum tribunum militum opima spolia regi Vejentium Tolumnio detracta, Jovi Feretrio tulisse, commemorat. Nihilominus tanta est apud Livium Augusti auctoritas, ut hanc sententiam, quam modo omnes ante se auctores sequutus proposuerat, paulo post, Augusti, in cujus laudes simul effunditur, testimonio adductus commutet, Cossumque Consulem spolia opima cepisse adfirmet. (*h*) Sic, qui vel fugitivo oculo Livii verba contemplantur, facile cognoscent, quod occasionem Augusto adsentiendi adripuerit, et, ut constans in custodiendo Augusti favore videretur, inconstantiae in proponendis historiis culpandae suspicionem sibi conflaverit. Constatus igitur est PERIZONIO, qui, utique Cossum militum tribunum spolia opima hostium duci subtraxisse, variis argumentis evincit. (*i*)

§. XVIII.

Hostes P. R. odio habet, et in iis vituperat ea, quae in suis laudat.

Historicus, fidem meriturus, et inimicis ejus popuali, cujus historiam describit, se aequum judicem praebere, neque ipsorum virtutem elevare, nec iis apud alios odium constare debet. Hoc saepissime Livius neglexit, et, quoscunque Roma nacta est hostes, eos ceu imbelles feminas, et Romanae virtuti longe impares describit; ut putares, naturam solis Romanis fortes animos inspiravisse. Volscorum gens totius ferme Italiae potentissima erat. Attamen secundum Livii sententiam, quotjescunque proelio cum iis Romani decertant, primo statim incursu pelluntur, caeduntur, diripiuntur. (*k*) Sed

sium, hunc Brutum, nusquam latrones et parricidas, quae nunc vocabula imponuntur, saepe ut insignes viros nominat.

(*h*) Lib. 4. cap. 20. *Longe maximum triumphi spectaculum fuit Cossus, spolia opima regis interfecti gerens.* Et paulo post: *Spolia in aede Jovis Feretrii, prope Romuli spolia, quae prima Opima adpellata sola ea tempestate erant, cum solemni dedicatione dono fixit.* Nunc hanc sententiam confutat: *Titulus ipse spoliis inscriptus illos naque arguit, consulem ea Cossum cepisse. Hoc ego quum Augustum Caesarem, templorum omnium conditorem aut restitutorem, ingressum aedem Feretrii Jovis, quam vetustate dilapsam refecit, se ipsum in thorace linteo scriptum legisse audissem; prope sacrilegium ratus sum Cossio spoliorum suorum Caesarem, ipsius templi auctorem, subtrahere testem.* Nihilominus tamen lib. 4. cap. 32. priorem sententiam iterum amplectitur.

(*i*) PERIZONIUS in Animadversionibus Historicis cap. 7. pag. 250. seqq.

(*k*) Lib. 2. cap. 25. *Primo statim incursu pulsi hostes: fugientibus, quoad insequi pedes potuit, terga caesa: eques usque ad castra pavidos egit; mox ipsa castra, legionibus circumdatis, quum Volscos inde etiam pavor expulisset, capta direptaque.* conf. cap. 30.

nemo facile credet, gentem tam potentem, quam Volsci erant, adeo hebeti animo fuisse, ut, quoties ad arma itum esset, statim, simul ac micantes videret gladios, fugam capesseret, et, abjectis armis omnique pugnandi animo ademto, se trucidari pateretur. Quum praeterea aliquando victi essent a Volscis Romani, non quidem illud Volscorum virtuti, quam odio Romanorum militum erga suum Imperatorem, tribuit Livius. (*l*) Sic etiam Latinis, aliisque nominis Romani hostibus, in prioribus, quae cum Romanis gesserant, bellis, equites defuisse censet, quos Romanis opponerent, quum tamen ex DIONYSIO constet, ipsos utique equitatu numeroso fuisse instructos. Itaque vel malevolentiae illud indicium erit, qua Livius reipublicae Romanae hostes eo magis a posteris ob ingenii hebetudinem contemni, et ob neglecta artis militaris exercitia irrideri cupiebat: vel negligentiae manifestissimum signum hic deprehendimus. (*m*) Hinc etiam factum est, ut Livius saepissime in aliis vituperet ea, quae in Romanis laudat. Sic haud obscure indignatur insidiis, quas Samnites Romanis paraverant, Romanos vero insidiatores laude persequitur. (*n*) Sic Tarentinos, qui ab armis absistere Romanos jusserant, omnibus convitiis proscindit, eos gentem adpellans, quae, suarum rerum impotens prae domesticis seditionibus discordiisque, aliis modum pacis ac belli facere aequum censeret: (*o*) Romanum vero idem contra alias gentes, inprimis contra Gallos, ausum, quinimo contra jura gentium pugnantem, defendit. (*p*) In Gallos, (*q*) urbem Romanam deva-

(*l*) Lib. 2. cap. 59.

(*m*) Lib. 2. cap. 59. Animadvertit jam haec CLERICUS ad Liv. lib. 2. cap. 20. *Si Latini nullum equitatum habuissent, facile intelligeremus, equitatum Romanum potuisse sine periculo descendere ex equis; sed quum habuerint, et quidem majorem Romano, si Dionysio credimus, mirum est, eum equitatum non invasisse a lateribus Romanam aciem equitatu nudatam. Saepe Livius ita loquitur, quasi hostibus Romanis nullus equitatus fuisset, sed rem aliter narrat Dionysius, cui potius crediderim.* Conf. cap. 31.

(*n*) Lib. 9. cap. 31. *Versus extemplo terror est in insidiatores, easdemque latebras, quibus se paulo ante texerant, palati atque inermes fuga repetebant: sed loca difficilia hosti quaesita ipsos tum sua fraude impediebant.* De iisdem Samnitibus ait lib. 9. cap. 14. *Errorem fraus superbe vicit.* Nequaquam vero lib. 2. cap. 11. insidias a Valerio consule paratas tam duris verbis describit.

(*o*) Lib. 9. cap. 14.

(*p*) Lib. 5. cap. 36.

(*q*) Gallis inprimis infensus fuisse videtur Livius: hinc etiam JAC. PALMERIUS in Exercit. ad optimos auctores Graecos pag. 188. Livium, Romanorum mancipium adpellatum a RUALDO, ipse Galli nominis inimicum adpellat. NICERON dans ses Memoires pour servir à l'histoire des hommes illustres tom. 5. pag. 168. *Quelques auteurs modernes ont observé avec raison, qu'il ne rend pas justice aux Gaulois dans les occasions, ou ceux-ci ont eu affaires aux Romains, en quoi il est semblable aux autres histo-*

flantes, verbis durissimis invehitur Livius, ipsosque in tecta etiam atque urbis ruinas bellum gessisse commemorat: (r) Romanos vero, quum Samnitium monimenta expugnassent, et omnia caede miscuissent, quum urbem Albam solo prorsus aequassent, velut re egregie gesta, laudat, et Romanam hanc virtutem adpellat. (s) Samnites, posteaquam Romanos sub jugum miserant, veluti tali crimine majestas Romanorum ejusmodi dedecoris prorsus insuetorum graviter esset violata, praeter omnem rationem objurgat, superbam hanc pacem adpellans: (t) sed quum Romani alios ignominia adfecissent, tamquam solis Romanis ejusmodi quid audere liceret, iis hos reportatae victoriae fructus ex animo gratulatur. Et quam, quaeso, iniquus censor est in Alexandro M.? Desideratas humi jacentium adulationes ipsi exprobrat, (v) quas a Romano senatu acceptas nullibi vituperat, sed potius ad augendos gentis Romanae honores frequentissime adducit. Quinimo ipse populorum regumque legatos flexis genibus in curia Romana coram senatoribus procubuisse, supplicesque et velamenta praetendentes Romanorum auxilium imploravisse enarrat. (x) Sic etiam Graecis irascitur, quod, Parthorum gloriae faventes, ne majestatem quidem nominis Alexandri a Romanis sustineri posse, temere adfirmaverint, quum ipse multo majori audacia famam nominis Romani gentes perterruisse saepius exclamet. (y)

CONCLVSIO,

quae, quando Livio fidendum sit, docet.

Haec sunt, quae de Livii suspecta fide monenda esse duximus. Ne vero tam praeclarum rerum Romanarum scriptorem aliqua injuria lacessivisse videamur, jam nostram quoque sententiam, quando Livio fidendum esse arbitramur, proferemus. Quotiescunque igitur Livius cum aliis bonae notae scriptoribus, POLYBIO, DIONYSIO, APPIANO, aliisque pluribus consentit, totiies fidem ipsi non facile denegarem. Sic enim majori robore dicta ejus firmantur, et ipse, non tam vagum quemdam rumorem sequutus, quam monumentorum fide dignorum adparatu instructus, vestigiis spectatae fidei auctorum inhaerere videtur. Neque ego ipsi recentiorum temporum res gestas delineanti adeo diffiderem. Tum enim major historiae lux adfulgebat, quum disjectis nebulis honestae artes indies magis magisque exoriebantur. Namque ii, qui de patria bene mereri cupiebant, curam ad conservanda sui aevi gesta convertebant. Quare si a vulgaribus illis traditionibus, quas plerumque addito famae vocabulo indicat Livius, sibi temperavisse deprehenditur, etiam tum propior ad fidem accedet. Superstitionis si nulla indicia prodit, si nulla prodigia commemorat, si miraculis rem non adauget, si fabellas aniles non immiscet, etiam tum nobis causae, cur ipsius fidem suspectam ha-

riens Latins de son tems, qui ont meprises toutes les autres nations pour relever la leur.

(r) Lib. 10. cap. 43.
(s) Lib. 9. cap. 14. et lib. 10. cap. 29.
(t) Lib. 9. cap. 12.
(v) Lib. 9. cap. 18.
(x) Lib. 7. cap. 31. lib. 29. cap. 16. lib. 34. cap. 11.
(y) Lib. 9. cap. 18.

beamus, adimit. Et quandoquidem inprimis gloriae Romanorum amplificandae, aliarumque gentium virtuti imminuendae fuit studiosus, procul dubio sententiae Livianae subscribere possumus, quando ipse etiam invitus Romanorum dedecora detegit, aliarumque gentium egregia facta et virtutem celebrat. Solitus praeterea saepissime est Livius, additis quibusdam rationibus, aut scriptore, ex quo sua depromsit, nominato, majorem veritatis speciem historiae adjungere. Has igitur rationes si satis firmas esse judicaveris, nihil te morabimur historiis istis fidem daturum. Praeterea notitiam temporum, si quaedam a Livio errata exceperis, eumque cum fastis Capitolinis, quorum magna apud viros doctos est auctoritas, convenientem inveneris; ordinem regum consulumve, antiquos et solemnes populi Romani ritus, insignem Latini sermonis elegantiam et ubertatem; quinimo praestantissimam eloquentiae, ad quam ferme nimium adspiravit, copiam ex Livio tibi poteris comparare. Proinde nequaquam ex manibus studiosae juventutis eripiendus, sed potius adsiduae ipsius lectioni sedulo est commendandus.

EX

JACOBI FACCIOLATI ORATIONIBUS ET ALIIS, *AD ARTEM DICENDI PERTINENTIBUS*, PATAVII ANNO CIↃ IↃ CCXLIV. EDITIS,

EPISTOLA X.

DE

T. LIVII PATAVINITATE.

Non putabam, esse amplius, aut ullo umquam tempore in Italia fore, qui de Livii Patavinitate quaererent. Itaque non laborem, ut exprobras, superioribus litteris detrectavi, sed molestiam sum deprecatus. Nunc, quando urges, juvat me ipsum quoque Principis Historicorum gloriae (utar enim Livianis verbis) pro virili parte consuluisse. Vetus haec Asinii Pollionis accusatio est, quam refert Quintilianus in lib. 8. Instit. cap. 1. Fortasse ne dici quidem accusatio potest. Non enim id obtrectandi caussa objecit, sed quod delicatissimi fastidii homo aliquid sibi in Liviana scriptione sentire videretur, quod Romani sermonis indolem et naturam non prorsus saperet, magisque civitate donatum, quam civicum, ut ita dicam, appareret. Habent enim ejusdem sermonis populi pro regionum diversitate suas quisque loquendi formulas, et certam quamdam verborum structuram, quae interdum etiam in una eademque urbe, si paullo sit amplior, nonnihil variatur. Id vero est, nisi fallor, quod Lipsius vocat duriuscula *peregrinitatem* vocat. Paulus Benius in lib. 2. de Hist. eumque secutus Angelus Portenarius suspicantur, Patavinitatis nomine nimium urge Pompejum studium ab Asinio fuisse notatum, cujus caussa Livius ab Augusto *Pompejanus* dici soleret, ut est apud Tacitum Annal. 4. cap. 34. Asinius autem, Vellejo teste, Antonianus fuit, ideoque Caesarianus, et, quod consequitur, Patavinis omnibus, qui Pompejo ac reipublicae faverant, maxime infensus. Sed nimio plus eruditis viris admitendum erat, ut probarent, inter Italiae populos, qui bello civili Pompeji partes et reipublicae susceperant, Patavinorum studium fuisse praecipuum, quasique proprium usque adeo, ut per quandam antonomasiam Patavinitas diceretur. Quid enim? An non magis Pompejo favit Corfinium, ubi primum Caesaris victorias remorari Domitius conatus est? An non majore in eum fide Brundusium fuit, quam ultimam Italicarum urbium Pompejus reli-

ln non fortius et constan-
eo fletere Massilienses;
lius Italiae auctoritate mi-
oti, portas Caesari clau-
et usque ad discrimen
n obsidenti restiterunt?
ffere, qui, reputantes
quandam severitatem Pa-
objici consuevisse, ut col-
ex Plinio lib. 1. ep. 14.
lartiale lib. 11. epigr. 17.
sam in Liviano dicendi
ab Asinio notatam vel-
?ere enim stilus cum vi-
ratione consentit, et in
isque libris non ingenii
sed vitae morumque cima-
quamdam posteris relin-
ofert mores (inquit Quin-
lib. 11. cap. 1.) *plerum-
tio, et animi secreta de-
nec sine caussa Graeci
runt, ut vivat, quemque
licere*. Atque illi quidem
itatem in laudis loco po-
ad paullo studiosius quae-
quasi nihil sit aliud, quam
ccurata Latini sermonis
et paene superstitiosa se
Idque eo fidentius affir-
nod Quintilianus hanc in
ius Atticae anus exem-
'ert, quae Theophrastum,
n disertissimum, adnota-
affectatione verbi, ho-
lixit; nec aliunde se de-
isse interrogata respon-
nam quod nimium Attice
loqueretur. *In vitium ducit culpae fuga*. Quaeres fortasse, quinam isti sint Grammatici tam benevoli. Equidem non memini. Immo ne illud quidem memini, utrum ego id aliquando legerim, an audierim, an vero ipse ita olim cogitando consecerim. Nunc certe longe aliter mihi videtur. Idcirco enim arbitror, objectam fuisse Livio Patavinitatem, quod Romana urbanitate careret. Testis mihi locupletissimus Tullius est in Bruto cap. 46. Quod enim ille de externis Oratoribus dicit, idem mihi ab Asinio dictum videtur de Historico externo. *Quid tu*, inquit Brutus, *tribuis externis Oratoribus? Quid censes, inquam, nisi idem quod urbanis, praeter unum, quod non est eorum urbanitate quadam quasi colorata Oratio? Quid est*, inquit Brutus, *iste tandem urbanitatis color? Nescio, inquam; tantum esse quemdam scio*. Ita velim respondeat Romanus homo de Livii Patavinitate interrogenti? Quid sit nescio; tantum esse quemdam scio. Sed hactenus satis. Si plura cupis, et vacas, adi Morhofium, qui ait in suo Polyhistore lib. 4. cap. 11. se de Livii Patavinitate tam multa scripsisse, ut ea in compendium redigere pigeat. Mihi quidem in praesenti vacui temporis non est satis. Vale.

EPISTOLA
GABRIELIS FAERNI
VIRI DOCTISS.
QUA CONTINETUR CENSURA
EMENDATIONUM LIVIANARUM
CAROLI SIGONII.

ALTILIO AQUILA
ALLI LETTORI.

Essendomi venuta alle mani questa lettera del Faerno huomo dottissimo, nellaquale si scuopre la falsitá delle emendationi del Sigonio sopra Livio, conforme al'openione mia, et di molti altri leterati d'Italia: non mi ho potuto per commune utilitá delli studiosi, contenere che non la divulghi, ancora che l'Autore non habbi tal' animo per modestia, credo, piu che per altro. Ma per ben publico, acciò si dessino ancora gli altri á conoscere questa veritá, mi son risoluto à cosi fare, ne credo sarà discaro ad esso Autore, ò ad altri. Da Milano il di 28. d'Agosto MDLVII.

Eccellente come fratello honorando. Per la vostra di VI. di questo ho visto, che havete havuto quella mia lettera lunga, et mi son molto rallegrato per haver compreso per questa vostra, che la mia admonitione v'è parsa vera. Quanto à quello, che ricercate le mie fatiche da stampare, vi sono doi difficultà, una che gia per mezo d'un vostro amico, et mio mi trovo non dirò accordato, ma inviluppato con un'altro Stampadore, pur in Italia: et io verrei prima far di modo, che senza querela di quel tale io ne potessi disponere in altri à mio piacere, il che credo poter far facilmente: l'altra è, che à me pare, se li Stampadori guadagnano delle mie fatiche, che devriano anco farmi participare di quel tal quadagno, et l'aspettar, che questi Signori suppliscano, non mi par bene, perche essi ò spendono male l'entrate loro: et in questo caso che cosa se ne puo sperare, se non che la gettino in cose vilissime, et vanissime, come voi dite? ò la spendono bene, et allora non è honesto, che le levino à poveri, per darle à me. Quanto à quello, che mi ricercate, che almeno vi aiuti à ritornare nel primo suo stato quelli luoghi di Livio, che à me paiono peggiorati, io nella mia lettera non vi havea parlato in particolare di Livio, ma in generale d'alcuni libri: Ma pure poi che l'havete interpretata per questo autore, vi dirò come la cosa passa. Quando usci fuore il Livio del Sigonio, del quale voi me ne mandaste à donar una copia, mi posi io et messer Guido nostro à scontrarla con la vulgata, et con molti libri scritti, delli quali parte ne

havemo nella libraria del Papa, et parte da altre persone: et così ne scontrammo XXII. libri, li altri restarono inemendati per la partita di esso messer Guido per Francia, dove anco al presente si trova. De quelli luoghi, dove à noi pareva star bene la vulgata non ne tenessimo memoria alcuna, ma solo su la medesima vostra copia riponevamo essa vulgata, si come facevamo anco le nostre emendationi particolari: et saria hora una pena à voler discerner queste da quella, et cosa, che malamente si potria far da altri, che da me, il che io non fugirei per amor vostro, quando havessi tempo: Ma non potendo far il tutto, ve ne darò qualche saggio, et poi vi dirò quel che farei io, s'io fosse in voi.

E nel terzo libro (cap. 40.) questo luogo secondo la vulgata. *Censendo enim, quoscunque magistratus esse, qui Senatum haberent, judicabat: quos privatos fecerat auctor nullius S. C. faciendi.* In che modo l'habbia mutata il Sigonio, et che sentimento se non possi cavar dalla sua, andatelo à veder voi: Io conservo la vulgata, la qual è in tutti libri scritti, che ho visto, et massime antiqui, solamente dopo il Censendo enim, distinguo, et ordino le parole, dove consiste la difficultà à questo modo. Censendo enim, judicabat eos, qui Senatum haberent, esse quoscunque magistratus: hoc sensu, sententia, quae censebat patricios coïre debere ad prodendum interregem, specie asperior erat adversus Xviros, re vera mitior, quam illa, quae vetabat ullum S. C. fieri: Censendo enim id est, decernendo quid fieri in republica vellet rogantibus sententiam Xviris, quamvis eis adversa censeret, hoc ipso tamen, quod aliquid censebat, judicabat eos esse qualescunque magistratus, qui Senatum possent habere. Contra auctor sententiae, quae vetabat ullum S. C. fieri, idcirco id facere existimabatur, quod Xviri privati essent, et neque senatus habendi, neque rogandarum sententiarum, neque S. C. faciendi vim haberent. Qualche sei versi dapoi v'è quest'altro luogo. (3. cap. 40.) *Caeterum neminem majore cura occupatis animis verum esse praejudicium rei tantae afferre.* Questo luogo non si trova altrimenti mutato nella edition del Sigonio dalla vulgata: Il che credo che sia stato per errore, perche nelle sue annotationi espressamente lo muta, et dice haverlo sanato per ajuto delli libri antiqui, anzi de verbo ad verbum rescritto da quelli la sua emendatione, dove dapoi il, *verum esse*, lui distingue, et vuole, che *verum esse* sia tanto, come esser veridico, o verace, et in luogo di, *afferre*, lui legge *differri posse.* Laqual mutatione quanto buon sentimento habbia, judicatelo pur voi: perche la mia intentione non è di oppugnar le emendationi del Sigonio, ma di mantener la vulgata, laquale trovo io conforme con tutti i miei libri scritti, et stà benissimo come stà, pigliando, *verum esse*, pro aequum esse, hoc sensu. Non esse aequum quempiam afferre praejudicium rei tantae, quanta erat haec, an Xviri justi essent magistratus, nec ne, occupatis animis, id est, dum occupati essent animi patrum, majore cura, id est, consultatione de bello Sabino repellendo. Qualche dodeci versi dapoi questo luogo vi è quest' altro. (3. cap. 41.) *Non erat melius, inquit, nisi de quo consulitur, vocem misisse.* In questo tutti i libri scritti s'accordano con la vulgata. Lui di testa sua vuol leggere. *Nae erit melius.*

Dove prima egli non si accorge, che'l leva via la negatione necessaria à questo luogo: perche il, *nisi*, è particula non negativa, ma eccettiva, et si come non diressimo, *amo nisi bonos*, perche volendolo dir latinamente diremo, *non amo nisi bonos*, così non diremo, *erit melius dixisse, nisi de quo consulitur:* ma vi vuole anche la negativa, *non:* laquale aggiunta è tanto à dire, *Non erit melius vocem misisse, nisi de quo consulitur*, quanto: *Erit melius vocem non misisse, nisi de quo consulitur.* Poi incorre anco in un'altra difficoltà, laquale non so, come lui la potrà diffendere contra quelli osservatori della lingua Latina, che negano, che questo, *Nae*, che lui scrive con diphtongo, benche tutti i libri et antiqui, et moderni l'habbiano senza diphtongo, mai si può metter senza un prenome, che lo siegua, come saria, *nae isti vehementer errant*, *nae ego homo sum felix. Nae tu istas saxo calcibus saepe insultabis frustra.* Et così vedete in una mezza facciata di scrittura, che mi è occorsa à memoria à sorte, tre errori di non poca importanza. Ma perche potria qualch' uno dire, che io havessi eletta questa parte à posta, farò una cosa, piglierò il primo libro, et vi dirò quelli loghi, che m'occorreranno.

(I, III.) *Capeto Tiberinus.* Il Sigonio mosso dall'autorità di Dione ha voluto leggere *Tiberius:* ma perche anco Ovidio, ilquale per esser in verso non può esser guasto, dice *Tiberinus:* si può dire, che fussero due opinioni, delle quali l'una lo chiamasse Tiberio, l'altra Tiberino. Et poi che tutti i libri scritti di Livio stanno con la vulgata, mi pare, che ella non si dovea mutare, massime havendo ella in suo favore lo scontro di Ovidio.

(I, VII.) *Dextra Hercules data accipere se omen* etc. Lui legge *Dextra Herculi data.* Alla quale lettione prima oppongo io tutti i libri, che ho visti, dove forse la sua non è se non d'un solo libro, dico forse, perche quasi sempre, quando egli cita la lettion scritta lo fa con questa abbreviatura *vet. lib.* và poi trova tu, se è un libro solo o piu: io però interpreto sempre, che non sia, se non uno, perche quando sono piu, lo dice espressamente, benche non metta il numero certo: poi perche lui allega un absurdo, che saria stato, se Hercole s'havesse fatto un'altare à se stesso: io oppongo alla sua lettione un'altro absurdo, che è, che Evandro, il quale è il primo, che parla, et pronuncia cose non pertinenti à se, ma ad Hercule, dica, *Accipio omen*, Ilche non si dice mai, se non da colui, che è il secondo à parlare, et cuja interest omen impleri. Et per solutione dell'absurdo addotto da lui si potria dire, che l'ara pronunciata dalla Carmenta, non è la edificata da Evandro, ma la edificata da Hercole: Livio non fa mentione alcuna, ma solo, che Hercole promette, et fa voto di farla. quòd autem per aram, quam extruxit Hercules, non per eam, quam Evander, impleta sint fata, ex hoc apertissime liquet, quòd aram, de qua Carmenta vaticinata est, eam etiam Maximam vocatum iri praedicit: quod quidem, id est ut Maxima vocaretur, evenisse ei arae, ad quam decimas Hercules obtulit, auctor est Dionysius. Havemo adunque à pensar così, che Hercole facesse un'ara, laquale (per quello, che probabilmente si può congetturare) dicasse à Giove suo padre, alquale sopra la detta ara offerisce le decime, et che in processo di tempo quest'ara si convertisse

in honore del fondatore di essa, et fusse chiamata Maxima: Ma perche (per parlar ingenuamente) questo non mi satisfa bene alla conscienza, dico, che se pur la vulgata ha qualche difficoltà (come credo, che ella habbia) la emendatione del Sigonio non concia il luogo, ma lo guasta di nuovo per lo absurdo, che gli oppongo: et se pur ella si havesse da mutare, crederei poter facilmente restituir la vera lettione co'l preponere lo, *ait*, ad *ara*, et tra queste due parole interponer il punto fermo in questo modo. *Dextra Hercules data, accipere se omen, impleturumque fata ait. Ara condita, ac dicata ibi tum primum bove eximia*, etc. Overo con mutar il sito di queste due parole da l'uno in l'altro di sorte, che dove è *ara* sia *ait*, et dove è *ait*, sia *ara* à questo modo. *Dextra Hercules data, accipere se omen, impleturumque fata ait. Condita, ac dicata ara ibi tum primum bove eximia*, etc. Admettendo una di queste lettioni bisognerà intendere *impleturum fata*, con la virtu, et con li fatti magnanimi, et così cesseranno tutti li absurdi, et ne seguirà un'altra utilità, che dove et nella vulgata, et nella emendata dal Sigonio si commemora il sacrificio, senza che appara, che sia stata edificata ara alcuna, in questa mia chiaramente apparerà l'edification d'essa, dapoi la pronunciatione, et innanti al sacrificio, secondo l'ordine naturale delle cose. Questa emendatione terrei io per fermissima, se non fusse quel Diavolo di Dionysio, che dice, come di sopra havemo tocco, che quella ara, alla quale Hercole offerri le decime si chiamò Maxima: non è adunque la edificata da Evandro: ma dall'altro canto io oppongo à Dionysio l'autorità di Livio, il quale in effetto si vede, che non lo seguita, et nella sua narratione di questa cosa esclude ogni altro sacrificio peregrino, eccetto lo instituito da Evandro, perche havendo detto, *Sacra Diis aliis Albano ritu: Graeco, Herculi, ut ab Evandro instituta erant, facit.* Soggionse poi parlando del medesimo sacrificio, *haec tum sacra Romulus una ex omnibus peregrina suscepit.*

(1, x.) *Fabricato ad id apte ferculo.* Lui legge *Feretro*, la qual parola non nego io trovarsi in qualche libro, ma ne i piu moderni et peggiori: et lui dice, che si trova in tutti: Ilche mi fa credere, che egli non habbia havuto alcun libro buono. Ma lui dice, che gli scrittori Greci, che trattano di questo, dicono, che *Feretrius Juppiter* è detto à *feretro*. Qui saria stato bene, che l'havesse detto quali sono quelli; che lo dicono, et non dirlo così indefinitamente: perche vi sono anco delli autori Greci, che danno altra etimologia, che questa. Ma quello, che importa piu, li nostri antiqui Latini insino de i tempi d'Augusto, lo fanno derivar o da *Ferio*, o da *Fero*: Onde si può comprendere, che quelli suoi scrittori Greci, o uno o piu che sieno, hanno preso un granchio, poi che li Latini dottissimi, et prattichi delle cose loro istesse, havendo una etimologia d'un derivato tanto propinquo al suo principale, non l'hanno posta: Ilche haveriano fatto, se fosse stata vera: ma hanno assegnato altre etimologie molto lontane da questa; ilche forse è nato dippoi, perche in quelli tempi buoni non si usava questa parola *Feretrum* in questo significato, ma solamente per la cassa da portar i morti: Io certo, per quanto ho letto, et riletto li Antiqui, mai l'ho trovata in niun d'essi: ma solo una volta ne tempi piu bassi in uno autore che

non è troppo netta farina, dico ne anco tra bassi. L'altra parola *Ferculum* si trova in tutti li scrittori, et perfetti, come è M. Tullio, et mediocri, et anco bassi. Fatene mo voi che giudicio volete, purche non chiamate in consiglio Nicolo Perotto, il cui errore (per quanto posso comprendere) è stato causa di dar riputatione à quella parola *Feretrum*.

(1, XI.) *Ecquod foeminis quoque asylum aperuissent.* Non so imaginarmi perche causa lui habbia voluto mutare questa bella et antiqua lettione, se non darne la colpa alli cattivi libri.

(1, XIII.) *Ubi primum ex profunda emersus palude equus Curtium in vado statuit.* Lui parte seguitando i libri non buoni, et parte facendo di sua testa legge, *Equum Curtius in vado destituit*, per farlo accordare con Plutarco: et non vede, che non ci è causa, perche Curtio douesse lasciar il cavallo in vado, id est gia fuori del pericolo della profunda palude. Ma sia come si voglia, quella, che ho posto di sopra, è l'antica lettione. Se hora Livio, et Plutarco non dicono il medesimo, non è miracolo, che anco in altri luoghi lo fanno.

(1, XIII.) *Ab T. Tatio Titienses.* Cosi dicono tutti i libri, che ho visto, cosi Propertio, che li chiama *Titienses:* oltre Festo, che dice cosi essere chiamati dal prenome di quel Rè. Et quanto alle auttorità, che lui allega, che dicono, che questa parte d'equitato fu detta *Tatiensis* à *Tatio*, à questo non saprei che dire in particolare, se non le vedessi prima ne i libri scritti, nelli quali ponno star altrimenti: ma in tutti i casi dico, che esse possono essere guaste dalli librari, doue che quella di Festo è indubitabile.

(1, XVIII.) *Uti tua signa nobis certa, ac clara sint.* Qui lui seguita una lettione non vista da lui, ma statagli riferita da altri: laqual mi maraviglierò, se si troverà mai in alcun libro. Ma almeno el si dovea accorgere, che ella non era buona, da quello; che lui stesso annota nel libro XXIX. (cap. 27.) sopra quella parola *Bene vertant*, doue dice; che non gli piace quel *Bene vertant*, in terza persona, essendo il parlare converso alla seconda: Il medesimo errore è hora in questa sua emendatione. Et se ben la vulgata anch'essa pecca in questo, nondimeno è pia tolerabile, perche almeno è secondo i libri scritti, il che non è certo della sua. Advertendovi anco incidenter, che in quel luogo nel XXIX. la vulgata è manco male, che quella, che lui ripone.

(1, XIX.) *Ut vigesimo quarto quoque anno.* Qui è occorso un grande errore, il quale non so donde sia nato, o dalla oblivion del Sigonio, o dall'error de vostri Stampadori, il che è stato, che havendo lui con giustissime, et ottima ragione levato via quella parola quanto nelle sue annotationi, è stata stampata nel libro di Livio, come di prima. A tutti i modi va levata via, si per le ragion verissime, che mi adduce, et si per autorità di tutti i libri scritti di Livio, nelli quali pero non si trova anco quella parola quoque, di sorte, che si ha à leggere, *ut vigesimo anno.*

(1, XXI.) *Qui ante castra urbem positam in medio.* Qui tengo, che sia error delli Stampadori, che vi hanno lasciata mancar la negatione. Si ha à leggere. *Qui ante castra non urbem* etc.

(1, XXII.) *Ne quid cum Albano.* Queste due parole *cum*

Albano, non sono in nessun libro.

(1, XXIV.) *Fetialis'* per *t* non per *c*, si ha da scrivere dalli libri scritti, et antiqui monumenti, et per le medesime autorità *trigemini* non *tergemini*, *Curiatii* non *Curatii*. Et se vorrete vederne le inscrittioni de marmori, et medaglie, et tutto de tempi buoni, quando non si creda à me, ve le manderò.

(1, XXIV.) *Tu illo die Juppiter populum Romanum sic ferito.* Il Sigonio ha emendato cosi. *Tum me diespiter populum Romanum sic ferito.* Ma come precede *me*, seguitando *populum R.* senza copula? salvo sel non volesse dire *me populum R.* Ilche è duro. Io se pur si havesse da mutare la lettione scritta, direi (che saria forse meglio fare) *Tum tu diespiter.*

(1, XXXVI.) *Navius.* Cosi dicono tutti li libri, i quali per hora voglio seguitare, massime per altri scontri, che ne ho.

(1, L.) *Ne id quidem ab Turno tulisse tacitum ferunt.* A lui in luogo di *ab Turno* è piacciuto *Turnum*, laquale lettione non ritrovo in nessuno de miei libri, che si accordano in questo tutti con la vulgata, laquale non so perche dispiaccia.

(1, LV.) *Quam summam pecuniae*, etc. Qui la vulgata non sta gia bene, ma sta manco male, che quella del Sigonio et è manco lontana dalla vera lettione.

Questi sono al mio giudicio li piu importanti luoghi del primo libro. Vedete quanta scrittura ho fatto, benche lo scrivere è stato la manco fatica, à rispetto di quello, che è stato ad andar à cercare li luoghi et nel Livio, et nelle sue annotationi, et veder anco bene spesso li libri scritti per non incappare. Fate mo congettura voi in quanti errori egli debba esser incorso in tutto il resto: Ilche non gli è gia accascato per difetto d'ingegno, che lo ha assai bello, ma parte per essersi abbatuto in mali libri, parte per non saper quanto nell' emendare gli autori si habbia à promettere della congettura.

Vengo hora à dirui quello, che farei io in questo caso, dovendo voi haver per iscusato me, in non mi gravare d'una tal fatica, et tanto lunga. Io, se fusse in voi, mi valerei in questo del Sigonio istesso, accioche quello, che ha fatta la ferita, la sanasse anco, come l'hasta di Peleo; et à questo crederei, che facilmente el si potesse indurre, facendolo prim capace, che li suoi libri scritti non sono stati buoni, et che nelle congetture si vuol andar un poco piu riservatamente, di quello, che ha fatto lui. Quando lui haverà questi duoi advertimenti dinanzi à gli occhi, ricorrendo la sua istessa editione, si accorgerà molto bene, che molti luoghi, che lui ha mutato nella vulgata, stanno bene, molti, che se non stanno bene, la sua mutatione non li acconcia, et cosi in quelli tali restituirà la vulgata. Ne gli doverà parer strano questo ritrattarsi, perche maggiori maestri, che lui, l'hanno fatto, conosciuti gli errori loro; anzi sarà piu honor suo il farlo lui stesso, piu tosto, che aspettar, che altri gli facciano libri contra. Ma se ò voi non volesse ricercarlo di questo, per non contristarlo, o esso ricercato da voi non si volesse indurre à volerlo fare (il che però non posso credere) in questo caso bisogneria, che vi valesse dell' opera d'un qualche altro dotto vostro amico. Et perche l'emendationi del Sigonio consistono parte ne i tempi, et

in nomi proprii, parte in altre parole; et li nomi proprii sono parte di persone, parte de luoghi: quanto à i tempi, et à i nomi proprii delle persone, vorria che questo tale sapesse, che o faccia il Sigonio da libri, o per congettura, in questo, per esser lui così gran cronologo, come è, poco può errare: ma se dove lui muta di congettura sua quantunque vera, ma non da libri di Livio, se volesse anco seguitare la vulgata, io lo lauderei per riverenza dell'antiqua scrittura, lasciando però ferma la sua annotatione.

Quanto à i nomi proprii de luoghi, fiumi, et mari, altre cose simili, sel muta con l'autorità de i libri di Livio, gli credo, se lo fa altrimenti, ho grandemente per sospetto tal mutationi: perche mi par d'haverne notate alcune molto esforbitanti, come è quella nell XXVI. libro, (cap. 11.) dove Livio descrive il viaggio d'Annibale partito da Roma, che in luogo di *Turiam*, che è nella vulgata, ha fatto *Sturam*. La *Stura*, secondo Festo, o *Astura*, secondo Plinio, che lo fa nome di Fiume, et di Isola, et anco secondo Stefano, benche lui lo fa nome di luogo solamente. Ma sia *Stura*, overo *Astura* (il che piu tosto credo, perche ancora vulgarmente si conserva à questo fiume, et terra il nome antiquo di *Astura* per *A* in principio della dittione) hor sia come si voglia, consta tra noi, che è nelli Laurenti, considerate mò voi, se questo può esser quel fiume, di che Livio parla. Livio fa il suo fiume *Turia*, o secondo li libri scritti *Tutia* presso à Roma sei miglia, et questo *Stura*, o *Astura*, che si sia, è lontano da Roma XL. miglia. Livio descrive il camino di Annibale per Toscana, et questo è di là di Velletri alla volta di Napoli, paese toto coelo diverso da quel camino, in quel modo che saria la Spagna ad uno, che volesse d'Italia passar in Soria. In tali inconvenienti fa incorrere le persone quantunque ingeniose la dolcezza della novità, et di voler far di suo cervello. Ma perche mi potria dir il Sigonio, qual è adunque questa *Turia* descritta da Livio, s'ella non è questa? Io gli rispondasi, io non lo so, basta, che non è la tua *Stura*, crederei haver satisfatto, perche in questo caso la vulgata sta ferma, infino, che non si porta di meglio. Ma io non mi fermo su questo, et dico, che chi vede il sito de i luoghi o dipinto, o in re presenti, può molto ben trovar la verità di questa cosa. E in Toscana un fiumicello, che entra nel Tevere, presso è una picciol terra, che si chiama Prima porta, di qua dal fiume *Cremera*, da lungi da Roma appresso sei miglia. Questo è stimato esser la *Turia*, di che parla Livio, o *Tutia*, secondo me; et io lo credo, come so le cose, che vedo con gli occhi, et tocco con le mani, tanto piu, che è appunto su'l camino, che fa Annibale da Roma per Toscana: et se di questo tal fiume altro Autore non fa mentione, ciò è avenuto per l'ignobiltà, et picciolezza d'esso. Ma di questo è detto assai. Se le mutationi saranno circa altre parole, la vulgata sia sempre di maggior autorità, eccetto alcuni luoghi acconci egregiamente, liquali facilmente compareranno à chi haverà ingegno, et massime quelli, dove la congettura non muta piu d'una lettera, come è quel luogo nel XXIV. libro, (cap. 22.) *Ne libera efferatur Resp.* dove il Sigonio con aggiunger un *p*, alla vul-

ata, ha illuminata tutta quel-
ntentia; et altri simili luog-
che pur ve ne sono de gli
benche non molti: liquali
cresce non haver notati,
ri gioveriano assai à questo
ocito. Nelli suoi libri scritti
mi fido, non perche non
o qualche volta il vero,
erche il piu delle volte, et
me nelli luoghi piu impor-
dicono il falso: Onde ten-
er sicura, almen piu di
a, la vulgata gia fata scon-
con libri assai buoni, et da
tini non privi, in tutto di
cia. Vi ho detto quello,
mi pareria bene, secondo
mscientia mia. Haverò per
ro, che questa lettera non
si mostri à niuno, dico manco
al Sigonio, perche l'ho scritta
solo à contemplation vostra, et
per util vostro, et non perche
il Sigonio se ne habbia da offen-
dere: benche essendo lui inge-
nuo, come voi me lo depingete,
non doveria haver per male,
che altri dissentissero da lui in
cose di lettere. ma è piu sicura
à tenerla in voi. Et se per far-
lo capace de mali libri, et con-
getture iue, ad effetto d'indurlo
à ritrattarsi come ho detto di
sopra, bisognerà scoprirli qualch'
uno delli sopradetti errori suoi,
voi come da voi lo potrete fare.
State sano. Di Roma alli XXVII.
di Marzo. M D LVII.

CAROLI SIGONII

AD

EPISTOLAM FAERNI

A ROBORTELLO EDITAM

RESPONSIO.

Faerni epistolam, in qua ille de meis in Livium Scholiis judicat, bis edidit Robortellus; primum quinquennio ante Altilii Aquilae, eo, qui typis illam tum Robortelli jussu sumptuque mandavit, Gratioso Perchacino teste, nunc vero iterum, Constantii Charisii nomine. Tantumque huic epistolae tribuit, ut, quod opibus suis ipse se assequi posse diffidit, id Faërnianis viribus bis tentaverit. scilicet ut de me victo profligatoque tandem aliquando triumpharet. adeo, ut ipse ubique de me falso loqui solet, exulcerato in me animo est. Respondeamus ergo huic etiam epistolae, ne quod adversus nos telum homini maledicentissimo, nisi linguae procacitatem ipsam, relinquamus. Ex libro primo locos hos a me depravatos putabat Faërnus. justene, nunc consideremus.

[Cap. III.] *Capeto Tiberinus, qui in trajectu Albulae amnis submersus celebre ad posteros nomen flumini dedit*] Ego notavi, placere Dioni, regem hunc *Tiberium* vocari, quia scribat, Tiberim a Tiberio rege appellatum, non ab eo, qui Augusto successit, sed ab alio antiquiore, qui ibi submersus est. Faërnus tamen, historico posthabito, *Tiberinum*, non *Tiberium*, probat, nititurque auctoritate poëtae Ovidii, quia versus, ut inquit, non tam facile corrumpi, ut oratio, possit. cui ego, versus à poëta scriptus difficile corrumpi potest, at versus caussa nomen aliquod a poëta facile corrumpi potest: ut Virgilius corrupit, qui *Scipiadas* dixit, quia propter creticum *Scipiones* dicere non potuit, et Silius *Macedum*, quia propter tribrachym *Macedonum* non potuit. Sic cum *Tiberius* propter tribrachym dici heroïco versu non posset, ut tertia syllaba longa redderetur, *Tiberinus* est a poëta dictus. adde, quod verisimilius est, ex *Tibero Tiberim* et *Tiberinum*, quam a *Tiberino Tiberim* esse factum. Quamobrem in nominum propriorum ratione poëtarum auctoritate nihil esse statuo imbecillius, et historico potius, quam poëtae, semper, cum bona Faërni manium venia, assentiar vehementius.

[Cap. VII.] *Dextra Herculei data*, etc.] Ego, manuscripti libri auctoritate adductus, et ut incommodam quandam sententiam, quae ex vulgata lectione manabat, evitarem, legendum putavi

reuli. Faërnus incommodum, us ego memini, non inficia-, sed opponit aliud, neque e se tamen satis explicare, le-nemque cogitur inducere et nanuscriptis et ab historico nysio, ut ipse etiam fatetur, nam: ex quo apparet, faci-; esse reprehendere alienam tentiam, quam ipsum aliquam stituere. Itaque in hoc as-tior Faërno, locum hunc esse icurum atque difficilem, et de a et de illius lectione, ut ipse nificat etiam, valde quaeren-n esse.

Cap. x.] *Fabricato ad id apte culo*] Dixi *feretro* legi in ma-scriptis, quos ego legi. Hi it, qui in bibliotheca D. Mar-, D. Antonii et Jo. et Pauli netiis, et D. Joannis de Vir-ria Patavii asservantur, et a-rum privatorum. Faërnus ne-: ita esse in omnibus, quos e legit. Quid tum? Negat item aecos φέρετρον nominare. re-. apud me enim est mendose ρετρον, pro φέρετριον, lite-: hujus vitio uno facto; quod tolerabilius, quam duorum trium verborum, ut apud Ro-rtellum.

[Cap. IX.] *A plerisque rogitan-as dimissi, ecquod feminis oque asylum aperuissent*] Ego ti placere, quod est in manu-riptis meis, *ecquid non femi-r quoque:* hoc sensu. Cum mani finitimorum connubia tiffent, repudiati sunt ab iis gantibus, cur. ut viris, non ninis quoque asylum aperuis-at, quo feminae confugerent: enim fore, ut non egerent itimis. Hoc non placet Faër-. at placet Sigonio. judicent uditiores, non exulcerato ani-praediti, id est, praeter Ro-rtellum omnes.

[Cap. XIII.] *Equus Curtium in do statuit*] Ego: *Equum Curtius in vado destituit.* primum quia in manuscriptis legi, *Equum Curtius in vado statuit.* et quia Glareanus hujus etiam lectionis meminit, et quia Plutarchus, qui, ut observavi, pleraque a Livio sumpsit, hanc sententiam aperte exprimit. Et quia facilis est lapsus ex *vado destituit, vado statuit.* et quia locutio est Liviana, ut supra [cap. 4.] *Cum fluitantem alveum tenuis in sicco aqua destituisset.* Et quia commodius fuit Curtio relinquere in vado equum, et salutem sibi quaerere, quam in lacu. et quia, si legamus *Equus Curtium in vado statuit*, genus dicendi inauditum inducimus, et a Plutarcho, quem consentire cum Livio, quam dissentire, verosimilius est, discedimus. et quia rationem equo damus, ut Curtium in vado collocet. Et quia nullus historicus illi favet sententiae. Haec si vidisset Faërnus, fortasse non sibi tantum placuisset. neque enim aliter loquitur, atque Livius, si revivisceret. Utinam ille tamdiu vixisset, dum, quae in vita sua tota commentatus est, edidisset. nam meus labor sex mensium fuit labor: maluique hoc qualecumque Livio munus tribuere, quam me perpetuo venditare.

[Cap. XIII.] *Ab Tito Tatio Titienses*] Ego admonui, Festo placere *Titienses* legi a *Tito*, at Varronem et Plutarchum legere *Tatienses*, quibus etiam manuscriptos libros assentiri. Non negat hoc Faërnus. at tamen mavult *Titienses.* qua quaestione quae potest esse levior? et tamen si ego velim rationem addere, dicam, tribus a nomine gentis appellatas, nullas a praenomine, et *Claudiam*, non *Appiam*, item *Corneliam*, *Sergiam*, *Fabiam*, et reliquas. *Tatienses* autem nomen tribus sub Romulo institutae fuit. At haec

erant tanti, quae bis a Robortello ad meam expugnandam auctoritatem adhiberentur.

[Cap. XVIII.] *Uti tua nobis signa certa ac clara sint*] Ego admonui, me audisse ab amico eradito, (is autem, ut vere dicam, fuerat Manutius) legi in antiquis libris, *acclarassint*. neque propterea arbitror me hoc nomine jugulasse quemquam.

[Cap. XIX.] *Ut vigesimo quoque quarto anno*] Correxi ex Plutarcho et Censorino et manuscriptis *vigesimo anno*. hanc correctionem in coelum effert Faërnus. at Robortellus, omni talpa caecior, eam vituperat in libro de Corrigendi ratione his verbis: „Ablatione in corrigen„do caute est utendum, ne no„bis accidat, quod correctori „Livii, ubi de anno a Numa in„stituto loquitur, et putat legen„dum *vigesimo anno*." et cetera non sine contumelia solita.

[Cap. XXI.] *Qui ante castra urbem positam in medio*] Hic ego nihil immutavi, quod mea declarant scholia: neque enim attigi quidquam, cujus in scholiis mentionem non fecerim. Itaque in epistola scholiis praeposita admonui, me, ne quem fallerem, breves sententiae meae explicationes allaturum. Faërnus hic inquit desiderari *non*, et recte. Sic enim in vulgatis omnibus. at hoc vitio operarum. neque enim ego Livium, dum imprimeretur, correxi, sed scholia emendationum scripsi.

[Cap. XXII.] *Ne quid prius, quam mandata, agerent*] Admonui, me legisse in manuscriptis, *ne quid prius cum Albano, quam mandata, agerent*. Faërnus ait, se nusquam *cum Albano* legisse. fieri potest. adjuvat tamen sententiam. nec res est, in qua fortunae Italiae positae sunt.

[Cap. XXIV.] Scripsi, *fecialis* scribendum sine diphthongo. Confirmat idem Faërnus, additque, litera *T*, non *C*, scribendum. Neque vero ego dixi secus: quamquam a *faciendo foedere* dictum ait Festus.

[Cap. XXIV.] *Tum illo die Jupiter, populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam*] Ego in manuscriptis cum invenirem: *Tu ille dies Jupiter*, admonui legi posse: *Tum me Diespiter*, siquidem Festus ait: *Silicem tenebant juraturi per Jovem, haec verba dicentes: si sciens fallo, tum me Diespiter, salva urbe, bonis eliciat, ut ego hunc lapidem*. Hoc, quod egregium est, improbat tantum Faërnus ex ea parte, quia sequitur *populum Romanum*, nec videt, locutionem esse antiquam, ut infra [cap. 38.] *Deditisne vos populum Collatinum?* id est, vos et populum. sic nunc *me, populum*, pro me et populum. Quae vero lectio ab eo, ut melior, infertur, certe deterior est, *Tum tu Diespiter*. nam discedit a vestigiis veteris lectionis, *Tu ille dies Jupiter*, et a forma jurisjurandi servata apud Festum; ex quo apparet, facilius esse correctionem corrodere, quam corrigere.

[Cap. XXXVI.] *Attius Navius*] Ego ex Festo admonui, *Navium* scribendum esse, tamen ex Dionysio videri legendum *Nevium*. apud quem quum sit *Νέβιος*, hoc est, quod gravissimum mihi omnium objecit Faërnus.

[Cap. L.] *Ne id quidem ab Turno tulisse tacitum ferunt. dixisse enim*] Ego ajo: „Ma„nuscripti habent. *Ne id qui„dem Turnum tulisse tacitum „ferunt. dixisse enim*. recte. „nam in priore lectione *tulisse* „ad Superbum, in hac ad Tur„num refertur. quo fit oratio re„ctior. nam addit, *dixisse e-*

„*nim.*" Addo nunc, esse locutionem Latinis familiarem. ut in Vatin. [cap. 1.] *Tacitus te dimitterem.* et pro Marc. [c. 1.] *Tacitus nullo modo praeterire possum.* hoc modo: narrant, inquit, Turnum tacitum non tulisse, id est, non tacuisse. dixisse enim. quid inquit Faërnus? in meis libris non ita legitur; quid hoc mea?

[Cap. LV.] *Quam summam pecuniae*, etc.] Faërnus neque vulgatam lectionem ait se approbare, neque meam ex manuscriptis allatam. unusquisque judicio utatur suo. neque enim pluribus de re levissima agere volo. quae ego dixi, patent omnibus. Atque has quidem esse gravissimas mendas confitetur Faërnus, quas ipse pervolutator Livii summus ex centum amplius, in primi libri scholiis meis invenerit. quibus tantum tribuit imperitissimus hic noster, ut, quoniam in me conjectae erant, imprudenter poma esse crediderit. Ex quo apparet, Faërni judicio meum laborem meamque industriam comprobatam potius esse, quam reprehensam.

Ex tertio libro.

Faërnus ex tertio libro excepit tres locos, eosque praeposuit ceteris.

[Cap. XL.] *Censendo enim quoscumque magistratus esse, qui senatum haberent, judicabat*] Ego ex manuscriptis: *censebat enim non eos magistratus esse, qui senatum haberent.* pendet a superioribus. alia, inquit Livius, sententia dicta est, specie asperior, re mitior, adversus decemviros, ut proderetur interrex comitiorum causa. inde reddit rationem, cur in speciem aspera esset, quia, dum interregem prodi volebat, censebat decemviros non esse magistratus. Etenim, ut ait Cic. in Epist. ad Brutum [Epist. 5.] dum aliquis est in republica patricius magistratus, res ad interregnum redire non potest. qui ergo censebat interregem, decemviros infirmabat. cum ergo sensum tam bonum habeat haec lectio, nescio, cur a Faërno inter primas ad rejiciendum electa sit.

[Cap. XL.] *Ceterum neminem majore cura occupatis animis, verum esse praejudicium rei tantae auferri, sibi placere de eo*, etc.] Rhenanus et Glareanus hunc locum ex ingenio varie distorquent, et interpretantur. adversus hos mera portenta dicentes nihil Faërnus, adversus me tantum pugnat. Ego vero ex manuscriptis meis hanc lectionem protuli: *Ceterum neminem majore cura occupatis animis verum esse, praejudicium rei tantae differri posse.* in quibus distinctione adhibita pro *auferri* lego *differri*, hoc sensu: neminem in senatu, cum majore cura occupati animi sint, verum esse, id est, quid vere sentiat, dicere. propterea praejudicium rei tantae, propter quam perturbati animi sit, in praesens differri posse. suam sententiam esse, ut bello perfecto hac de re agatur, id est, an decemviri abierint magistratu, nec ne. Haec sententia nescio cui sanae mentis non probetur. at illud *differri* non invenitur in libris, quos evolvit Faërnus. me miserum, qui ante libros Faërni non consuluerim; quem, cum haec scripsi, ne natum quidem esse audieram. Cur autem, cum, qui ante me hunc locum attigerunt, vel Faërni sententia, eum non intellexerint, prodere non possum, quod in lis, quos ego legi, manuscriptis est lectionis? Utinam, ut dixi, sua illa edidisset Faërnus, expertus, credo, esset; sed pax mortuo sit.

[Cap. xxi.] *Non erit melius, nisi de quo consulimus, vocem misisse*] Ego: minationis genus est, quale infra [cap. 48.] *Proinde quiesse erit melius.* item [lib. 4. cap. 49.] *Malim militibus meis, nisi quieverint.* Cum hoc genus loquendi torqueret Glareanum, nec se explicare sciret, admonui, videndum esse, ne legendum esset: *Nae erit melius.* Faernus de Glareano nihil, qui tum octogenarius erat: de me, cui aetas aliquid, eo praecepim tempore, conciliare veniae potuit, exclamat ubique, quid est? *Nisi* non usurpatur, nisi accedente negativa: *nae*, nisi cum praenominibus *ego, tu, ille, iste.* Utrumque verum est, si frequentiorem usum respicimus. at contra etiam factitatum est. Columella lib. 7. cap. 3. *Coloris unitas, nisi praecipua est in aristibus*, id est, non nisi in aristibus. Terent. [Andr. Prol. vs. 17.] *Faciunt nae intelligendo, ut nihil intelligant.* Horatius [lib. 2. Sat. 2. vs. 97.]

Clarus erit, fortis, justus, sapiens, nae etiam rex.

Item alia in commentariis linguae Latinae.

Ex libro XXVI.

[Cap. xi.] *His motus ad Turiam castra retulit*] Credidi ego, legi debere *Sturam*, et deceptus sum. Faernus *Turiam*, vel *Tutiam* tactur, et tamen negat, hujus fluminis apud quemquam fieri mentionem. Quare, ne ego ingratus sim, volo vicissim docere, non eum, qui de rebus his nunc non laborat, sed Robortellum, qui Faernum in me emissarium impulit, id, quod ille se nescire confitetur. Etenim Silius poëta ejus meminit lib. 13. [vs. 4.] ubi de hoc Annibalis itinere loquitur:

Castra locat, vicina laedens ubi gramina ripae
Tutia deducit tenuem sine nomine ripam,
Et tacite Tuscis inglorius effluit undis.

Est ergo hic ignobilis amnis *Tutia* vocatus, ex quo apparet, verum id esse, si scripsisset Faernus, non omnia ad eam regulam directutum fuisse, qua Sigoniana illa scripta metiebatur.

Redeo ad prima. Ego quid de locis aliquot apud Livium sentirem, quondam exposui, neque aliquem, cum meae sententiae rationem in scholiis aperuerim, decipere potui. Neque eo ingenio sum, ut me semper optime sensisse existimem, non minus, quam qui ad hunc eundem scriptorem aut declarandum, aut emendandum studium suum ante me contulerunt; quos ego plurimis in locis deceptos esse ostendi. Quantum autem profecerim, aliorum esto judicium.

PRAECIPUAE
PRIORUM EDITIONUM
DEDICATIONES
ET
PRAEFATIONES.

J. AN. EPISCOPI ALERIENSIS
PRAEFATIO,

Quae non tantum ipsi ejus editioni, sed etiam plerisque reliquis quintidecimi, ac nonnullis prioribus sequentis seculi praefigi solet.

JO. AN. EPISCOPI ALERIENSIS AD SUMMUM PON. PAULUM II. VENETUM ET MARCUM, SANCTI MARCI CARDINALEM, EPISTOLA.

Fausto ac felici solo tuam urbem, Pater beatissime Paule II. Venete, Pon. Max, ac fortunatis originibus positam a primis illius fundatoribus, cum secuta imperii magnitudo testatur, tum inprimis illud, quod aut eodem in loco maxima innumeraque excellentium hominum sunt exorta ingenia, aut undequaque oriunda natalis dulcedinem patriae Roma felici migratu commutarunt, fortunae majoris vicem ac munus Romana sibi moenia fore arbitrati. Romam enim ex his plurimi post diffusum late imperium, qui in diversis terrarum partibus nati sunt, miro studio, veluti in primum et maximum orbis theatrum, convolarunt: Cujus rei hodie quoque speciem amplissimam cernimus, cum ex tot clarissimis regionibus in tua felici Curia tantae majestatis Patres intuemur, ut merito haud ita imperii jure, etsi id quoque permagnum est, ut fidei et religionis gratia sacrosanctae, qui est splendidior et justior in terris principatus, ab exordio ad tantam rerum molem tua urbs esse praeparata noscatur. Crevit ab exiguis quidem initiis, Pater sancte, Urbs tua ingeniis quoque ac scriptis clarorum hominum, variarumque linguarum vocibus celebrata: quae, tamquam ad speciem sui oculos luminis fulgor ac splendor rapit; ita, quicquid magna nixum virtute et clarae indolis sibi conscium omni in genere mortalium fuit, claritudine ac nitore ad sese propriae majestatis allexit, ut brevissime verissimeque Poëta magnus cecinerit:

Scilicet et rerum facta est pulcherrima Roma,
Septem quae una sibi muro circumdedit arces.

Verum sicuti nihil aeque difficile est, atque quibus ex orbis terrae partibus praestantioris ingenii Romana felicitas nominis tanti magnitudine viros ad se ornandam traxerit, ita constanti doctorum consensu ex tua Venetia liquet, florentissima quidem et virorum summorum uberrima, ingenii quosdam et doctrinarum primarum cultu facile principes Romam accessisse. Quis est enim Virgilio suo in genere, ut ab eo incipiamus, major? quis Plinio doctior? quis Livio candidior et uberior? Hos certe elegantissimos et maximos misit Venetia; quorum reliquis de eorum laudibus loco alio servatur oratio. Patavino nostro Veneto divus Hieronymus testimonium reddidit: in quo certe illud fuit, quod praeterea fortasse datum est nemini, ut se ipsam facilius in monumento aere perenniore, quam vel in immensis aedificiorum molibus, vel in legum venerandis sanctionibus imperii tanti viribus atque magnitudine nudam et seriam non absque summa dignitate, majestate, amplitudine, gratia, et, quod est his majus omnibus, aeternitate orientem simul coalescentemque ad fastigium usque provectam, ibique placidissime generi humano dominantem Romam licuerit intueri. Tibi igitur, Pont. Max. historicorum primum et maximi imperii ornatorem, ac per te cultissimo tuo ac modestissimo Marco, sancti Marci Cardinali, episcopo Vicentino, quam fieri potuit diligentissime recognitum, si quid unquam alias, hoc tempore potissimum destinavi, morem meum tua venia in praesenti etiam epistola servans, ut animi gratia paulo uberius scribam, quam fortasse epistola postularet. Ille vero dictionis hujus erit modus. Laudationem primum delibabo Livianam, rem mihi in primis arduam, vires proprias aestimanti. quis enim tam eleganti fretum se puterit ingenio? quis ea doctrinae copia? quis tanta erit eloquentiae vel arte politus, vel natura praeditus, vel imitatione formatus, vel studio praeparatus, ut ornatorem audeat amplitudinis Romani imperii Livium non inepte, non jejune, non minus auctoris merito praedicare? quod est tamen ideo tentandum in praesentia, ne laudati Romani nominis gravis praedicator exilem ac medicum saltem in operis sui principio non habeat praeconem. Conabimur illud igitur, ostendemusque deinceps, quo praeeunte nostris potissimum diebus ausi simus Livium attrectare, illius auctoris admiratione succensi, nostro tamen Marte impotentes ad magnificae dictionis ejus elegantiam aspirare. quid ego denique hac illustri lectione me plurimum delecter collegisse. ita labor mihi lectionis levabitur, et, quibus maxima debeo, parva opera satisfaciam. Sed id primum confiteor, non magis, opinione mea, Livianae dignitatis attingi laudem posse, quam triumphantis Romae splendorem cerni, quae oceano imperium, astris famam terminavit. Satisne commendabit Livium quisquam, qui maxime omnium inter historicos censetur flumine labi perpetuo eloquentiae, tanta ubertate, nitore, ac gloria, ut Romano imperio par illius decus dicendo coaequarit? Neque enim urbs praepotens tot annorum, tantarum nationum dominatu praestantius armis bellavit, togave pacis tradidit morem, non sublimius, inquam, victor nationum populus et eorum, quos vicit, illustris moderator aut generosior in rebus gerendis,

ɔerquando justior fuit, er historicus domito- im populi facta dicta- iusque sorte fortunae retulit dictione. Talis s, tantus sui singulis ɔibus operis partibus, quanti viri ii fuere et universi, quorum ma- ue consiliis illa sunt ɔrculem enim merito n dixerim, quod ala ie incedens, robustus s, nulla rerum diffi- nullo obrutus pondere

Non illum varietas non simplicitas histo- ientem reddit; in te- persaepe accidit, ac ium materia non est ex- aridus et jejunus: in ac magnitudine tur- n exit ac vastus: ple- tumorem, aequabilis citra molliciem: nec effluens, nec nimia tabescens, in asperis a salebrosus, neque n mollibus, non vio coacta oratione sub- on ita tamen copiosus, neque ita suavis, ut iec adeo lenis, ut re n sic tristis, ut hor- ue ita simplex, ut nu- ideo comptus, ut af npositione calamistris ustus: par verbis ma- r sententiae rebus; in ɔrimenda gravis atque , et tamen succinctus s; in narratione na- semper exspectatus, inime confundens, et ata non praecurrens, gratiam adulator, aut ndo parcus in veniam, m laetus in noxam. e senatui, ordini illi ie moderatori vene ɔuloque Romano ter- ɔcipi vel temeritate vel errore lapso, vel forte ratione supra modum justumque evecto, nequaquam parcens. Res etiam adversariorum debita commendatione non defraudans, ut modo narrator tantum, modo censor esse videatur, atque ita severus et tetricus, ut ne censoribus quidem gravissimis, quibus nihil Romae sanctius fuit, ubi facto usus fuit, unquam ignoverit. Quibus quidem virtutibus summis clarissimisque scriptoribus comparatur, sicuti in sententiarum ubique, praecipue tamen in consiliis et disceptationibus, majestate, at vero in concionibus ante omnia verborum parcus, sententiarum dives, multo est verbis, quam sensu, restrictior atque concisior. In qua parte non ceteros scriptores tantum, sed se ipsum quoque longe antecellit, ut aliquanto augustius differens sermone humano ad oraculorum pene responsa accedere judicetur. Quae res si sunt ulla arte acquisitae, cur nemini unquam discipulo aemulandae tradi potuere? cur, a quo sunt praeceptore sumptae, non differitur? sin, ut potius reor, naturae fuerunt excellentis, viro unico illi et singulari magis coelitus praebitae, quam humanitus vel traditae vel meditatae sunt censendae, ut majestas illa aeternae rationis, simul ac Romanum potentatum decrevit tantopere supra omnia imperia eminere, continuo quoque ejuscemodi scriptorem ejus decerneret; qui dictionis gloria par Romano potentatui aequalem in omnibus sibi historicum neminem unquam foret habiturus: nam nemo plenius aures hominum implet, vividius animos penetrat, excitatque facilius affectiones: nemo acrius proponit, vehementius persuadet, asperius irritat, urget impensius: nemo dissolvit aptius, sedat facilius, velocius dissuadet: cumque in delectando sit summus, in am-

plificando ditissimus, exemplis in primis copiosus, stimulos praecipue habet utranvis in partem accommodatissimos aculeosque acerrimos, et tormentis verba simillima; ut, quocumque intenderit, humanos illuc sensus affectionesque vel torrentis rapiat modo, vel turbinis more prosternat, vel roris vice refrigeret, blandique malagmatis ad omnem multitudinem restinguat exemplo. Extollant Timotheum alii, Orpheum praedicent, illum fidibus et cantu armatorum rabiem, istum dirarum horrificos tumultus leniisse: illorum profecto artes perdiscere nemo est vetitus; hujus ne ediscerentur conciones, edicto est principum interdictum; quoniam tantus nullo quisquam fuerit tempore inflectendorum quovis animorum vel artificio, vel gratia, vel natura. Quid multis immorror? Non materiae magis Livii decades felicitate censendae sunt, quam ipse Romanorum inde felicissimus potentatus, quod Livium illi contigit habere praeconem. Hujus sit orationis summa, hic cardo veluti solum Romanum imperium denuo reflorescens, aut nulla mundi potentia Romam redivivam ex suis bustis ac ingentium molium parietinis, quae sparsa, lacera, et trunca conspicimus, excitabit instaurabitque omnino pari modo: aut Livius, si restituatur ab inferis, aut, mortalium qui sunt, quique erant, nemo exstinctas suae historiae partes renovabit, aut similes cudet. Quod si cuipiam dicere nimis videor, ea historiarum membra in manibus sumat, quae noster Livius semel absolverat: nam hodie quoque ex Graecorum thesauris superstes ad nos pervenit historia, et vel ex Polybio, magno quidem illo et gravi scriptore, primum Punicum bellum a Fabii retro Gurgitis et collegae inchoans, quando ibi desiit Livius, consulatu, vel ex Appiano Alexandrino, vel auctorum alio bella civilia socialiave aut caetera Romanarum rerum membra complectatur. At sunt viri clari et nobiles, qui haec cum laude verterunt in Latinum. Non equidem inficias eo; verum ea non sunt talia, ut cum Livianis scriptis conferantur. Hactenus pauca de Livio. Ad primi aevo nostro praelectoris ejus memoriam propero. Nec tacebo, Franciscum Petrarcam, quod fando accepi, modestissimum illum quidem et amoeni cultus atque ingenii virum, non mediocriter tempestate sua in Liviana historia vigilasse. Sed ille, ut dicam cum Pacuvio, sibi profecit et Musis. Illud verissime referre me puto, primum omnium aetate nostra Victorinum Feltrensem lectionem publice audientibus praebuisse Livianam ingenti hominum admiratione et fama. Quo viro, quia mihi Christus Dominus dedit, ut altore sim usus atque praeceptore, veniam praefatus peto, ut mercedis loco pauca de illius moribus, te audiente, perstringam. Victorinus Feltrensis, aevi nostri Socrates, sacculi sui ornator ac decus, fama et gloria Academiae Mantuanae, vivens ille quidem vitae constantia venerabilis, legens admirabilis, absens quaesitus, mortuus admodum desideratus, hospes ille, quin immo pater pauperum studiosorum, humanitatis suscitator, Latinitatis erector, sapientiae magister, honestatis specimen, bonitatis exemplum, divitiarum contemptor, ingeniorum sublevator, et alia pleraque, et Livium primus, ut intactum pelagus atque inexpertum noster Tiphys aperuit, et Patavinos thesauros Hesperidum hortis clusiores patefecit. Ille quidem in Italiae natus Veneto angulo, Patavii partim, partim Venetiis ingenti

gratia et fama, et, quod est in docentibus laudatissimum, magna docuit cum integritate: ubi cum auditorum liberalitatibus eandem posset pecuniam facere, ita divitum scholasticorum dona capiebat, (neque enim vir ille quaestu docebat mercenario, ut Proculi illius Socratici praeceptoris more atque instituto daturus aliquid, aliquid sumeret) ut dividenda haberet in pauperes studiosos. Tantum enim aberat, ut fundis delectaretur ac peculio, et singularibus annorum omnium contentus vestimentis aestatis atque hyemis, quotannis in egentiores, quos domi alebat et docebat, bina sua divideret suis manibus indumenta. Harum fama virtutum Jo. Franciscum Marchionem illum inclytum Mantuanum, Cardinalis illustris ac liberalissimi Mantuani avum, ad illum Mantuam trahendum incendit: quo cum plurimo honore et donis tandem venisset, principis liberis datus est praeceptor. Istic ego sum illo usus parente et magistro: istic Livii decadum partem praelegentem audivi, quod ideo non fuit silentio praetereundum, ut, si quid in recognitione profeci, auctori acceptum Victorino referatur. Tantum enim abest, ut me poeniteat praeceptorum meorum gloriae, ut id unum ac maximum docti animi atque ingenii argumentum censeam, a quibus ipse hauserim omnia fontibus, referre, magistrorum. Qui plura voluerit discere de Victorino, (sunt enim ejus omnis splendoris ac dignitatis plenae actiones) Saxoli Pratensis inter condiscipulos nostros minime contemnendi, quamvis admodum juvenis ille fato concesserit, librum legat de vita et moribus Victorini, aut caeterorum, quibus laudi magnae est, non mores et vitam solum, verum etiam totam Victorini scholam perscripsisse: quorum scriptis potueram equidem esse contentus, nisi in eadem cultus officina, obtusiore licet scalpro, mihi visus in praesenti epistola forem non absque ingratitudinis crimine potuisse dissimulare ac praeterire Victorinum. Venio ad te, Pater colendissime, cui, ut ipse nosti, maxima debeo, atque, ut caeteri se in hac quoque haud exigua humanitatis parte tibi debere sciant, cogor ostendere. Tua enim opera subsidioque ac liberalitate impressorum nostrorum ars juvatur et crescit: unde mirum in modum egenorum necessitatibus subvenitur, cum, doctissimus ipse ac minime invidus, libros excellentes omnis generis habens facultatum, nobis volens et expositus bibliothecam tuam semper aperias. Tu vero, ut revertar ad Livium, modestissime vir atque sapientissime, in nostro te ipsum codice, hoc est incredibiles animi tui verecundi inprimis virtutes, ut saepissime antea, percensens, nunc quoque non sine ratione delectabere. Gravis enim morum tuorum censura quo sanctius monumento cognosci, quo exemplo reddi verius potest? etsi praecipua pars tui, virtus vere Christiana, quasi manus optimi pictoris extrema, quod constanter fateor, omni gentilitatis ornamento in te superlinenda restabat. Recognoscis tu quidem in Livio laudes tuas, cum illustrium virorum verba et actiones legis; in alio religionis cultum, in alio animi magnitudinem, in alio vitae omnis tenorem aequalem et jugem. Hic tuam maximam modestiam, quae perraro in alto dignitatis et status fastigio positorum est comes, refert; hic tuarum in republica sententiarum modum; hic in castigandis moribus multae lenitatis gravitatem. Mihi quidem haec proxime legenti tu jugiter eras in mente,

actionum tuarum imaginem in gravissimis et compositissimis viris de propinquo cernebam: in Q. Fabio Maximo placidum ac cunctabundum tuum ingenium admirabar: in Furio Camillo maximi animi vigorem, gravitatem, atque in omni fortuna constantiam: in Appiis miram scientiam atque facundiam: in Scipione dexteritatem alacritatemque animi, et minime inanes cogitationes ardua et magna negotia capessendi: in T. Quintio prudentis ac mirifice casti pectoris tui monita salutaria: in Papyrio celeritatem atque indefessum ad res gerendas robur: in Valeriis popularitatem placidam modestamque, ac nequaquam effluentem obsequelam; fidem vero in omnibus maximam, paremque prudentiam. Addebam religionem, et, a gentilibus longissime abscedens, eam quidem Christianam atque Catholicam. Unum apud Livium reperiebam, cui ut maximo quanquam simillimus es, omni tamen a parte non es idem. Cato ille Censorinus, vir consummatus et summus; in quo, velut in te hodie, hoc maximum quondam decus virtutis fuit, ut, quicquid ille ageret, natus ad id tantum videretur. Cato ille, inquam, tantus vir, amaro fuisse fertur ingenio atque ad laceranda semper exposito. Caetera ejus in te cognoscimus; naturae vero amaritudinem et carpendi ingenium non videmus: quin immo, si quisquam est, tu es maxime detractorum adversarius; quippe qui es ad bene merendum de omnibus hominibus natus, S. D. N. institutis eruditus. Tibi igitur, tali viro ac tanto, praestet gratiarum dator Christus Dominus, ut assidue magis pacem ac gloriam sacrosanctae ecclesiae videas; Christiani populi de paganorum feritate, et haereticorum obstinata pravitate victoriam, summi nostri Pontificis sospitatem, omnium terrae fructuum copiam, coeli temperiem, et aëris salubritatem: et veluti in sanctissimo dominici gregis felicissimoque pastore tua studia spemque omnem a nativitate collocasti; ita tuarum quoque actionum successu fortunato ille assidue magis in te quieturus recumbat. Ut, cum summus Deus suo in terris vicario cuncta mentis tranquillae optata tribuat, tibi ille rerum maximarum administrationem secundet, tu nobis apud illum omnia impetres, quibus aliqua cum dignitate vitae praesentis necessitates per studia honesta honoratasque actiones transeamus. Vale.

JOHANNIS ANTONII CAMPAN.

EPISCOPI APRUTINI,

PRAEFATIO,

Quae non tantum ejus editioni praefigitur, sed etiam inter opera ejus occurrit tom. 1. pag. 548. editionis Menckenianae.

CAMPANUS CARDINALI PAPIENSI MEO SALUTEM.

Tres T. Livii decades, tot enim supersunt, librariorum inscitia magna ex parte depravatas, jussu tuo recepi emendandas: operosam quidem rem et longam laboris, sed utilitatis, ut arbitror, non minus, quam habituram difficultatis. Unum tantum abest, quo mihi aliquid vendicem gloriae, ut plane tractum in religionem me iniecam, qui tantae rerum magnitudini tantaeque magnitudini inferrim manus, quippe cum divinam Livii historiam, tanquam scenam aliquod, attrectare nefas Genus est in eo scribendi varium et suum, et id ipsum candidum ac magnificum, et tam ad spectaculum quodam magnitudinis sublime atque altum, et per omnes circumdantem amplitudinis gyros, ita auditorum oculos late extendit, ollereque in altum possit, ut tis caliginem afferat. Inde eorum coorti errores, dum quod ipsi non capiunt, nihil esse, aut, quod non cernunt, obscurum, aut, quod in eo est studio auctoris, deformem putant, et, de librariorum arbitratores facti, ibi plus sibi judicii, ubi minus intelligunt. Horum ego depravationes, quas tanta diuturnitate temporis, tantaque barbarie necesse fuit esse quam plurimas, multis fretus exemplaribus corrigere aggressus, feci, quod tu jussisti, et feci, quam potui, diligenter: ut huic novae miraeque industriae impressorum ipse quoque pro virili auxiliarer: idem facturus in caeteris, quo non modo non careant libris veterum nostri homines, aut emi multo oporteat, sed et magna sit futura copia, et aeque pauperi atque diviti comparari exiguo possint. Nec iidem erunt impressorum futuri errores, qui fuerunt exscriptorum: ii uno exemplari, eoque perspecto atque emendato, quot volent, codices una opera unoque tenore conficient: illi, dum singulus quisque arbitrio abutitur suo, nunquam inter se ita conveniunt, ut, ubi paulo sit protractior oratio aut implicatior, non diverse corrumpant. Legi poterit jam a nostris Livii historia, si, qualem ipsi reddidimus, talem et impressores caeterique effinxerint. Quod ad me attinuit, nusquam curiosus interpres aut divinator nihil meum, praeter laborem et diligentiam, attuli: quae utinam tanta fuerit, ut librariorum tollendis erroribus sufficerit; certe in hoc fuit maxima, ut Livii majestatem affe-

ctatione ingenii nusquam minuerim. Locorum nomina duntaxat vetustissima, quod diverse posita sunt a multis, fallere me fortasse, et ea perpauca, potuerunt: caetera, ut spero, non fefellere. Adjecta sunt omnium librorum epitomata, eorum etiam, qui non exstant, ut priscarum rerum notitiam habeamus ex iis aliquam: simul ut, quantam in Livio fecerimus jacturam, intelligamus. Utcunque futurum sit, mihi satis fuerit, tuis jussis paruisse, cujus et beneficiis et auctoritati omnia debeo. Vale.

MARCI ANTONII SABELLICI

PRAEFATIO,

Quae in primis editionibus et nominatim Veneta anni MCCCCXCV. annotationibus ejus praefigitur; in reliquis, quas vidi, eam secutis omittitur.

M. AN. SABELLICUS MAGNIFICO ET PRAESTANTI VIRO, BENEDICTO CORNARIO PATRITIO VENETO, SALUTEM.

Nihil hominum memoria utilius fieri contigit, Benedicte, vir ornatissime, quam quod vetus jactura, quam Latina lingua tam bellorum, quam temporum injuria multis retro aetatibus fecerat, paucorum hominum industria nobis resarciretur. exhaustae prorsus consumptaeque erant bibliothecae. Romanus sermo, barbaricae foeditatis servitio pressus, facie situ et squalore obducta, pro se sordida et neglecta, in obscuro esse, nec, si qua interim ingenia emergere, quae rem tantam auderent, servitio adimere, ob ipsam librorum inopiam multum proficere poterant. Multi variique hominum conatus exstitere, sed inutiles illi et irriti omnes: et jam nihil aliud norant nostra tempora, quam vetera desiderare, et, quae semel deplorata essent, perpetuo lugere. Quum nova haec et inopinata imprimendi ratio, quasi munus quoddam coelo demissum, majore omnino admiratione, quam spe futuri successus, prodiit in apertum. Quae res incredibili celeritate non Italiam modo, sed totam pene Europam mira librorum refersit opulentia. Verum saepe fit, ut spes spei gradum faciat. plerique his paucis annis partim nova scribendo, partim, quae vetustate corrupta erant, in integrum restituendo rem auspicatissime inchoatam, mirum in modum juverunt. Velles tamen in hoc publico successu, ut, qui ad recognoscenda emendandaque aliorum scripta librariis officinis suam operam locarunt, communis commodi majorem, quam sui, rationem habuissent: effecissent illi haud dubie, nisi quaestui nimium studuissent, ut nihil hodie aut quam paucissima in multiplici et varia lectione desideraremus. Caeterum eorum vel incuria vel negligentia ita accidit, ut nunc quoque multi velut amfractus passim lectoribus occurrant; quibus sublatis facilior omnino co-

natus fuisset ad bonarum artium studia capessenda. Id ego vitium quum in aliis aegre, tum in Livio, quod toties imprimi contigisset, aegerrime ferebam, in quo pene plura mercenaria opera, quam ulla temporum injuria, inverterat. Nec interea solus ego eam molestiam sentire. Erant et alii quamplurimi, qui ob id ipsum eam lectionem cunctantius adirent; quum nulla alioquin vel utilior vel suavior adiri posset. Huic igitur multorum sive querelae sive sollicitudini occurrendum ratus Bernardinus Herasmius Novocomensis, homo, ut te non ignorare arbitror, fide et industria singulari, a me nuper petiit, qua potissimum ratione Livium in integrum posset restituere? cui ego, vetustissimo aliquo exemplari opus esse, respondi, ut pauca haec, quae ex tanto naufragio fragmenta adhuc restant, emendatius legerentur. Tum ille, quando id, inquit, haud facile datur, tu, si potes, da operam, quaeso, ut clarissimam historiam aliquanto integriorem novae impressioni subjiciamus. Recepi ego quum ipsius causa, tum ut iis, qui sacra colunt literarum, aliquid gratificarer, me illud facturum. Sed quum multo plures loci, quam putaram, uno atque altero exemplari parum integri occurrerent, pro magno habui negotio, cum iis, quae observata a me essent, vetustioris libri alicujus lectionem conferre: qui diutissime requisitus ex ornatissima bibliotheca tua officiose mihi est demum oblatus. Multa, fateor, eram in medio relicturus, quae lectione illa confirmatus a vitio vindicare perseveravi. Contra plura quidem in eo adsunt, quae nihilo sinceriore fide, (ratione enim et auctoritate convincitur) quam in caeteris, notata deprehendi: quorum ratio ut aliquanto tibi facilior cognitu esset, quum decadum ordine, tum librorum servato, ad ducentos et amplius locos tibi certa serie digessi: quibus sapientissimo judicio tuo pensitatis facile prospicies, verissimum esse illud Sophoclis, gratia gratiam parit, qui quum caeteris paribus satis emendatum mihi librum concesseris, pari officio acceperis, per quae illum adhuc emendatiorem habere posses. Vale.

ALEXANDRI MINUTIANI

PRAEFATIO,

Quae praefigitur ejus editioni, procuratae, ut conjicio, Mediolani, anno MDV.

ALEXANDER MINUTIANUS JAFFREDO CAROLO JURECONSULTISS. DELPHINATUS AC MEDIOLANENSIS SENATUS PRAESIDI SAPIENTISS. S. P. D.

Legimus apud Xenophontem, Praeses sapientissime, Persas, quorum mores et instituta ab omnibus scriptoribus maxime commendantur, ingratitudinis crimen imprimis vindicasse, et, quem gratiam referre posse cognovissent, nec referret, in eum severissime animadvertisse. Existimabant enim eos, qui ingrati essent, et Deos negligere, et parentes, et patriam, et amicos non curare, societatemque illam, ad quam natura ipsa hominem progenuisset, violare ac penitus dissolvere, quando ingratitudinem impudentia consequatur, quam ad omnem turpitudinem homines et ducere et trahere videmus. Quod quidem nefandissimum crimen quum non sine ingenti dolore aliquando sim expertus a perditissimis hominibus, qui pro maximis meis in se beneficiis gratiam non solum referre noluerunt, sed maleficia, quantum in illis fuit, inferre studuerunt, hoc inprimis praestare contendimus, ne erga illos, qui de me bene meriti sunt, ingrati videamur. Iccirco, Vir Amplissime, cum tibi tantum debeam, quantum neque in maximo orationis fluxu recensere, neque vel in lautissima fortuna dissolvere unquam possem, ingratitudinis, cujus alios accusamus, merito ipse condemnandus essem, si, cum gratiam aliquam referre possim, id non cumulatissime coner et efficiam: praesertim cum virtus et probitas tua in eo te fortunae gradu collocaverit, ut nihil ex iis, quae avarus animus concupiscit, pro remunerandi vice a nobis expostules, neque tenues facultates meae aliud tibi praestare possint, quam ingenioli nostri vires ad tuas egregias et singulares virtutes praedicandas et extollendas: cujus quidem culpa fateor deteriores fore, quando maxima et excellentissima ingenia in uberrima dicendi copia eas commemorare, nedum pro dignitate commendare non sufficerent. Quae tamen tua est humanitas atque modestia, efficiet, ut ea prorsus grata tibi existant, quae a tenui facultate nostra proficiscantur, atque non, quid fecerim, sed quid facere voluerim, expendas. Et quamquam a laudato viro non laudaris, non tamen ab improbo, non ab assentatore, non a flagitioso, non denique ab illaudato; quem tu ipse vir laudatissimus in coetu nobilium virorum saepe laudaveris, commendaris. Quanquam hanc Livii editionem non eo consilio tibi dedicamus, Vir Amplis. quo tui laudandi rationem

ita

ntexamus, ut eximias tuas
tes omnes exsequamur. Id
esset non epistolam con-
ere, sed orationem habere,
istoriam componere. De-
t me praeterea ingenioli no-
ut dixi, mediocritas; quod
m vel in ipso tanti cona-
rincipio turpiter deficere,
singulis commemorandis
re jam incipit, ac in ipso
periculum salutis formida-
tque ut ab adolescentia tua
iam, nonne celeberrima I-
gymnasia, Taurinum et
case, doctamque omnem
niae palaestram veluti de-
habuisti, cum te non libi-
us indulgentem, id quod ae-
ubricam et scholastica per-
licentia, sed juri civili at-
ontificio operam navantem
iam, legum nodos in coti-
disputationibus dissolven-
et consultoribus summa pru-
a, singularique ingenii ce-
te respondentem assidue
abat? Quo nomine Avinio-
s impulsi honestissimis sti-
is te invitarunt, cum Mar-
is tui sponsam ex Gallia
ceres, ut ornatissimam Aca-
am suam ingenii et doctri-
nae habenis regeres et mo-
eris. Sed te ad majora na-
Carolus Rex invictissimus
oe munere ad honestiores
revocavit, ut inter Gratia-
litanos senatores cooptatus
rem aliquem ocii tui fru-
ex negocio vindicares: ubi
a prudenter integreque ges-
ut virtutum tuorum fama
nitissimam Ludovici Fran-
a Regis felicissimi aulam
rarit: qui ex Senatore in-
illius Senatus, a quo totus
arbonensis Galliae tractus,
Delphinatum nuncupant,
idem fecit, et, quae in tan-
gno ardua et difficilia sibi
rissent, quae per pruden-
constantis viri legationem
genda essent, per te tra-
ctari, componi, explicarique vo-
luerit. In quo legationum mu-
nere probitatis et sapientiae tuae
famam Illustrissimo Principi Ge-
orgio de Ambosia Cardinalique
Reverendissimo confirmasti: qui,
ubi te in maximis rebus exer-
cuit, proxime in sacratissimo illo
Cardinalium senatu, qui de cre-
ando Pontifice Maximo habeba-
tur, ex sapientissimis et non po-
strema auctoritate viris te unum
elegit, quem in augustissimis il-
lis penetralibus secum haberet,
cui altae mentis secreta crede-
ret, et cum quo de maximis re-
bus ageret; ubi ea te vidisse exi-
stimamus, ut cum Paulo a supre-
ma potestate in tertium coelum
rapto dicere possis: vidimus illic
arcana multa, quae non liceat in
vulgus profanari. Neque immé-
rito, vir sapientissime, quando,
cum grave aliquid accidit, te in
consultationem adhibitum non
incundae gratiae, ut fere omnes
his temporibus, et obsequio tan-
tum inservientem, sed firman-
dae menti et veritati communi-
cendae studentem semper fuerit
expertus. Accedit, quod Pater
hic continentissimus, (continen-
tiae enim atque omnis generis
abstinentiae unicum nostris tem-
poribus est exemplum) qui, in
tanta fortunarum augendi occa-
sione, tantaque potentissimi Re-
gis indulgentia, unico sacerdo-
tio contentus, quantum vix satis
sit ad sustinendam Cardinalatus
dignitatem et illustris generis
splendorem non obscurandum,
multis et lautissimis sacerdotiis
abstinuit. Hic ergo continentis-
simus Pater, tua delectatus conti-
nentia, te inprimis earum habuit,
habetque nunc maxime. Quid
cum ad Maximilianum Caesarem
Regius Orator, imo Prorex ipse
ad maximas res transigendas ac-
cessit, non te tam gloriosae le-
gationis comitem ita semper ha-
buit, ut a suo latere nunquam,
nisi cum ad ardua negocia opus

erat, dimitteret? Quamobrem minime mirandum est, si te, tam sedulo excussum, tam diligenter exactum, ministrum maximarum rerum et suorum consiliorum participem semper fecerit. Atque novissime cum venerandus Pater Johannes Stephanus Poncherius, qui hujus Mediolanensis Senatus Praeses erat et moderator, propter novae dignitatis accessionem in patriam redire concupisceret, ubi cum probitate, quam universa Gallia, dum in sacratissimo illo Senatorum collegio summa cum omnium admiratione justitiam tuetur, agnoverat, et hic noster Cisalpinus tractus aliquot jam annos fuit expertus, religionem quoque et quae ad divinum cultum pertinent, Parisiensis ecclesia jam nunc agnoscit ac sentit, Christianissimo Regi cum Reverendissimo Cardinali consultanti, quem tam sancto, tam docto, tam integro viro successorem destinaret, tu maxime visus es tanti hominis vice dignus: quae quidem deliberatio eo fuit expeditior, quod in illa tam gloriosa et constanti Novariae obsidione, qua tibi magnanimus Heros justitiae illic habenas regendas crediderat, id prudentiae et integritatis specimen dederas, quod ornatissimo cuique collegio regendo administrandoque opus esset. Quod quidem potentissimi Regis et sanctissimi Praesulis judicium, dum multis excellentissimis viris praeponeris, non minori tibi gloriae cessit, quam Scipioni Nasicae totius Senatus populique Romani consensus laudi fuit, cum ex omnibus civibus dignissimus est judicatus, qui Cybelen Deorum Matrem ex Apollinis oraculo, quod ab optimo viro excipiendum cecinerat, tantisper, dum illi templum construerent, hospitio suo dignaretur. In cujus venerandi Senatus administratione illam exspectationem, quam tui concitasti, dum in maximo rerum tumultu et totius civitatis consternatione te intercessorem apud clementissimum Cardinalem habuimus, non solum sustinuisti, sed in maximum cumulum extulisti. Nam cum Justitiae lancem aequo semper appendis examine, nullo prorsus inter populares facto discrimine, sive quispiam Tros fuerit, sive Tyrius, effecisti, ut, qui in tam repentino rerum motu pristina desiderarent tempora, praesenti nunc maxime gaudeant statu, aliosque in amore et fide adeo confirmaris, ut pro regia emori cupiant majestate: quo desiderio universam civitatem, et Troës pariter et Tyrios, concertasse et ipsi vidimus, et tota fere Europa audivit, cum pro recuperata Regi sanitate omnium ordinum atque aetatum multitudo Christiano sacramento, quod non minus studiose quam supplex sectabatur, gratias agebat, ducique suo Nestoreos annos precabatur. Tu admirabili severitatis cum comitate et clementia temperamento nocentes damnas, damnatos sublevas, ut illi sua supplicia non severitati tuae objiciant, sed suis noxiis atque delictis imputent: hi vero clementiae benignitatem cum experiuntur, nemo est, qui id tibi vitio dare ausit, tanquam nimia tua dissolutione reliqui promptiores ad peccandum fiant, atque ad facinora licentius invitentur. Continentiae vero cotidie tam illustria exhibes exempla, ut te Curio et Fabricio, qui Romanae frugalitatis clarissima sunt monumenta, non solum conferre, verum praeferre non dubitem. quin illi iis fuere temporibus, cum paupertas in summo erat honore: at nunc pauperes non solum jacent inglorii, sed, quod infelicius est, ab omnibus deridentur. Luxus tunc severissime vindicabatur, at nunc splendor habetur et glo-

ria. His ergo temporibus continentem esse, quis non affirmare vereatur esse supra omnem priscorum continentiam et frugalitatem? Sed haec in te illi admirentur, qui vitae tuae tenax propositum non intelligunt. At nos, quibus benignitas familiaritatem conciliavit, tam egregias in te virtutes minime suspicimus, quod certo quodam et connexo circulo in te ita assidue revolvantur, ut ab instituta semel orbita nunquam divertere possint. Nam cum ab incunte aetate cognovisti, literas esse omnium bonarum artium fundamenta, et continentiae, modestiae, vigilantiae, patientiae, maximarumque virtutum magistras, ex illarum studio, quo in primis delectaris, non eruditionem tantum, ut plerique, quorum fucatam doctrinam detestanda flagitia coaequant, sed vitae institutionem rectaque agendi officia quaesivisti, quae ita tibi cum aetate in consuetudinem venerunt, ut necessitas, quam tibi justarum actionum constans et perpetuum studium imponit, non secus admirationem adimat, quam cum solem et lunam, atque id genus multa, quod certis temporum labantur momentis, citra aliquam admirationis novitatem spectamus, cum si alioquin rarius contingerent, nos attonitos et veluti defixos haberent. A quo quidem studio, cui a teneris insuevisti annis, occupationes publicae, quibus obrueris magis, quam distringeris, avocare non possunt. Ex illis enim cum vix id temporis succidere liceat, quod ad reficiendum cibo corpus satis sit, mensam tuam doctis hominibus patefacis: ubi cum de maximis rebus te disceptante disputetur, quantus sit ingenii tui vigor, ostenditur, quanta in percipiendis rebus facultas, declaratur; qui non discere, sed reminisci, non apprehendere, sed tenuisse prius omnia videaris. Non enim ingenium istud tuum gravitate opprimitur, non varietate confunditur, non sublimitate superatur, non multitudine obruitur. Cujus vigoris illustre vidimus argumentum, cum de situ orbis, quam magno viro dignam perceptionem cognoscere, non solum quo situ et positione gentes et populi in tabulis collocentur, sed mathematicam omnem rationem, qua ita fuerint dispositi, paucis hibernis noctibus tam perfecte tenueris, ut qui te ea cognitione initiaverint, veluti profanos de Geographia te praesente jam loqui pudeat. Atque in ea parte Astrologiae, quae tali disciplinae suffragatur, non quantum occupatissimo viro, et cotidiana maximarum rerum varietate districto, sed quantum ociosissimo mathematico par fuerat, sis affecutus. Denique nulla est tam alta, tam difficilis, tamque recondita materia, quam ingenii tui acrimonia non teneas atque percipias. Quo fit, ut doctissimus quisque te adeat, in tuaeque amicitiae ac familiaritatis penetralia se insinuet: a quibus nemo excluditur, nisi quem malignus livor, quod te solum non habet, abigit et summovet. Quamobrem si doctorum hominum carminibus et scriptis celebraris, id non auctoritati tuae tantum, sed meritis est imputandum, qui literatos ita foves et sustines, ut spes omnis et studiorum ratio in te solo sit reposita et collocata. Quantum autem ad me attinet, quem in gregem tuorum familiarium tam comiter accepisti, doleo et ingenium et eloquentiam imparem mihi esse ad tua in me merita non dixerim persolvenda, sed pro dignitate commemoranda. Sed quando nullus ultra vires quippiam feliciter attentat, voluntatem nostram, quam omnibus tuis obsequiis dedica-

mus, considera. Et si, quod volui, non effeci, tu pro consueta tua humanitate, editionem hanc nostram tuae amplitudinis praesidio communiri, aequo animo patiaris, ut adversus lividorum rabidos latratus se tueri possit. In quo fateor me non eorum temeritatem imitatum, qui, ut scire videantur, omnia corrigere ac emendare profitentur; sed quae mihi aut dubia aut obscura visa fuerunt, ea intacta relinquimus, ut per pristina dictionum aliqua vestigia vera et sincera lectio investigari possit. In reliquis vero, quae librariorum corrupit negligentia, culpam non deprecamur, quando ii, qui librariam hanc industriam intelligunt, ubi ociosissimus hujusmodi mendarum expurgator, ne dum ego, qui sum occupatissimus, sinceritatem praestare non possit, ab omni calumnia nos facile vindicabunt. Vale, praesidium et decus literariae Academiae. Mediolani, Idibus Sept. 1505.

JODOCI BADII ASCENSII

PRAEFATIO,

Quae omnibus ejus editionibus praefigitur.

* CLARISSIMO HEROI, GEORGIO HALOINO, DOMUS AC DITIONIS HALOINAE ET COMINIAE APUD FLANDROS LONGE PRINCIPIS, (1) Domino ac columini singulari, (2) moribusque et literis ornatissimo, Jodocus Badius Ascensius, (3) cum observantia summa, salutem.

Quanquam multis amplisque nominibus hujus (4) lucubratiunculae nostrae opellam sublimi magnificentiae tuae, Georgi illustrissime, debeo, hoc tamen praecipue ad eam tuae celsitudini dicandam (5) invitor, quod lectitanti mihi Livianas (6) conciones totus atque adeo unus occurristi. Vix enim alterum in tanta (7) nobilium frequentia invenero, qui summis (8) natalibus et praeclaris stemmatis tot morum decora ac (9) literarum addiderit ornamenta. (10) Tan-

* Dedicatio haec non tantum repetita est in editionibus Ascensii annorum 1513. et 1516. verum etiam in editione anni 1530. Sed quum in postrema hac dedicatio in multis differat ab illa, quae in prioribus occurrit, mutationes illas ex ed. anni 1530. adjeci.

(1) Maecenati ac praesidio suo. (2) moribus, natalibus ac literis. (3) sub observantia. (4) lucubrationis nostrae. (5) adducor. (6) quae plurimae et disertissimae sunt, conciones totus et ferme solus occurristi. (7) nobilium virorum frequentia inveni. (8) natalibus praeclaris stemmatis et amplis ditionibus. (9) literarum bonarum. (10) Tantum enim.

tum etiam abeſt, ut caſtis moribus, probis artibus, cultioribusque literis nunc alto loco nati ſtudeant, ut nihil magis abhorreant, putentque (11) non eundem vere generosum censendum, qui aut eloquentiae, aut gravi (12) cuipiam doctrinae unciolam olei impenderit. (13) At contra apud priscos Romanos nemo (14) Imperator bonus evasurus credebatur, qui (15) non orator fuerit egregius. Proinde ad (16) unicum phoeniceque rarius vitae, sapientiae, eloquentiaeque tuae exemplar (17) respexi, quotiens aut singulari generositate, aut rara fide, aut egregia fortitudine, aut excellenti facundia, aut exculta eloquentia, aut alia (18) quavis peculiari signanter dote praeditum apud Livium concionantem (19) audivi. Quo circa quum suo quisque ſtudio suique similibus inprimis oblectetur, operae pretium mihi facturus visus sum, si (20) hanc Livianam impreſſionem dexteritati nominique tuo feliciſſimo nuncuparem. In qua re si quid, te inconsulto, temere ausus sum, clementer (21) ignosce, bonique consule. De (22) operis autem (cujus plurima pars desideratur) divisione, sive (23) in decadas, sive duntaxat in libros, non magnopere laboravi. Nam quod Petrus Crinitus se (24) adnotaſſe gloriatur, L. Florum librorum, non decadum, Epitomen collegiſſe, (25) parum me moveat, quum id illi usui fuerit, ne toties libri primi aut secundi aut deinceps usque ad decimum titulum (26) repetiſſe cogeretur. Decadum tamen (27) Livius rationem habuiſſe videtur, quod denario librorum numero opus absolverit, et poſt decimum quemque librum quasi novam hiſtoriam etiam cum nova praefatione auspicatus sit. Sed de ea (28) controversia pro sapientia tua judicabis. Vale. Ex chalcographia noſtra apud Parrhisios, (29) pridie annunciationis atque incarnationis dominicae M. D. XI.

---

(11) Eum non. (12) cuipiam scientiae unciolam.
(13) Cum tamen apud. (14) Imperator, sed ne civis quidem bonus evasurus exiſtimatus fuerit. (15) non idem sapiens et insignis orator fuerit. (16) unicum ferme phoenice nunc rarius. (17) aspexi. (18) quavis singulari dote.
(19) comperi. (20) hanc Livianae hiſtoriae impreſſionem feliciſſimi nominis tui dexteritati dedicarem. (21) ignosces bonique consules. (22) operis autem hujus Liviani, cujus.
(23) in decadas librorum, sive in libros duntaxat. (24) adnotaſſe jactitat, L. Florum titulo librorum. (25) me movet quam minimum. (26) repetere cogeretur. (27) Livius ipse rationem habuiſſe videri poteſt, quod denariis librorum opus.
(28) controversia, quae modica eſt, pro sapientia tua melius judicabis, simulque de tota noſtra in reponendo opere diligentia: nam, quae nuper in Germania reperta sunt, huic impreſſioni adjecimus fragmenta: nec tamen, quas olim tui nominis fauſtitate apposuimus, elucidationes subtraximus. Vale. (29) rursus ad sextum Calendas Novemb. M. D. XXX.

JODOCI BADII ASCENSII

PRAEFATIO,

Quae in editionibus anni 1513. et anni 1516. praecedenti subjicitur.

RECENTIUS RECOGNITA ET ADDITA.

Superiore impressione quia sero rescivi, chalcographos meos, quibus Livianas reliquias imprimendas commiseram, deceptos exemplari a M. Antonio Sabellico (ut in fronte scriptum erat) recognito et adnotato, pluscula menda non expunxisse, curavi eas rursum recognoscendas, et cum decem diversae monetae aut scripturae codicibus conferendas. In qua re egregiam mihi operam navavit Gerardus Vercellanus Burgundus, vir impense doctus. Duplici autem charactere (ne quis ignotus erret) recognitionem nostram illustravimus. Nam ubi ancipitem offendimus lectionem, praemisso tali signo †, alteram in margine cum consimili nota posuimus. Ubi vero anceps vocabulum, aut subdubiam sententiam, aut ordinem minus patentem, asterisco tali ⋈ signavimus: ita ut ubicumque in interiore margine aut contextu ipso asteriscon offenderit lector, norit sequens vocabulum in literaria serie expositum. Et quia multi in L. Flori Epitome contenta indicio nosse desiderabant, distinximus Epitomen per literas, et indicem praemisimus secundum eas librorum quidem non exstantium. Nam exstantium proximus est index jam duplo auctior factus. Adnotationes ad hoc Sabellici recognovimus et fidelius exposuimus. Quam opellam, Haloïne decus nostrum luculentissimum, tuae felicitatis clypeo ab invidulorum morsiculis defensam patiere. Vale. Rursus pridie natalis dominici M. D. XIII.

PRAEFATIONES ET DEDICATIONES,

EDITIONIS ALDINAE VARIIS TOMIS

PRAEFIXAE.

Tomo primo ante Indicem Livianum exstat sequens praefatio.

FRANCISCUS ASULANUS LECTORIBUS S.

Neminem vestrum fore arbitror, qui nobis vitio daturus sit, quod tam crebris epistolis testemur studium ac diligentiam, quam in recognoscenda antiquitate et praeclaris authoribus restituendis ponimus. Nam ingrati hominis esset, et non satis aequo animo interpretantis laborem alienum. Ex ornatissima igitur T. Livii historia XXIX. libros et fragmenta quaedam dederamus, ita accurate castigata, ut tantis in tenebris tantaque perplexitate veterum exemplarium fieri potuit. Ecce tibi indicem quoque damus, non contenti eo testimonio probasse animum nostrum erga vos singularem. Complectitur autem nomina Regum, Dictatorum, Consulum, Praetorum, et aliorum, qui in summa potestate fuerunt. Quorum praeclara gesta toto opere continentur. nec praetermittitur mentio rerum earum, quae admirabiles habeantur, quaeque digna videri possint nostro studio et imitatione. Hunc autem laborem nostra causa suscepit Johannes Malatesta Mantuanus, monachus, homo et doctrina, et ingenio, et industria excellens, ex ea familia, quae in coenobio Cassinati primum viguit, deinde per universum fere terrarum orbem sparsa, et sanctimonia et vitae integritate floret. atque ita suscepit, ut omnibus declaraverit, laborem omnem aliorum magna ex parte irritum fuisse, tum quod multa in indicem congesserint nulla memoria digna, tum quod multa praetermiserint, quae necessario referenda erant. Extremum illud est, ut admoneamus studiosissimum quemque, Florentinos quosdam impressores, cum viderent diligentiam nostram in castigando et imprimendo non posse assequi, ad artes confugisse solitas, hoc est, Grammaticis institutionibus ALDI necessarii nostri in sua officina formatis notam Delphini ancorae involuti nostram apposuisse. Sed ita egerunt, ut quivis mediocriter versatus in libris nostrae impressionis animadvertat, illos imprudenter fecisse: nam rostrum Delphini in partem sinistram vergit, cum tamen nostrum in dextram totum demittatur. quamquam multo plura etiam deprehendi possunt, quae coarguant, illos omisisse alia multa, quae ad tegendam fraudem suam necessario adhibenda erant. Nunc hujus generis fraudem deprehendimus. si in posterum aliquid etiam tale commiserint, id totum pro nostra in vos benevolentia vobis non obscurum esse patiemur, ne per speciem nostrae notae in emendis libris decipia-

mini. Basilcenses etiam impressores aliud genus sceleris commiserunt. Hi enim historiam quandam rerum Ro. sub nomine Paterculi ediderunt, cum nihil fere Latinum in ea legatur, quod Augusti tempora redoleat, quibus illum floruisse ajunt. Sed haec alii viderint, nobis certe nunquam fraudi fuerit haec scripsisse, ut omnes intelligerent, quanta fraude impostores illi literatis illudant. Valete.

Eodem tomo primo haec dedicatio praefigitur Livii libro primo.

ANDREAE NAUGERIO PATRICIO VENETO FRANCISCUS ASULANUS S. D.

Etsi contentus es, mi Naugeri, tua gloria, satisque ex ea magnam laetitiam voluptatemque capere soles, cum tecum ipse reputas, quantum ornamenti patriae attulisti: tamen dissimulare vix potes, cumulari te maximo gaudio, quod ea vulgo de te hominum opinio sit, ut non hoc saeculo tantum, verum et aliis quoque multo superioribus, civitatem hanc neminem habuisse affirment, quem in una aut altera virtutum earum, quas tu plures simul egregie complexus es, tecum possit comparare; proindeque fateantur, nihil esse, quod tibi jure meritoque non debeant, is enim hujus nobilissimae reipublicae mos est, ea consuetudo jam inde a primis temporibus inolevit, ut nihil se majori cum laude facere posse arbitrentur, quam si propositis praemiis ad omnem excellendi cupiditatem accendat ingenia; et eos, qui sese fluduerint caeteris praestare, maximis auctos honoribus in ea dignitate constituat, ut et aliis exemplo esse possint; et perinde, quasi de quopiam sacro certamine coronati prodiissent, laudentur atque colantur ab omnibus: id quod in te his proximis annis effecit. Namque bibliothecam illam Bessarionis omnium excellentissimam, quotquot unquam privata pecunia constructae sunt, tot annos sepultam, tibi uni tandem disponendam custodiendamque tradidit. Deinde quas domi forisque res gessit, ob amplitudinem suam nulla non memoria dignas, ut in historiam redigerentur, tibi potissimum, decreto publice stipendio, dedit; fore arbitrans, ut ea non minus propter splendorem eloquentiae tuae prope divinae, quam de sua ipsius ingenti authoritate, in manus hominum frequens veniret: ut jam perspicuum fit, nihil te uno totis Venetiis nec esse, nec unquam fuisse praestantius, vel eo argumento, quod alias idem, atque tu, nemo sit consecutus. Nostra igitur respublica tibi contulit, quae maxima potuit: suae autem cujusque civis sunt partes, ut in te amando ac etiam ornando idem se privatim gerat, atque qui publice, ne, quod omnes simul aequitati gratitudinique tribuerunt, unus ipse ob aliquam simultatem improbare videatur. Ego itaque, cum Titi Livii decem ab urbe condita libros quam castigatissime excusos enchiridii forma publicandos curarem, operae pretium mihi facere visus sum, si eos tibi, videlicet si partem nobilissimae historiae rerum scriptori illustrissimo dicarem; tum ea similitudine, quod ut ille praepotentis sua tempestate populi res gestas

memoriae prodidit; ita et tu maximae atque antiquissimae omnium, quae toto terrarum orbe sunt, reipublicae facta conscribis; tum etiam tua humanitate ac morum elegantia ductus, qua omnes, qui te utuntur familiariter, ita devincis, ut a tua consuetudine, qua nihil tota vita jucundius senserint, nulla amplius fortuna divelli posse contendant. Vale, ac me tuum in primis agnosce.

Eodem tomo primo in fine haec praefatio ad Lectorem erratis praefigitur.

LECTORI.

Si unquam alias, nunc illud omnes vel in primis admonitos velim, nos, collatis pluribus more nostro Livii codicibus, multa admodum in singulis quibusque varie corrupta offendisse: quorum ploraque, vetustiora secuti exemplaria, ut in iis inventa sunt, ita singula intacta relinquere maluimus, quam, quae aliena essent, (quod plerique faciunt) aliorum scriptis inserere. Sed quoniam operae pretium facturi sumus, si horum ex aliquo hic a nobis proposito, qualia futura sint caetera, facile quis percipiat, id unum hoc loco in medium attulisse satis superque erit, quod de Tarquinio Prisco libro primo [cap. 34.] ita scriptum est: *Has spes cogitationesque secum portantes urbem ingressi sunt, domicilioque ibi comparato, L. Tarquinium Priscum edidere. Nam et Romanis*, et quae sequuntur. Quam tamen lectionem, etsi a priori illa, quam omnes, qui vulgo circumferuntur, Liviani codices habent, longe est diversa, (illa enim hujusmodi est: *Has spes cogitationesque secum portantes urbem ingressi sunt, domicilioque ibi comparato L. Tarquinium Priscum edidere nomen. Jam Romanis*, et reliqua) non idcirco facile admisimus, quod eam probaremus, sed quia neutram earum a doctissimis quibusque non improbari vel quam maxime videbamus: ideo nos antiquiorem potius restituendam censuimus, ut ex ea cuique facilius conjectari liceat, adeo hunc locum depravatum esse, ut in eo nonnulla merito desiderari posse videantur; quam ut vulgatam illam, dum eam sequeremur, comprobare videremur velle. Ea namque ejusmodi est, ut inde nullus elici possit sensus: nisi forte (quod quidem nefas esset) Livium ita locutum quis dixerit. Atqui non modo non Liviana, sed ne Latina quidem hujusmodi est elocutio. Vetustiorem vero hanc mendose admodum legi, quis non videt? cum id videatur afferere, quod nec Livius ipse, nec ullus unquam alius scripserit: Lucumonem scilicet Lucium Tarquinium Priscum genuisse, qui post Ancum Martium Romae regnarit. Illud cum ex aliorum scriptorum, tum praecipue ex Dionysii Halicarnassei monumentis satis constat, Lucumonem hunc Demarati Corinthii filium, cum Romae advena esset, mutato priori nomine, Lucii Tarquinii Prisci sibi nomen indidisse, primumque Romae post Anci regis interitum et petisse ambitiose regnum, et apud plebem orationem habuisse, qua ipsius sibi animos conciliaret. Sed haec hactenus. Quid illud, quod libro

tertio [cap. 4.] sic ubique legitur? *Consules inde Posthumius Albus, Sp. Furius Fusius Fusios Furios Fabios scripsere quidam*, nonne corrupte legitur? Verum nos impresso jam hoc volumine alium vetustum codicem nacti, ut in aliis plerisque, ita et in hoc loco diversam, sed veram, mea quidem sententia, lectionem invenimus. Ea vero est: *Consules inde Posthumius Albus, Sp. Furius. Furios Fusios scripsere quidam.* Haec erant, quae neminem nescire voluimus. Reliqua his similia, quae ex veteri postremo illo exemplari decerpsimus, una cum erratis iis, quae librariorum incuria passim admissa, magis necessaria duximus, quaeque aliter vel legenda vel distinguenda sunt, inferius adnotanda curavimus. Quod si et alia fortasse quaepiam, quicunque haec leges, quae te offendant, inveneris, illud tibi persuadeas velim, nos, si emendatiores libros nacti essemus, emendatiorem hunc etiam edituros fuisse. Utcunque tamen erit: id unum ausim polliceri, si reliqua exemplaria nostra cum hoc conferas, plurima te in eo, quae in omnibus aliis desiderantur, inventurum. Demum quicquid id est, cui nos operam ac laborem impendimus, ut boni consulas, te etiam atque etiam rogo.

Tomo secundo, qui bellum Punicum secundum continet, haec dedicatio praefixa est.

FRANCISCUS ASULANUS JO. BAPTISTAE RHAMNUSIO S.D.

Si pro tuis in me Asulanamque familiam officiis, doctissime Rhamnusi, pares tibi velim gratias referre, non dubito, quin me plerumque non solum remunerandi occasio, sed etiam facultas ipsa destituat. Nam quoad ipse longissime possum recordari vitae meae spatium jam inde usque a primis incunabulis memoria repetens, te unum esse invenio, cujus consuetudinem Aldus in ambiguo poneret, utrum sibi majori voluptati esset, an usui. Ut enim es ingenio liberali atque benefico, si quid illi opus esset homini tot laboriosissimis negotiis districto, semper tuam operam secundum neminem incredibili tum diligentia tum assiduitate praestabas. Omitto autem singula officiorum genera percensere; ne, si omnia referam, velle iis verbo satisfacere videar, quibus re ipsa non possim; si vero quaedam tantum, ut aliorum oblitus notam certe ingratitudinis subeam. Ut igitur pares tibi referre gratias nequeo, ita debeo semper, quas maxime possum. Quare cum historiae hujus principem partem tanta cum diligentia a nobis descriptae Andreae Naugerio, quem tu juxta mecum admiraris, dedicarim; tibi alteram ea potissimum de causa dicare decrevi, ut illi hoc etiam loco meo munere junctus adhaereres, quem tibi semper jam pridem imitandum proposuisti, cujusque vestigia ubique sectaris; ratus, vel id unum fore, quod rem omnem apud te commendaret. Eo accedit, quod haec pars tibi praecipue videtur convenire; siquidem tu ista eruditione, isto rerum usu vir, qui ob peragratam satis bonam Europae partem ita etiam Gallice loqueris, ut mediis Parrhisiis natus esse videaris, proindeque inter primos senatus Veneti a secretis constitutus ejus

rincipi assistis Gal. interpres, non me. ıptatem percipies, alis in Italiam iti. ı, et Rhodanum et tera, quae tu dili. utatus es, loca co. m ut bonarum literarum cum primis es studiosus; ita singulari quadam cognitione orbis terrarum nemini cedis. Itaque munusculum hoc eo animo accipe, ut intelligas, me multo majora, cum licebit, esse missurum. Vale.

, qui librum XXXI. et novem sequentes continet, haec exstat dedicatio.

S ASULANUS JO. TISTAE TURRIA. CIO VERONENSI RECATUR FOR.

Turriane suavis. snam opibus, qua ia, quo majori me. ulo, doctissimos i et amicos compa. os, et insolubili a. itudine conjunctos n ut optimos quos. ıecos tum Latinos rtiori indies opera m excudendos, ac m cuique fautori medium proferam. ultae laudis pro. b id meis humeris mere volui, quod tum, nec meae mo. verum et universo i gratum opportu. e intelligo. Quin dicam enim auden. nanibus inferorum sensus, his etiam n praestare duco. pulcherrima quo. unt opera, unde bi et nomen et de. unt, sese etiam, udes humanis pas. praeconiis audien. nobiscum una au. ıntabunt. Hinc se beatitudine sentient; hinc se immortales Deo optimo simillimos videbunt: quo fiet, ut, aeterna cum Superis vescentes ambrosia, placida coelestis animi quiete perfruantur, ac perpetuis alacres oblectentur triumphis. Hoc est igitur, quod hoc in praeclaro munere magis indies ac magis accendor; hoc est, quod inflammor vehementius; hoc est, quod nec dies nec noctes nullis indefessus parco laboribus. Me profecto nunquam ab laudatis hisce inceptis nec detestata avertet satietas, nec turpis amovebit desidia; me non improba aeruginis fames interturbabit; me nulla, quamvis maxima, deterrebunt impendia; me non varia fortunae instabilis ludibria distrahent; me denique nullus imbecillitatis humanae casus occupabit, quin mei hujusce honesti voti tandem fiam compos: quod ipsum vulgo jam omnibus exploratum esse potest. Neminem profecto latet, quantos nostra omnis Asulanorum domus bonis juvandis literis labores impenderit. Nescit nemo, quam praesentem studiosis opem semper attulerimus, majorem in posterum (fata adsint) allaturi. Non enim cessamus unquam; majus semper molimur aliquid, quo nostris rem omnem literariam auspiciis suo demum restituamus candori. Inde autem ordiri semper proposuimus, unde

majores nobis labores videmus oppositos: quod nunc in tribus Titi Livii, scriptoris gravissimi, decadibus effecisse modestius fatemur. Erat profecto opus hoc aureum, cultum, luculentum, Romani plenum eloquii; sed multis hinc inde scatebat mendis, perversae passim obstrepebant dictiones, integrae etiam (quod longe erat pejus) quam plurimis in locis deerant sententiae, quae faciebant omnia, ut ne ipse quidem author suum cognoscere opus satis posset. Ego vero, ne pulchrum hoc volumen iniqua foedatum sorte, tam putida confectum labe, diutius marcesceret, quam plurima optima, et antiqua, et manu scripta exemplaria ex reconditis librorum latebris collegi: quibus ex omnibus hoc tandem unum et lucidum et ab omni parte integrum conflavi. Quo in munere quantum mea hac opera divino profuerim authori, tibi, Turriane, acerrimo vir in omni scientiarum genere judicio, reliquisque studiosis omnibus videndum relinquo. Id unum ego puro animi candore testari possum, me singulis in hujusce libri pagellis innumeros mille erroribus locos elustrasse, depurgasse, emaculasse. Lege, Turriane, lege, obsecro, si lubet, bono animo, et tuum tibi Franciscum nihil ementitum offenderis. Quem vero, cui praeclarum hoc opus una cum nostris tot laboribus dicaretur, deligerem, mecum reputans volutavi diutius; hac super re celerem in varias partes animum rapui, huc illuc alternans versavi per omnia: nemo tandem alius, Turriane magnifice, nec te dignior, nec praestantior occurrit. Nam cum laudatas omnes in te virtutes considero, cum antiquam praeclarae tuae domus originem longissime repeto, cum probatos modesti tui animi mores contemplor, cum ingenuam honestae tuae indolis majestatem conspicio, cum demum integram divini tui animi sapientiam demiror; tu mihi dignissimus videris, cui non hunc modo vel alterum dicarem librum, sed memet ipsum meamque domum omnemet addicerem, et voverem. Dii boni, quis tibi vel antiqua stirpis nobilitate praestat, vel laudatis invicti nominis facinoribus antecellit? quem tibi vel optimis scientiarum disciplinis, vel quovis alio virtutum honorumque genere parem invenire possemus? cujus clarissima gens non una modo aut altera in urbe viget, sed ubique magnum per orbem sparsa multo cum decore florescit inclyta. Non hercle me fugit, Turriane suavissime, (hoc enim nec adhuc improba temporum edacitas ex hominum surripuit memoria, nec abolebit unquam) generosos antiquae tuae sobolis atavos olim jam Mediolani multos annos potenter aeque, ac magnanimos Heroas, summis cum triumphis esse dominatos: quippe qui felicem illam rempublicam eo sapientis animi regebant imperio, ea prudentis consilii gubernabant aequitate, tam justo virtutum omnium moderamine administrabant, ut universa illa civitas uno eodemque omnium ore sese auream eis temporibus aetatem vivere jactaret. quo factum fuit, ut Turrianis principibus communi omnes consensu perpetuum per omnia saecula imperium ab Deo optimo maximo piis precarentur votis, quando sese felicissimo rerum statu sub bonis hisce ducibus vivere viderent; quod itidem annuebant Superi, justas precantium audientes preces. Aequis enim aspiciebant oculis bonos optimis Ducibus cives cana fide, sanctaque verae religionis pietate tractari. Verum tibi, Turriane, tuaeque propagini fera invidit Erinnys.

heu placidam illius aevi quietem horribiles interceperunt furiae. Nam, ut incertis fortunae erroribus humana evertuntur omnia, sic vos inter et Vicecomites, nobilissimas ambas generosa progenie familias, invictis ambas valentes viribus, amplis ambas praepotentes opibus, intestinae vipereo germine pullularunt seditiones; quibus heu dulcis illa pax aequis composita foederibus illico fuit disjecta. continuo dira belli crimina tristibus passim sparguntur insidiis; turbati extemplo animi in furias rapiuntur praecipites; mox rabido irarum aestu fluctuantes in flammas et in horrida feruntur arma. Quo diro furentis Martis in turbine, impavidis ex utraque parte animis ardentes exsultabant copiae: fortissimis utrinque pectoribus omni cum apparatu consertae erant acies. Verum sapientes tui, Turriane, proavi, et firmo invicti robore, et grata praediti pietate, ne mala haec horrendi belli lues magis ac magis inoleseeret, ne crudelia miseram per urbem viderentur funera, dulcem potius patriam voluerunt deserere, quam pias humano sanguine manus sibi polluere. Tua igitur praeclara domus, multa Deorum insignis religione, raptos ab hoste sustulit penates, ac propriis de sedibus ultro commigravit. Alii alios locos devenere: nam maxima ipsorum pars Germaniam petiit, ubi superbis ad coelum exstructis Palatiis firmas locavit sedes, ibique multis cum laudibus in hanc usque viguit aetatem, durabitque aeternum, dum sole magnus orbis illustrabitur. Alii vero Forum Julium, loca coeli temperie saluberrima, secesserunt: ubi, duris exhausti casibus, jam parta felices quiete, celebri adhuc inter mortales florescunt nomine. Tertia vero, quae adhuc supererat, pars Veronam pervenit, solum optimis ferax ingeniis: hic patrios pia posuit lares: hic tua, Turriane suavissime, generosa proles antiquas majorum referens virtutes, felici semper germinavit propagine. Hinc ille tibi parens Hieronymus, terrestre quoddam sapientiae oraculum. quippe qui arcana naturae omnia tam facile cognovit, ut alter nostris hisce temporibus Aristoteles putaretur, sublimem vero divinarum rerum cognitionem tam bene calluit, ut hunc priscos illos vel Socratem vel Platonem referre diceres. Huc medicae accedunt artes, quas ille, veluti Aesculapius alter, sapientissimo tenebat pectore; quibus humano generi praesto, celer, sedulus, praesens semper ferebat auxilium. quo in munere aliis omnibus tantopere excelluit, ut sanandis aegrotantium corporibus divinum hunc potius, quam humanum, putasses. Has vero omnes laudatas animi dotes, ut splendido caeteris in rebus mitis erat genio, sic passim omnibus tam publice, quam privatim elargiri studebat. Haec omnia multos per annos in Patavino gymnasio frequenti semper auditorum concursu professus est; ubi tanta suavis eloquii docebat facundia, ut in maximam sui benevolentiam pariter et admirationem audientes omnes facillime traheret. Hic tam scite, tam docte, tam luculenter scientias omnes explicuit, enucleavit, aperuit, ut non indigenae modo, sed externae etiam diversarum regionum gentes, numerosis cumulatae catervis, ad hunc audiendum certatim confluerent. quo tempore celeberrima Patavium urbs omnibus bonarum artium studiis sub Hieronymo Turriano tanto floruit vigore, ut laudatas illas priscorum Philosophorum Athenas non aequarit modo, sed eodem omnium consensu longe al-

tius excelluerit. Hic igitur tam multo vir ornatus decore quatuor post se natos, totidem ardentia scientiarum lumina, reliquit: qui quidem patriae haeredes virtutis paternam divini animi indolem omni ex parte retulerunt; quin et ardenti quadam studiorum aemulatione sese indies meliores praestare summis enituntur viribus. Horum primus natu Julius, praestanti vir ingenio, omni decorus virtute, bonis animi dotibus undequaque refertus: qui cum integra rerum omnium cognitione celeberrimum suae ipsius patriae decus parit, tum praecipue ob profundam tam sacrarum quam humanarum legum scientiam omnibus passim mortalibus admirabilis est. hunc colunt omnes, amant, reverentur: hunc veluti alterum nostra hac aetate Lycurgum adorant. Hic is est, cujus moderato imperii regimine universus terrarum orbis pulcherrime gubernaretur: hic est, qui, Caesaream referens majestatem, feroces hominum impetus compressis habenis optime frenaret: hic is est, qui diras humanae infelicitatis procellas placidissima sedaret quiete. neque id mirum. Videmus enim omnes una cum ipso virtutes jam primitiade ab origine esse natas: mox autem cum aetate usque adeo inolevisse, ut juvenilibus ipsius annis leges omnes Patavi summa cum peritia, doctaque leporis facundia publice sit interpretatus. Verum suis ut civibus magis, quam externis, facundo sapientiae pectore prodesset, patrios repetiit lares, ubi non privatam modo domum, sed universam rempublicam optimis regit auspiciis. Atque utinam hunc Superi perpetuos servent in annos, quo felix illa urbs perpetua fruatur quiete. Alterum vero generosae tuae prolis fuit germen M. Antonius, juvenis acri praeditus ingenio. Hic eam bonis studiis tanto animi ardore navavit operam, ut vix quinque natus lustra scientias naturales artemque medicam in Ticinensi gymnasio grata civium benevolentia, frequentibus semper auditorum coetibus, eruditissime sit professus. quem quidem diserte, concinne, ac lepide, (ut suus erat mos) legentem adhuc audiremus, si rapax invidisset coelum. Heu Parcae nimium crudeles, quae, ne majus mortales inter, quam apud Coelicolas, lumen effulgere pateremini, praecoci juvenem hunc rapuistis fato. Verum id nos omnes solatur mortales, quod tu, Johannes Baptista, una cum Julio ac Raymondo fratribus nobiscum adhuc grato Deorum munere superestis, omnes florentes aetatibus, omnes patriis decori virtutibus, omnes omnium bonarum artium disciplinis exerciti, omnes generosam antiquae sobolis majestatem referentes. quorum ego de laudibus pro tempore loquor pauca: quando vestrum ipsorum nomen ac decus celebre tam multis universo orbe laudibus decantatur apertius, quam ut ab disertissimo quoque foecunda etiam oratione complecti posset. Nunc autem id unum mihi satis puto, ut te tuamque omnem praeclaram domum ab Asulanis puro animi candore amari, coli, observarique sentias. Quod ut manifesta videas fide, en tibi, bonorum studiorum cultori optimo, quartam hanc Patavini scriptoris Decadem, nostris repurgatam laboribus, dicare volui; quod perpetuum mei in te amoris ac gratae benevolentiae et pignus et monumentum exstiterit. Tu igitur munus hoc nostrum, ut bono damus, accipe animo, majora in dies accepturus, si fata nostris audacibus annuant coeptis. Nos profecto non destiterimus prius, quam utramque et Grajam et La-

linguam, suo restitutam ni-
ad alta feramus sydera.
ios tecum una ac reliquis
bus cum studiosis Deus Ma-
ximus longis incolumes servet
temporibus, quo accensos lau-
dato hoc in munere animos ex-
plere possimus. Sis felix.

---

o quarto post omnium librorum Epitomas ante Florum
haec occurrebat dedicatio.

NCISCUS ASULANUS
YMUNDUM TURRIA-
M PATRICIUM VE-
NENSEM SALVERE
BET.

rina quaedam res, et multo
sse admirabilior, quam hu-
unquam pectore possit con-
inter mortales est Amor.
non injuria prisci sapien-
sed suo ipsius proprio no-
, Pandamatora vere recte-
ppellitaverunt: utpote ve-
nti cujus numine non hu-
modo, sed coelestia etiam
na regantur aequitate. Hic
est, quo dirae belli portae
s clauduntur compagibus:
uno saevientes in atram ra-
furiae quam primum mite-
t: hoc magnis fluctuantes
im aestibus animi facillime
nguuntur: hoc uno discordia
iliantur pectora: hoc pla-
componimur pace, et securi
fruimur quiete: hoc uno
udata disciplinarum mune-
ad egregias animi virtutes,
l optima quaeque arduis as-
enda laboribus ardenti sem-
inflammamur studio: hoc de-
nda omnia fugimus vitia,
etam nobis vivendi rationem,
atis decoram laudibus, cla-
e insignitam nomine, de-
mus. Hic demum is est Amor,
nis cujus viribus coelum,
s, maria, et omnia suo quae-
digesta loco, summa tempe-
certoque moderamine stare
mus. Quae quidem omnia
am una dum revoluto, Ray-
munde Turrianorum decus, di-
vinum hunc Amorem magnis co-
lo honoribus, revereor, adoro:
quin et, Deos supra omnes ma-
jori hunc praepollere numine,
putare cogor. nam et hic ipsos
coelicolarum animos, aequis con-
ciliatos foederibus, lato regit
imperio. Maximas vero hujusce
Dei vires nunc ego vel ob id
magis ac magis demiror, quod
te, Raymunde magnanime, tu-
umque Jo. Baptistam fratrem,
una cum Naugerio ac Rhamnusio,
ea conjunxit necessitudinis co-
pula, eo devinxit magni numinis
vinculo, ut quatuor diversis in
corporibus unum eundemque in-
esse animum facile omnes cogno-
scant. sic vos iisdem modesti vi-
vitis moribus; sic vos eodem
concordes pectore idem appeti-
tis; sic uno vos consensu idem
renuitis; sic paribus decori e-
lucetis virtutibus; sic demum
vos omnes rebus in omnibus ad-
eo similes estis, ut alium ab a-
lio distingui non humanae un-
quam sit opis. quae faciunt om-
nia, ut vos jure delegerim om-
nes, felicibus quorum auspiciis
optima priscorum monimenta,
nostris clustrata laboribus, in me-
dium prodeant. Superioribus i-
gitur diebus, cum primam T.
Livii, scriptoris gravissimi, De-
cadem Andreae tuo dicarim Nau-
gerio, viro virtutibus omnibus
insigni, omni scientiarum disci-
plinarumque genere praedito,
omnibus animi dotibus cumula-
tissime referto; quem ob felicis-

simum ipsius dicendi genus, ob nectareum Romani eloquii leporem, ob integram rerum omnium cognitionem praeclarus hic senatus Venetus, ad scribendos nostrae tempestatis annales, aequissimo delegit jure; mox vero cum tertiam ejusdem scriptoris partem tuo itidem voverim Rhamnusio, viro multis digno laudibus, egregiis omnibus ornato virtutibus; quem ob maturam prudentis animi gravitatem, ob rectissimum summae aequitatis judicium, ob saluberrima foecundi pectoris consilia, ob incredibilem divinae mentis sapientiam felix idem hic Senatus a secretis voluit: postea vero, cum quartum ejusdem authoris, quod adhuc supererat unicum, fratri tuo Jo. Baptistae, viro omni ex parte nunquam satis laudato, nuncupaverim volumen, tu mihi dignissimus occurristi, Raymunde, cui praeclarum hoc Lucii Flori opus mea repurgatum opera dedicarem. ea igitur divinum hunc authorem, celebri tuo insignitum nomine, studiosis omnibus damus legendum. Hunc profecto felicissimum una cum Tito Livio sortem nactum esse video. Felix nimirum uterque suavi concinnae orationis modulamine; at longe feliciores, quorum laudata opera egregiis virorum illustrium nominibus munita sunt. Accipe igitur, Raymunde clarissime, nostros hosce lubens labores, qui meum in te tuamque omnem domum purum benevoli animi candorem aperta testantur fide. Dabo in dies meliora, si modo tot duris in laboribus me Deus Opt. Max. grato foveat numine. Sis felix.

DEDICATIONES ET PRAEFATIONES

EDITIONIS MOGUNTINAE.

Dedicatio Huttení.

AD REVERENDISS. IN CHRISTO PATREM ILLUSTRISS. PRINCIPEM ALBERTUM BRANDENBURGENSEM, CARDINALEM, ARCHIEPISCOPUM MOGUNTINUM ET MAGDEBURGENSEM, PRINCIPEM ELECTOREM PRIMATEMQUE, ULRICHI HUTTENI EQUITIS IN TITUM LIVIUM HISTORICUM, LIBRIS DUOBUS AUCTUM, PRAEFATIO.

Auctus nuper, recuperata quadam minime contemnenda sui parte, T. Livius, cum secum ipse consultaret, ubi, et cujus sub inscriptione in lucem exiret, hanc nostram sibi delegit auream Moguntiam, pater ac princeps colendissime, inter alias Europae urbes dignissimam ratus, arbitror, ubi renasci gauderet, tuaque perspecta ingenti erga studiosos ac literatos omnes benignitate, aptum se invenisse putavit principem, cujus auspiciis prodiret in publicum, ac mundo se ostendere vellet. Ille scilicet aut cogitavit haec, aut non inepte a nobis cogitasse putari debet. Nam si vel locum voluit Livius aliquem suo decorare egressu, quem debuit urbi, artis omnium, quae usquam sunt, aut un-

[redacted]

nm fuerunt, praestantissi-
aventrici ac alumnae (im-
riam puto, quam haec de-
praeferre? Vel hominem
re sibi, cujus impressum
suae nomen, veluti tem-
monetam, quoque ire con-
, honoris caussa praefer
dium certe malusse nemi
crediderimus, quam te, cu
evehendis literarum stu-
ac augendo optimarum di-
narum cultu incredibilis
ac mira industria, in per-
dis vero doctis hominibus
nse liberalitas ac regia pla-
nificentia. Hoc efficiunt,
anes quotquot sumus, aut
num opinione docti, aut re
recte studiosi ad unum hoc
dam velut asylum confugia-
Quanquam tu non sustines
ngientes nos, verum eun-
es ad te ultro rapis. Pos-
hic referre, quos viros,
tu familiariter acquisive-
quae dona aliis dederis,
ta multis pollicitus sis, quo-
pecunia pariter ac digni-
nonnullos auxeris, et tua
ut aperta sit doctis hospi-
ime viris, nisi scirem mul-
a tua alienum esse modestia,
vii praefatione tuarum tibi
am encomium legi. Certe
ecto et locus est opportunus
ubi non renasci tantum ve-
timius scriptor, sed oriri
olim potuerit, et tu di-
, qui patronum in vulgo Li-
gas. Neque vicissim (ut tua
bonitate dicam aliquid li-
) indignus ille, qui tibi of-
ur, tibique dedicetur, ac
ui praetento nomine in ma-
habeatur. Quin etiam si
ius adhuc audire me sufti-
dicam non in infimis esse
uae tuae dotibus, quod et
empore, et tuo cum honore
is sit invictissimus historiae
itor. Quod si reclament ex
irionibus quidam ebrii, aut
qui male consulti homines,

ingeniorum levantes palmam, ac in varicosis suis cruribus, callosis manibus omne decus, omnem ponentes amplitudinem, objiciemus balatronibus Tacitum, minime malum olim Romanorum imperatorem; qui si tanti fecit Cornelium Tacitum, historiae et ipsum scriptorem, ut ejus ve cupide etiam familiae inseret, ac tantum praeferendus est Tacito Livius, quantum doctissimus quisque judicat, quid huic nostro deberi existimabimus? quanta cum ambitione ejus captandam propinquitatem? Primum enim Asinium Pollionem non audiemus, Patavinitatem illi suam objicientem. Quintiliani sententiam probabimus, qui ediscendum pueris illum suasit, et Cajum principem irridebimus, ut verbosum illum insectantem. Contra Augusti lenitatem laudibus extollemus, quod aequalem hunc tulit, omni vehementer conatu Pompejanis favere in historia partibus; nihilque illos errasse dicemus nobiles Gaditanos, qui, non ut maxime florentem tunc Romam viderent, sed ut T. Livium, lacteo eloquentiae fonte manantem, (ut Hieronymus inquit) cognoscerent, tanto perfecto itinere Romam venerunt; ac quosdam haud contemnemus recte doctos viros, qui ausi sunt ita sentire, ipsum Ciceronem historiam scribere si voluisset, tanta eloquentia non potuisse. Ergo ita honoratus est Livius, ut te, cujus sub nomine divulgari sustinet, (modo ullus est hoc in genere honor, qui permaximus certe est) honestet. Nam si te novi, non tanti aut archiepiscopalem facis mitram, aut Cardinalitium aestimas galerum, ut ornari utramque dignitatem ingenio ac literis posse neges. Quid facies enim, in Livio ornatus si fueris, cum tanta profuderis jam a me semel aut iterum laudatus? Nisi

haud Livio acceptum ferri debet, quicquid est, quod ante illum praefatur aliquis, me interprete nunc etenim ab inferis haec ad te vox est. Verum agnoscis rem, atque igitur bene habet, foves tu literas, et ornaris ab his vicissim. Actum est de barbario, hactenus viluerunt studia, reditur ad veram eruditionem, excoluntur ingenia. Jam diu est, quod cupide tempus exspectat Livius: quo nunc oborto, gestiens ac laetitia et ipse fremens sese effert, petitque dedicari maximo, non in Italia Leoni, (jam ille Tacitum habet enim, praefante Beroaldo juniori, docto inprimis homine) sed in Germania tibi. Ingerunt hoc illi bonae eruditionis viri, Wolfgangus Angustus, et Nicolaus Carbachius, qui imprimendis apud nos libris eandem navant operam, quam post Aldum Venetiis Egnatius, Romae docti quidam, Basileae Beatus et Amorbachii, Argentinae Gerbellius, apud alios alii. Nam hi abreptum me nudius tertius coëgerunt, Livium ut adscriberem tibi, non quia hoc ipsi non possent, sed, quia in tua hoc aula si fieret, honorificum tibi esse magis etiam arbitrati sunt. Quin etiam, ne potuisse hanc provinciam detrectare me existimes, pertractus sum eo ab insignibus tuis canonicis Laurentio Truchses Decano, Theodorico Taebel Scholastico, et affini meo Marquardo de Hattstein, probatis literatura et moribus viris; quibus vel iccirco libenter parui, quod cum semper emerint omnes hi ac tuentur politiora studia, tum Laurentius ipse anno ab hinc sexto ab atroci crudelissimorum hominum theologistarum injuria, quodam suo divino consilio magnum virum Joannem Capnionem nobis servavit, ac tutum praestitit. Proinde vel tantisper sacerdotem haberi me sine, dum victimam tibi hanc faciam, hoc sacrum dedicem, nulla mea ibi arrogantia, sed temporis consuetudine. Receptum hoc enim est, ut qui authores vel auctius vel emendatius in exemplaria describuntur, hi claris nuncupentur hominibus. Quod dum sequor, nulla teneor inepta opinione, quemadmodum Apion olim grammaticus, qui immortales facere se, quibus sua dedicasset, jactitabat. Sed haec ipsa inepta est mora, ita errorem dum fugio, vehementer erro interim. Jam legendus enim author ipse, cujus agitur caussa, erat. Ecce Livium tibi igitur, tibi, inquam, tutelari Deo, aliis in suum cuique usum, quem utinam diu legas, ut te diu perfruamur ipsi. Hoc praecipuum bonis omnibus votum esto.

Praefatio Erasmi.

ERASMUS ROTERODAMUS MISOBARBARIS ATQUE IISDEM PHILOMUSIS OMNIBUS S. D.

Si laudem haudquaquam vulgarem meruerunt, qui Origeni et Hieronymo notarios ac membranas suppeditaverunt, quantum vero laudis debetur typographorum officinis, quae nobis cotidie bonorum voluminum effundunt examina, idque minimo pretio? Si Ptolemaeus ille Philadelphus memoriam apud posteros sibi paravit immortalem, ob bibliothecam Alexandriae comparatam, insignem qui-

dem illam ac locupletem, sed tamen unam, quid praemii debetur iis, qui nobis cotidie totas bibliothecas totosque, ut ita dixerim, librorum mundos in omni genere linguarum ac literarum subministrant? Atque hujus quidem laudis praecipua portio debetur hujus poene divini dixerim opificii repertoribus, quorum princeps fuisse fertur totius aevi memoria celebrandus Joannes Faust, avus ejus, cui Livium hunc, tum auctum duobus voluminibus, tum innumeris locis ex codice vetustissimo castigatum, debemus; ut hoc egregium decus partim ad Joannem Scheffer velut haereditario jure devolvatur, partim ad Moguntiaci civitatis, et alias multis nominibus inclytae, gloriam pertineat. Etenim si de laude reperti tormenti, quod novo vocabulo Bombardam vocant, non pauci certant, quanto justius laudibus vehendi sunt, quorum industria pulcherrimum hoc eruditionis ac verae felicitatis instrumentum contigit? Atque utinam ut inventum est eximium, ita non nisi libris ac disciplinis egregiis excudendis dedicetur. Atque hic rursum malim veterum monumentis restituendis, quam novis adglomerandis, operam dari. Tametsi non desunt his quoque temporibus, fateor, qui scribant haud indigna posteris. In hujus igitur pulcherrimae laudis studium incumbat nostra Germania, cui multos bonos authores, ab inferis in lucem revocatos, cum olim debet orbis, tum nuper Cornelii Taciti libros aliquot. pergat ex tam vasto librorum ac disciplinarum omnium incendio, ex inaudito naufragio, ex miserabili ruina, fragmenta, quae licet, rapere, rumpantur ut illis Codris istis, qui, cum rursus in hoc conspiraruut, ut sub praetextu tuendae religionis, quidquid est elegantioris eruditionis, conspurcent atque extinguant, nihil aliud assequentur, quam ut, quod oppugnant, reddant illustrius, et suum livorem stoliditati parem magis ac magis denobilitent. Hanc laudem expetant Germani principes, hactenus ornamentis rei bellicae abunde clari. Fuit hoc olim regum studium, aut exstructis pontibus, aut communitis fluminum ripis, aut alio deductis amnibus, tum thermis, porticibus, basilicis, aquaeductibus, stratis viis, oppidis erectis, aliove quopiam insigni monumento sui memoriam posteris relinquere: nunc fere ex miserandis urbium ac vicorum ruinis, ex vastatis atque incensis agris nobiles sunt. Belli gloria tum verum habet decus, cum ad id coëgit necessitas, aut patriae pietas, hujus laudis semper parata seges est, neque desunt exempla. Huc provocat insignis ille nobilitatis pariter ac religionis antistes ALBERTUS Cardinalis et Archiepiscopus Moguntinus. Huc clarissimus Saxoniae dux FRIDERICUS, ne quid interim dicam de notae inferioris proceribus. Porro tametsi ex hac editione non ita multum accessit Tito Livio, tamen habenda non mediocris gratia primum incomparabili viro THEODOR. TZOBEL, aedis Moguntinae summae Scholastico, et Reverendissimi Domini Moguntinensis vicario, qui singulari studio curavit hoc laudis suae civitati afferere; deinde non vulgariter erudito viro Nicolao Carbachio, quinquennium jam Titum Livium publico salario summa cum laude profitenti, tum Wolphgango Angusto, a quibus quantum laboris exhaustum sit, dum ex codice non scripto, sed picto, coguntur addivinare, quid sit legendum, difficile fuerit aestimare. Nullum autem tam depravatum exemplar, unde solers conjectator

non multa queat restituere. Proinde, juvenes optimi, Livium illum, olim orbis delicium, veluti renatum emite, complectimini, legite, ediscite, praeter uberrimam rerum gestarum cognitionem, haud mediocrem eloquentiae fructum lucrifacturi. Bene valete. VII. Cal. Mart. An. M. D. XIX.

Praefatio Carbachii prope finem libri, variis lectionibus cod. Msti praefixa.

NICOLAUS CARBACHIUS LECTORI SALUTEM.

JOHANNES SCHEFFER Chalcographus, a cujus avo chalcographice in hac primum urbe inventa exercitaque est, quom ex bibliotheca aedis Moguntinae maximae ac metropolitanae perquam vetustum nactus esset codicem, Longobardicis scriptum in membranis characteribus, ad haec usque tempora inibi cum cura asservatum, in quo T. Livii quaedam insunt, a nullo unquam antea impressa, quadragesimi nempe libri pars extrema cum trigesimi tertii parte maxima, amplum id sibi duxit ad lectoris demerendam gratiam, si, quod in tanto authore per multa retro secula fuit desideratum, ex officina sua libraria in manus emitteret studiosorum. Constituit itaque cum his additamentis, quicquid exstat Livianae historiae, formis suis excudere, ut, quia jam pridem Livium in Germanicam traductum linguam primus omnium evulgaverit hominibus Germanis, qui Latine nescirent, a se quoque Latinus divulgaretur Livius, non per Germaniam modo, verum ubicumque Romanus esset sermo. Quin et in eodem illo codice vetusto quia ultimi libri septem Livii de bello Macedonico et Asiatico continebantur, ubi aliqua longe aliter, quam in vulgatis passim libris, legi animadvertit, ut bonae aliquid frugis optimis ingeniis afferret, consuleretque rei literariae, mihi et Wolfgango Angusto, homini impense docto, negotium dedit conferendi illius codicis cum hactenus impressis libris, annotandique, si vel plura, vel meliora invenirentur in eo. Quod ubi diligentia nostra ingentique labore praestitimus, non parum multa deprehendimus, quae studiosis Livianae historiae mire conductura opinamur. Nam loca supra duo millia invenimus, atque inde decerpsimus, in quibus aut diversam lectionem ab ea, quae in caeteris est exemplaribus, aut addita nonnulla videbis, quae in aliis desunt: quorum tamen paucula quaedam justo operi inseri curavimus, quod sine detrimento sententiae detrahi illa non posse putaremus. Singula autem intermiscere, quae annotavimus, non erat consilium, ne pristinam lectionem nimio plus immutare voluisse videremur. Caeterum non sine molestia ac taedio id facere nobis licuit, quod est codex ille non tantum adeo antiquis scriptus literis, ut, nisi ab assueto, legi haudquaquam possit, repuerascendumque prope modum nobis fuerit in noscitandis literis, sed tam corrupte atque indistincte, ut difficillimum plerumque sit sensum aliquem elicere. Non tamen iccirco ab incepto desistimus, sed propositum nostrum constanter urgentes verissimum illud esse cognovimus, quod Pli-

nius Secundus dicere solebat, nullum esse librum tam malum, ut non aliqua ex parte prosit. Ea igitur ordine facillimo brevissimoque congesta, suprema jam manu huic operi imposita, adjici ad finem, veluti auctarium, voluimus, rati operae pretium nos facturos, si industria nostra quantulacunque bonas literas proveheremus, atque juvaremus, niteremurque Livium in postremis his libris, ubi mendosissimus habetur, quod et in superioribus fecimus, pro viribus candori suo restituere, peritos sane medicos imitati, qui iis potissimum aegrotantium partibus remediis quam primum succurrunt, quas maxime laborare sentiunt. Vale, optime lector, et nos de labore nostra ama. Moguntiae Idibus Martiis M. D. XIX.

JACOBI SOBII

PRAEFATIO,

In editione Coloniensi anni cIↃ IↃ XXV.

ET PRUDENTISSIMO ET OPTIMO VIRO, INCLYTAE AGRIPPINENSIS COLONIAE CONSULI, JOHANNI A RYEDT, JACOBUS SOBIUS S. D.

Jam a primo initi magistratus tui tempore ut gaudium fuit omnibus et eruditis et bonis, talem te, tanti honoris fascibus auctum, quibus non minus dignitatis per te accessit, quam illi in domum tuam transtulerunt: ita constans sententia, eam *rempublicam* rectissime administrari, cui tu gubernator admovereris. Neque profecto falsi sumus. Tantam enim prudentiam, moderationem, constantiamque animi tui hi, quibuscum in publicis curis versaris, quique opera tua et publice et privatim utuntur, agnoscunt, fatentur, praedicant: ut omnium idem os sit, illo die praeclare ab egregio senatu consultum reipublicae, quo huic viro nihil ejusmodi opinanti, imo timenti, magistratus est commissus. Et cum verissima sit sententia, *Magistratus virum probat*, quorum quaeso aliorum, post immortalis Dei gratiam, opera, tanto ac tam periculoso intestino malo, ac veluti aestuanti incendio haec liberata est urbs, quam consulum et consularium vestrorum? praesens me Hercule Dei numen consilio vestro interfuisse videbatur, cum omnia sopiretis sine caede et sanguine. Horret animus referre, quae imminebant, non solum huic civitati, sed ab exemplo etiam aliis. Hoc nimirum est, quod studio literarum, quod judicio ab eruditione orto debemus. Illa enim te reipublicae egregium consulem, studiis literarum ac studiosis etiam praeclarum patronum pepererunt: adeo ut, si reflorverint praeclarae literae, artes etiam liberaliores jam dudum ab hac republica exsulantes, nullius hoc aeque diligentia, nullius auctoritate, atque tua, factum fuerit. Hoc enim me agentem apud te saepius ad impudentiam etiam fere usque, nunquam reppulisti; hoc saepe apud consulares totumque senatum, ut ratio stu-

diorum optimorum constitueretur, iterans tandem pervicisti, ut nihil antiquius, nihil se dignius amplissimus ille ordo judicaverit, quam reparari literarum studia: in qua re cum jam toti sint ad hoc ab senatu constituti amplissimi doctissimique viri, spes est longe certissima, nusquam in Germania ita unquam floruisse recta studia, quemadmodum hic florebunt. Et nisi praevertissent imminentes nundinae, rationem institutorum studiorum universae Academiae orbi indicaremus: quam, ut primum absoluta fuerit, omnes boni, eruditi omnes probabunt procul dubio. Tuo interim nomini, optime consul, dicatum T. illum Livium, in Romana historia ob eloquentiam nunquam satis laudatum, repurgatiorem, quam ante hoc tempus unquam praeli formulis excusum vidimus, hilari fronte suscipito; tantoque pronior hoc facies, quanto praeter hunc nemo alius administrandae reipublicae formam depinxerit melius. Bene vale. Calend. Septembribus anno domini MDXXV.

EUCHERII CERVICORNI

PRAEFATIO,

Quae praefigitur ejus editioni anni clo Io XXVIII.

AD CANDIDUM LECTOREM.

Titum Livium, qui populi gentium victoris res gestas ab oblivione atque adeo ab interitu vindicavit, in primis (ut Plinius fatetur) auctorem celeberrimum tibi, candide lector, evulgamus, novo iterum praelo excusum. Animadvertimus enim tantam esse hujus nobiliss. auctoris praestantiam, ut non semel atque iterum ejus opera aeneis typis in publicum prostitui satis esse duxerimus, nisi saepius etiam ad incudem revocarentur, accedenti subinde diligentiori cura, limaque castigatiore. Etenim hunc scriptorem (quod paucis evenit) par aeque gloria secuta est, ac rerum, quas describit, auctores. Romanae gentis plus quam humanam in tractandis consiliis domi prudentiam et in committendis proeliis edomandisque hostibus foris virtutem universus olim orbis non tam admiratus est, quam expavit. T. Livii lacteus eloquentiae fons quosdam, solius famae in constantia allectos, de ultimis Hispaniae Galliarumque finibus Romam pertraxit. Rerum gestarum gloria Romanos terrarum dominos evehit ad Deos. Libris suis T. Livius jam sibi satis gloriae quaesitum esse scribere non veretur. Quocirca dictis suis illorum facta exaequasse videtur, et qua re Romani nominis immortali gloriae consuluit, eadem sibi ipse parasse immortalitatem. Arduum plane est, ut quidam ait, historiam scribere, quod tamen nulli unquam felicius contigisse ego quidem arbitror. Sunt, qui privatis inimicitiis flagrantes, aut tyrannorum odio exacerbati, vel assentationibus etiam indulgentes, aut succumbentes invidiae, τῆς ἀληθείας ἐν ταῖς ἀφηγήσεσιν ὠλιγωρήσαι, interim obliti, vel praecipuum historiae scopum esse veritatem. Nonnulli tanto studio φράσεως καὶ εὐφωνίας ἐπεμελήθησαν, ut assutas fabulas et intersita nugamenta pro veris venditare, et credulo

lectori obtrudere conati sint. Plerique feculento praerancidoque sermone auspectam reliquerunt narrationis veritatem. Quod si nihil fortassis horum neque historiae structuram, neque scriptoris auctoritatem elevet, invenies nihilominus quosdam, loquaces magis, quam facundos; alios jejunos magis, quam elegantes. Invenies, qui, quod factum est, non minus vere, quam eleganter, pronuncient; caeterum quo consilio, quave ratione gestum sit, non demonstrant; quos Sempronius Asellio apud A. Gellium fabulas pueris narrare, non historias scribere, existimat. In T. Livio narrationis veritas, scriptoris candor, orationis elegantia, (etiamsi Patavinitatem, quod ille augillabat, spiret) verborum perspicuitas, sententiarum majestas, et factorum ratio consiliumque ita ex aequo depugnant, ut non facile inter Latinos rerum gestarum alioqui nobiles scriptores inveneris, quem eum hoc committas. Sallustio magnam invidiam novandi studium conciliasse quis ignoret? Ille, dum verborum novator esse percupit, quemadmodum non parum lucis orationi, ita multum gloriae nominis sui famae et eruditionis celebritati detraxit. Nemo hic mihi Graecos objiciat, inter quos tanquam κορυφαῖοι primas historiographorum partes occupant Herodotus et Thucydides. Nam si Hermogenis, diserti juxta ac eruditi auctoris, censuram audimus, ille quidem jucundus est, sed ut fabulis ludit, sic quoque dictione potius utitur familiari, dactylicis interim, anapesticis, spondaïcisque numeris perstrepens. Hic vero, dum orationis majestate caeteris praestare nititur, in quas nescio salebras angustiasque concidit, ut obscurus tenebricosusque appareat, et, dum elegantiae plus aequo curiosus est, ἀγλευκής ἐστι σχεδὸν διόλου. etsi non nihil quandoque suavitatis habeat, id tamen perinde ac alienum ab indole sui characteris et veluti mutuatum possidet. In tuorum itaque studiorum usuram, candide lector, T. Livium nunc emittimus, multo locupletissimum emendatissimumque. locupletiorem tum dijudicabis, cum aliquot etiam libris, jam dudum apud Moguntiacum repertis, auctum videris. Emendatiorem vero non est, ut inficiari queas, si integrum sanumque animadverteris, qui multis verborum sententiarumque vulneribus discerptus olim elanguit; si quoque lenem et nitidum conspexeris, quem nuper foedis emplastris olidisque malagmatis margini adsarcinatis, horridum, deformem et obvolutum vidistis. Nam ubi ubi lectio forte variabat, et inter exemplaria non convenit, ea delegimus, idque doctorum hominum judicio, quae auctoris genuinae phrasi viciniora videbantur, et sententiarum verborumque commissurae magis affinia, ne scilicet imbecilliora ingenia et variae lectioni non assueta inter tot ambages hallucinarentur, fraudarenturque dulci intelligentiae fructu. Et ne quis (ut fit) Livianam lectionem adgressus, et mox inter tot opinionum scopulos, et diversae lectionis syrtes cohaerens, veluti angue conspecto (quod Homerus ait) παλίνορσος ἀπέσῃ. Constituimus etiam singulis libris argumenta praetexere, sed cum ex L. Flori epitome multo auspicatius commodiusque, quam vel a nobis id fieret, ea colligi posse arbitraremur, mutavimus institutum. Hanc igitur opellam nostram si probaris, probabis autem, nisi censor iniquus esse velis, futurum est, ut olim majora praestantioraque a nobis sis acceptura. Vale.

DEDICATIO

Praefixa ed. Paris. anni 1529.

ANDREAS LEVESCATIUS JOANNI DE TARTAS, VIRO UTRIUSQUE JURIS CONSULTISS. GAUDERE ET REM BENE GERERE.

Ne per hasce hujus solemnis Paschae ferias ociose ac per ignaviam relaxatum nobis absumeretur tempus, hoc nostrorum laborum (quale quale sit) exiguum sane monumentum tibi reliquimus, vir dignissime, quo me tibi semper deditissimum agnosceres. qui si etiam omnem temporis rationem excuterem, occasionemque nanciscerer rependendi, quae in me non quodam modo, sed et quotidie beneficia praestiteris, nunquam illis tamen me facturum satis, nedum ea dinumeraturum video: cum tantum mihi tribuas, quantum in me nec agnosco, nec postulo. sed tuae est humanitatis atque ingenii tui candoris, ut, quos semel deperire coeperis, ab animo tuo sereniss. nunquam excidant, qui eorum nomen te praecone augustissimo augeatur, resque simul cumuletur abunde. quorum fidem expertus facere possum, qui his omnibus ita me ditasti atque oxornasti, ut nunquam nisi in morem coquigos ea referrem, una eaque tenui orandi scilicet ratione: hoc est, me id nunquam persoluturum, non quod vendidisti, sed liberali et benefico animo es nobis elargitus. Quapropter ne prorsus meum erga te animum ingratum atque injustum dijudicares, hoc non aureum, sed literarium munus (quod facis pluris) fronte illa tua, (qua soles) hoc est humana, suscipies. Vale. Ex musaeo Lexovio. Anno 1529.

PRAEFATIO,

ed. Frobenianae anni 1531.

DES. ERASMUS ROTERODAMUS GENEROSO ADOLESCENTI, CAROLO MONTIOIO S. D.

Etsi nunquam hactenus mihi contigit faciem intueri tuam, juvenis ornatissime, tamen in tuis ad me litteris, mire puris, doctis, argutis, amicis, candidis, optimam tui partem, animum, sic expressam video, ut nullus Apelles corporis effigiem in tabula repraesentare possit evidentius. Tam raras, tam varias naturae tuae dotes, ista praesertim aetate, quum libenter, tum summa cum animi mei voluptate sum exosculatus. Equidem nihil non praeclarum exspectabam a Guilhelmi MONTIOII filio; sed, ingenue fateor, longe vicisti spem meam, quam de tuo profectu conceperam. Eam epistolam non in hoc tantum servabo, quo me subinde tui contemplatione delectet, verum etiam ut hoc instrumento tecum velut obsignatis tabulis agere possim, nisi, qua coepisti, perrexeris, donec operi pulcherrimo colophonem imposueris. Scribis enim, te illa mea epistola, quam adagiis praefixi, velut in theatrum productum, ut velis, nolis cogaris, bene saltata fabula, multitudinis auribus oculisque satisfacere. Hoc oneris tibi per me impositum esse, mi CAROLE, nondum sane me poenitet: altera vero sarcina, qua te magis etiam premi dicis, sollicitum, quo pacto meis in te meritis gratiam referas, facile te exonero. Nec enim metuo, ne fallas tuorum de te exspectationem; quin ista tam praeclara exordia, vel, ut melius dicam, primus fabulae actus, nobis spem faciunt, fore, ut, quemadmodum superasti meam, ita vincas et caeterorum exspectationem. Quod si praestiteris, arbitrabor mihi pro, si quid est meorum in te officiorum, in solidum atque etiam cumulate relatam gratiam. Vera pietas, qua clarissimum patrem tuum perpetuo sum prosequutus, quamque nunc in te velut alterum illum transtuli, non moratur aliam mercedem, quam ut te ipsum talem praestes, qualem optat illa. Verum ne tibi fabulam istam saltanti nihil aliud quam hortator applausorque videar, sed ut nonnihil etiam opis adferam, visum est tuo nomini dicare TITUM LIVIUM, Latinae historiae principem, jam quidem frequenter excusum, sed nunquam antehac vel magnificentius, vel emendatius, et, si hoc parum est, quinque libris modo repertis auctum, quos bono quodam genio in bibliotheca monasterii LAURISSENI, aut, ut vulgo, Lorsensis, repperit Simon GRYNAEUS, vir ut in omni genere literarum citra supercilium eruditus, ita provehendis liberalibus studiis natus. Id autem monasterium est e regione Wormaciae, sive Borbethomagi, trans Rhenum, a CAROLO magno septingentis ab hinc annis et eo amplius exstructum, ac librorum copiosissima supellectile instructum. Nam haec olim praecipua cura principum fuit, et hic

solet esse charissimus coenobiorum thesaurus. Archetypum erat admirandae vetustatis, prisco more perpetua literarum serie ita depictum, ut difficillimum fuerit verbum a verbo dirimere, nisi docto, attento, et in hoc ipsum exercitato. Unde non parum negocii fuit in parando exemplari, quod typographicis operis traderetur utendum. Nec minore cura quam fide advigilatum est, ne usquam in describendo ab archetypo recederetur. Quod si pridem magna studiosorum gratulatione merito exceptum est qualecunque fragmentum, quod nobis dedit Mogontia, quanto plausu excipi par est tantam Livianae historiae accessionem. Atque utinam faxit Deus Opt. Max. ut hic auctor totus et integer nobis restituatur. Ejus rei spem non nullam praebent rumores per ora quorundam volitantes; dum hic apud Danos, ille apud Polonos, alius apud Germanos haberi Liviana quaedam nondum edita jactitat. Certe posteaquam hasce reliquias praeter omnium spem objecit fortuna, non video, quur desperemus et plura posse contingere. Atque hic mea quidem sententia principes viri rem se dignam facerent, si praemiis propositis eruditos ad perveſtigandum tantum thesaurum sollicitarent, aut etiam ad editionem perpellerent, si qui forte sunt, qui rem publicae utilitati paratam gravi studiorum jactura premunt abduntque. Vehementer enim absurdum videtur, homines, ut parum auri argentive inveniant, tantis impendiis tantisque periculis ad ipsos pene inferos terrae viscera perfodere, et hujusmodi thesauros, tanto illis pretiosiores, quanto corpore praestantior est animus, prorsus negligere, nec ulla vestigatione dignos judicare. Midarum hic animus est, non principum, a quo quum sciam tuam indolem quam longissime abhorrere, non dubito, quin hoc lucrum sis avidissime amplexurus. Jam ne quis dubitare possit, an haec dimidiata Decas sit vere Titi Livii, duae res potissimum efficiunt: primum ipsa phrasis, omnibus notis suum auctorem referens; dein argumenta sive Epitomae L. Flori, hisce libris per omnia respondentes. Itaque quum scirem, magnatibus viris nullam esse lectionem magis accommodam, quam historicorum, inter quos facile primas tenet T. Livius, de Latinis loquor, praesertim quum Sallustianum nihil exstet, praeter duo fragmenta, reputaremque, quantus quamque inexplebilis historiarum, ut ita loquor, helluo semper fuerit pater tuus, quem non dubito, quin hac quoque parte referas, visus sum mihi non incongrue facturus, si hi quinque libri tibi proprie dicati prodirent in lucem. Quanquam hic nolim te parentis nimium esse similem. Solet enim ille singulis diebus a coena ad mediam usque noctem incumbere libris, non sine uxoris ac pedissequarum taedio, magnoque famulorum murmure: quod quanquam illi hactenus praeter valetudinis dispendium licuit, non arbitror tamen consultum, ut eandem tu jacias aleam, fortasse non perinde feliciter casuram. Certe quum pater tuus huic regi etiamnum adolescenti socius esset studiorum, in historiis potissimum versabantur, idque vehementer approbante patre Henrico Septimo, singulari judicio prudentiaque rege. Adjuncta autem est huic editioni Chronologia HENRICI GLAREANI, hominis exquisite multifariamque docti, cujus indefatigabilis industria non solum hoc inclytum gymnasium Friburgense, verum

etiam totam hanc regionem liberalibus disciplinis excolit, ex ornat, locupletat. Ea Chronologia commonstrat temporum ordinem, bellorum species, ac personarum nomina, in quibus hactenus fuit mira confusio, scribarum ac sciolorum vitio inducta. Atqui haec erat unica historiae lux. Quod si haec absit Cynosura, caeca prorsus est in historiarum pelago navigatio: et, nisi hoc adsit filum, inextricabilis error involvit lectorem, etiam eruditum, in his rerum gestarum Labyrinthis. Hoc munere si tuam epistolam bene pensatam arbitrabere, tuae jam vices erunt nos tuis impartire litteris. Bene vale. Apud Friburgum Brisgoiae, Calend. Martiis Anno M. D. XXXI.

PRAEFATIO
GLAREANI,

Praefixa Chronologiae ejus in ed. Frob. anni 1531.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC ILLUSTRI PRINCIPI, DOMINO BALTHASARI EPISCOPO CONSTANTIENSI, etc. CAES. MAI. VICECANCELLARIO, MAECENATI SUO SUMMOPERE COLENDO, HENRICUS GLAREANUS P. L. S. D.

Cum passim viderem, ornatissime Praesul, hoc saeculo certari inter doctos pulchro meherele certamine, ut in sua quisque arte suos juvisse authores videri possit, dum alius non intellecta prius discutit, alius ex vetustioribus codicibus loca, temporum injuria depravata, emendat, visus sum mihi jure reprehendendus, si nihil ipse pro mea quantulacunque portione conferrem. Itaque cum in celebri Friburgensium Academia publice T. Livii Decadas his annis praelegissem, inveniremque tot mendis depravatum authorem, coepi mecum ipse cogitare, quo pacto aliqua ex parte pro virili succurrerem. Conatus itaque sum eximiorum virorum ante nos exemplo scribere in eundem annotationes. Verum cum res in immensum cresceret (plures enim nunc loci, quam mille, mihi annotati sunt, nec dum tamen finis) et Frobenius Livii editionem cum quinque libris recens inventis properaret, nec erat nunc illas edendi tempus, ut tamen aliquid lucis etiam nostra opera tali accederet authori, curavi, ut temporum ratio per reges, consules, reliquosque magistratus ad eam usque aetatem constaret, quatenus vixit Livius. Sane ea apud veteres nemini non erat nota, opinor, quemadmodum hodie, ac haud dubie etiam tum, Fastorum dies: apud nos vero adeo deplorata res visa est, ut multi de ea ne cogitarint quidem, magnos alioqui authores emendantes: donec Cassiodori catalogus de consulibus Romanis opera Joannis Coclaei, insignis nostra aetate Theologi, ac olim in Mathematicis praeceptoris nostri, in lucem venit. Tum Gregorius Ha-

loander, vir magna, meo judicio, industria, Justiniani Caesaris codicem emendans, Cassiodori corruptum exemplar multis in locis restituit, plurimaque ex aliis authoribus recte emendavit. Idem ego in prioribus annis annisus, qui Liviana continentur historia, nec cum hoc, nec cum illo ubique consentiens, quemadmodum nec inter ipsos ubique convenit. Porro quot locis dissentiam, et quibus authoribus fultus, lector eruditus legendo facile videbit. Spero autem fore, ut optimus quisque confessurus sit, me nec temere, nec sine fructu lectorum, hanc post illos suscepisse provinciam. Simpliciter autem authorum loca ostendo lectori, relinquens illum suo judicio, nec omnia, quae poteram, odiose inculcans, nec ubique; illic taedium evitans, hic ostentationem. Sed haec obiter de causa, quae nos ad hoc negotium scribendum compulerit, diximus. Nam de utilitate hujus supputationis, et quare unum quodque ita instituerimus, multa nobis essent dicenda, quae in aliud tempus differemus. Circumspicienti autem mihi, cui hos nostros potissimum dedicarem labores, occurrebat inprimis amplitudo ac magnitudo tua, quae tot beneficiis me sibi devinxit, ita de me es merita, ut nihil non illi debere existimem. Non parum autem deterrebat muneris hujus exiguitas ac vilitas, verum rursus animum dabat humanitas tua, non nunc primum mihi, sed multis ante annis in aula Clementissimi Pientissimique Caesaris Maximiliani cognita; qua fretus ego ausus sum magnificentiae tuae hanc nostram offerre operam, ut saltem animi grati specimen darem. Majora et me debere, et amplitudinem tuam decere, certe scio: sed in eo fastigio Deus Opt. Max. te collocavit, ut animum benevolum ac gratum non minus velis, quam relatam gratiam. Accipe igitur haec nostra, qualiacunque sunt; certe quae officiosae mentis erga bene merentem monumenta dici queunt, et me inter clientes tuos numerare non dedigneris. Vale, clementissime princeps. Friburgi Brisgoiae. Anno ab orbe redempto M. D. XXXI.

[redacted]

GELENII

PRAEFATIO,

in ed. Froben. anni M. D. XXXV.

GENEROSO EQUITI FRANCISCO DILPHO SIGISMUNDUS GELENIUS S. P. D.

In communi opera circa emendationem Livianae historiae decebat quidem eum praefari, cujus partes in hac functione tanto potiores fuissent, quanto ipse omnibus ingenii dotibus antecellit: quanquam vererer, ne vel hoc arrogantiae speciem habeat, cum BEATO RHENANO, homine juvandis literis nato, quocunque modo conferri aut conjungi, ni parata esset excusatio, quod is ipse in consortium hujus provinciae me ultro asciverit: sed quandoquidem is, conscientia nimirum meritae quum in castigando pro parte sua, tum in annotando laudis securior, nihil amplius patrocinandum huic negotio obstinate animum induxit, mihi tamen, si vellem, id permittens: equidem meam certe unius vicem sollicitus aliud patrocinium, a Beato destitutus, circumspectare coepi. Et quamvis bonam causam me habere considerem, malui tamen non solum judicandi perito, sed etiam benevolo atque amico alicui eam credere. Qua in reputatione nemo te prior occurrebat, doctissime Dilphe. Nam et pro mutua benevolentia non detrectaturum patrocinium sperabam: et, quatenus patrocinari oporteat, facile dispecturum pro insigni eruditione, qua non apud exteras solum, sed etiam longinquas gentes praeclaram existimationem acquisivisti: tametsi tu non hac una laude censendus es, sed multis praeterea magnisque dotibus, imaginum claritate, corporis specie, ingenii vigore, multarum gentium, linguarum, ac morum cognitione, quae non exigua prudentiae pars est, principum amicitia, in negotiis dexteritate, comitate in colloquiis, in convictu civilitate, humanitate in officiis. Sed desino plura de te, praesertim apud te. Praestat fortasse indicare paucis, quibus praesidiis hoc negocium absolutum sit. Primum vir acerrimi judicii Rhenanus, diligenti habita per collegia simul et coenobia conquisitione, geminum exemplar omnium, quae exstant, Livii librorum, excepta dimidia decade tertia, sibi comparavit eo consilio, ut, praelucente antiqua lectione, facilius mendarum tenebras discuteret. Quis non videat, ubi vetera archetypa tam inter se consentiunt, quam a vulgatis editionibus dissonant, multo quum expeditius, tum certius sinceram lectionem restitui posse? atque ita bonae partis Liviani operis collationem ac castigationem quam accuratissime peregit. Reliquum pari cura, ne dicam religione, atque eorundem exemplarium ope ipse confeci, factumque operae pretium haud quaquam poenitendum abunde declararunt Annotationes subjunctae.

Visum est enim rationem singulorum reddere, nisi sicubi evidentior ea est, quam ut probatione opus sit. Ne quis igitur mihi hic protinus reclamet, tolli receptam lectionem: sed prius consideret, quid sublatum, quidve repositum. Equidem eam lectionem justius pro recepta habendam censeo, quae ante annos plus mille recepta est, quam quae proximis annis per typographorum cocitantiam primum irrepsit, mox numerosa voluminum propagine latius in dies manavit, doctis interim vel dissimulantibus, vel aliud agentibus. Neque negaverim, quosdam et ante nos quaedoque vetera inspexisse exemplaria: verum plurimum interest, quo pacto quis illis utatur. Id si cui dubium est, unum afferetur exemplum, non quod libeat alienae industriae obtrectare, sed quia animadverto esse, qui non ita magni negocii putent antiqua volumina legere. Aetate nostra adjectus est reliquo operi tertius quartae Decadis liber, tum recens repertus in exemplari, quod nos quoque in hac editione sequuti sumus. Et tamen non pauca loca in eo castigatorem fefellerunt ob imperitiam legendi et scripturae difficultatem, quemadmodum ex Annotationibus evidenter apparebit. Hanc igitur nostram opellam si tuo calculo comprobaveris, spes est, caeteros doctos libenter tuo judicio accessuros: quae si non fallet, Plinii quoque Naturalis Historiae castigationem, aeque ex gemini exemplaris utriusque emendatissimi collatione jam paratam, in gratiam studiosorum brevi emissuri sumus. Vale, et me inter tuos habere perge.

Huic Gelenii praefationi subjicienda erat illa, Gierenii, in eadem editione Frobenii occurrens, qua Chronologiam Livianam auctiorem dedicat Caesari Ferdinando, Bohemiae Hungariaeque regi, anno 1534. Idibus Octobribus. Sed plenior anno 1540. et postea saepe, recusa est; quare priorem omittendam duxi, ne bis idem lectori darem.

PRAEFATIO
GLAREANI,

NOTIS EJUS PRAEFIXA IN ED. LUGDUNENSI ANNI 1540. ET QUIBUSDAM ALIIS POSTEA.

AUGUSTISSIMO INVICTISSIMOQUE IMPERATORI CAESARI CAROLO V. HENRICUS GLAREANUS S. D. P.

Haud sum nescius, Invictissime Imperator CAROLE, quam multorum hominum, etiam eximie doctorum, grave judicium sim subiturus, quod authorem tam praeclarum, et in hominum manu tam frequentem, emendandum mihi desumpserim: quibusdam frustraneum laborem esse existimantibus, quod multi et celebres hercle viri idem negotium tractarint; quibusdam etiam temerarium censentibus, quod nihil videatur in eo authore reprehensione dignum. Sed utrisque (quando id res postulat) respondendum duximus. Primum, scio nos inficias ire non posse, quin multi et praestantes viri multa et praeclara in eo authore emendarint, studiosisque utile operae pretium fecerint. Sed iidem illi tamen diffiteri non possunt, quin multa indiscussa, dubia ac mutila reliquerint, posteris diligentius pensitanda: quod nobis quoque confitendum. Nam, ut nominatim de ANTONIO Sabellico dicam, homine citra controversiam docto, siquidem illi, praeter annotata paucula quaedam, reliqua fuerunt perspecta, nae ille felix omnino mihi censebitur, quando ejus codex immensis tot mendis scatebat. JANI Parrhasii annotationes, de quibus in praefatione commentariorum in Claudianum mentionem facit, ad manus nostras non pervenerunt; quare de iis judicium ferre nequimus. LAURENTII Vallae in quosdam libros vidimus, quae sunt, ut omnia ejus authoris, argutae, doctae, ac eo dignae. Nostra certe aetate in hoc authore emendando celebres officinae librariae, laudabili per Jovem aemulatione, inter se certasse videntur, Aldina, Badiana, ac Frobeniana: sed vicit, meo quidem judicio, longe Frobeniana editio, opera ac diligentia D. BEATI Rhenani et Sigismundi GELENII doctorum virorum fulta. Verum ii tamen pauca de iis attigerunt, quae nos antea annotaveramus, nec adhuc edideramus, alioqui nostra delere et supprimere non dubitassemus. Exemplaria illi secuti sunt vetusta, quae nos quoque vidimus. Sed quae ad historiae emendationem, et plerumque ad temporum rationem, Romanorumque magistratuum nomenclaturam pertinebant, ea (nisi fallor) nos diligentius inspeximus, ut lector ipse judicabit, simulatque nostra simul cum aliis conferet. quare neutiquam hunc nostrum post tot eximios viros laborem frustraneum existimamus. Verum enim vero, quandoquidem multi obtrepunt, temerarium esse, quicquam in tali authore vellicare; obvian-

dum sane et horum opinioni putamus, ne audaciae culpam, aut crimen potius, agnoscere videremur. Primum cum in confesso sit, ab historico abesse prorsus debere omne odium, solamque illi rerum gestarum veritatem ob oculos ponendam, quam vere id observarit Livius, vel hinc aestimari poterit. Nam ut de Germanis Hispanisque, eximiis duabus nationibus, taceam, Gallos hercule, gentem omni aetate illustrem et bellicosam, maxime autem eo tempore, quo Liviana decurrit historia, nunquam desinit odiose tractare, elevare, nonnunquam etiam pugnantia de ea dicere, homo in Cisalpina Gallia natus, quod nos in his annotationibus, sed obiter, aliquot locis indicavimus. Deinde si quis veterem Romani imperii originem apud Dionysium legat, ac cum Liviana brevitate comparaverit, videbit, opinor, nos haud immerito praetuliffe Dionysii curam ac diligentiam Livii festinationi: adeo circumspecte omnia Dionysius, adeo negligenter Livius ea tractasse videtur. Quod ex Dionysio nos de classibus, Laurentius Valla de Prisci Tarquinii nepotibus reprehendit. Nam de plebis in sacrum montem secessione, de Cn. Marcio Coriolano, de decemviris, nimium accisam apud Livium esse historiam, manifestius est, quam ut apud peritos probari oporteat. Jam si quis Herodoto praeferat Livium, quod ille saepius fabulas narrare videatur, inspiciat, quaeso, vel primo libro ab urbe condita (ut alios interim omittam) Herculis et Euandri colloquium; dein et Caci fabulam: ut nihil dicam de Proculi renunciatione, de Dianae bove a Sabino immolato, de Bruti baculo, de papaveribus a Tarquinio decussis. an non sunt haec iis, quae Herodotus narrat, perquam similia? Quanquam haec non eo pertinent, ut Livii gloriam his objectis, quae forsitan excusationem suscipiunt, elevari cupiam, quod alias quoque in libris nostris testati sumus: sed ut lectori ostenderem, non minus magnos authores cum judicio legendos esse, atque dubios ac non ita magnos. Livius senex historiam scripsisse dicitur, diversos ac magnos secutus authores, ut in praefatione ipse fatetur. Non igitur mirum, si et ipse memoria labatur, et nonnunquam diversa ac prope contraria scribat. Nec me fugit vulgatam esse opinionem, animis hominum penitus insitam, et multis ita persuasam, ut, si contrarium dixeris, insanus prorsus videaris: nempe Romanos historicos longe praeferendos in historiae veritate esse Graecis. At per me licebit, ita perpetuo opinentur, qui volent: mihi sane neque Quintilianus, in primis gravis author, neque quisquam alius, quantumvis subtilis orator, hoc persuadebit, ut Livium Herodoto aequem, tantum abest, ut eundem Livio postponam. Sed non est opus hic eam rem longius prosequi, in qua plures habiturus sum reclamatores. Ad rem nostram redeo. Ego pro communi omnium studiosorum utilitate hunc suscepi laborem, non pol gloriae aucupandae gratiae; qua via, nostra quidem aetate, plurimi grassantur; non carpendi studio, qua siti longe plures nunc crescunt; non denique temere ac sine judicio, quod ipsum quoque pluribus hodie, quam dicere vel audeam, vel velim in usu est. Si lectoris gratiam inde nanciscar, satis praemii laborum meorum tulero, magis tamen eundem fructum ac utilitatem spectavi, ut quo pacto, quo judicio magni authores, exemplo

Lau-

Laurentii Vallensis, optimi et doctissimi viri, legendi sint, animadvertat. Non desinit author magnus esse, etiamsi alicubi labatur. humanum peccatum est error, et nemo adeo providus ac circumspectus est, qui non aliquando labatur, ut recte Lactantius Firmianus, Christianae eloquentiae lumen, admonuit. Hoc magis vitiosum, ita cuiquam quenquam affectum esse, ut in eo nullum errorem, nullum esse naevum pertinaciter defendat, quales hodie multos novimus. Sed neque illi satis sani sunt, qui tam impotenter clamant, ac impudentiae adscribunt, si quis in magno authore quicquam reprehenderit, quasi illi non fuerint homines, cum saepe codicum fides, non ipsi authores culpentur. Mordetur Valla a Poggiis, Faciis, Morandis, Randensibus, in eo, quo clarissimum meruerat triumphum. Nulli, inquiunt, pepercit. Nulli barbarorum pepercit, et recte, mea quidem sententia. Imo ne in hoc quidem culpandus, quod amore linguae Latinae in Virgilio *sua mater*, in Terentio *amore sui* ausus fuerit reprehendere. Quoties Donatus Terentii quaedam reprehendit, et Virgilii Servius? quin in hos quoque clamant invidi? Non in authores invehimus, si errores damnamus, quorum plerique injuria temporum acciderunt, quidam etiam humana imbecillitate, pauci fortassis etiam authorum vel pravo judicio, vel affectu. Et tempore Livii quis credidisset, imperium populi Romani eo devenire posse? Prudentes, inquiunt, poterant. Sed ea turba non tum solum, verum omni tempore exigua et fuit, et est hodie, et erit perpetuo. quae caussa Livio fuit, opinor, ut ubique in Gallos debaccharetur, belluas vocando, stupidos, ac corporibus diffluentes, ratus forsan Gallos semper Romanis fore subjectos, ut erant, quando ipse historiam scribebat. Verum haec ingenuo homini, et qui a posteris sua scripta legi cupiat, non satis idonea in ullam nationem invehendi caussa videtur. Sua laudare nulli non conceditur; aliena vituperare absque vehementi caussa, neutiquam decet. Quanto igitur satius fecisset Livius, si exemplo C. Caesaris hostes commendasset, ac debita laude non fraudasset? ita enim populi Romani gloria haud dubie augustior apparuisset. Invaluit hac nostra etiam num tempestate pessimus quorundam mos omnibus maledicendi, nemini benedicendi, quasi data opera ita laudem venantes: quo pessimo instituto Germani in Gallos debacchantur, Galli in Hispanos, rursus Hispani in Gallos, Galli in Germanos, atque alii vicissim, et in hos et in illos: quam consuetudinem juvenilium affectuum puto, ac hominum propemodo insanorum. Nam quae natio est, in qua non permixtim boni ac mali inhabitent? Nobis nostra placent: placeant porro, at absque aliarum nationum contumelia. Mirum vero ita quenquam affectum esse, ut nihil moliri queat, nisi sit fellis amaritudine conditum. Itaque Livius hac in parte affectus suos, meo quidem judicatu, non satis digne repressit, quod tamen factum oportuit. Sed huic quoque objectioni satis responsum putamus. Nunc, quod ad annotationes nostras attinet, lectoris judicio subjicio. cui si quaedam nimis tenues videbuntur, cogitet, quot capita in Aulo Gellio reperiat, quorum profecto me multum puderet, quod aridae et hominis omnino otiosi dubitationes videantur: quae tamen in magnis voluminibus, ut lectoris recreetur animus, locum habere possunt. Si quaedam nimis audaces videbuntur, caussam

reprehensionis secum lector perpendat. Si quaedam indoctae, aut quae judicium nostrum falsum arguant, det mihi veniam, quae nulli denegari potest, qui errorem ostensum fateri et corrigere sit paratus. Plura dicenda erant, sed non video, quid utilitatis inde ad lectorem redeat. Ad te, invictissime CAESAR, redeo, cui nostrum laborem dedicare volui, ut, cum me tuus avus, immortalis memoriae MAXAEMYLIANUS imperator, multis honoribus et beneficiis affecisset, eundem me tua quoque Majestas cognoscere, ac in tuam suscipere dignetur. neque enim quicquam aliud desidero, nihil aliud ambio, quam ut ac, ut fratri tuo Caesari FERDINANDO, optimis principibus, ita tuae complacuisse Celsitudini: quod si adipiscar, in magna fortunarum mearum parte posuerim. Deus opt. Max. Majestatem tuam ad ipsius gloriam et Christianae reipublicae salutem quam diutissime incolumem conservare dignetur. Friburgi Brisgoae, anno a Jesu Christi natali M. D. XL. Calend. Majis.

PRAEFATIO PRAEFIXA GLAREANI

CHRONOLOGIAE IN ED. LUGDUNENSI ANNI M. D. XL. ET POSTEA NON NULLIS ALIIS.

CLEMENTISSIMO CAESARI FERDINANDO BOHEMIAE HUNGARIAEQUE REGI etc. HENRICHUS GLAREANUS S. D.

Nemini dubium est, invictissime Rex, id esse in historia temporum rationem, quod solis jubar in sublimi hoc aëre. Tolle solem ex hoc mundo, quid aliud nisi confusum relinquetur chaos? Tolle aetatum ac seculorum ordinem ex historia, Dii boni! quam nihil lucis rebus gestis adfuerit? Qua caussa ego motus, cum Livii historia, ut eminentissima et utilissima, ab omnibus passim enarranda suscipiatur, in ea autem temporum ratio mire claudicet, existimavi operae pretium me facturum, si studiosos hac etiam parte, ut aliis nostris operibus, pro virili juvarem; id quod antea in Dionysii Halicarnassei, praeclarissimi ac diligentissimi historiographi, libris fecimus. Itaque Chronologiam quandam (eam temporum rationem dicere possis) institui, quam ante aliquot annos Hieronymus Frobenius ac Nicolaus Episcopius, summi amici mei, ac bonarum literarum instauratores, ad Livii, quod tum excudebant, exemplar adjici curarunt. Pro quo sane labore a multis doctis viris bene audivi, qui literis ad me missis ingentes nobis gratias egere, ac ingenue, quo sunt candore, fassi sunt, historiae Romanae maximum accessisse decus ac lumen per hujusmodi commentationem, succinentes identidem illud Maronis:

Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum Pariusve lapis circumdatur aure.

nen ego ob id criftas eri-
ɔepi, quod laudati pavo-
ere solent, sed magis an-
um, ac fidelem dedi ope-
ut ea denuo seorsum ex-
tur: videlicet ut, qui an-
rii codices habent, quan
ı omnibus eundem autho-
s parare commodum eft,
: etiam hoc noftro frui la-
Huic autem conatui dex-
uit Mercurius Michaëlis
nii induftria, viri inprim
eruditi, tum, quod e-
ınem potiffimum commen-
ɔminis laboriosiffimi in re-
dis bonis authoribus, id
ıisce aliquot annis lector
'is in ejus officina excusis
colliget. De quo rectiffi-
ecus atque de pluribus
: aetatis typographis, Flac-
ri illud dixeris:

fumum ex fulgore, sed
ex fumo dare lucem
tat.

ı ad Chronologiam redeo.
go exorsus a Troja capta,
repetitis annis propter
viri, de qua jam dixi,
ıii Halicarnaffei praescla-
ım hiftoriam, adjeci poft
.empora singulis cum con-
s annos ad Juftinianum us-
aesarem. Id quod Caffio-
quoque fecit, quanquam
ejus mire corruptus hodie
ır, quem tamen Georgius
ader, vir magna, meo ju-
induftria multis in locis
avit. Idem ego in prio-
ınnis annisus, qui Liviana
entur hiftoria, nec cum
ɔec cum illo ubique cons,
quemadmodum nec in-
sos ubique convenit. Por-
ot locis diffentiam, et qui-
atboribus fultus, lector e-
s legendo facile videbit.
autem fore, ut optimus
ıe confeffurus sit, me nec
ɔ, nec sine fructu lecto-
hanc poft illos suscepiffe
provinciam. Simpliciter autem authorum loca offendi lectori, relinquens illum suo judicio, nec omnia, quae poteram, ftudiose inculcans, nec ubique: illic taedium evitans, hic oftentationem. Sed haec obiter de caufla, quae nos ad hoc negotium scribendum compulerit, dicimus. Nam de utilitate hujus hoc unum admonuero, summe amitendum ac elaborandum, maxime vero authorum clafficorum enarratoribus, ut temporis ratio in hiftoria conflet. Si enim hiftoria teftis eft temporum, ut vere dixit Cicero, quid absurdius fieri poteft, quam ita narrare hiftoriam, ut, quid prius, quid posterius gefium sit, ignores? perinde atque vulgus narret fabulas. In hac igitur Chronologia initium a capta Troja sumtum eft, quod Romani a Trojanis oriundi credantur per Aeneam, Ascanium, ac deinde reges Albanos usque ad Romulum, qui Urbis fuit conditor. Fuere autem ab Troja capta ad Urbem conditam anni quadringenti triginta duo. Qui numerus, ter a Dionysio proditus, corrupte legebatur in vulgatis codicibus. Nos autem, collatis ex Chronicis Eusebii annis, ac variis aliorum authorum comparatis locis, regum Albanorum seriem maxime verisimilem ac summe congruentem, diligenti adhibita ratione, deduximus. Et ne nudae essent semipaginae, ex sacra hiftoria Judaeorum reges, qui in haec inciderunt tempora, adjunximus. Deinde etiam Medorum, Macedonum ac Persarum, ut multis daremus ansam diligentius inspiciendi Eusebii Chronica. Quod si quis ea offendatur, ac minime obtundi his lectorem oportuiffe clamet, is sciat, eo consilio a nobis inftituta effe, ut Albanorum Romanorumque regum series ab initio lectorem ducat: alia autem ita appicta,

ut omitti facile queant. Quare lector ea ita existimet, perinde atque vacua margine non adsint. Cujus rei evidens signum est, quod Eusebii supputationem in regibus Romanis, ubi majoris in hoc negotio authoritatis viri Livius atque Dionysius urgebant, omiserimus. Quod autem Hebraeorum reges maluerimus, quam vel Aegyptiorum, vel Lydorum, vel Atheniensium, haec nostra tempora in caussa fuerunt, quibus multi Judaeorum historiam legunt absque omni judicio. Sed breviter omnia eo direximus, ut lectoris utilitas spectetur. Non dicam nunc, quanto labore hoc tam parvum opusculum mihi constiterit, vel quia nemo mihi crediturus sit, si dixero; vel quod gloriolae captator minime videri velim. Hoc dicam, neminem eo in negotio tam cautum, tamque circumspectum esse posse, ut non alicubi vacillet, ut non singulis paginis cavillatoribus sit locus. tanta hac in nomenclatura ob temporum injuriam est confusio. Quod probe mihi ostendit D. AEGIDIUS Tschudus, affinis meus, V. C. apud Helvetios, cum reducem e Roma hisce diebus Claronae invisissem: qui, ut est vir multae lectionis ac omnis antiquitatis diligentissimus indagator, et, quod maximum est, acerrimi judicii homo, ex antiquis monumentis Romae descriptis commonstravit multo secius magistratus nomina habere, atque nobis vel Livii codices, vel Cassiodorus, aliique nonnulli exhibuerunt. Verum nunc non erat tantum ocii, ut ea omnia emendaremus: dabit Deus aliquando, ut id plenius exequamur. Accipe igitur et hos labores nostros, Clementissime Caesar, animi grati erga liberalitatem tuam specimen. Majora et ma debore, et majestatem tuam decere, certo scio: sed in eo fastigio Deus Opt. Max. te collocavit, ut animum benevolum ac gratum non minus velis, quam relatam gratiam. Idem Deus Opt. Max. tuis piis conatibus, felicissime rex, det gratiam in publicum Christiani orbis commodum. Friburgi Brisgoiae, anno a Christi nato M. D. XL. Calend. Septembrib.

PRAEFATIO

EDITIONIS VASCOSANI ANNI M. D. XLIII.

DE UTILITATE LEGENDAE HISTORIAE, SIMON GRYNAEUS LECTORI.

Si quam certa habet ad vitam documenta historia, tam ea sit excerpere et usurpare cuivis expeditum, mortalibus omnibus recta proximaque in uberrimos et fructuosissimos historiae campos sine mora irrumpendum judicaremus. Quid enim vel jucundius, vel utilius cogitari potest, quam in humanae vitae theatro (quod illa partibus omnibus mire instructum habet) sedentem, periculis aliorum, sine suo periculo, cautum sapientemque fieri; exempla capere omnigena, quae ad usum tuum utiliter qualibet in re traducas; cumque maximorum hominum de summis rebus maximis consiliis interfueris, id quod cupidissime

homines avemus, eorumdem etiam eventibus intereſſe; et, quod per anguſtiam vitae hominum impoſſibile ſit alioqui, secula tota memoria conjungere; maximorum imperiorum auspicia, progreſſus, et finem videre; malorum seu privatorum seu publicorum causas liquide cognoscere; in omni ardua magnaque re, qui ante te periclitetur, qui in discrimine te praecedat, habere; nec usquam experimento certo deſtitui; ac, ut in summa dicam, e retroactis (quod proprie sapientis viri officium eſt) futura scienter in omnes eventus prospicere, praesentia judicare? Sed enim cum tanto inſtructiores accedere deceat, quanto fructibus uberioribus gravior hiſtoria eſt et foecundior; cumque difficultas sit eadem et de sua et de aliorum vita recte judicandi; nec alienam quisquam, quantumvis perspicaces hic simus, intueri recte poſſit, qui non poteſt suam; utrumque intelligitur, et summam hic difficultatem versari, et multo ante, quam huc accedamus, non solum prudentia quadam civili tinctos, sed vitae totius certo proposito firmatos esse oportere, ni fluctuare animis, et misere spectris vitae inanibus circumduci perpetuo velimus. Quemadmodum enim in amplissimo maximeque multiplici et omnigenis cupediis referto convivio fit, ut quanquam aliud aliis, paucis eadem, sua cuique, voracibus omnia probentur, ac, prout quisque palato eſt, sic praesenti laetitia afficiatur: tamen et modus sit aliquis, quem proposuit natura, et alimenti genus certum, simplexque et incorruptum maxime, maxime corporibus idoneum: a quorum alterutro quisquis discedit, et ultra vel modum, vel judicium naturae sibi indulget, incommodi plus ex illis voluptatibus, quàm voluptatis, reportet: sic in illa totius vitae humanae diversitate, quanquam mille species, mille proposita sunt, ac qualiter eſt animo quisque et judicio comparatus, sic de vita vel sua, vel aliena sentiat; tamen unica virtutis verae callis: quam qui scienter tenet, recte vita solus utitur. caeteri, quemadmodum illi in coena dubia, cum omnia invitent, quid potiſſimum sequantur, quo tendant, nec in sua ipsorum, nec in aliena invenire vita poſſunt unquam. At si quicquam eſt natura datum homini, quo recte uti contrave liceat, hac uti circumspectiſſimo decebat. Quotus autem quisque eſt, obsecro, qui in omnia dicta, facta vel sua vel aliena, regula virtutis adhibita, cautius, quam in cibos positos, animadvertat, quique se in isto quidem negotio non satis putet doctum? Qua quidem in re mirum eſt, quam se fallant homines, dum hiſtoriam putant eſſe, quae doceat legentem: quum ea materiam discendi tantum suppeditans, sic, quemadmodum convivium illud, talem unicuique praebeat usum, qualiter ipsus eſt animo affectus. Alios igitur suavitate lectionis abduci videmus, et voluptatem secutos, fructus illos pulcherrimos emittere. Iis ex omni hiſtoria non amplius quaeritur, quam quod citharae cantum otia fallentibus: scilicet moleſtiam temporis discutiunt; majori cum moleſtia mox conflictaturi. Nulla enim voluptas eſt, quae non respicit virtutem. Alios illa fulgens gloriae species tantum sollicitat, ac (quae caeteris in rebus animi flexibilitas eſt) in omnem eminentem et excelsam imaginem frustra transformat, oblita non alio gloriosa exempla scriptoribus posita, quam ut virtutem secuti, gloriam ipsi quoque (si nulla offeratur) contemnere; sin

comes addatur, non insolentibus animis perferre queamus. Ac cum ad similem gloriam aspirare sine simili virtute nemo nisi stultus instituat; plerosque tamen videmus, tantum quia praeclaras res legerunt, arduum quiddam sapere, multum sibi arrogare, tragoedis istis similes, qui personarum, quas amplissimas praeferebant, etiam posito habitu mores imitantur. Sunt etiam, atque hi non pauci, quos nova miraque sola oblectant, plebejis animis homines, qui imperitorum more persaepe pluris purpuram, quam virum, emblemata, quam opus ipsum, faciunt. Adeo miram vim in animis legentium historia exercet. Jam cum excitare socordiam humanam, et adversus pericula communire, vel maxime propositum historiae sit, et exemplorum (quibus ad suadendum nihil potentius est) vis eo maxime tendat; securitate hominum, nihil ad se aliena pericula pertinere credentium, fit, ut surda jaceanteque aure memorabilissimae res audiantur leganturque. Denique sunt etiam, qui (quod minime putes) in illam ipsam severioris lectionis partem delinquant, quasi non ut gesta sunt, sed ut geri oportebat res, sic scribi quoque deceat. Igitur ex illa securitate partim, partim crapula lectionis promiscuae et temerariae fit, velut ex humoribus corruptis, ut quaedam judicii καχεξία et opinionis, quam de vita rectissimam et sanam esse maxime decebat, δυσκρασία, lubricumque vitae propositum contrahatur: ac ut intemperantibus nil proficit alimentum, sic ad nos lectionis utilitas prorsus eveniat nulla. Vides, arbitror, quonam pacto legendi historiam, et vitam cuique suam inspiciendi, ratio sit propemodum par. Ac prima quidem haec difficultas est, judicii nostri perversitas, inquam: quae facit, ut non, qua maximam ex sese vim habere exempla decet, sed qua maxime inclinat propondetque animus, impellamur. Est vero et illa non minor, quod res gestas sic scriptores apponunt, ut non solum gratiam aliquam captent, sed et palatum ipsi quoque suum secuti, ac veluti structores quidam, judicium suum interponentes, ultro quaedam laudibus tollant, ac, quidquid videtur ipsis, nobis quoque sectandum putent. Quod quidem si facerent simpliciter, consentire dissentireve facilius sit. Nunc quemadmodum coqui gulam saepius, quam commodum heri, spectant, ita lectorem etiam historicus utinam non magna ex parte captaret. Igitur bifariam jam et nostro judicio et praejudicio scriptorum persaepe circumducimur, ut qui non nudas res scribant. Interpres enim gestarum rerum historicus est: cujus judicium si vitio laborat, perinde fit, ut cum vinum ex sese generosum et nobile graveolentiam vel e vase contrahit, vel alioqui lenocinio depravatur. quae res vel impostura vel inscitia maxima est et intoleranda. Videre uno tantum exemplo licet, quid intersit judicium scriptoris. Prophanus, consilio et industriae hominum magnarum rerum eventa tribuens, quanquam mentiri se tot eventibus expertus, in miram stultitiam conjicit homines; ut quorum omnis notitia, vix oculis subjectarum rerum considerationi sufficiens, vis autem et robur non longe vermiculo supergrediens, ab uno levique successu terrarum orbis administrationem arroget sibi. Sed initiatus ille secus, humano consilio geri res quidem, sed divino moderari docens, et stultitia liberat homines et superstitione, malo non minore. Per caetera quid inter se generibus

officiorum dicent, debet esse bonis quidem (quorum sacra omnia studia sunt) non ignotum. Haec primum eo moneo, ut cum censeam id genus authores vel propter immensam exemplorum innumerabilium vim quam maxime legendos, etiam hoc juvenes cogitent, quam velint circumspecte sollicitequeque legi propositis tantis vel fructibus vel periculis. Perinde enim evenit, si quis vel historiam obiter edeundam, vel vitam ipsam temere et citra exactam omnium conservationem transigendam ducat, quod rusticis, qui eum in vicinae urbis populatione pharmacopolium quoddam instructissimum diriperent, et suavitate bellariorum aromatumque, in quae primum inciderant, illecti, caeteraque generis ejusdem rati, omnia haurirent, sorberent, vorarent, glutirent, alii correpti morbo, alii phrenesi, plerique exanimati sint, nemo non miris modis affectus, risus exercitu toto obortus. Aeque enim commodis, incommodis, ut vita, sic vitae imago historia scatet: in usu tantum vitae sita vitae prudentia totius est. Vale, et his bene fruere.

CAELII SECUNDI CURIONIS

PRAEFATIO.

CAELIUS SECUNDUS CURIO BARPTOLOMAEO CASTROBESUTIO, ANTIQUA NOBILITATE AC PROPRIIS VIRTUTIBUS VERE CLARO S.D.

Latent homines, Barptolomaee ornatissime, hominum virtus latere non potest. Id nunc re ipsa experior: qui, cum te nunquam viderim, tuam tamen pietatem, probitatem, fidem ignorare non potui: utpote qui cum iis familiariter sim versatus, qui eas virtutes probe noverunt, quique earum splendore et lumine illustrati afflatique sunt. Papiae enim mihi cum Ludovico fratre tuo, adolescente modestissimo, necessitudo sane quam jucundissima intercessit: hic vero Jo. Baptista Lovino, amico et propinquo vestro, juvene omni humanitate politissimo, familiarissime utor, cujus etiam hortatione haec ad te scribere sum aggressus. Nam cum Livius hic a nobis emendatus in publicum proditurus esset, audiissetque me eo animo esse, ut in nomine alicujus boni et moderati viri divulgaretur, illico tuum nobis nomen, idque singulari humanitate, prudentia pietateque ornatum, subjecit: quod nos, tanquam omen aliquod faustum, arripientes, hanc novam Livii editionem in tuo nomine apparere voluimus, tua ista humanitate freti, quam nec ab hoc scripti genere, nec a nobis nostrisque abhorrere confidimus. Quae cum ita sint, in his diutius non immorabor, sed, quae sit hujus editionis occasio, breviter explicabo.

Cum Hervagius noster, vir ad vetera literarum monumenta instauranda natus et factus, T. Livium denuo esset editurus, significavit mihi, a meque petivit, ut, si quid afferre possem, quo auctor hic clariss. tum emendatior, tum commodior prodiret,

magisque historiae studiosis commendaretur, id cum ipsius tum bonarum literarum causa praestarem. Ego, qui doctrinae ac praesertim historiae cognitionem et cultum in praecipuis bonis semper duxi, et tali amico gratificari volui, sumptum in manibus hunc rerum Romanarum divinum explicatorem denuo evolvere, atque evolvendo recognoscere coepi. In quo cum multa deprehenderem, quae vel auscipitem afferrent cogitationem, vel corrupta et depravata aperte viderentur, statui eum adhibito anagnoste, eoque diligenti, cum veteribus exemplaribus conferre; et non cum veteribus solum, sed etiam novis aliquot ex iis, qui meliores atque emendatiores habentur. Quod cum fecissem, comperi, me non exiguum mei laboris fructum collegisse. Hoc enim confirmo, me ad ducentos emendasse locos, et pristino suo nitori restituisse: quos hic recensorem, lectorique legendos subjicerem, si ambitiose meam diligentiam ostentare vellem. Verum non hoc quaerimus, sed potius, ut Livium ipsum nitidiorem ab Hervagiana officina emitteremus, quam ex alia ulla (quod paee eorum, qui in eo allaborarunt, dictum sit) adhuc prodierit: id quod facile agnoscent Livianae ubertatis et rerum, quae in ea explicantur, amatores. Nec tamen aliquis hoc ita dictum existimet, quasi extrema sit ei imposita manus, nec quisquam praeterea in Liviana historia sit aliquid reperturus, quod offendat, quod attentum lectorem dubium habeat: nam non nostrum hoc polliceri, nec uniuscujusquam, ut, quod tot doctissimi magnoque judicio viri, et otio abundantes, ante me non praestiterunt, ego solus, qui neque literis, neque ingenio sum cum illis comparandus, in summis occupationibus me praestitisse ausim profiteri. Quin potius doctos omnes, si quid apud illos valeo, imo si literarum dignitas valet, hortor et rogo, in hoc dies noctesque incumbant, elaborent, sudent; ut cum omnes veteres auctores restituant et instaurent, occultos et in situ pulvereque jacentes emittant in lucem, tum maxime historicos; qua una re nihil utilius hominum generi, nihil sibi ipsi praeclarius facere possunt. Nam videmus, ex quo id, quod dico, agitari coepit, simul veteres disciplinas caput attollere coepisse, artium usum bonarum, qui inertia majorum nostrorum exaruerat, refloruisse, et Musas omnes, a barbaris regno suo et ditione pulsas, conjunctis manibus rediisse. Quod si, ut est coeptum, conjunctis animis et operis in hoc strenuam, pro sua quisque virili parte, navabimus operam, spero fore, ut una cum veteribus philologiae castissimae monumentis antiqui quoque mores, justitia, fides, pietas, gravitas, et humani generis vinculum benevolentia, et breviter actas illa aurea felixque postliminio revocentur. Sed in tanta re promovenda, divino favore opus est primum, deinde hominum. A Deo assiduis omnium votis, et precibus, et vitae sanctimonia, pax et tranquillitas imploranda et exoranda est, sine qua nec otium haberi, nec literae tractari, nec alia adjumenta conquiri, aut inveniri possunt. homines vero non modo linguis favere debent iis, qui otio se tradiderunt literarum, sed etiam liberalitate. Id quod principum primum est, deinde et aliorum omnium, penes quos adjumenta sunt rerum agendarum. Cum enim in omni re gerenda duo requirantur, voluntas et facultas, nec altera sine altera quicquam possit efficere, sunt ista duo conjungenda omnino. Vo-

luntas in bonis doctisque viris est ad bonas instaurandas artes, in divitibus facultas. Nam etsi in iis, qui fortunae circumfluunt bonis, docti quoque nonnulli reperiantur; tamen, sive aliis implicati negotiis, sive copiis ipsis emolliti, et pene effoemi nati, sive falsa quadam opinione hasce literarum operas parum decoras rati, paucissimi sunt, qui in eis elaborare velint. Quamobrem si divites, sive illi docti, sive indocti sint, suas facultates cum tenuiorum doctorumque voluntate et animo, quod debent, conjunxerint, non dubium est, quin vel difficillima et maxime ardua cum laude tractari, et ad exitum perduci queant. Quod si fecerint, in hujus felicitatis parte et gloria numerabuntur, tum minus, Diis, erunt et hominibus invisae. Praeclare enim Hesiodus:

Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
Et diris omnia tulit subiecta ruinis.
Fortunatus et ille, dium qui recta monentem
Audit, et inventis ponit vestigia laetus.
Qui rebus non consulit ipse cadentibus ultro,
Inducitque animum voces contemnere vetas,
Ille quidem invisus Divis et inutilis orbi est.

Nos igitur ut, pro nostra parte virili, homini amicissimo gratificaremur, et historiae Romanae consuleremus, non solum Livium emendavimus, sed etiam quodammodo illustravimus: non commentariis aut scholiis, sed mensurarum omnium veterum et ponderum ratione, reque nummaria, uno libello explicata: quae res quam sit ad veterem historiam intelligendam, vitamque communem gubernandam non modo utilis, sed etiam necessaria, mihi ostendendum esse non puto. Quomodo enim vectigalium, pensionum, tributorum, fructuum summas intelligent? quomodo rerum, quarum fit mentio saepissime, pretia aestimabunt? quomodo ea ipsa ad nostri temporis usum moremque transferent? quem fructum ex hujusmodi lectione capient, qui hac, de qua saepe loquor, ponderum mensurarumque ratione instructi ad historiam non accesserint? Quid mensuris, quid ponderibus, pecuniarumque ratione in historiis vel implicatius, vel difficilius, vel obscurius? Duo enim sunt in historiis, quae vel eruditum lectorem remorari possunt, tum ea ipsa, quae diximus, tum locorum, quae memorantur, cognitio. Sed locorum descriptio ab aliis est non mediocriter illustrata: et haec quoque pars, de qua loquimur, a summis est viris pertractata: a Gul. Budaeo primum, qui Galliae suae fuit, et erit semper ornamentum: deinde ab Andrea Alciato, quem Italiae lumen et Jurisconsultorum apicem esse omnes norunt: a Georgio Agricola, summo philosopho et medico, aliisque nonnullis. Verum nos hoc conati sumus, ex illorum variis copiosisque disputationibus et saepe inter se dissidentibus sententiis certam aliquam rationem elicere, eamque ordine describere, et summa brevitate complecti, ac cum Livio Romanae historiae facile principe conjungere, ut longae inquisitionis labor abesset: quae res non modo historiae, sed etiam Jurisconsultis medicinaeque studiosis utilis erit: neque Latinis solum ponderibus et mensuris, verum etiam Graecis intelligendis. Itaque hos nostros quales cumque labores, atque in bonis literis juvandis promovendisque studium tibi, Bartolomaeo clariss. et optime, dicamus, ora-

musque, ut amici non copiosi munus ita accipias, ut animum ipsum, tuarum laudum cupiditate incensum, magis expendas, quam muneris vel pretium vel gravitatem. Id quod non de Livio ipso dico, sed de eo, quod Livio ipsi operae nostrae accessit: cum Livius ipse dignus aliqui sit, qui semper omnibus laudetur, placeat, vigeat, relegatur, ametur. Vale. Dat. Basileae, Cal. Jan. M. D. XLVIIII.

SIGONII

PRAEFATIO.

CAROLUS SIGONIUS BERNARDINO LAUREDANO ANDREAE FILIO PATRICIO VENETO S. D.

Omnes artes, Bernardine ornatissime, quae majorum nostrorum vel excellenti ingenio partae, vel summo labore traditae existimantur, duabus potissimum de causis eximio quodam a nobis (ut opinor) studio celebrantur; quarum una est utilitatis, altera voluptatis. Etenim, si recte attendamus, nihil esse intelligemus, cur ea, quae ab antiquissimis philosophis acutissime, aut a vetustissimis poëtis ornatissime scripta sunt, tanti a nobis fiant, quam quod partim ad nostros animos excolendos, atque ad veritatis et summi boni cognitionem traducendos, partim ad eosdem relaxandos atque hilaritate honestissima perfundendos magnum momentum habent. quod idem in caeteris etiam artibus evenire, ut tum ad vitae praesidium, tum ad animi remissionem a nobis adhibeantur, satis esse cuique perspicuum potest. Quod si ita est, profecto nobilissimum ipsum historiae studium omnium nobis merito maxime retinendum atque tractandum esse videtur, quod ea memorabiles clarissimarum quarumque rerum eventus, quae a priscis hominibus omni virtutis genere ornatissimis gestae sunt; non sine magna nostra tum voluptate, tum utilitate tradantur. Etenim si propter causarum explicationem, rerumque ac consiliorum rationem tantopere libri expetuntur philosophorum, quid esse tandem historia optabilius potest, in qua veterum prudentissimorum hominum cum in republica, tum in re militari egregia institutu, praeclari potentissimorum populorum mores, praestantissima denique eorum in omni recta actione consilia demonstrantur? Sin autem ob inconstantem rerum humanarum naturam ac crebras fortunae vicissitudines eleganter a poëtis expressas eorum nos fabulae adeo tenent atque delectant, una certe historia hac ratione omnium omnibus videri jucundissima potest, in qua variae regnorum ac rerumpublicarum mutationes, admirabiles praestantium virorum casus, ancipites proeliorum eventus, nec opinatae denique victoriae continentur. Atque hoc quidem cum in omni historia verum, tum in ea verissimum esse perspicitur, quae in excellentium praesertim virorum, ac illustrium rerum publicarum, quales multas superiora tulerunt saecula, rebus gestis explicandis versa-

tur. Inter quas vel si omnem priscorum memoriam repetamus, nullam esse reperiemus, quae cum Romana ipsa vel rerum claritate, vel virtutis amplitudine, vel imperii magnitudine comparanda sit. Nam quid aut populi Romani res gestas cum Graecorum rebus, qui iis etiam regibus, qui populi Romani armis cesserunt, aut Poenorum, qui vel florenti republica saepius victi, atque agris stipendioque multati, tandem sub Romani nominis ditionem pervenerunt, aut horum gravitatem atque justitiam cum illorum levitate atque perfidia, aut denique eorum angustias reipublicae cum hujus imperii amplitudine conferamus? ut quemadmodum omnium populorum, regum, et gentium laudem virtute, factis, atque imperio unus post hominum memoriam hic populus superavit, sic, qui res ejus gestas memoriae prodiderunt, qui prope innumerabiles fuisse feruntur, communi omnium consensu reliquis excellere videantur. Sed nescio quonam factum sit fato, ut cujus imperii nulla prope nobis hoc tempore clara ad conspectum vestigia vetustas inimica reliquerit, ejusdem illustria ad famam etiam monumenta aut crudelissime absumpserit, aut certe tam foede multarit, ac depravarit, ut omnino non ipsi solum sanctissimo imperii solo, sed ejus etiam clarissimo nomini bellum ab ea illatum esse acerrimum videatur. Qua tamen in re gravius nos profecto, (si vere judicandum est) quam tanti populi fama, vulnus accepimus. Illius enim eam animis nostris antiquae majestatis imaginem funestae hae, quaecunque sunt, reliquiae obtulerunt, ut amplissimam ac prope incredibilem praestantissimi cujusdam imperii speciem mente ac cogitatione comprehenderimus. Nos autem interea tot exemplorum ad imitandum, consiliorum ad praecavendum, scriptorum ad dicendum fructu uberrimo aut prorsus caremus, aut ea certe ita manca ac deformata, vix ut agnoscantur, habemus. Ego vero et caetera omnia, et ea maxime, quae a T. Livio memoriae prodita de hac republica perpetua quadam historiarum serie fuerant, ulla ejusmodi esse calamitate affecta, indignissime fero; quem quidem inter omnes unum variam multiplicemque doctrinam atque industriam ad scribendum video contulisse. Nam caeteri quidem, quantum ipse intelligere possum, plerique vel annales tantummodo scripserant, vel historias scripserant illi quidem, verum eas aut non tam alte repetierant, aut non tam longe perduxerant, aut denique nec tam copiose, nec tam ornate, nec ad res ipsas sub oculos ponendas, quae maxima historici laus est, tam accommodate tractarant. Factum est autem, ut ingentis illius prope librorum corporis vix particulam quandam fortuna miserrimo quasi quodam ex naufragio conservarit; sed eam ita decurtatam et laceram, ut ad deplorandas Romanae linguae calamitates, non ad ejus opes inspiciendas data nobis illius esse munere videatur. Quamobrem eorum ego semper studium summopere laudandum esse putavi, qui, cum ingenio et rerum cognitione florerent, in hujus velut tempestatis tabulis colligendis, id est in his librorum reliquiis emendandis, atque ab atrocissima vetustatis injuria vindicandis, sibi elaborandum esse duxerunt; cum iidem illi simul et principis quondam terrarum populi famae, cujus nunc paucis tantum, tisque mendosis in libris egregiae laudes et praestantissima facta commemorantur, et praesentium ac futurorum homi-

num utilitati, qui hinc vel ad agendum vel ad dicendum utilissima peterent documenta, consulerent. Quorum virorum insignis ipse ad laudem labor cum omnium credo hominum, tum meo certe in perpetuum, qualecunque erit, judicio atque praeconio celebrabitur. Sed quoniam in tanta vetustate, et tanta monumentorum, ac tam varia labe omnia ab iis loca vel temporum, vel rerum vitio purgari non potuisse videbam, immo vero multas adhuc tanquam vetusti cujusdam aedificii labefactatas superesse partes, quae aut in totum restituendae essent, aut certe adminiculo aliquo fulciendae, dignam esse rem judicavi, in qua magnorum virorum exemplo nonnullum et ipse studium collocarem; non quod ingenio, aut industria plus me illis profecturum esse considerem, sed quod cum multis, quibus illi caruissent, ad Romanam antiquitatem cognoscendam praesidiis abundarem, quod illi multis in locis efficere nequivissent, id eorum me ope non difficile praestiturum esse non desperarem. Neque vero longe aliter res, quam futurum spe animoque conceperam, contigit. Etenim cum me ad Livianos ipsos libros, atque ad ea, quae a caeteris ad eos corrigendos edita sunt, legenda intentiore, quam unquam antea, animo contulissem, tum tam multa loca, quae illi aut obscura parum intelexissent, aut depravata praeteriissent, aut integra corrupissent, inveni, ut jam mihi non Livii magis, cujus ornatissima scripta tam turpibus foedata vulneribus viscerentur, quam nostra ipsorum miserabilis esse conditio videretur; quibus de unoquoque tanti auctoris verbo aut obscuro, aut suspecto, esset merito laborandum. Nam praeter vitiosissima Romanorum magistratuum, atque ipsorum etiam oppidorum, fluminum, atque locorum nomina, et tempora ipsa omni fere ex parte labantia, quae una prope Romanam historiam continere videntur: multas praeterea voces deesse, multas superesse, alias luxatas, alias aut prave interpunctas, aut prodigiose deformatas, sententiam saepe aut nullam, aut alienam, scriptorem sui dissimilem, sibi repugnantem, multo etiam, quam natura ejus tulit, in scribendo duriorem alieno esse vitio animadverti. Quas labes nec Valla, nec Sabellicus, nec Rhenanus, nec Gelenius, nec Glareanus, qui, partim ingenio, partim manuscriptorum librorum auctoritate nixi, in hujus historiae correctione magna cum industriae laude versati essent, aut non vidissent, aut neglexissent, aut certe locupletibus testimoniis destituti non sustulissent. Quas omnes cum mihi, quoad possem, delendas esse statuerem, feci illud, quod vix fieri posse ante crediderat, ut omnia rerum Romanarum monumenta diligentissime perlustrarem. Itaque conjecturis primum iis, quas jam ex diuturna Romanae antiquitatis observatione confirmaveram, deinde manuscriptorum librorum auctoritate fretus, quos quam plurimos, et quam optimos potui, undique convocaveram, lapidibus praeterea vetustis, et maxime consularibus Capitolinis, numisque argenteis, quo in monumentorum genere incorruptam maxime latere veritatem animadverteram, postremo Graecorum libris, tam iis, qui proxime typis impressi, quam qui adhuc tantum manuscripti leguntur, ducibus, atque auctoribus usus, non plerosque solum eorum locorum aut ab aliis depravatos emendavi, aut minus intellectos explanavi, aut omissos attigi, sed immutatam etiam

ab iis et rerum, et nominum, et temporum rationem, et constantiam pristinam, quoad potui, revocavi. Neque vero tam in xxx. primis libris, quos alii suis ante me correctionibus illustrassent, quam in quinque extremis nuper inventis, et in epitoma ipsa etiam mendosissima laboravi, ex qua fructum percipi vel uberrimum posse, praesertim ubi Liviana desideraretur historia, senseram. Et quoniam ad Romanam intelligendam historiam nihil tam aptum esse, quam rectam annorum temporumque descriptionem, judicabam, qua in re dissidentes inter se veteres auctores esse comperiebam; dedi etiam operam, ut, quod Glareanus ante me fecit, ne hac quidem in parte historiae Livianae deessem. Cujus quidem eruditissimi viri labore contentus esse poteram, nisi ab eo in tota ipsa re dissensissem. Neque enim Livium in numerandis ab urbe condita annis eadem ratione usum, qua caeteros, esse reperiebam. Qua ille opinione ductus, dum eorum auctoritatem ad Livianam Chronologiam conscribendam adhibuit, in eam saepe se necessitatem induxit, ut, dum aliorum numeros sequitur, omnino Livianos aut negligere, aut immutare coactus fuerit. Quod illi profecto in ea Chronologia committendum non erat, quam ipse se Livianae praesertim historiae comparare profiteretur. Accedit, quod, dum nimium suum ille voluit in ea re studium indicare, cognomina multa atque iteratorum et multiplicatorum honorum notas magistratibus ipsis affixit, quae non solum studiose a Livio praeteritae, sed ab ipsius etiam Livii sententia, atque adeo ab ipsa historiae veritate, remotae esse videntur. quo factum est, ut nova mihi quoque ad Livianam historiam Chronologia ex Livii potissimum sententia fuerit comparanda. Atque haec quidem omnia cum in unum tandem quasi corpus magno studio redegissem, ac brevibus praeterea explicationibus, ne quem fallerem, ratione consilii factique mei exposita, diligentiam industriamque in hoc genere meam sigillatim probassem; haud mihi committendum esse putavi, ut ea, qualiacunque essent, tibi jam dia cupienti atque potenti diutius deberem. Tantum autem apud me rectissima tua voluntas valuit, ut, quae scripsissem, non ea solum ad tuam et eorum, qui Latinae linguae et antiquitatis Romanae studio tenerentur, utilitatem libentissime ederem, sed tuo etiam ornatissimo nomini studiosissime consecrarem. quanquam jure hoc quidem. Neque enim mihi secus faciendum erat, quam ut, cujus tu laboris auctor sociusque fuisses, etiam fructus in tuo potissimum nomine appareret. quandoquidem tu non solum cohortatione tua me jam inde ante etiam, quam Venetias commigrarem, ad tantum laborem suscipiendum vehementissime impulisti, sed post quoque assiduum te prope mihi in manuscriptis libris colligendis socium adjunxisti. Numi vero aenei atque argentei, caeteraque antiquitatis monumenta, quae clarissimus vir Andreas pater tuus plurima, eaque pulcherrima, summo sumptu ac singulari diligentia ex tota prope Europa Asiaque collegit, mihi dies noctesque ita, cum haec conscriberem, patuerunt, ut vere lucubrationes hae non mea magis industria, quam vestra, nec ex mea potius domo, quam ex vestra, quasi ex aliqua nobilissima omnis antiquitatis officina, prodire videantur. quo quidem in studio adeo ille intentus est, ut, postquam a reipublicae administratione, a qua jam pridem ip-

se sponte recessit, ad otium et quietem se contulit, nihil sibi antiquius esse statuerit, quam ut literas has, et simul omnem vetustatis memoriam, excitaret, ac te geminumque fratrem tuum Petrum, tui ut ore, sic virtute ac probitate, simillimum, et his literis, et hac disciplina imbuendos erudiendosque curaret. Quare, quod studium vestra maxime familia fovit, ejus (ut dixi) fructus vestro etiam potissimum nomini jure, meo quidem judicio, deberi videtur. Nolito enim putare, me aut vestrorum erga me beneficiorum, aut hujus totius officii mei tam iniquum aestimatorem esse, ut eorum me ne particulam quidem hoc, quantumcunque est, munere consequi posse sperem. quorum tanta in omni humanitatis genere magnitudo est, ut me, quia ad referendam gratiam imparem esse intelligo, vitae prorsus pigeat meae. Neque vero mihi tantum etiam tribuo, ut, quanquam florescenti tuae laudi maxime faveo, eam tamen hoc tenui scripti genere apud homines commendare, aut ampliorem reddere me posse existimem; quippe quae a summa nobilitate profecta egregiis paternae educationis institutis innixa, excellentis denique ingenii atque admirabilis industriae praesidiis confirmata ipsa per se absque alterius adminiculo ingredi, et jam latius per ora virum excurrere non ullius indigens praeconii coepit. Te vero potius adolescentem hortabor, vel (ut ajunt) currentem incitabo, ut, quod jamdiu facis, et his studiis, et hac praesertim lectione historiae delecteris, quippe quae utilia suppeditare documenta possit, unde tibi et tuae reipublicae, quod imitere, sumas; ad quam etsi propter aetatem nondum accessisti, tamen his tantae reipublicae exemplis instructum quae una post homines natos totum fere terrarum orbem, dum sanctissimis civilis concordiae legibus stetit, latissime armis imperioque amplexa est, ad istam tuam unam in terris hodie bene constitutae civitatis imaginem capessendam accedere, multum arbitror profuturum. Mihi quidem valde laboratum est, ut et tibi et caeteris, qui ejusmodi scriptoris studio essent dediti, faciliorem ad hunc intelligendum aditum praepararem. quod si qua ex parte hac mea industria fuero consequutus, summum me laboris mei fructum cepisse putabo: sin minus, mihi tamen gratum erit, si me saltem voluisse homines intellexerint. Fuit enim difficile in tanta librorum rerumque mole, me aut semper vigilare, aut etiam vigilantem, quae miris quibusdam vetustatis involuta sunt tenebris, explicare. quam multos tamen locos aut vitiosos a mendis, aut obscuros ab iniquis reprehensionibus, et ineptis interpretationibus vindicarim, qui haec legent, facile cognoscent. quae cum caeteros, tum te inprimis, qui me saepe laborantem vidisti, atque aequissimum quenque alienae industriae judicem, summopere credo esse comprobaturum. Vale. Venetiis, MDLV. Nonis Maji.

JUDICIUM GLAREANI

DE SIGONII SCHOLIIS IN LIVIUM.

D. JOHANNI HERVAGIO, TYPOGRAPHO AC CIVI BASILIENSI, GLAREANUS S. D.

Perhumaniter ac benigniter mecum egisti, suavissime D. Hervagi, quod ad me miseris illius Glareanomastigis Annotationes; de quo judicium meum audire cupis. Atqui valde vereor, ut quis mox exclamet: Nullum esse verum ab hoste exspectandum judicium, praedominari affectum, aversam a vero mentem. Quid multis? ὀνδὲν ὑγιές. Ad haec ego dico: Posse fieri, ut, seposito omni affectu, etiam laesi indigne, recte tamen judicent. De me quidem id promittere fortassis superbum fuerit, sed certe hominis cordati fuerit, non ad cujusvis impudentiam commoveri. De Sigonio isto breviter audi judicium meum. Mihi videtur homo multae lectionis, et velut librorum helluo, ut est apud Ciceronem; sed judicii juvenilis, non addam maligni, qui de bene merito judicat aeque, ut de male merito, ne dicam inimico. Annotationibus nostris plus sexcentis locis adjutus egregie dissimulat, et pro gratia convicia ingerit, imo de me ita contemptim locis aliquot loquitur, perinde atque domi ipsius natus sim verna. Nullum majus in me habet telum declamandi, quam quod nonnunquam in temporum supputatione uno, aliquando duobus annis, ratio nostra ab eo discrepat, cum Dionysii a Livii ac Polybii ratione in totum fere duobus annis differet, quod toties in annotationibus nostris clamo. Et in uno anno cum nemine me certaturum ubique profiteor. Tandem ad quatuor annos devenit, et, ut Hercules Antaeum prorsus conficiat, ultima illa pulchella annotatione, quae est de anno, quando Livius finierit historiam Romanam, ad septendecim annos me jugulat, cum sint etiam confessione mea viginti octo, in quibus tamen nihil negotii est. Quis enim pro certo scire potest, quot ediderit libros Livius? aut quos adjicere voluerit? cum Eusebius cum vixisse in Chronicis scribat ad quartum usque Tiberii annum. Sed audi ingeniosas illius technas, quibus me subdole illaqueat. In annotationibus nostris aliquoties deploro, quod Polybii ac Dionysii Graeca exemplaria non habuerim: unde facile erat aliquot eruere locos. Noster, ubi hoc legit, nactus hoc feliciori tempore exemplaria, ac inspectis locis, ubi haerebam, cum occasionem habuisset laudandi me, quod candido lectori ostenderim hulcera, tum quomodo sanari possint, indicaverim, hic bonus vir id ad contumeliam trahit: Glareanus non legit Polybium Graecum clamitans, neque Dionysii Graecum exemplar habuit. Quod ipse ego deploro, hoc vitio vertit. Sed, quod impudentius est, cum videt, me loci alicujus nomen, quod non est prorsus vulgare, non tenere memoria, ipse vero de hoc me indicante monitus, ibi ad Indices conversus, invento nomine mox Thyados more clamat, Glareanus non legit Ste-

phanum de Urbibus: quasi vero quis omnium nominum meminisse queat, quae uspiam sint apud authores, etiamsi eos legerit. Ter clamat, me non legisse Priscianum, quem ego conjicio me legisse, antequam ille Cuculus nasceretur. Potuisset, si quid pudoris in eo esset, modeste dicere, Glareanus non animadvertit, quod apud Priscianum est, vel quod Stephanus scribit; quod equidem molesse non tulissem: nihil enim offendor candida admonitione, exemplo D. Erasmi Roterodami, praeceptoris nostri disertissimi. Quis autem ei dixit, nec Stephanum, nec Priscianum legisse me? Quis, inquit, de loco dubitas, qui est apud Stephanum. Elegans ratio! Hic vide dialeticum acumen. Sed hoc pulchrius est, quod ait, me nulla antiqua exemplaria habuisse. Unde hoc scire potuit? nempe, unde priora. Ac nihil hunc etiam mentiri pudet, ipse adjutus exemplaribus antiquis sibi hanc impudenter adscribit gloriam. Ego, qui ex collatione multorum exemplarium tot locos emendarim, audire debeo, Glareanus non habuit antiqua exemplaria. Quid si quis, in hoc authore egregie exercitatus, ex locorum collatione, item ex aliorum authorum lectione ac comparatione multa egregie restituere potuit, non ille etiam laudem meretur? Saxa quaedam Capitolina ac numismata objicit, quasi illa sint oracula Delphica, cum in his saepe mire erretur. Ante annos viginti tumultuario studio hasce annotationes mihi collegeram, ac postea publicavi. Verum, nunc nactus exemplaria Graeca, ipse ego in meo adeo opere, si modo aliis negotiis non fuissem occupatus, longe plures locos emendare potuissem, quam plagosus ille Orbilius. In plerisque dubitavi, quod exemplo doctorum virorum, qui saepius haerent, cum indoctis omnia sint pervia, non illibenter facio. Quoties hoc facio, hic candidus judex a me dubitatum, id assertum mentitur. Sane nisi ego dubitassem pluribus in locis, ille, quod reprehenderet, hercle non habuisset. De Praenominibus, Nominibus, ac Cognominibus Romanorum negotium est infinitum, cui nec ille gigas satis fuerit, nec quisquam mortalium: nec magni etiam nunc refert. Quid enim magis obscurat Romanam historiam, quam illa per nomenclaturam quaesita ambitio? Olim omnes familiae suos in magistratu fuisse legere cupiebant. Unde ab historico neglectum aut omissum nomen aliquod, piaculum videbatur apud illos mundi dominos. Verum quid hoc ad nostram aetatem? praestiterit ea pleraque praetermissa fuisse, melius enim sic consultum erat Romanae historiae. Risi autem maxime, cum mecum velut expostulat, quandoquidem Chronologiam ad Livianam historiam, atque adeo Romanam, illustrandam desumpsisse me dixerim, cur duos annos post ducentesimum vicesimum tertium ab Urbe condita non omiserim, quos Livius consulto, ut asserit Sigonius, praetermisit. Ad hoc ego ingenue, quod res est, dico: Cum viderim librariorum vitio annum ducentesimum quadragesimum octavum ab Urbe condita temere omissum, quod et Sigonius mecum fatetur, putabam et hosce eodem modo injuria temporum praetermissos, et adhuc sum in ea opinione. Quod Cassiodorum mihi objicit, nil me movet, cujus codex mille aberrat locis, ut ipse Sigonius probe novit. Ad alios, quos mihi ex Livio objicit, locos eadem respon-

spondeo, quae Sigonius in suis, quas in Chronologiam suam scripsit, annotationibus respondet ad annum trecentesimum quintum ipsius supputationis, ubi mirari se dicit, Livium in tam paucis annis rectam supputationem tenere non potuisse. Haec verba si ego protulissem, Livii correctorem me appellasset, ne dicam calumniatorem. Sed pulchrior ratio est, quam subnectit paulo post: Cum iidem consules, inquit, sint apud Dionysium ac Cassiodorum. At nolo pluribus de illius impudentia, qui ita in me debacchatus est, quasi ejus essem mancipium de lapide emptum; ita superbus Thraso in me jocatur, quasi nescirem literas, quem ego neo verbo neo facto unquam offenderim. Quam gestit ubique gloriae avidus, quam cupit ex jugulato Glareano triumphum. Ego ille diu exspectabit a me ullum responsum, nisi mores mutaverit. Christiano puto malum pro malo non esse reddendum. Hoc merito male me habet, quod ex ea urbe me petit scommatis, ex qua urbe semper modestos viros olim sensi. Qui legati Tiguri in Helvetiis, et ante annos aliquot Haganoiae apud Ferdinandum Caesarem me unice dilexerunt, ac humaniter sunt prosecuti, mihique prudentiae specimen dederant, ac summam spem, nullum unquam fore ex ea republica, qua non est alia praeclarior toto terrarum orbe, quem ego venerer in me immerentem ita saevituram, ut Sigonius fecit, homo minime Venetus. Tibi ego, mi Hervagi, plurimum debere puto, quod me amice admonueris: doleo autem, quod, quid gratiae referam, non habeam: tu animum nunc pro gratia accipias, oro. Bene vale. Friburgi Brisgoiae, anno a Jesu Christi natali M. D. LV.

PRAEFATIONES,

QUAE IN EDITIONE FRANCOFURTANA

ANNI M. D. LXVIII. ET QUIBUSDAM ALIIS OCCURRUNT.

Praefatio Joachimi Grellii Chronologiae praefixa.

CLARISSIMO VIRO, GENERE, VIRTUTE AC ERUDITIONE PRAESTANTI, DOMINO LEONMANNO SCHILLER AB HERDERN, JURIS UTRIUSQUE DOCTORI, AC CAMERAE IMPERIALIS SPIRAE ASSESSORI, DOMINO AC PATRONO SUO COLENDO, IOACHIMUS GRELLIUS S. D. P.

Ut medendi scientia, Architectonia, Agricultura, aliaeque artes ad vitam hominum regendam atque servandam comparatae, idonea, verà, certaque temporum observatione indigent, adeo ut, quotidiana experientia attestante, temporum ratione in iis neglecta, saepius plus detrimenti, quam commodi, rebus humanis adferre conspiciantur: ita et historiae, quae vita memoriae, lux veritatis, nuntia vetustatis, et vitae magistra praedicatur, temporum certa et apta distributio, ad rerum gestarum integram notitiam, tantopere necessaria est habita, ut viri doctissimi, eam unicam historiae lucem, Cynosuram in vastoeaecoque historiae pelago navigantibus, filumque Thesei certissimum ad effugiendos implicitos Labyrinthi errores, dicere non dubitarint. Etsi enim historiarum cognitione nec in Ecclesia nec in Republica magis necessarium, nec ornamento vel decore praestantius, nec ubertate emolumentorum utilius, nec ad delectationem voluptatemque accommodatius quicquam reperiatur, tamen cum homines, eorumque actiones, quae in historiis describuntur, non solum tempore, tanquam certa mensura, contineantur, sed et eo, tanquam sole quodam, in orbe illuminentur, quis id, quod mensura dirigitur, absque metiente recte definiri, vel luminis egens absque eo probe inspici atque discerni posse dixerit? Id itaque populi prudentia clari et viri ingenio doctrinaque praestantes perspicientes, nec sumptibus, nec laboribus in compendiosa veraque temporum descriptione pepercere. Siquidem apud Hebraeos, quorum Respublica ab ipso Deo instituta est, prophetae verba dierum, (sic etenim Hebraei ea vocant) id est, annales et fastos, conscribere sunt soliti, et inde cum ad alias gentes orientales, utpote Chaldaeos, Aegyptios, et Persas, tum denique ad Romanos hoc idem institutum defluxit, ut libri fastorum, in quos cujuslibet anni res insigniores cum mensis atque diei notatione referrentur, a pontificibus vel sacerdotibus conficerentur. Postea vero id sapientissimorum populorum institutum viri docti secuti rem eo dedu-

xere, ut nulla fere civitas vel Respublica extiterit, cui sui antiquorum temporum observatores fastorumque scriptores non fuerint. Sic Asia Charaxem Pergamenum, Ephesiumque Andronem, Persia Metasthenem, Aegyptus Appionem, Judaea Philonem, Africa Eratosthenem, Graecia Archilochum, Peloponnesus Hippiam, Lesbus Theophrastum, Athenae Dexippum et Apollodorum habuisse leguntur. Nec minus hac parte sapientiae, quam aliis artibus, quamplurimi apud Romanos claruere. Nam, ut nominibus eorum abstineam, qui historiis scriptis earum occasione tempora notarunt, fastosque magistratuum digesserunt, quorum prolixus admodum est numerus, sane tot in hoc studio versati fuerunt, ut cum caeteris gentibus omnibus hac in parte certare queant. Non eos a prima Urbis origine repetere libet; at, cum haec ad id fastigium pervenisset, ut et imperii magnitudo, et Imperatorum felicitas, populique Romani virtus, ingeniis praeclaris amplissimam scribendi materiam suppeditarent, reperti tamen fuere, qui ex temporum notatione non minus laudis, quam historiarum conscriptione, se adepturos esse arbitrarentur. Siquidem ipse Cicero, tunc cum Respublica Romana florentissima esset, se tres libros versibus de suis temporibus scripsisse gloriatur. Et quantis idem laudibus Atticum suum extollit, qui, magna cura notatis observatisque temporibus, septingentorum annorum cursum uno libro collegerit? Praeclara quidem dignaque laude haec Attici opera, at non levior Verrii Flacci censenda, qui sub Augusto, Fastis praecipuorum magistratuum a se ordinatis, marmoreoque parieti incisis, ibidem loci juxta Vestae aedem statuam meruit, aliosque post se ad similis argumenti tractationem invitavit. Nam hunc cum alii, tum M. Aurelius Crator, Antonini libertus, et Chrysorus imitati nomina et tempora annuorum magistratuum usque ad suam aetatem perpetuavere, sicuti et hos subsecuti Ausonius, Aurelius Cassiodorus, alii nonnulli, itidem non sine laude fecerunt, id praecipue spectantes, ut historia Romana certa veraque temporum ratione constaret, nec horum incertitudine perturbata, caeca mutilave efficeretur.

Verum enimvero etsi tanta populorum, ut certam temporum descriptionem haberent, cura fuerit, doctique in ea eruenda et adornanda omni studio laborarint, tamen vel quod plerique res citra publicam et probatam fidem, ut Metasthenes existimat, vel per opinionem atque auditum conceptas memoriae prodiderint, factum est, ut nulla prope scientia majori temporum obscuritate, ambiguitate, ac incertitudine involuta obductaque sit, quam illa ipsa antiquitatis, temporumque notatrix historia. Quam plurimis id, tam sacris quam profanis, exemplis probari posset; verum cum id ab aliis luculenter sit factum, nec mei propositi sit, integram de temporum varietate, confusione ac discrepantia disputationem instituere, id unius Livii vel authoritate vel exemplo ostendisse sufficiet. An non is, subinde magistratuum consulumque confusionem reprehendit, et temporum ignorantiam, authorumque varietatem deplorat? Libro secundo ab urbe condita, pugna ad Regillum lacum commemorata, Tanti (inquit) errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magistratibus, ut, nec qui consules secundum quosdam, nec quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate, non

rerum modo, sed etiam authorum, digerere possis. Et rursus de varia authorum opinione lib. 22. Conquerens, Mirari (inquit) magis adeo discrepare inter se authores, quam quid veri sit discernere, queas. Tales loci quam plurimi apud Livium inveniuntur. Verum ut justissimas ejus querelas ac reprehensiones esse fatendum est, sic sunt, qui, quod ipse in aliis reprehenderit, in eo ipsummet arguendum judicent, cum, praeterquam quod interdum dubia, incerta, manca, atque accisa tradiderit, etiam tempora ea, qua par fuisset, diligentia minime digesserit. Quorum reprehensio quam justa sit, non hujus loci est disquirere. Caeterum, si quid horum ab optimo Romanae historiae authore admissum sit, aequissimum arbitror, ut is, qui horum quid in ipso desiderat, perpendat, eum hominem, ut et nos sumus, fuisse, nec omnibus, quae literis mandarit, interfuisse, vel interesse potuisse: verum ex priscis historicis et annalibus ipsum, ut in Praefatione fatetur, historias suas traduxisse et veluti mutuasse, quemadmodum nobis jam ab ipsis veluti per manus tradita, ea sumere necesse est. Si quid itaque discrepans, ambiguum, vel incertum nonnunquam ejus scriptis irrepserit, quis id potius benigne excusare, quam superciliose exagitare non vellet? Quoties ipse testatur, se non posse multa pro certo affirmare, ut libro tertio, ubi sic inquit: Difficile ad fidem est in tam antiqua re, quot pugnaverint, ceciderintve, exacte affirmare. Et quinto sic ait: In rebus tam antiquis, si, quae similia veris sint, pro veris accipiantur. Septimo vero ita scribit: Cura non deesset, si qua ad verum via inquirentem ferret, nunc famae rerum standum est, ubi certam deroget vetustas fidem. Quid hisce Livii locis clarius, ipsum cura investigandae antiquitatis laborantem ad ejus notitiam pervenire non potuisse? Ad haec historiam senex, idque privatus, scripsisse dicitur, non igitur mirum, si in summa historicorum, annalium, ac commentariorum penuria, quae tunc non sine magno sumptu atque labore describebantur, nonnulla interdum omiserit, vel memoria lapsus, diversa ac prope contraria scripserit. Nullus author adeo magnus est, qui alicubi non labatur. Errare humanum est, et nemo adeo providus ac circumspectus extitit, qui alicubi non impingat, idque cum in aliis, tum maxime historicis videre est. Complures ante Timaeum Tauromenitem celebres historici vixere: sed omnes, qui ante ipsum res gestas literis tradidissent, acerbissime, ut Suidas inquit, reprehendit. Sic Athenaeus ipsum Platonem atque Xenophontem accusat, quod quorundam tempora falso et imperite notaverint, ut et Thucydides Hellanicum, alioqui laudatum historicum, Halicarnasseus Fabium Pictorem, Licinium, reliquosque ejus aetatis authores, et alii alios. In eundem quoque modum Aristoteles in Politicis eos, qui Lycurgum Thaletis auditorem fuisse adstruerent, graviter objurgat, et Cicero scriptores quosdam, qui Numam Pythagorae discipulum fuisse dicerent, cum Pythagoras aliquot post Numam seculis primum natus sit. Quin imo tam foedi tantique errores historiam contaminarunt, ut Castor Rhodius Chronica ἀγνοήματα composuisse legatur, quibus ignorantiam superiorum seculorum refellit et emendavit. In tanta itaque errandi proclivitate, moleque laboris maxima, si praestantissimus author, deque Romana historia optime meritus,

humani quid passus sit, ac, velut longo itinere defessus, pede altero impegerit, venia id ac benigna interpretatione, quam insectatione, dignius erit: nam, ut est in veteri versiculo, Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐστὶν ἅπαντα σοφός. Cum vero historia, ex Annii sententia, tunc demum integra atque certa censeatur, si narratione, Topographia, et Chronographia, id est, certa temporum et locorum descriptione constet; ideo docti quamplurimi magistratuum Romanorum descriptionem, aliquibus in partibus apud Livium imperfectam, et supputationem annorum, quibus quisque ab urbe condita Reipublicae praefuisset, interdum claudicantem, interdum ab aliis dissentientem animadvertentes, ne quid authori Latinae historiae principi deesset, hunc utilissimum laborem susceperunt, ut temporum atque annorum seriem, annotatis consulum nominibus, ex his, quae relicta sunt, antiquitatum monumentis accurate colligerent atque discernerent. Inter quos ut quatuor Itali, Bartholemaeus Marlianus Mediolanensis, Onuphrius Panvinius Veronensis, Carolus Sigonius Mutinensis, et Franciscus Robortellus Utinensis, merito laudandi sunt, qui magistratuum Romanorum descriptionem ad lapides marmoreos Verrii Flacci, (ut existimatur) Romae inter forum et sacram viam sub pontificatu Pauli III. anno quadragesimo sexto effossos, atque in Capitolio expositos, tanquam ad Lydium lapidem accommodantes, non solum magistratibus Romanis pro annorum ratione descriptis, sed et toti historiae Romanae incredibilem lucem attulerunt. Sic et vir doctissimus, Henricus Glareanus, sua laude minime fraudandus est, qui ardenti antiquitatis studio, antequam Capitolinae tabulae erutae fuissent, anno 40. fastos consulares, librorum tantum subsidio adjutus, ad sextum usque Tiberii annum deduxit, quorum veluti ductu aliis postea via ad meliora quaerenda, et Romanae vetustatis decus recuperandum monstrata est, ita ut, qui ejus laborem et insignem voluntatem in antiquis historiis restituendis et vendicandis non agnoscat, vel lividi, vel ingrati animi morbum minime obscure prodat.

Tot itaque doctorum virorum opera Livii historia in multis partibus illustrata, cum viri optimi ac rei literariae juvandae cupidissimi, Sigismundus Feirabentus et Georgius Corvinus, Typographi Francofurtenses, de ea suis praelis exprimenda cogitarent, multorum consiliis disquisitis, eam rationem sibi sequendam putarunt, qua Livianae historiae editionem omnibus probare gratamque reddere possent. Cum ergo nihil eorum, quod reliquae editiones habent, sibi omittendum esse ducerent, sed suam omnium aliarum dote condecoratam cuperent, ac prius Lugdunensi ac Basiliensi editioni Henrici Glareani, Venetae Caroli Sigonii Chronologia adjuncta fuisset, ipsi, quibus doctis utramque probatam esse constaret, sed simul huic operi adjicere incommodum esset, ne quid hic desideraretur, curarunt, ut ambae quasi in unam conflarentur, et anni nominaque consulum, ad Panvinii et Sigonii imitationem, tabulis Capitolinis, quoad id fieri posset, accommodarentur, et, quae Glareanus interdum de consulum nominibus variantibus obiter annotasset, ea luculentius fusiusque ex certis historiarum monumentis explicarentur. Quae res quantum utilitatis secum latura sit, quamplurimis exponi posset; verum cum verear, ne, si

id faciam, non tam instituti hujus fructus lectori ostendere, quam meam operam offerre videar, ab eo libens abstineo, optans, ut lector utilitates re ipsa potius experiatur, quam ex mea commemoratione intelligat.

Cum vero, pro veteri more, de patrono huic opellae deligendo dispicerem, atque de eo avunculi mei, collegae tui, consilium exquirerem, eo jubente, ut nulli alii, quam tuae Excellentiae, ejus patrocinium deferrem, id minime vel recusare, vel detrectare volui. Nam etsi me tuae Excellentiae ignotum esse fatear, atque vel importunitatis vel impudentiae argui posse videam, qui eam publice compellare non dubitem, tamen, cum id avunculi mei de tua excellenti virtute judicium sit, ut statuat, te benigne humaniterque hujus opellae patrocinium susceptorum esse, in spem optimam venio, me id, si non merito meo, saltem sua intercessione, citra repulsae periculum a tua excellenti virtute impetraturum esse, idque vel ob id, quod haec opella talium rerum tractationem prosequatur, quas praestantissimi veteres jureconsulti a sua professione minime alienas arbitrati sunt. Siquidem P. Mutium Scaevolam, Rutilium Rufum, Coelium Antipatrum, Fufidium, Tuberonem, aliosque complures Jurisprudentes, non solum juris scientia, sed et historiarum descriptione claruisse constat. Nec recentior Jureconsultorum aetas ejus generis exemplis caret. Celebris avorum memoria Jureconsultus Claudius Seisellus natione Gallus fuit, cujus in Jus civile commentaria in quanto pretio sint, excellentiam tuam minime fugit. At hic, studio juridico historiae cognitione adjuncta, non minorem ex hac, quam illo, laudem retulit: nam et Thucydidem, et Diodorum Siculum, et quaedam Xenophontis, aliaque multa Gallice vertit, et quidem adeo feliciter, ut etiam ii, qui Graecae linguae magnum usum habent, plurimum ei tribuant. Quid dicam de Alciato, qui ut veteribus Jureconsultis Juris cognitione haud dubie est comparandus, sic suum in historiis cognoscendis studium declarare non erubuit, eruditissimis annotationibus in Cornelii Taciti Augustam Historiam conscriptis, quo ea clarior intellectuque facilior per docta hominum ora volitaret. Sed quid externa exempla commemorare necesse est, cum nostratia suppetant? Ante aliquot annos vir doctissimus Wolffgangus Hungerus Spirae ad tribunal juri dicundo totius terrarum orbis amplissimum sedit. Is, ut docti attestantur, quoties per negotia licuit, non solum sibi vacationem ad historicorum lectionem desumpsit, sed et cum Cuspiniani Caesaris multis in locis aliena culpa depravatos cerneret, eorum restituendorum laborem, magno cum studiosorum fructu suscepit, crebro affirmare solitus, Juris civilis prudentiam historiarumque cognitionem, habita praesertim justa ac diligenti temporum inter se, ac studii utriusque collatione, ad efficiendum hominem politicum, reique publicae maxime idoneum gubernatorem pariter currere debere. Ut itaque Excellentia tua, ad horum imitationem sese componens, tantam sibi juris scientiam comparavit, ut in amplissimo Camerae Imperialis judicio juri dicundo praeficeretur, sic minime ambigo eam eorundem exemplo cognitione historiarum delectari, ac severioribus juris studiis defatigatam ad amoena historiarum vireta diverti, ac inde animi recreationem petere. Etsi ergo in spem optimam in-

ducor, Excellentiam tuam hujus opellae defensionem minime gravatim suscepturam, tamen officiose eam oro, ut audacjam hanc in ea compellanda tenuique opella ei offerenda probare, meam de ejus virtute et humanitate opinionem benigne admittere, meque numero eorum aggregare velit, qui eam omni studio observantiaque colere ac venerari ex animo cupiunt. Ad extremum, ut me tuae Excellentiae, sic ejus valetudinem ac prosperitatem Optimo Maximo DEO commendo. Datae Kalend. Novemb. Anno M. D. LXVIII.

Praefatio Godelevaei ante virorum doctorum Annotationes in Livium.

REVERENDO VIRO, NOBILITATE GENERIS, DIGNITATE, VIRTUTE, SAPIENTIA PRAESTANTI, DOMINO JOHANNI AEGOLPHO A KNOERINGEN, WIRZEBURGENSIS ECCLESIAE SUMMO SCHOLASTICO, AUGUSTANAE AC ELVACENSIS CANONICO. WILHELMUS GODELEVAEUS S. P. D.

Praeclare quidem de mortalium rebus mereri, vir reverende, censendi sunt, qui gentium, populorum, ac praestantium Rerumpublicarum res fortiter ac laudabiliter gestas, ingenii et literarum monumentis proditas, ad posteritatis memoriam transmittunt. Nam, praeterquam quod memoriam eorum, quorum res gestas describunt, ab oblivionis interitu ereptam immortalitati consecrant, commemoratione variorum consiliorum et eventuum in quibuscunque negotiis vel publice vel privatim, vel domi vel foris susceptis, et demonstratione, quid in rebus omnibus pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, velut prudentiae universae ac officiorum omnium instructissimum promptuarium relinquunt, ita ut author gravissimus Polybius in commendationem Historiae verissime dixerit: ἀληθινωτάτην μὲν εἶναι παιδείαν καὶ γυμνασίαν πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις, τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας μάθησιν, ἐναργεστάτην δὲ καὶ μόνην διδάσκαλον, τοῦ δύνασθαι τὰς τῆς τύχης μεταβολὰς γενναίως ὑποφέρειν, τὴν τῶν ἀλλοτρίων περιπετειῶν ὑπόμνησιν. Verum, ut his scriptoribus sua, eaque justissima, laus est tribuenda, sic nec ii, qui vel in emendandis, vel interpretandis ipsorum scriptis, operam studiumque collocant, sua laude fraudandi esse videntur. Nam dum corrupta mendisque vitiata in bonis authoribus corrigunt, vel tenebris ac obscuritate offusa illustrant, cum optimorum authorum, qui suo nitori restituuntur, labori consulunt, tum quoque lectoris vel in obscuris locis haerentis, vel in iis a vero et genuino sensu authoris deviantis studia juvant, et mentem depulsis tenebris vera rerum, quae tractantur, cognitione illustrant, ejusque ex deviis in viam rectam reducti gressus, quasi luce praeeunte, in recto expeditoque tramite suscepti itineris continent, eo non tantum eruditionis, sed et humanitatis et pietatis laudem promerentes. Quid etenim vel humanitati vel pietati convenientius, quam erranti benigne co-

miterque, ut ille inquit, viam monstrare, eumque quasi manibus prehensum ad veram rectamque semitam deducere? Id itaque viri docti omnibus aetatibus animadvertentes, operam vel corrigendi vel explicandi cujuscunque generis bonorum authorum scripta sumere non dubitarunt. Ac licet de ejus generis scriptis luculenta, nec a nostro proposito usquequaque aliena oratio institui posset, nos tamen, brevitatis studio eam in praesentia omittentes, atque in aliud tempus rejicientes, de eorum opera breviter dicemus, qui in LIVII historia (quae huic orationi causam praebuit) vel emendanda, vel enarranda laborarunt. Cum enim ipsam, vel temporum injuria, vel hominum incuria, variae multiplicesque mendae invasissent, ac pleraque in ea loca erudita explicatione indigerent, et superiori et nostra aetate complures fuere, qui, quam mendarum correctione, obscuriorumque locorum illustratione opem requirebat, hanc ei adferre conati sunt. In quibus primi, quos novimus, viri doctissimi ac editis literarum monumentis clarissimi, ANTONIUS SABELLICUS, et LAURENTIUS VALLA, enituere, qui, perpaucis quidem sed doctis in LIVIUM annotationibus conscriptis, cum suam in eo restituendo voluntatem, tum quoque viam ejus corrigendi aliis commonstrarunt. Post vero literis in Germania reflorescentibus, tot virorum doctorum opera in hoc authore et emendando et illustrando sese exeruit, ut inter sese in hoc certamen suscepisse viderentur. Nam ne quid dicam de opera doctissimorum virorum BEATI RHENANI et SIGISMUNDI GELENII, qua Basiliensis suffulta editio, caeteris multorum judicio correctior est habita: HENRICUS LORITUS GLAREANUS, mira incredibilique voluntate antiquitatis restituendae inductus, quae ad historiae Livianae emendationem, temporum rationem, Romanorumque magistratuum nomenclaturam pertinerent, tanta diligentia est consectatus, ut omnes, quotquot in ista palaestra ante certarant, vicisse, et ex hoc scribendi genere, tanquam mustaceo, laureolam retulisse censeri posset. Caeterum cum in re lubrica et obscura, diversaque notationes recipiente, nemo adeo providus ac circumspectus sit, qui non aliquando labatur atque impingat, ut LACTANTIUS FIRMIANUS Christianae eloquentiae lumen alicubi recte admonuit, idque Glareano, exemplaribus Graecorum authorum, qui ad Livianae historiae emendationem requirerentur, aliisque monumentis destituto, in quibusdam Livii locis vel emendandis vel explicandis contigisset, CAROLI SIGONII in integram Livii historiam annotationes, ejus sunt subsecutae: quae, si amarulentae doctisque indignae reprehensiones ac insectationes ab iis abfuissent, ut luculentae et eruditae haud dubie omnium approbationem mererentur. Nihil etenim alicujus momenti, vel in erudita corruptorum locorum Livii restitutione, vel obscurorum explicatione, ab eo omissum siccove pede praeterum dici potest. Verum dum humanitatis oblitus, ac vel juvenili fervore, vel gloriae immodico studio abreptus, sibi in carpendis ac lacerandis aliorum laboribus modum imponere nequit, sed in suis affectibus plus, quam deceret, indulget, fit, ut plerique eum aemulatione magis foeda illa, diffidiorumque genitrice, quam utili pulchraque hominibus ad scribendum incitatum putent, et qua ratione alios incessit, eadem ipse ab iisdem sit

impetitus, quique de aliis triumphum sibi pollicitus fuerat, is ipse aliis se triumphandum praebuerit, ita ut, quod de Poëtis Flaccus verissime dixit, de hoc genere scriptionum dici possit:

Caedimur, et totidem plagis consumimus hostem,
Lento Samnites ad lumina prima duello.

Siquidem, cum, Glareani annotationibus plus sexcentis locis adjutus, pro gratia ei convitia ac maledicta retulisset, eumque immerentem indignis modis, non secus ac mancipium de lapide emptum, tractasset, non solum viro optimo atque de antiquitatis studiis praeclare merito, justam sese defendendi necessitatem imposuit, sed et suae gentis hominem virum doctissimum, Franciscum Robortellum, inanis gloriae studio ac ostentatione immodica ita offendit, ut singulares emendationum libros, de ejus erroribus conscriptos, publicaret, gravioribus in iis plagis affectus, quam aliis ipse inflixerit. Hae a tot tantisque viris opera navata, ut vix spicilegium in historiae Livianae explicatione relictum conseretur, extitere tamen nonnulli, qui certos quosdam Livii libros sua interpretatione illustrandos susceperint, quorum in numero commemorantur Veltcurio, Morellus et Saxonius, qui ante Sigonium certos Livii libros suis scholiis illustrarunt. Nec ego adeo universam annotandi segetem materiamque ab istis omnibus praecisam demessamve esse existimans, ut nihil superesset ad colligendum, continere me potui, quin quae a variis authoribus hinc inde in Livii lectione observata, ac diversis locis dispersa essent, consignarem, eaque suo loco disposita in unum quasi corpus redigerem, non spe alicujus laudis inde consequendae, sed ut hac opera mea aliis servirem, eosque quaerendi labore levarem: iis mihi a meo avunculo, studiorumque meorum moderatore (nomini certis de causis parco) communicatis, quae non cuilibet obvia quaesituque facilia essent. Cum vero viri optimi ac honestissimi Sigismundus Feirabentus, et Georgius Corvinus, Typographi Francofurtenses, studio rei literariae juvandae Livium non saltem eximiis figuris, sed et doctorum virorum, quotquot habere potuerunt, annotationibus ornatum, quasique nova veste amictum edere constituissent, eaque in re nonnihil ipsis operae a me navatum esset, hunc annotationum Tomum nemini rectius, quam tuae eximiae praestantiae, inscribi, ejusque nomini clarissimo dedicari posse existimavi, quod, cum Typographi illa, quae Vir doctissimus Henricus Glareanus iniquis maledicisque Sigonii interpretationibus opposuit, nec morte praeventus publicare potuit, abs tua eximia praestantia ad harum annotationum editionem locupletandam commodato accepissent, gratitudinis rationes exigerent, ea nulli alii, quam tuae eximiae praestantiae, rursus offerri. Siquidem illis mutuans, acceptum etiam cum foenore reddere tenetur, juxta Hesiodi praeceptum, a Cicerone approbatum:

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λῷῖον αἴκε δύνῃαι,
Ὥς κ' ἂν χρηΐζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς.

Accessit quoque praedicatio eximiae virtutis tuae, in bonis literis earumque cultoribus benigne juvandis, quae adeo me cepit, ut praestantiam tuam non solum omni cultu observantiaque prosequendam, sed et ejus

faxorem hujus chartacei munusculi oblatione mihi demerendum esse censerem. Tanta siquidem virtutis vis est, ut eos etiam, quos nunquam viderimus, propter eam non possimus non diligere, eorumque benevolentiam singulari cupiditate expetere. Nec mihi veveri subiit, vel munus id minus tuae praestantiae convenire, vel hanc compellationem ei ingratam futuram esse, cum suas olim Annotationes solas Augustissimo omnique virtutum genere laudatissimo Imperatori, Carolo V. Glareanus noster dedicare non dubitarit, et haec compellatio non aliunde, quam ex fiducia concepta e praedicatione virtutis tuae singulari proficiscatur. Etsi itaque institutum meum in hoc annotationum Tomo, tuae praestantiae offerendo, eaque reverenter compellanda, ei minime displiciturum sperem, tamen, ut praestantia tua decurrendo spatium laudatae virtutis, meam de illa persuasionem admittere atque probare, meque in numerum eorum, qui eam studiose venerantur, referre, denique hoc munus benigna fronte suscipere velit, etiam atque etiam rogo. Hisce me tuae praestantiae commendo, cui a Deo Optimo Maximo diuturnam prosperamque valetudinem ad bonarum artium studia juvanda provehendaque concedi ex animo opto. Datae Calend. Martii, Anno M. D. LXVIII.

Praefatio Godelevaei ante ipsius notas.

ORNATISSIMO VIRO, AC DE RE LITERARIA OPTIME MERENTI, D. EUSEBIO EPISCOPIO, TYPOGRAPHO AC CIVI BASILIENSI, DOMINO ET AMICO, WILHELMUS GODELEVAEJUS S. P. D.

Nae ego, opera in Livii historia explicanda sumpta, quasi Iliada post Homerum scripsisse, multis videbor, Episcopi optime. Tot etenim doctissimorum virorum lucubrationes in eam exstant, ut omnis commentandi materia aliis praecisa atque adempta videri possit. Nam, ut prae caeteris duos commemorem, quid vir eruditissimus Henricus Glareanus, ut Livius pristino nitori restitueretur, non est molitus? et quid Carolus Sigonius, antiquitatis indagator diligentissimus, post eum intactum vel indiscussum reliquit? Veruntamen, etsi iis plurimum deberi fatear, eorumque labori tantum, quantum meretur, deferam, non tamen propterea me deterreri passus sum, quin, quibus bonos juvenes in lectione Liviana juvari, quasique in salebra morantes extricari posse existimarem, ea malo atramento chartis meis illita aliis communicanda censerem. Nam, praeterquam quod in medio omnibus palma est posita, qui artem tractant Musicam, ut Comicus ait, saepius etiam doctissimos viros, aliorum industriae in rerum tractatione nonnulla relinquere scimus. Nemo siquidem, Varrone autore, reprehensus, qui a segete ad spicilegium reliquit stipulam et ligna. Itaque pervolvendo variorum autorum scripta, ab iis in Liviana historia vel animadversa, vel explicata, vel notata consignare, quasique operam decerpentem in excursu vago et errabundo navare non dubitavi. In qua, si qui subductioris supercilii nonnulla re-

mento, subere, plumis, pappisque cardnorum leviora, vel alinnde emendicata esse duxerint, hi norint, cupio, gravibus non constare pondus suum, nisi levium comparatione cresceret, et me in parabili et corrogato pane acquiescere, aliis locupletioribus mundam annonam et siliginem suis convivis appositurís. Nec ex hoc mustaceo tam lauream quaerere, quam aliorum laborem, ne ista quaererent, levare studui. Ideo, ut pueri in ludo solent, dictata fideliter reddidi, neque in furto deprehendi, quam ingenua verecundia profiteri malui, cujus magisterio profecerim, et cujus deposita servanda acceperim, hac spe concepta, quod etsi magna non sint, aut recondita, tamen ut humiles myricae interdum, reptantesque per humum lascivi hederarum pampini, et in tabernarum fronte promptae merces, non in interioribus penetralibus et hypothecis latentes, homines delectant, sic studiosi Livianae lectionis, nec obtrectandi malignitate suffusi, ista favore amplexuri, et si forte hisce centonibus, ex variis panniculis consutis, purpurati offendantur, sagati et male vestiti eos recepturi sint. Qualemcunque vero opellam, hisce centonibus colligendis impensam, tibi, Episcopi optime, imprimendam transmittere animus erat, quod ex avunculo et studiorum meorum fautore singulari D. Simone Schardio, Camerae imperialis Assessore, intellexissem, tibi, ut aliorum multorum, sic quoque Livii impressionem ex Hervagiana haereditate comparata delatam esse. Caeterum cum Francofurtenses Typographos, viros optimos, studio rei literariae juvandae te in ea antevertisse cognovissem, quidquid hujus opellae fuit, ipsis tradidi, bona spe, non minus meam erga te voluntatem tibi dedicatione, quam communicatione ipsius opellae, probatum iri, cum hac usus ejus tibi saltem concessus fuisset, illa, una cum usufructu, proprietas ejus in te transferatur. Ita mihi virtus atque humanitas tua clarissimi viri Simonis Schardii oratione praedicata est, ut non dubitem, quin hoc meum factum in te compellando, meamque erga te propensionem, cum inductione animi quadam propria, tum virorum optime de te sentientium praedicatione susceptam, sis approbaturus. Idque cum tam certo mihi persuadeam, ut id abs te minime rogandum existimem, hoc vicissim de me tibi polliceberis, si quae grata officia tibi a me praestari queant, nulli nec fidei, nec diligentiae, nec operae, ut ea declarentur, parciturum me esse. Vale feliciter. Datum Midenae, xv. Januarii. Anno 1568.

PRAEFATIO EDITIONIS PARISINAE ANNI 1573.

REVdo CARNUTUM ANTISTITI, D. NICOLAO THUANO, JAC. GOHORIUS SAL.

Etsi quum ex sermonibus tuorum (Antistes optime) tum ex quibusdam benevolentiae indiciis ex te coram ipse percepi, ea gratulatione, quam de hac amplissima dignitate nuper literis complexus essem, satisfactum tibi fuisse: tamen mihi ipse nondum omni propinquitatis officio erga te satisfecisse videor, nisi

eam, quae domesticis parietibus contingeretur, in lucem publicam a primo quoque tempore eduxerim. Nam tanta est beneficiorum principis senatus Parisiensis sapientissimi fratris D. Christophori in me magnitudo, tanta spes ex liberalissima pollicitatione tuorum, ut nullam occasionem praetermittere debeam testificandae omnibus passim meae erga utrumque vestrum non ingratae voluntatis. Qua enim ope doctrinae studiorum possum, referre vobis aliquam gratiam vehementer cupio, dum praeter alias animi dotes, vestram in jure dicendo incredibilem scientiam vigilantiamque, in administratione reipublicae singularem prudentiam monumentis literarum commendem. (Juvat profecto citra diuturnam posteritatis exspectationem, vivos interdum aliqua suae gloriae suavitate perfrui.) Minime vero exspectatis a me, qui in literarum otio jamdudum conquiesco, aliam (scio) meritorum remunerationem: itaque T. Livius, meis animadversionibus paucis licet instructus, primum prodit in lucem; qui, si quando iterum dabitur, multo prodibit instructior. Qua autem opus hoc Livii est historici Romanorum celeberrimi, vobis est certe dignissimum: qua mei quicquam inest, (tametsi minus dignum) tamen quantulumcunque est, mancipio est vestrum. Haud vero dubito, quin Livium hunc nostrum tam libenter oblatum manibus contrectetis, quam olim Romae Gaditani proceres, ut os illud viventis cernerent, e quo (D. Hieronymo teste) lacteus eloquentiae fons manabat, ab extremis Hispaniae oris pedibus non pepercerunt. Non enim ignoratis F. Quintiliani de illo judicium, Herodoto adaequantis ob miram in narrando jucunditatem clarissimumque candorem, ob lacteam in concionibus ubertatem, a quo dicuntur omnia quum rebus tum personis accommodata, a quo motus animi supra ceteros scriptores optime exprimuntur, adeo ut immortalem illam Sallustii volubilitatem (par magis, quam similis) diversis virtutibus sit consecutus. Nec opinor, vos Livium magis contemptui habituros, quam Tacitus imperator suum Tacitum historicum; cujus, tamquam gentilis, familiae cupide se inseruit: qui quidem perhiberi Livio potest.

Cornelius longo sed proximus intervallo.

At praeter facultatem copiamque scribentis, argumentum hoc ipsum rerum à populo Romano gestarum, principe orbis universi, ob earum gravitatem, varietates casuum, fortunae vicissitudines, maxima vos perfundet suavissimae lectionis voluptate. Quem enim, nisi fere ferreum, (ut primordia tantum urbis delibem, quae nunc animadversionibus notavi) quem non (inquam) geminorum infantium regiorum expositio in alveo Tyberis miseratione commovet? vadoque fluitans spes illa imperii terrarum, moxque belluae ad vagitum accurrentis eorumque nutricis futurae subsidium mira hilaritate reficit? Cujus pectus casta Lucretia, pudore potius, quam mortis metu, a regio stupratore expugnata, non gravi dolore, quum suum illa gladio, confodit? Totus equidem perhorresco, (et ex meo aliorum sensum judico) quum Mutium lego dextram accenso ad sacrificium foculo Porsenae Regis jussu injicientem, et velut alienato ab sensu torrentem animo, hostemque ipsum, miraculo virtutis attonitum, juvenem a cruciatu revocantem. Sed stupore quodam sane teneor, quum

Lucretiae vindicem Brutum regumque expulsorem hic intueor, in liberos suos, perduellionis a consule damnatos, (qui spectator erat amovendus) supplicii exactorem, deligatos ad palum, nudatos virgis caedi a lictoribus et securi feriri cernentem, ut inter omne tempus pater vultusque et os ejus spectaculo esset, eminente animo patrio inter poenae publicae ministerium. Cujus vero studium in legendo non erectum unius Horatii Coclitis, in ponte sublicio agmen Hetruscum sistentis, propugnatione, ac post pontis ruinam armati in flumen desilientis et telis usque quaque horridi tranatione retinetur? Quorum exemplorum in utramque fati partem cum imperii incremento crescit quoque in historia magnitudo. Jam vos spero Livii amore captos tanquam Herculem et Theseum pro famae nominisque ejus defensione libenter adversus ista calumniatorum et invidorum monstra arma esse capturos. Inter quos non mirum est, si paulum abfuerit, quin Cajus princeps ejus; tanquam verbosi in historia negligentisque, scripta et imagines ex omnibus bibliothecis amoverit, quod de Homero quoque ac Virgilio, quem ut nullius ingenii minimaeque doctrinae carpebat, imo de juris vestri libris statuerat, ne quid praeter aequum responderi posset. Contra Augustus (qui Horatium Virgiliumque praecipue dilexit) hunc nostrum aequalem tulit etiam Pompejanis in operae partibus faventem. Parvi (arbitror) facietis ab Asinio oratore Patavinitatis obtrectationem, qui Tacito ipse durus et siccus visus est, et obsoletae vetustatis nimius amator: et ut viri illi magni calumniae invidiae aliisque humanae imbecillitatis vitiis obnoxii fuere, Ciceronem quoque Calvus ut solutum et enervem, Brutus ut otiosum atque disjunctum, alii ut supra modum tumidum, exsultantem, nec satis pressum insectantur. Pudet autem recentium quorumdam; ejusque potissimum, qui, quo Paulum Aemilium haud spernendum rerum Francicarum authorem venditaret, nescio cujus generis dicendi fusi atque tracti ostentatione Livio anteferre ausus est, in quo soles (ad te p. ps. me converto) limato illo politoque judicio tuo laetitiam quandam fili nitoremque desiderare. Et quoniam hospes ille morum nostrorum facile expers fuit, defueruntque illi prisca certaque Senatus acta, Chartophylaciique regii atque aliorum tabulariorum publica privataque monumenta: Tu, (inquam) cui nihil me negasse fas est, onus mihi secundum Praefecti Aedilium-que plebis postulatum S. C. imponis historiae P. Aemilii retractandae, et opere continuo regum reliquorum res gestas ab excessu Ludovici XI. persequendi. Quod prepediem, ope veterum annalium tabularumque fretus, aggrediar: nec interpolandis Arn. Ferroni scriptis, ut horrida nitidis mutentur, jejuna plenis, hiulca et soluta numerosis, vaga et confusa distinctis atque ordinatis, opera abutar. Historiae autem Aemilii velut corporis quidem sani augendi perpoliendique negotium libenter suscipiam, ne qua emineant venae, aut ossa numerentur, sed bonus temperatusque sanguis impleat membra, exsultetque toris, nervos quoque ipsos robur tegat, decorque commendet. Quam ad rem ista Livii ex occasione nova tractatio peropportuna mihi visa est ad afflatum ex eo velut cujusdam historici furoris mente hauriendum. Vale, Lutetiae Parisiorum.

An. Dom. M. D. LXXIII. Idibus Junii.

PRAEFATIO EDITIONIS FRANCOFURTANAE ANNI M. D. LXXVIII.

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. ALBERTO, COMITI PALATINO RHENI, AC DUCI BAVARIAE, DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO, CUM DEBITA OFFICIORUM DELATIONE SALUTEM AC FELICITATEM PERPETUAM P.

Pindarus in Olympiis Agesiae Syracusano victoriae carmen scripturus, Princeps illustrissime, ac Domine clementissime, graviter admonet, incipientis operis splendidum ac praefulgidum initium esse debere. Ita enim in rebus humanis plerumque fieri videmus, ut, quemadmodum initia ponuntur, sic caetera etiam sequantur, ac finis initio ut plurimum respondere soleat. Nobis itaque hoc tempore LIVII historiam, in nostra officina elaboratam, edituris, tuaeque Celsitudinis inclito nomini dedicaturis convenire videbatur, vel in hoc prooemio historiae laudes decantare, vel Livii encomium instituere, vel Romanae historiae excellentiam verbis, quibus id fieri posset, amplissimis exaggerare. Verum, ne quidquam eorum in praesentia faciamus, diversae nobis suadent rationes: quod et Historiae utilitates ab aliis doctissimis viris subinde sint commemoratae, et LIVII opera SABELLICI, BEROALDI, et STEPHANI NIGRI eruditissimis orationibus huic operi adjunctis ita ornata, ut nostra tenuitas iis nihil adjicere queat: Romanae denique historiae ea dignitas sit, ut administrandae Reipublicae ratio ex nullarum gentium historiis, quam Romanis, melius perfectiusque disci posse censeatur, quod ut Romanum imperium omnium amplissimum, rerumque gestarum magnitudine clarissimum fuit, sic melioribus institutis et legibus, quam caeterarum gentium, gubernatum fuisse deprehendatur. Hac itaque de causa Historiae Liviique laudibus omissis, iisque aliorum eruditae praedicationi servatis, si de opera nostra, in Livii editione adornanda impensa, nonnihil dicamus, cum apud alios, tum vero inclitam Celsitudinem tuam, veniae locum nobis fore speramus. Cum ergo cognosceremus, quanta universae historiae, tum vero Livianae dignitas ac excellentia esset, quantasque illa in Reipublicae gubernatione versantibus, ad prudentiam civilem comparandam, utiliaque consilia sequenda, commoditates adferret, rem a nostro instituto, eo spectante, ut rem literariam pro virili nostra sedulo juvemus ac promoveamus, minime alienam nos facturos esse putavimus, si quid impensae ac operae in ea nostris praelis exprimenda insumeremus. Toties vero ea variorum praelis excusa, ut exteri, Veneti et Galli, cum nostris hominibus in hac edenda certasse videantur, nobis diligens accurataque circumspectio adhibenda fuit, ut eas rationes sequeremur, quibus nostra editio, si non caeteris melior ornatiorque, aliis tamen et bonitate et ornatu par esset. Id enim ni fieret, valde nobis metuendum foret, ne opera nostra nobis periret, et pro lucro damnum risumque referremus. Ideoque, ne ejus periculi aleam subiremus, omnium, quotquot habere potuimus, editionum exemplaribus collectis, lectionem,

quae omnium emendatissima ac Livianae ubertati convenientissima videretur, imitati sumus, nihil in eo facientes, cujus ex diligenti exemplarium inter se collatione probabilis ratio lectori facillime apparere non queat. Deinde, cum quamplurima apud hunc authorem loca essent, quae erudita enodatione ac diligenti illustratione indigerent, non solum ei, quae antea doctorum virorum in eum vel Observationes vel Annotationes exierant, adjunximus: sed et cum variis in locis ab iis, quasique aliud agentibus, quam plurima ad sententiam Livii recte assequendam perquam utilia annotata, vel in adversaria relata perspiceremus, ea collecta, atque in unum veluti corpus redacta, tanquam novam accessionem ei adjecimus, bona spe, perpauca apud hunc authorem loca fore, quorum vel illustratio vel explicatio desideretur, id in hoc curantes, ne quisquam sua laude fraudaretur, sed ingenua nominis sui allegatione laboris exhausti debitum fructum referret. Ut vero mediocribus ac tenuioribus hac opera nostram in ipsorum studiis juvandis voluntatem probatam testatamque esse speramus: sic ditioribus quoque hac editione liberam aliquam animi oblectationem afferre cupientes, praecipuas historias eximiis picturis effingi, rerumque, quae a Livio lacteo eloquentiae fonte illustrantur, expressas imagines, vivamque effigiem eorum oculis subjici curavimus. Opera sane, quae a perpaucis in hoc genere suscepta est, nec nobis exiguis impensis constitit, veruntamen non penitus utilitatis expers: cum pictura non solum, quod Poëta inquit, animum intuentis pascat atque oblectet, sed et res altius tenaciusque animo infigat. Ac tanta inter utramque affinitas est, ut pictura historia tacens: historia vero pictura loquens rectissime dicatur. Nam sicuti Historici, sic Pictores historias ac res gestas delineant, omniumque rerum imagines, lumen, splendorem, umbras, eminentias ac depressiones effingunt. Quare non minor fere utilitas picturis, quam historiis, inesse videtur. Unde etiam olim pictura tanto in precio fuit, ut primum gradum liberalium artium obtineret.

Etsi autem nihil, quod ad editionem hanc ornandam, vel diligenti exemplarium, cum veterum tum recentiorum, collatione, vel conquisitione eorum, quibus authori lumen adferretur, vel artificiosa pulchraque historiarum expressione, reliqui nobis fecerimus, in id intenti, ut nihil aliorum editionibus adesset, quod in hac requireretur: non tamen adeo nostra nobis placet, ut eam penitus perfectam, omnibusque numeris absolutam esse, gloriari velimus, ita, ut viri docti nihil sint habituri, in quo veluti agro ingenii sui vires exercere valeant. Nullus id inter doctissimos hactenus sibi tribuere est ausus: a nostra ergo tenuitate id quam longissime absit, quam omnibus fere praesidiis, quae ad id requiruntur, destitui ingenue fatemur. Nam licet voluntas nobis egregia sit ad juvanda literarum studia, tamen, cum haec a facultate destituta inanis fere sit, quid de nobis polliceri queamus, non videmus. Si tamen, qui nobis facultate sunt instructiores, eam nostrae voluntati conjungere, ac veluti aggregare dignarentur, eniteremur, omnique studio in id incumberemus, ne quenquam sui in nos officii poenitere posset, nec nos nostris partibus defuisse videremur. Caeterum cum hanc operam nostram in publi-

cum emittere statuissemus, eam sub inclitae Celsitudinis tuae nomine apparere voluimus. Nam praeterquam, quod ea in hujus authoris lectione, ad prudentem Reipublicae administrationem, rectumque vitae cursum feliciter tenendum, quamplurima ejus consiliis conformia ac respondentia inveniet, vix ullus inter omnes veteres Historicos extat, qui de inclita Bojorum gente, cui Celsitudo tua praeest, ac dominatur, plus memoriae prodiderit, quam hic LIVIUS noster. Nam cum Boji, post primum ex Armenia in Vindelicianam adventum, in tantam multitudinem crevissent, ut pro more ejus aetatis populorum, novas in Galba Italiaque sedes quaesitum ivissent, ac omnia inter Padum et Alpes partim a Cenomanis, partim Libuis et Saluviis tenerentur, ipsi, Pado ratibus trajecto, non Hetruscos modo, sed etiam Umbros pepulissent, populo Romano aliisque vicinis gentibus varia cum ipsis bella intercessere, quorum ea cum laude Bojorum a Livio mentio fit, ut ejus historia ipsis prae caeteris legenda esse videatur. Quod illustrius roboris ac fortitudinis militaris Bojorum exemplum inveniretur, quam quod author noster recenset, Lucium Posthumium consulem, cum viginti quinque millibus armatorum in agros Bojorum progressum, tanta clade affectum, ut vix decem homines effugerint, Romanis ob eam ita perterritis, ut, tabernis clausis, velut nocturna solitudine per urbem acta, Senatus urbem circuiri jusserit? Iniquior Livius plerisque in locis Gallicae genti esse solet, jam ejus fluida corpora, ac famis, sitis, aestus, moraeque impatientia suggillans, jam ejus res gestas odiose elevans, nonnunquam etiam de ea contraria scribens, in Bojorum tamen rerum commemoratione tali fide uti videtur, ut nullum in iis affectus signum apparet. Quam sedulo commemorat, quae praestantissimis Romanorum ducibus cum Bojorum gente bella fuerint? Non bella Furii Purpurionis, C. Appii, L. Cornelii Merulae, Minutii, Scipionis atque Marcelli praeterit, sed, ut rerum gestarum ordo exigit, fideliter ac accurate ea describit, ita ut hac de causa authorem minime indignum judicaverimus, quem tuae inclitae Celsitudini ob laudem decusque gentis, cui praeest, offerremus.

Huic causae et majorum inclitae Celsitudinis tuae erga bonarum literarum studia, maxime vero historias, propensio singularis accessit, quos, historiae utilitate cognita, id sedulo perpetuoque egisse scimus, ut veterum historiarum monumenta diligenter conservarentur, et res recentiores scriptis traditae ad posteritatem transmitterentur. Non singulos commemorari necesse est, sed quis non laudet LUDOVICUM Bavariae principem Ingolstadiensem, Seniorem cognominatum, qui eo tempore, quo literae foeda barbarie obrutae essent, artiumque bonarum usus inertia majorum exaruisset, amore historiae Patriae ductus, Andream Flaminem Augustinianum ad annales Bojorum scribendos benignissime conduxit? Successit huic aliquanto post tempore Georgius, Landshutensis cognominatus, sub quo ita Bavaricae res, ut nullius alterius, perscribi illustrarique coeperunt. Nam et Vitus Arenpeck sub eo de rebus Bojorum Latina et vernacula lingua diligentissime scripsit, et Joannes a Vilnberg curator Hedwigis, uxoris ducis GEORGII, auspiciis Imperatoris FRIDERICI tertii res

Bo-

Bojorum patrio sermone literis mandavit, ac ejusdem ducis Georgii jussu Georgius Hugo Philosophus itidem Bojorum res gestas illustrare conatus est. Horum deinde vestigiis inclitae Celsitudinis tuae parens ac patrui insistentes, talem in rebus patriis illustrandis animum declararunt, ut nulla in Germania (quod citra cujusquam injuriam vel adulationis suspicionem dictum volumus) gens vel familia sit, quae res majorum luculentius vel eruditius, quam tuae Celsitudinis ditio, descriptas habeat. Nec vero Celsitudo tua, ditionem paternam atque avitam adepta, majorum virtuti cessit, sed una cum haereditate virtutem majorum adiit. Nam cum, quae illi maximis sumptibus atque impensis collecta, vel emendandi causa, vel alias ob rationes, pressissent, in tuae Celsitudinis potestatem pervenissent, ea illa tanta benignitate communicavit, ut non saltem de gente sua, sed totius Germaniae rebus gestis, praeclare merita esse censeatur. Nos itaque haec considerantes, quam gloriosa de inclitae Celsitudinis tuae gente a Livio prodita fuerint, et quam propensa majorum ejus erga historiarum studium voluntas fuerit, nulli omnium historicorum principem, ac rerum Romanarum divinum explicatorem rectius, quam inclitae Celsitudini tuae, offerri posse censuimus. Tantus aliarum Celsitudinis tuae virtutum splendor est, ut vel is solus gratiam quam maximam huic dedicationi afferre posset, sed nos, nobis imbecillitatis nostrae conscii, de Celsitudinis tuae laudibus tacere, quam pauca dicere, malumus, exemplo Sallustii. Etsi vero non dubitemus, quin inclita Celsitudo tua nostri instituti in hac dedicatione rationes clementer sit approbatura, easque suo favore prosecutura, tamen, ut eas, tanquam ab eximia virtutis gentis Bojorum admiratione, et observantia inclitae Celsitudinis tuae singulari profectas, clementer admittere, et nos, qua bonos omnes, benevolentia dignari velit, etiam atque etiam rogamus, cum illa mentione, quemadmodum veteribus olim Romanis atque Graecis, non solum patrios atque indigetes Deos pro se, sed et exteros adorare licuit, sic nobis vestri ordinis homines, quantumvis non admodum notos, vel gratia suae observantiae testificandae, vel vestrae benevolentiae promerendae, compellandi veniam dari solere. In ejus spem cum et inclitae Celsitudinis tuae virtus, humanitas, ac benevolentia, et nostra in eam observantia singularis non adducat, quod ad extremum superest, operam nostram Celsitudini tuae, eam cum tota familia ac generosa sobole, totaque ditione Optimo Maximo Deo hisce commendamus. Datae Francofurti ad Moenum, Idib. August. Anno M. D. LXXVIII.

Inclitae Celsitudinis tuae deditissimi, Sigismundus et Johannes Feyerabendt, cognati.

DEDICATIO ET PRAEFATIO MODIANA ANNI 1588.

ILLUSTRISSIMO JUVENTUTIS BELGICAE PRINCIPI, CAROLO COMITI EGMONDANO, FRANCISCUS MODIUS BRUGENSIS S. P. D.

Mihi vero nihil quidquam debet esse antiquius, Illustrissime juventutis nostrae Princeps, quam ut in iis, quae te velle intelligo, morem tibi, et quidem primo quoque tempore, quoad fieri potest, geram. Ut enim merita nulla exstarent erga me tua, quae quidem et plurima et maxima in me jam olim a te profecta numquam aut dissimulavi, aut obscure prae me tuli; ea sunt in te animi virtutisque ornamenta, quae vel sola, etiamsi cetera absint, quae in te cumulata visuntur, bona, quemvis, etiam ignotum et peregrinum, nedum me domesticum quondam actionum tuarum et laudatissimorum studiorum morumque testem, in tui amorem simul et admirationem tacita vi quadam impellant. Itaque cum me, a te ultro in familiam tuam ascitum, toties tamque amice evocari et invitari ad pristinam illam nostram consuetudinem viderem: abrupi tandem vincula omnia, quibus in Germania per hos annos aliquot me constrictum attineri passus sum, et collectis sarcinulis in viam me dedi, revisendi tui tanto vicissim ardens desiderio, ut nulli mihi (quamquam secundo Rheno descendenti) neque remi neque venti facerent satis. Sed heu me miserum! quam vere dictum est, et veluti ex oraculo depromtum illud,

Nescia mens hominum fati sortisque futurae.

Ecce enim, dum te mihi jam videre, dum exoptatissimam tuam dextram tangere et osculo delibare fingo; spectataque mox gaudia mente et cogitatione praecipio; incensus etiam magis magisque ad hoc, si modo hic ulla accessio ad prolixissimam meam erga te voluntatem fieri potuit, sermonibus clarissimi viri JACOBI CAMPII, Reverendissimi Domini, et Serenissimi Principis, Archiepiscopi et Septemviri Electoris Coloniensis etc. Consiliarii, et Bonnensis Decani, utriusque nostrum amantissimi; et cum meorum commodorum, tum tuae crescentis gloriae studiosissimi. Qui multa mihi appositissime per eos dies, quibus occasione renovandae cum eo et nobili viro ADOLPHO SCHEIFFARTO A MERODE, Bornhemii Domino, amicitiae, an fato dicam, substiti, de te et rebus tuis, a quo tempore ipse in Germaniam abieram, saepe narravit. Dum, inquam, etiam hac praedicatione amplissimi et gravissimi viri magis inflammatus ad institutum iter Hannoniam versus, ubi te agere intellexeram, maturandum, totus in hoc sum, ut me in viam rursus dem, incidit ut, cum quasi postridie profecturus supellectilem omnem meam convasassem XXII. Decembris, apud Confluentes Natalem Sospitatoris nostri Christi optimi maximi concelebraturus, incidit, dico, ut ea ipsa nocte infelix Bonna irruptione, nec citra manifestae proditionis suspicionem, a notissimi cujusdam barbari impura cohorte, et nescio qua fece et colluvie hominum, si tamen homines sunt vocandi, qui nihil hominis praeter formam habent, caperetur. Ubi ipse quoque exutus omni non tantum corporis cultu et auro, quod mihi multo-

rum principum virorum annis superioribus contulerat liberalitas, verum etiam vestitu universo, quo non tantum honesto, sed plane, si quis mei ordinis alius, splendido instructus eram, in teterrimum carcerem conjectus sum. In quo quam miseriam non vidi? quid per menses prope duos passus, imo quid non passus sum? letabilibus tantum non vulneribus duobus in capite affectus, et in latere sinistro ita mulctatus, ut nunc quoque ejus brachii idoneo usu caream. Audeo dicere, nugae merae sunt, quae de feritate Turcica narrantur; si cum horum latronum immanibus factis et tyrannica barbarie conferantur. De quibus tamen quia erit, ut spero, alius aliquando, atque is quidem opportunior, quam hic sit, dicendi locus, iis omissis, nunc hoc tantum dicam, certissimam mihi ante oculos mortem fuisse: nisi me ex illo ergastulo idem, cujus supra quoque honoris caussa memini, JACOBUS CAMPIUS, numerato haud exiguo pro me lytro, eximendum curasset. Cujus hodieque hic comitate et alloquio sustentor, animi juxta alioqui et corporis aeger. ubi ad alia mea mala hoc quoque accessit, quod, neque dum obductis cicatrice vulneribus Bonae acceptis, ita repetitis morsibus a cane in crure dextro convulneratus sum, ut et lenta et difficilis admodum ejus curatio futura videatur. Cui dum operam do, quia necessario mihi hic contra animi mei, credo etiam tui, sententiam per aliquot dierum hebdomadas adhuc subsistendum video: mitto interea pro me tibi Livium meum, cum doctissimis doctissimorum virorum in eum ingenii et industriae monumentis, commentationibusque; a nobis, quoad potuit in tanta temporis angustia et negotiorum mole curarumque aestu, et a mendis non paucis vindicatum, et Notis quoque subinde notatum. Quem principem historicum spero sane mea caussa tibi posthac etiam fore commendatiorem: utpote illum, in quo ea (ut recte vir quidam nostra memoria doctissimus censuit) orationis sit copia et varietas, tam prudens in exponendis rebus temporum, locorum, personarum observatio, tales recte administrandae reipublicae admonitiones, talia documenta, tanta et tam admirabilis in concionibus vis, ut, tamquam Pericles alter, fulgere, tonare, omnem denique Italiam atque omnes terras, in quibus Latine scitur, permiscere videatur. Cujus nomine ac fama motos ab extrema usque Hispania et Gadibus, eruditissimo etiam illo ac felicissimo Augusti seculo nobilissimos homines Romam venisse accepimus: statimque, ut eum viderant, abiisse; ne id magnificentiae ac majestati tantae urbis, in qua orbis terrae imperium visebatur, dedisse viderentur. O singulare divini seculi de divino homine judicium! Quem divus Hieronymus lacteo eloquentiae fonte manare judicavit: quem M. Fabius, supra quam narrari possit, eloquentem appellavit; quem denique omnis hactenus posteritas admirata est. Neque id non jure sane. Est enim jucundus adolescentibus, et ad alendam Latinae Linguae elegantiam et copiam idoneus auctor; robustiorem vero aetatem vel gravitate sententiarum, vel delectu verborum, vel explicatione maximarum rerum, adhibita prudenti personarum, temporum, ordinis observatione, vel locorum descriptione, vel ornandi omni genere, et retinere in legendo potest; et imitatione sui ad summam eloquentiae gloriam perducere. Et hunc tu, CAROLE Generosissime, talem

Scriptorem, talique et tanto elogio prudentissimorum et praestantissimorum in omni doctrinarum genere virorum dignissimum non in sinu, non in oculis feras? Imo hercle facies, si te bene novi: et ipse cum Deo mox praesens apud praesentem de his talibusque non paullo uberius differam. Qui, simul itineris quassationem et jactationem ferre potero, non jam accurram ad te, sed plane advolabo: ne sic quidem tamen sat cito te visurus. adeo cum Romano illo, gravissimo alioqui viro, quod volo, valde volo. Cupioque hinc, quicquid est in me doctrinae, non parvo meo mihi labore et nonnullo etiam jam rerum usu comparatum, quicquid est judicii, ingenii, industriae, fidei, quae in nobis mediocria inesse censuit aliquando doctor tuus et adolescentiae moderator Hieronymus Berchemius, JCtus elegantissimus, quoque homine, nisi quod in me fortasse virum lynceum fefellit amor, nihil est in judicando oculatius, id totum tuae laudi tuaeque gloriae in posterum servire. Nam etsi fortasse is ego non sim, qui egregium aliquid praestare possim; adeo tamen magnus est amor erga te meus, ut hic facile, quod in me in hoc genere defit alioqui, suppleturus videatur. Accipe igitur, Illustrissime adolescens, qua soles fronte, quae a me tui studiosissimo profecta intelligis, nunc Livium meum, imo tuum: et ipsum me quoque ita exspecta, ut ne quando quid caussae esse videri possit, cur aut me officii et obsequii mei, aut te propensae erga me voluntatis et tui tuorumque de me judicii poenitere debeat. Vale quam optime, o et praesidium et dulce decus meum. Datum in Agrippina Ubiorum Colonia, XI. Kalend. Apriles CIO IO LXXXIIX.

FRANCISCUS MODIUS BRUGENSIS AMICO LECTORI AMICAM SALUTEM.

Constitueram et ipse uberiores Notas in Livium ejusque epitomas scribere, benevole Lector, et ab aliis quaedam emendicare, quae editioni huic nostrae non parvo ornamento fuissent; sed hoc cum maxime agentem obruit vis fati ea, quam ne commemorare quidem citra morte ipsa acerbiorem dolorem possem: nisi quod leviter tetigi eam, et, quantum vulnera mea prope exitiabilia passa sunt, in meis ad Illustrissimum juventutis Belgicae nostrae Principem CAROLUM Comitem Egmondanum etc. literis.

Huic igitur calamitati meae, qua nulla gravior post homines natos mortalem quemquam perculit, imputari velim, si quid forte in hoc opere occurret, quod minus ad doctissimorum nostri seculi virorum gustum et sapientiam faciet: daturus de reliquo operam, ut parvi, magni, qui me norunt, qui non norunt, propediem intelligant, non mihi plus praestandi in hoc tanto scriptore voluntatem aut facultatem, sed tempus et occasionem defuisse. Plura ut scribam, nihil attinet, in tanta praesertim corporis animique aegritudine, quantam senti ante hac numquam. Ite mortales, et in opibus vestris, in potentia, in gratia spes vestras collocate; tantillum unius horulae momentum vos cum illis una perdet et pessum dabit. Sed majora sunt mala nostra, quam ut querelas admittant; mediocres

calamitates planctus decet. hoc meum infortunium plus quam capitale est, quod neque solatio ullo leniri et levari potest, et acerba nimis recordatione etiam intolerabilius redditur; cum ea amiserim, ea mihi per summum scelus erepta sint, a quibus si non immortalitatem, certe memoriam quam maxime diuturnam exspectabam. Cum quibus si mihi saltem letaliter laeso etiam perire licuisset, in lucro id non parvo posuissem: nunc Diis aliter visum est. Vivo in poenam; quam ne hisce talibusque etiam augeam ultro, finem facio, et te, Lector, qualicumque hoc labore meo uti frui feliciter jubeo. Datum in Agrippina Ubiorum Colonia XI. Kal. Apriles CIↃ IↃ LXXXVIII.

PRAEFATIO GRUTERIANA ANNI CIↃ IↃ CVIII.

ILLUSTRI GENEROSISSIMOQUE DOMINO, DOMINO, SIMONI, COMITI LIPPIAE, WESTPHALICI CIRCULI PRAESIDI, ETC. SAC. CAES. MAJESTATI A CONSILIIS, S. P.

Quum Prudentiae auspiciis omnia, minima, maxima, qua publice, qua privatim, tam pace, quam bello, recte constituantur, rectius augeantur, rectissime serventur, non injuria etiam magni fiunt, parentesne ejus an nutritii, Usus atque Historia. Verum enimvero, quandoquidem Usus angusto ad modum vitae humanae circumscribatur circo, et saepe interim accidat, ut equi currusque naufragium faciant, antequam septenas obierint vias, atque id circo vel nullos, vel paucos humanae rei observent flexus: Historia vero nec fines agnoscat regionum, nec metas temporum; jure alteri praefertur. Quae tamen quoniam non una est eademque facie, utpote neque gentis unius, neque aevi; ea profecto fert primas, quae et diuturnitate annorum, et rerum domi forisque amplitudine reliquas superat. Id ipsum quum absque controversia debeatur historiae Romanae, tam longe lateque progressae, ut, qui eam excutiant, non nationis unius, sed generis humani facta discere videantur: non pessime merentur de studiis humanioribus, qui memoralium scriptorum auctores vel primi protrahunt in lucem, vel protractos quidem, sed fractos, sed corruptos, integrant restituuntque. Et huic quidem speciei medicinae jam a centum annis ita insudatum fuit a viris in omni disciplinarum genere primariis, ut nihil pene ad omnigenam classicorum auctorum felicitatem desideraretur, quam ut possit esse perpetua: si modo iisdem quoque ab ultima manu impendissent curas secundas, tertias, quartas. Ita dico. nam si quae sunt in rerum natura, quae saepius amant inspici, versari, examinari, sunt scripta veterum: nec ullis tam contigit esse beatis, ut unius alteriusve industria atque vigiliis, aliorum repetitionibus ac retractationibus, tamquam minus necessariis supervacaneisque, praescriptum sit praejudicatumve. Itaque quum Titum Livium, a Francisco Modio ante octodecim annos recognitum emendatumque, rursus publicare amaret Typographus non e multis Jonas Rosa, meque graviter adjuraret per fidem et observantiam, quam debeo uti-

litati publicae, ne gravarer excutere bonitatem librorum Bibliothecae Palatinae, cui jam aliquot annis praesum beneficio celsissimi Principis ac Domini, Domini Frederici IV. Comitis Palatini ad Rhenum, Electoris primarii, etc. ea fui frontis imbecillitate, ut petitioni ejus statim acquieverim, uberrimoque historicorum non poenitendam contulerim symbolam. Potuissem amplius aliquid, nisi mentem manumque tenuisset religio: per quam factum, ut saepius maluerim nonnulla relinquere ambiguae sanitatis, quam praetextu remedii (ut hodie plerumque fieri et video, et rideo) novum inferre vulnus. Erat etiam in proclivi, insequi vestigia Sigonii, et plurima emendare ad fidem Fastorum Capitolinorum, ad fidem Inscriptionum veterum, praesertim in nominibus, sed neque ea uti libuit scientia, nisi raro, nisi modeste, et ubi allubescebat scriptura membranarum corruptior. Et hanc quidem qualemcumque opellam sub florentissimo nominis tui auspicio in publicum producendam putavi, vir Illustris, ob causam non unam. Plane si commentaria rerum equestrium aut venaticarum, sive adeo rusticarum piscatoriarumve eis inscribuntur hominibus, qui hujusmodi operum studiis impense delectantur: non erat sane in procerum ordine quaerendus, quem legerem; erat potius legendus, qui excellebat. Ecquis enim est in hoc tractu Germaniae, qui literas, qui literatos amat, aestimat, fovet, supra te? Per me quidem alii atque alii digno persequentur praeconio constantem virtutum tuarum seriem, non simplice itinere ingredientium per templum Gloriae ad ipsam Aeternitatem, tu mihi eo ipso es optimus maximus, quod non asperneris, imo quod tantum non captes, vilibus tantum animis vilem, titulum *doctissimi*; quod, quidquid vacui habes ab negotiis Imperatoriis, ab necessitatibus patriae publicis, id omne lubens merito impendas lectioni monumentorum veterum. Nempe, qua es sapientia, experiris literas omnium fundamenta esse virtutum: quae virtutes ut forte natura insint homini bene nato, est tamen simillimus agro, foecundissimo quidem, sed inculto, producitque purgamenta pro frugibus. hinc, contra seculi hujus opinionem, liberaliores artes suavissimis tuis liberis, juventutis suae vere principibus, hoc est Christianae reipublicae bono proprie natis; exemplo instillas, verbis commendas, testamento praescribis. quoque eas sectentur fidelius atque alacrius, indulgentiae tuae paternae vim adhibes, eosque procul ab oculis, procul ab osculis parentum, ablegas ad Academiarum externa, cum spe ac fiducia certissima, reportaturos inde, veluti ex opulentissimo mercatu, illud illud incomparabile (quidquid vulgus Cyclopum contra sentiat) rectae erectaeque nobilitatis ornamentum, *bonas artes*. Tu interim, optime Heros, quid? ne nullo non loco incurrant in oculos eaedem illae omnis industriae atque laudis nutrices, imo matres, intimae aulae sacrario adornas Bibliothecam, omnibus auctorum generibus instructissimam. Narro tibi, virorum summe: non semel mihi aliisque Francofurti in nundinis fuisti miraculo. Alii fere proceres per plateas librarias incedebant, tanquam si canes Nilum biberent, id est, in rem suam occupati, ne circumspiciebant quidem. at enim tu eis potissimum in locis versabaris assiduus: nec contentus perlegisse titulos librorum, praefixos tabernarum frontibus, ipsas subis officinas,

ipsas excutis, ac merce sua mox pauperas. Quod factum nunquam refero D. Henrico Smetio, socero quidem multis mihi nominibus observando, tibi autem clienti antiquo, quin ille statim alia atque alia referat, interque caetera, jam tum olim in adolescentulo vidisse eas virtutes ingenii, non solum ad percipiendas disciplinas, sed pietatis, probitatis, humanitatis, liberalitatis, ut non solum metuerit generosioris illius arboris plantae, ut quae ita statim deformatos ostendebat fructus; ut metuerit, inquam, ne festinata illa maturitas inter homines diurnaret. Sed et eidem socero meo summam movi voluptatem, ut nuper ipsi, ex ore administri tui, edissero, optimum senum, D. Nicolaum Thodenum, pueritiae tuae ac deinde juventutis praeceptorem, tuo permissu agere peregre in alto otio, et tamen integra eidem adhuc procedere stipendia. Verum quid his immoror? quanti facias res et artes honestas, vel inde abunde pateat, quod et ego, infra omnem mediocritatem mediocris, ejus tamen apud te sim dignationis, ut ingenioli nostri quales quales conatus universos illustri illi tuae librariae dignos censueris, censeasque. Quid ni enim mirifice diligas amplexerisque (liceat enim, quaeso, quasi praesentem alloqui, qui, etsi conspectu abes, animo tamen revelli non potes) edecumatae existimationis viros, quum non adsperneris eum, qui talibus comparatus vix merear audire umbrae somnium? certe qui abunde mihi consecutus videor, si eorum item audiam amator admiratorque, hoc est, qui voluntate quidem atque adfectu erga optimas artes fiet aliquis, facultate vero atque effectu nullus. nam qua fronte amplius aliquid mihi adrogem in isto perpetuo exsilio, in isto perenni luctu? Et sic tamen, Generosissime virorum, audeo petere, ne hoc qualecunque studium venerationis et cupiditatis Camoenarum nostrarum averseris, sed aequi potius bonique facias: gnarus maximis quibusque regibus atque Imperatoribus gloriae fuisse, quod, relicto illo supremo majestatis suae culmine, descenderint ad humiles Apollinis valles, exutaque persona tragica induerint comicam, dignati alloquio suo ac tutela Orchemenias Deas, ipsarumque clientes. Nempe norant et ipsi, non alia de causa antiquitus exstructam Herculi ac Musis communem aram, quam quod mutua quadam conjugatione juvanda adornandaque veniret; Musarum quidem quies et otium virtute Herculis, virtus autem Herculis lingua ac voce Musarum. Ut ut est: non nisi prudenter mihi delectus es, summe Comitum, cujus peramabile nomen libri hujus introïtu adponerem; efficacissimum contra livoris et inscitiae morsus amuletum. quam geminam disciplinarum omnium pestem ut deinceps magis atque magis auctoritatis tuae fulmine attones, ne rogo quidem, eo ipso futurus in naturam, in consuetudinem tuam plane injurius. Numen illud potius supremum adoro venerorque, ut te, seculi nostri virum primarium, diu diuque sanum servet atque incolumem, magno totius Germaniae majoris, omnium doctorum ibidem ac bonorum, maximo illustris familiae Lippiae bono, cui fausta omnia ac felicia animitus opto voveoque.

Generosae vestrae
Illustritudini

addictissimus
JANUS GRUTERUS.

DEDICATIO ET PRAEFATIO

GASP. LUSIGNANI

Ante fragmentum lib. XXXIII. in prima editione Romana anni CIↃ IↃ CXVI. obvia.

SCIPIONI BURGHESIO, S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO, GASPAR LUSIGNANUS F.

Romam, quasi postliminio, revertitur, Cardinalis Illustrissime, pars historiae Romanae, a T. Livio conscriptae. Non illa quidem annos aut lustra, sed aetates, et multas aetates, hujus lucis usura prohibita, et altissima generis humani oblivione sepulta. Nimirum haec etiam, quantulacunque sunt, temporis felicitatis sunt: quando, quae tot seculis nemini licuit, virtute optimi principatus videre nobis conceditur. Urbes Urbi innascuntur; populus Romanus populis augescit; tam multis aedificiis frequentantur Urbis regiones; tot civium millia numeramus, quae ante decennium non numerabamus. Jam sacros colles fluvii rursum irrigant; sed nunc primum salubres. Jam gemmae vestiunt parietes; sed religiosos. Jam amplissimis templorum aedificationibus moles accedunt, et, quorum diuturni operis videbatur consummatio, ea, maxime amplificata, paucissimis annis ad summum perducta suspicimus. Demum, quod mirabilius est, tam grandis civitas, tot alumna dissimilibus moribus nationum, in omnium rerum copia, dulci tranquillitate, ac beato fruitur otio, omnibus placido pacatis imperio. Sed harum laudum possessio quod ad te etiam pertinet, Cardinalis Illustrissime, qui tanto in principatu egregie secundas agis, non committam, ut, quasi in os laudando, modestiam tuam laedam. Itaque Livii fragmentum, quod nunc Urbem revisit, clarissimo nomini tuo dicari profecto par erat; tum quod debitum obsequium tibi par erat praestandum; tum quod ad Civitatem tanto intervallo temporis recuperandam, tua illi opus erat auctoritate; tum etiam quod tua in fide ementiti nominis calumniam non erat quod reformidaret. Romae Kal. Decembris. M. DC. XV.

ERUDITO LECTORI.

Non leve damnum, quod probe nosti, erudite Lector, contraxerunt Latinae literae, dum a nitidissimo et emendatissimo corpore Livianae historiae ea membra exciderunt, quibus orbatum cernimus, ac justam indignationem nobis lacessit vulnus, sive ab inimica vetustate, sive a barbarico furore, sive ab humana incuria illud accepimus. Nam tanta ubertate ingenii tantaque felicitate industriae desudatum opus nihil minus merebatur, quam ut lacerum ad posteros perveniret. Deinde haud parum nobis sincerae et eruditae voluptatis, variaeque et grandis utilitatis detrahitur, dum interrupta opera contemplari T.

Livii scripta ea jactura compellimur. Longum hoc persequi, praeterquam quod non est existimare difficile, si rem universam spectes. Quantum enim sapientiae, quantum virtutis, pacisque ac belli artium habeat necesse est vitae populi Romani, orbis regnatoris, a prima ad supremam usque tempestatem deducta narratio? praesertim ubi non desideres auctoris judicium, neque diligentiam, sermonis vero suavitas, splendor, copia, majestas, et, ut semel dicam, admirationis plena eloquentia abunde sit. Quod si magno in pretio est probatissimi antiquitatis artificis e ruderibus male erutus marmoreus, aut aeneus sine nomine truncus, pascendis oculis artis ostentatione factus, est profecto cur plurimum gratiae habeatur Francisco Bartholino Urbinati, J. C. multi ingenii et doctrinae; cujus beneficio, quantum aberat tertio et trigesimo Livii libro, in lucem redit. Jacebat nobilis operis fragmentum desertum in codice vetusto Bibliothecae venerabilis Capituli Ecclesiae Bambergensis, inde Romam per Bartholinum feliciter migravit. Verum etsi longa dies vitam illi non invidit, sanitati certe et nitori non pepercit; etenim ita illuvie foedum, et cicatricibus scissum reddidit, ut, licet figuram, unde statim agnosci posset, non everterit, multis tamen partibus labefecerit. quo factum est, ut edendum non videretur, antequam sanesceret, suoque colori et nitori restitueretur. At postquam et Bartholini et aliorum eruditorum hominum, praesertim A. Quaerengii Utr. Sig. Ref. V. C. manus tantum praestiterunt, ut non invereconde egredi posset, et amici suadebant, qualecunque emittendum esse, ut aliorum etiam Literatorum industriae de illo bene merendi locus relinqueretur, in eorum sententiam itum est. Fruere igitur, Lector, tam multis seculis denegato bono, ac reliquum librorum T. Livii vel a te reperiri posse, ne desperes, siquidem scitum est illud: *Cuique accidere potest, quod cuiquam potest.*

PRAEFATIO EDITIONIS GRUTERIANAE

ANNI 1628.

PRAEATIO AD LECTOREM.

Quale factum fuit Francisci Modii in Livio publicando sub annum CIↃ IↃ LXXXVIII. tale etiam fere meum, hoc est, tantum non capitale. Bis vulgavimus Patavinum istum, anno scilicet CIↃ IↃ CVII. et anno CIↃ IↃ CXIX. Sed utrumque absque notis: quod nunquam aut otii tantum aut temporis datum fuisset, ut digne satis eadem expendere atque elimare possemus ullo seculo, nedum hoc nostro, quo

Et pueri nasum Rhinocerotis habent.

Unde factum, ut ante plures annos excitaverim disciplinae meae alumnum Janum Gebhardum, juvenem haud tralaticie versatum in optimis artibus, auctorque ei fuerim, ut, post me-

prioresque Criticos, Historici hujus, non versus modo singulos, sed et verba syllabasque, et diligentius et exactius, quasi in auraria trutina, ad fidem auctoritatemque manuscriptorum Palatinorum, aliarumque Bibliothecarum monumenta, examinaret. Eo in opere dum sedulo versatur; ecce tibi decumana bellorum etiam nunc insanientium tempestas. ea, ut unumquemque sibi ipsum consulere coëgit, Gebhardum quoque extra patriam longius ejecit. Quare postquam Livium Fischeriani tutores tertium revocare cupiunt sub praela sua, tertioque opem operamque nostram implorant; rejeci eos ad viridia Gebhardi genua, cui tantum non facem meam antea tradidissem; rudem profecto meritus ob aetatem morbidam, nedum ob aerumnas laboresque improbe exantlatos in illo stadio per annos omnino quadraginta. Verum quid? dum ipsi haec atque illa caussantur, propiusque urgent simplicitatem meam, ne auctori tam familiari, et tantum non domestico, desim; pro ea facilitate, imo indulgentia, qua semper fui erga illud hominum genus, id ipsum denegare non potui. quin eisdem, praeter notas veteres, deproperatas ante annos viginti ad hunc nostrum, polliceor insuper recentiores policitas, e naufragio librariae meae adhuc reliquas. parvae quidem rei, fateor, si comparentur cum Dissertationibus illis diffusis, quas in eum auctorem accuratius emoliebar, sed quae tamen juventuti studiosae, judicii minus adhuc confirmati, ad ea digitum intenderent, quae potissimum e memorialibus libris usui suo privato publicove excerpere, animoque condere et possent, et deberent. Promisi autem istud tanto promptius prolixiusque, quod in caligine et confusione, et, quod inde sequitur, squalore atque horrore, status communis, nulli rei liberet vacare, quam votis et suspiriis; abjecta qualicunque studiorum meliorum meditatione. Huc accedebat quoque intemperies minime civilis novae, nescio cujus, Parisinae societatis, quae eodem tempore, me prorsus inscio et ignaro, Livium sub nomine meo produxerat in publicum. Qua in re majorne fuerit Quatuorvirum eorum impudentia, an caecitas, merito ambigas, Lector benigne. Si enim iisdem humanum ac come visum fuerat, invadere alterius Typographiae labores ac sumptus; at summae tamen erat et vecordiae et turpitudinis, eam editionem meam relinquere, cui ultimam, hoc est meliorem, adhibueram manum, vobisque obtrudere primam, tamquam delectaremini adhuc glandium amarore, repertis frugibus. Ii praeterea quam religiose ac fideliter repraesentarint typis suis ea, quae ante viginti annos vulgavi, ipsimet viderint. nam quibus illa fuit supina negligentia, ut ipso statim frontispicii meditullio tantum a meis recesserint, ut ridiculis se traduxerint plane soloecismis, quid non peccarunt in tam vasti operis progressu? Noveris igitur, Lector, Parisinam editionem anni CIↃ IↃC XXV. minime esse traducem meae tertiae. ne curas quidem expressit secundas. Livium quem heic modo vides, is est, qui ab incude mea adhuc calet, relectus a me emendatusque a capite ad calcem, non sine sudore ac fatigatione multiplici, ob characterum exilitatem, oculis istis senilibus oppido inimicam. Quid praestiterim, tui est aestimii, Lector. Multa certe in textu mutavi, plura etiam delevi, sed praeeuntibus semper aut libris scriptis, aut editionibus omnium primis Joan. Andreae,

et Joan. Campani, ideoque paribus dignitate autographariis, unde manarunt. parcius nihilominus postremis his aurem praebui; gnarus quantum etiam religiosorum morum Critici ingenio suo permittere soleant. Quae in Livianis delevi, ea, si erant momenti majoris, fideliter semper indicavi in Notis meis: sin erant minoris, silentio involvi. Cui enim bono jactare se de particula aliqua ejecta, quam vel luscitioso appareat, natam in officinis interpretum? Exempli gratia, ubi legitur libro primo tmemate nono ante finem, *aut indignatio minor*, prius fuerat in vulgatis, *aut indignatio est minor*. Item ubi habemus tmematis undecimi principio, *fusi igitur primo impetu*, prius fuerat, *fusi sunt igitur primo impetu*. Tales dictiunculas pluribus adhuc locis perstare, non semel queror in notis; sed non etiam ausus sum tollere, nullo velificante codice plutcario. Quae in Livio mutavi, pendent aut a libris nostris aliorumve; aut a judicio certissimo excellentium in his literis virorum, qui lectiones antiquas ad cotem limatae veritatis serio exploraruut. In nominibus propriis non fui admodum scrupulosus, arbitratus parum referre, exarareturne *Tybris* an *Tibris*, *Aemylius* an *Aemilius*. Ne tamen heic quis putet me fuisse affinem negligentiae, is sciat, excussisse et Panvinii, et Goltzii, et Sigonii, et Ursini, et Pighii libros: quaeque proxime accedere videbantur ad Tabulas Capitolinas, ad caeteros historicos, recepisse ultro in contextum. Quid enim superstitiosius, quam recedere nolle a chirographariis schedis, eisque adhaerere in omnibus per omnia, quum experientia clamet, plerasque depictas aut ab hominibus linguae Latinae tantum non rudibus, aut seculo illo, quo eadem lingua interpolabatur vel barbariae faecibus, vel aliter pronunciabatur, quam florente imperio Romano? Sequamur sane Cynosurae Helicesque loco exemplaria cariosa, ubi rationem ipsa sequuntur, nec longius abeunt ab analogia ac publica loquendi consuetudine. Verum, ubi monstra praeferunt ac prodigia, stolide ea adoramus pro miraculis oraculisque. Itaque ubi extat Patavini nostri libro secundo cap. XXXVI. somniator de plebe *T. Latinus*, quo nomine citatur plerisque scriptoribus: quum proderet Sigonius, fuisse in suis MSS. *T. Latinius*: sciremque ejusdem hominis mentionem varie fieri ab aliis, et nunc appellari *Annium*, nunc *Vatinium*, nunc *Attinium*, nunc *Atinium*: judicio meo obsecutus, retinui reposuique illud ultimum. idem secutus sum in caeteris. Quare non est, quod superciliosus quis, aut adeo livoris cliens, ferocius me invadat vel fastidio, vel contemptu; nisi prius evolverit utriusque linguae auctores, tam sacros quam profanos, tam Graecos quam Romanos, quos fere omnes cum cura consului, ubi occurrebat nodus dignus vindice, quemque minus dextre expedirent magni Critici. Hactenus de Livii textu. Simile quid utinam pronunciare possem de Notis ad illum nostris! sed jus non est, vetatque alioqui mens conscia, hactenus tenere se sueta intra veritatis modestiaeque terminos. Quippe simul atque eis ordinandis ac describendis serio accingor, totusque eo cogitationes atque actiones dirigo, ecce desubito se exserit morbus pene melancholicus; hepatarius ille nimirum, per quem et caput et stomachus prohibetur facere officium suum: eoque ipso non calami modo excutiuntur mihi e

manibus, sed et libri omnes. Typographus interim quid? illud scilicet, quod solent viri boni commatis, dum sperat aegritudinem illam profligendam intra aliquot menses, singulis semestribus Livium catalogo Francofurtensi inserit cum meis Notis; eaque stropha lectorem lactat triennium. Quo ipso quum vererer, ne fama mea ac fides periclitaretur, et nescio qua aut vanitatis aut suspicionis nota maculave aspergeretur ab eis, quibus ingenuitas mea minus innotuit; ausus sum scribere editori ante semestre, ne differret ulterius procudere Livii historiam: Notas meas profecto habiturum ante Caniculares. Sed heu, quam

Fallitur augurio spes bona saepe suo!

Nam dum generi mei Oswaldi Schmendii scribam, Joan. Jacobum Lauferum, Marti juxta ac Minervae factum, aptumque ad alia omnia, destino mihi librarium, qui adversaria mea accommodaret desiderio typothetarum; cum vehe supellectilis librariae Bretta migro Heidelbergam, longius ibi futurus a rigido Hercyniae aëre. Quum vero per septimanas plures uti non possem illo amanuensi, destitutus aliquot libris Brettae relictis, ad quorum paginas, imo versus, ipsi necessario recurrendum erat; prohiberetque proterva ex professo stratiotarum licentia tuto terere iter medium, dum illic agerent; vix jam alio concesserant, quando idem Brettam repetit una cum genero, et inde effert plaustrum librorum alterum. Vix processerant milliare unum, quum incidunt in tres equites Gallos, pridie e carcere Udemensi dimissos: ii sclopetis ita caput generi impetunt, ut pileum perforarent; ac, nisi de equo statim descendisset, certo necassent. At famuli praecordia duobus globulis trajiciunt, veriti ne aufugeret cum sacciperio. Accidit facinus istud in oculis oppidi Haidelshemensis, decem minimum aurigis praesentibus. Cetera taceo. tu animo ea subjice, Lector. nam ego prae luctu ac moerore, imo et prae indignatione, totus adhuc stupeo. Tam nefarie sublato eo, qui manum meam norat, et calligraphia sua satisfacturus erat typothetis, eo redactus fui angustiarum, ut, si dicto die promissum meum implere volebam, notulas has ex opere toto requirere ac seligere habuerim necesse, in quibus aut nihil aut minimum esset liturarum. nam alligare ad autographiam meam scribam novum, nihil aliud fuisset, quam marcorem istum ac tabem meam protrudere ad Orci cancellos: adeo plus mihi fuisset negotii in instruendo tyrone, quam si ipsemet ea procurarem. Vides igitur, benevole Lector, naufragii nostri secundi pauculas reliquias, quaeque ideo maxime in scenam prodeunt, ut fidem meam liberent apud Dn. Fleischbeinium, amicum et administratorem bibliopolii Fischerianorum, non etiam ut mereantur acclamationem aut plausum amici vel faventissimi; tantum abest, ut exspectent cordati alicujus viri suffragium aut laudem. pulcre discedo, si non undique explodar sibilis, tamquam qui pro thesauro carbones. Ceterum quia pauciores erant pagellae eae, quam ut libro isti aliquod adderent pondus, adjici passus sum quinquaginta aliquot Discursus in Tacitum, quotquot videlicet erant ad manum mundius descripti. Graeca forte abesse miraris. at ea detraxit aevi hujus miseriane, an desperatio meliorum? Affirmant enim Typographi, illius linguae vix adhuc inveniri tres quatuor-

ve amatores laudatoresve. ob eos grandem utique (hisce omnium rerum difficultatibus) et pecuniae et chartae fieri jacturam, non videri operae pretium. quare prorsus insuper habendam deinceps *hujusmodi bilinguitatem*. Quae opinio indicat, quantum reipublicae literariae mores intra seculum mutaverint. Patres Graeca pene sola citari volebant, exclusa interpretatione Latina. soboles horum contrariae jam insistit sententiae; sicque praeterea censere videtur, si biennium adhuc catenatim publicae privataeque ipsis incubuerint calamitates istae bellicae, praeficas jam nunc quaerendas instruendasque ad naeniam; cujus praecentu et Philosophiam et Philologiam, animam agentes, uno eodemque componant lecto, unisque prosequantur exsequiis. facem namque, quae accendat rogum, vel ultro ingeret Bellona, vel Furiarum trias, vel miles quivis obvius, incendiarias artes edoctus rusticorum miseriis; cuique alioquin cujuscumque disciplinae nomen et ludibrio et odio. Sed redeo ad Notas. Eis ut te, Lector, contentum teneas, donec per valetudinem reliquas concinnavero, quaeso rogoque per Musas ac Charites. *Qui necessitati obedit, nullius culpae est reus.* Sin jam vixi, et, quem dederat cursum Deus pater, peregi, exspectet eas a nepotibus meis: si modo temporis infelicitas animum ipsos applicare talibus studiis patietur. Et alioqui nec primus sum, nec ultimus ero, qui discesserit relicto post se opere imperfecto. Porro quod Livium diviserim in Tmemata, sive quis capitella vocare malit, sive paragraphos, neminem spero id mihi versurum vitio: probabitur potius omnibus, qui animadvertent, ea ratione consultum partim memoriae suae, partim tempori. Sic sane et citius et facilius loca laudata indicataque reperientur. Cui utrique ut magis adhuc tibi gratificarer, Lector, in Notis meis, in Dissertationibus ad Tacitum, expressi frequenter capitis principium, medium, finem: idque notant literae illae singulares *p. m. f.* Imo saepius obcurret *a. m.* item *a. f.* quo innuere volui, ea ipsa reperiunda ante capitis medium, ante capitis finem. Ad eundem modum passim interpunguntur, et publice dudum prostant Herodotus, Xenophon, Polybius, Dionysius Halicarnasseus, Diodorus Siculus, Dio Cassius, Julius Caesar, Vellejus Paterculus, Ammianus Marcellinus, Aelius Spartianus, Julius Capitolinus, Lampridius, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio, Flavius Vopiscus, Jornandes, Warnefridus etc. singuli et universi inveniundi in officina Wecheliana: Tacitus, Sallustius, Panegyrici scriptores, requirendi apud Fischerianos: Plutarchi opera apud Zetznerianos: Ciceronis denique opera apud Frobenium Hamburgensem. Sed et praeterea ad eamdem faciem produxi capita ex auctoribus nondum cum tali distinctione publice vulgatis. inter quos sunt Thucydides, Curtius, Herodianus, Zosimus; Arrianus de Alexandro Magno, Arnobius, Minucius, Apulejus. Si quis tamen est Typographus, qui hujusmodi interpunctiones praelo suo propagare cupierit, petat libros eosdem ab heredibus meis et impetrabit. Nihil enim mihi tota vita magis fuit in votis, quam prodesse literis et literatis; nedum ut ab eo more recedam jam moriturus, etc. Deproperabam animo ac corpore aeger, fine Augusti mensis, CIↃ IↃC XXVII. Heidelbergae,

JANUS GRUTERUS.

DEDICATIO
FREINSHEMII

ante primam decada Supplementorum Livianorum.

SERENISSIMAE POTENTISSIMAEQUE PRINCIPI AC DOMINAE, DOMINAE CHRISTINAE, DEI GRATIA SUEDORUM, GOTHORUM, VANDALORUM, CONTRIBUTARUMQUE PROVINCIARUM REGINAE, AC DOMINAE, DOMINAE SUAE CLEMENTISSIMAE, J. FREINSHEMIUS S. P. D.

DOMINA.

Perquam evenit commode, quod duobus e capitibus, quae in dedicationibus librorum paginam utramque faciunt, alterum mihi supervacaneum in tantae Majestatis fastigio pariter admirabilis humanitas Tua et eruditio fecit. Tot enim caussas, cur Tibi Supplementum istud inscribam, exsequendas habeo: ut, si etiam argumentum opusculi, et quo fine quoque modo sit concinnatum, exponere necessum foret, non nisi longissima possem epistola defungi. Nunc autem duae virtutum Tuarum, quas dixi, ista me necessitate liberant: quando humanitas Tua effecit, ut opusculum, dum nascebatur, perlegere velles; eruditio, ut, quid adesset ei, quidve deesset, plenius intelligeres, quam aut ego potuissem ostendere, aut quisquam. Itaque nec ingenii mei, nec eruditionis mediocritatem accusabo; remque nullam criminabor, quod institutum istud meum non felicius cessit: brevitatem temporis, negotiorum impedimenta, valetudinis incommoda excusent, qui aliam quam obsequii gloriam quaerunt. mihi conscientia sufficerit, quod et scribendo ista studiorum Tuorum commodis, et edendo voluntatis Tuae significationi sum obsequutus. Quippe quum ad Historiae Livianae committendas reliquias, in quibus eo tempore studiose versabaris, hunc velut tumultuarii operis pontem construxissem, pro eximia illa orbique nota bonitate Tua, placere Tibi conatum meum testata es, ad eum finem, ut, tamquam Tibi profuisset, ad aliorum etiam utilitatem publici juris fieri oportere judicares. Qua in re nonnullum et prudentiae tuae et benignitatis specimen visus sum animadvertere: hujus in eo, quod volebas omnium servire usibus, quae proprie in Tuos erant nata; prudentiae, quod in recentibus his literarum incrementis, quae Tua opera Tuoque exemplo Septemtrio Tuus feliciter et cupide accipit, provocabas ingenia diligentiamque hominum, limata et erudita scripta prompte edituris auctoribus, si etiam inculta ista et horrida clementer accepta fuisse didicissent. Quum igitur videam, non eos modo, qui Tuum ad obsequium nati sunt, sed ex diversissimis hominum atque populorum generibus permultos, mandata Tua cupidissime suscipere et exsequi: ego in obediendo segnis sim, qui

in

in tanto fidelissimorum addictissimorumque famulorum numero, aut solus, aut inter paucos certe, peculiari quodam modo me Tuum esse intelligo. Sum ego quidem ejusdem, cujus sunt et omnia: nec aliunde veram felicitatem et sine fine duraturam opperior: neque minores plerumque, quam pro tanta spe, animos gero. Sed, quantum ad hujus vitae officia pertinet, uti certissimis nec Tibi ignotis argumentis deprehendi, ab eo Tibi sum donatus. Unde mihi constans certusque vivendi scopus est, quem si non, uti vellem deberemque, consequor, sequor certe: in iis, quorum jussus vetitusve modus est, neminem praeter DEUM; in arbitrariis autem actionibus, neminem praeter Te respicere. idque maxime conari perficere, quod Tibi maxime placere animadverto. Atque hoc satis firmum erat obedientiae venerationisque vinculum, etiamsi praeterea nullis aut virtutibus alliceres animos, aut meritis obligares. Jam vero in utrisque tantum est, ut difficile dictu sit, plusne ob illas inservire Tibi velim, an ob ista debeam. Sentio incidisse me in locum ancipitem, et utrimque perplexum. Sive enim, quod cupio, quodque justum est, dico, quae constitui, Tibi fiam injucundus, quae lubentius virtutem et merita praestas, quam audis praestitisse: sive aliquid ex ea commemoratione detraho, detraho aliquid officio meo debitoque, detraho Tuis laudibus; quas, etiam ardens desiderio et favore quantovis adjutus, et liberis permissus spatiis, nedum in unius epistolae coactus angustias, pro dignitate nequirem exequi. Confido tamen temperamentum rei, quod neque Tu vituperes, quum ex instituto praesenti, tum ex moribus utriusque fore. Nam et ego profecto adulationem omnem Tecum detestor, neque sane suavius loquar aliquid assentatorie, quam Tu audias. Et pro acumine judicii Tui non ignoras, me hoc esse ingenio, (quod pauci privati praestare, et pauci Reges ferre possunt) ut, si detur optio, prodesse Tibi cum periculo offensionis, an placere per adulationem malim, citra magnam haesitationem illud videar electurus. Itaque secura hanc in partem peccari non posse, ne intercedas desiderio meo. Liceat fateri, quae patimur, et, si miseros plerumque nemo queri vetat, cur nos, Te Principe felices, vetes modeste gloriari? perire certe non debet aut Tibi recte factorum sola merces, aut nobis grati animi fructus. Iterum accipimus beneficia, dum accepta praedicamus. Sed video, quid accidat: dum impetro scribendi veniam, amitto spatium et locum. Quod igitur unum superest, quidquid eram prolaturus, id omne in paucas periodos congeram, ex unoquoque genere summa tantum capita delibando. Ergo quod ad virtutes illas Tuas, quibus hoc imperium magnifice illustratur, attinet: ut breviter, de iis quae sentio, demonstrem, aliquid a Tacito nostro mutuandum esse video. Scis apud illum auctorem C. Caesarem a Tiberio increpari, quasi qui nullam ex L. Sullae virtutibus esset habiturus, et omnia vitia. Ego vere puto in Te hoc inverti posse, ut omnes praedecessorum Tuorum habeas virtutes, vitiis, si quae fuerunt, relictis: atque adeo ut pristina illorum decora novis et antehac regno huic incognitis virtutibus augeas. Equidem prioribus etiam saeculis non defuisse praeclaros Reges arbitror; sed tamen, nescio quomodo, rem Suecicam numquam ad celebrem aliquam durabilemve magnitudi-

nem evexerunt. Laus ista tota GUSTAVIDARUM est: quorum nemo sine ingenti aliqua patriae utilitate regnavit. Nam et errores quorumdam profuerunt: Ericique et Sigismundi casus, quid offendere Reges possint, documento sunt; quemadmodum et alios, quam sit intutum provitare Principis iracundiam, Caroli severitas admonuit. Duos vero GUSTAVOS, et eorum immortalia beneficia, quis calamus, aut quae oratio satis celebret? quorum uterque tantus fuit, ut, si cum aliis contendas, facile praeferas: sin compares inter se, facilius dicas et hunc et illum fuisse maximum; quam, uter major fuerit, definias. Neque enim parum fallax et obnoxium errori est, amplitudinem Regum ex rerum gestarum externo splendore arbitrari. nam, has qui solas respiciunt, eos ad vera judicia caecutire necessum est. Evenit enim interdum in his, quae terram illustrant, sideribus, non secus atque in coelestibus, ut alia majora sint, alia videantur. Hoc tamen apparet, per duos maxime Principes omnem hujus Regni gloriam extollere Deum constituisse, GUSTAVUM MAGNUM, et CHRISTINAM GUSTAVI FILIAM. Sed illi quidem bellicas magis virtutes tribuerat, ut tamen, quoties per bella posset, domesticas quoque res accuratissime peritissimeque tractaret: Te vero, DOMINA, quoniam ad majus opus, pacem videlicet reducendam, stabiliendam, perornandam servabat, sic instruxit, ut his tantis rebus esses modis omnibus aptissima; et nihilominus, donec bellandum fuit, nihil etiam in isto negotio ad summam laudem desiderari in Te paterere. Quum enim in corpore sit minimum, omnes eas virtutes, quibus summorum Imperatorum animi cenpentur, Tibi inpersuere; consilium in dubiis, constantia in adversis, moderatio in prosperis, labor, prudentia, fides, in omnibus. Ita factum est, ut per multas ac illustres victorias, primo regni tui anno, cum Daniae Rege, quarto cum Imperatore Romano pacem longe gloriosissimam et utilissimam Tibi Tuisque comparares. quam quibus exornare modis institueris, quis queat in transcursu dicere. nominabo tamen Urbem crescentem, oppida constituta, justitiam firmatam, levatum oneribus populum, mores emendatos, studiorum honorem et fructus auctos, locupletas Academias, erecta Gymnasia, mercaturam invalescentem, opificia multa recens introducta, agrum supra veterem simplicitatem excultum, curam Tuam ad commoditatem itinerum, demensionem viarum, constructionem diversoriorum, denique ad ea omnia, quae videmus, quae sentimus, quorum utilitate fruimur, prolatam. Ut merito beatos dicere possim populares illos meos Germaniae populos, qui Tua sub tutela in posterum adquiescent. Quos mecum et cum universis subditis suis sic existimare velim, propitii aut irati DEI non temere signum certius habituros esse, quam prout Te talem Principem tarde celeriterve Tuis adimet. Quod si quidam, vel miseria praeteriti temporis oculos attollere non ausi, vel objectu nubecularum impediti, serenum illud sidus intueri, et exhilarari adspectu ejus, refoverique calore nondum potuerunt; eos laeta et optata omnia ex propinquo sperare non magnitudo solum tam benignae lucis, sed etiam constantia jubet. Non enim illi, tamquam lychno aut faculae, adscititius fulgor est, quo deflagrante foedius appareat, quidquid relictum est; sed ad Solis exemplar purus et proprius, qui neque consumatur tempore, ne-

que casuum injuria evanescat. Quem ego certum habeo jam jam longissime quibusque dissitis notissimum fore, omnesque illas, quae visui eorum officiunt, nebulas ita discussurum, ut neminem reperire aut tam coecum possis, qui lucem illam videre nequeat, aut tam impudenter existimationis suae prodigum, qui videre se neget. Ceterum ego, licet sane molestum est a cogitatione tam pulchra jucundaque animum abducere, tamen Virtutum istarum commemorationem justis voluminibus, saeculis gentibusque debitam, hujus chartae, temporis, ingenioli, spatiis iniquis coërcere desino. At in Tuis erga me beneficiis commemorandis, quando neque tam nota sunt omnibus, et ad caussas hujus dedicationis propius pertinent, praeterea Virtutum Tuarum non indigna scitu monumenta sunt, audebo esse prolixior. Sed prius DEI nostri depraedicanda mihi providentia est, quam in omni isto negotio praesentissimam semper manifestissimamque cognovi. Quum enim ex ea vivendi formula, quam certas ob rationes sequi constitueram, per aliquot annos in Germania sederem, uti nullius functionis appetens, ita suscepturus quamlibet, si legitime oblata fuisset, toto illo tempore nemo libertatem meam ullo vocationis nexu occupavit. Ego interim otium illud non segnitie contrivi; sed illis operatum habui studiis, quibus me ab ineunte aetate fuisse destinatum, ex iis, quae postea evenerunt, evidentius intellexi. Maturuit interea tempus, quo Tuo ministerio debebar, DOMINA, venitque Argentoratum BENEDICTUS SKYTTE, quem tu multis beneficiis, et postremo Senatoria dignitate, per justissimum favorem decorasti. Sic vocatus in Academiam Tuam accessi: ubi juventutem Tuam cum fide et cura docens, quamquam arderem Te videndi desiderio, dulcedini felicitatis nondum debitae praesentis muneris necessitatem anteposui. Quum ita tertium jam annum alloquio Tuo caruissem, suscepta nuper administratione Regni Tui, per occasionem exsequiarum Ubsaliam Te contulisti. Atque ex eo tempore collata proprie in me beneficia numerare ordiar. Supremus enim honor habebatur Patrono olim meo, JOHANNI SKYTTE Senatori, cujus eximias laudes Oratione, quae tum ex Professionis meae debito habenda fuit, celebrare sum conatus. Atque haec prima fuit Orationum, quas Te audiente habui: quo tempore quum serenissimi vultus hilaritate Te et intelligere omnia, quae dicerentur, et favere dicenti testareris, adeo sum voluptate et admiratione captus, ut exinde non jam ut meam tantummodo Regnorumque Tuorum, sed ut omnium virtutum ingeniorumque Principem colendam esse statuerem. Atque eumdem sequenti biennio favorem sum expertus, quoties Ubsaliam regressa de rebus, quas mandaveras, verba facientem audivisti. Subinde vero majoribus me cumulatura beneficiis, nihil tale non sperantem modo, sed ne cogitantem quidem, in aulam evocasti: ubi quae statim aut mox a Te acceperim, vix longo sermone possem enumerare. Praefecisti me Bibliothecae Tuae, qua nulla sub initia statim sua fuit locupletior; cujusque auxilio etiam in his concinnandis Supplementis maximopere sum adjutus. Historiographi titulum imposuisti, ut res nostra memoria gestas gerendasque, quum Tibi videretur, posteritati traderem. Habitationem in Regia Tua, non commodissimam modo, sed etiam (quod

majus, ut in loco celeberrimo, mirum est) tranquillissimam; salarium, ut re ipsa experior, invidiosum tribuisti. Et quum haec longe maxima viderentur, effecisti, ut prae illis, quae sequuta sunt, possint leviora censeri. Quum enim Graecarum literarum amore flagrarem, sensus eminentissimorum in civili sapientia hominum ab ipsorum ore cupiens haurire, nescio quomodo ignarum, quid ageretur, sed sensim irretitum, ad istud magisterium ita propulisti, ut tum demum me serio docere intelligerem, quum Te jam multa serio viderem didicisse. Ista Tua arte factum est, ut eo tempore, quod intra proximum biennium (Regina regnans, et belligerans, et Comitia saepe, et Senatum quotidie, et negotia alia plurima indesinenter habens) huc impendere potuisti, jam eo processeris, ut post experimenta in Polybio, in Plutarcho facta, Platonem, at quem virum! ita legas, ut operae meae vix leviter egens, cursim exponas eleganti latinitate verbisque significantissimis: adeoque nonnumquam vitia versionis, ab eruditissimis hominibus magno labore procuratae, per Te animadvertas, atque veris rationibus coarguas. Quibus ex rebus omnibus tantum tamque varium purissimae voluptatis fructum capio, ut apud intimos familiarium simpliciter fateri soleam, me, si quid ad officium istud impendi temporis, aut laboris, aut denique cogitationum et fidelis curae, (molestias enim, conscientiam testor, sensi numquam) id omne mihi cujuslibet horae precio, quam apud Te exigere licuit, abunde pensatum arbitrari. Ut enim alia taceam, quantum in hoc uno est, Clarissimae Regum adesse quotidie, apud Te conspici, a Te respici, familiaris speciem, locum, gratiam obtinere? Certe tanta mihi felicitas mea visa est, ut non injuria timere jam ipsam inciperem. Quamquam enim per gratiam DEI quotidie me his omnibus exspolio, deserere aut deseri certus, tamen imbecillitate animi et felicitate nimia poteram insolescere, nisi certis argumentis in tempore docuisses, tantam fortunam non tam alieni meriti, quam Tuae voluntatis et gratiae donum esse. Ceterum in hoc ipso, quod tantum esse dixi, quot sunt eximia et propria? Tantum vocationi meae et studiis mancipatus, hoc est, ut qui optimo jure, liber, nullis ab officio meo alienis ministeriis deteror, nec tempori modo valetudinique, sed etiam modestiae ac pudori meo consulis, non appareo, nisi quum studia tractantur, ne ad haec quidem injussus irrumpo, ut otiosus et mutus spectator adstem, cum temporis deperditi detrimento subiturus etiam ludibrium stolide ostentatae familiaritatis. Nec operam meam vilem habes. Nihil tractamus, quod tegi; nihil, quod excusari sit opus. Dignas eas curas homine, dignas Rege, fateri cogitur, quisquis non mavult imperitiam suam inscitiamque confiteri. Atque hactenus eorum retuli partem, quae mihi praestitisti. Sed urgent locumque residuum postulant, quae quum in alios contuleris, tanto magis in me collata esse judico, quod etiam pro aliis meae preces valuerunt. Qua in confessione provecto subvereor, non modo ne mihi possit esse invidiosa: sed etiam ne Tuam quoque Majestatem incessere audeant homines, quasi ad concedenda, quae peterentur, aequo fueris indulgentior. Quibus respondeo, me haud dubie agnoscere et mirari bonitatem Tuam, quae meritis meis longe majora tribuerit; sed tamen illos etiam facile aequalia aut potiora impetraturos, si

respicere velint, quae ego respexi. At quaenam ista sunt? Primum, ne quid peterem, quod in se non esset aequum. alterum, ne, quod officio Majestatique Principis meae non congrueret. tertium illud erat, quod per omnia ista commoda, quae aliis impetravi, ne unius quidem, quod sciam, oboli precio factus sum locupletior. Ceterum in his angustiis, ubi cogitare plura, quam scribere, licet, multa veniunt in mentem, quae cogor praetermittere. Hoc tamen dicam, me dubitare, utrum ob parva beneficia, quae, me deprecante, hominibus tribuisti, an ob magna plus Tibi debeam. nam ut in his precium rerum, ita in illis humanitatis, majus est, quod animum istum, quantaelibet magnitudinis capacem, interdum ad tam exigua demisisti. Regem fuisse accepimus, qui, philosopho petente drachmam, conveniens hoc Regi munus esse negaverit: atque, eodem mox petente talentum, negaverit hoc conveniens esse philosopho. Tu eodem illo sophismate magnificentius usa es, in parvis, quae me deceret accipere, respiciens, in majoribus, quae Te dare. Ergo pari clementia et miserorum aliquot hominum (quos ob hoc ipsum Tibi commendavi, quod, quia miseri erant, eorum nemo miserabatur) habuisti rationem: et id fecisti, quod adhuc vix proferre audeo, tum ob magnitudinem rei, tum ob magnitudinem gratiarum, quas Tibi, quum debeam amplissimas, in praesentia minime possum explicare. Sed fortassis ego sum ineptus, qui Tua beneficia putem ullius oratione disertius, quam Tuis factis operibusque, laudari posse: aut mea egere commendatione, quod Vangionum urbi majorem pecuniae, in militum stipendium debitae, partem clementissime remisisti. quo beneficio conservatam illam esse reor, et rite atque ordine facturam, si Te, tamquam alteram Conditricem suam, in omne deinceps aevum, quam poterit exquisitissimis honoribus, colendam arbitretur. Habebis igitur et Vangionum Rempublicam, et me privatim, in perpetuum hac obligatione devinctos, et in solidum debendi reos. nec enim dicere queam, uter majori Tibi jure omnia debeat, quae accepit hoc beneficium, an qui impetravit. Potestne adhuc superesse quidquam, quod his omnibus, quae dicta sunt, aequandum, aut etiam praeferendum videatur? Est certe. Meliorem enim me facere promisisti, non modo, ut omnes, legibus moribusque; neque ut multos, exemplo; sed, ut neminem adhuc alium, quadam quasi conversandi solicitudine curaque. Spopondisti namque mecum inquisituram, hoc est ostensuram, quales oporteat esse viros prudentes, quibusque possint vestigiis deprehendi. Hoc autem quum dicero, multo me, quam sim in praesentia, meliorem foro confido. Istud igitur promissum tanti facis? inquies. Tanti, DOMINA, ut isthac obligatione Te no regni quidem accepta parte cupiam liberare. neque vero Tibi, quandocumque jusseris, mentem illam veris clarisque rationibus adprobare defugio. Atque hoc Tibi praestare neque injucundum erit, ut conjicio, neque difficile, quae ad ejus prudentiae fastigium eniteris, qualem inter eos, qui volunt eruditi videri, facilius invenias, qui doceant, quam qui noverint. Hac igitur re merito gloriar, qua non alios modo hominum felicitate videor supergredi, sed Salomonis etiam ministros, quos ob auditam Regis sapientiam merito beatos praedicari sentio, beatiores tamen futuros, si etiam peculiari

quadam cura, quod non legitur, instituere ipsos ac edocere voluisset. Verum, ut animadverto, quem mihi nec animus, nec argumentum fecisset, cum charta fecit scribendi modum. Desinam igitur, DOMINA, quum Tuam Majestatem suppliciter fuero veneratus, ut non tam libellum istum Tibi dedicari putes, quam totum meum animum, adfectum, studium, quidquid denique sum, et possum, et habeo, ut Tua causa simpliciter velim omnia, nulla cum exceptione cujusquam rei, nisi quae vel conscientiam meam laederet, vel vires egrederetur. SERENISSIMA. ET. OPTIMA. REGINA. DEUS. TE. SERVET. INCOLUMEM! Vovebam Holmiae A. D. XV. Kal. Decembres, Anno Christiano M DC XLIX.

PRAEFATIO
FREINSHEMII,

quam libris sexaginta supplementorum Livianorum praefixit.

LECTORI BENEVOLO S. P.

Causa mihi scribendi justae VOCATIONIS officium, et voluntas ejus, cui post Deum obedire maxime debeo. Materia, *ostus Romana Historia*, quatenus a Livio quondam exposita, post pleramque Auctoris ejus partem deperditam, in multis aliis antiquorum libris varie dispersa latuit verius, quam exstitit. Hanc ego pro virili parte erui, contexui, etiam expolivi: hactenus utique, ut situs atque squallor detergeretur. Festinanter certe: quartum decimum intra mensem, postquam iterum Bibliothecae meae copia facta, libris effectis quadraginta quinque: quamquam impedirent morbi, curationes, molestiae negotiorum, calumniae litium, quarum rerum nunquam laetior eges. Adhibui tamen diligentiam et judicium, quod potui, et Tibi quidem indicare licet, benigne Lector, me vero non piget confiteri de animi mei sententia: me neutiquam metuere, ne quis ex omnibus his scriptoribus, qui sunt in hominum manu, aliquid efficiat in hoc genere concinnius, copiosius, verius. Neque tamen is sum, qui me nusquam erravisse putem: sed, sicubi impegi, rem ita comparatam intellige fuisse, ut non sine ratione quadam erraverim: hoc est, ut errorem esse hominis, non pecudis, appareat. Monitus autem gratanter emendabo, quod opus fuerit: et, si Tibi studium meum probari cognovero, posteriorem quoque Tomum, quam primum ejus facultas dabitur, extrudam. Vale. Dab. Vormatiae, ex Museo meo A. D. IV. Kal. Septembr. Anno Christiano M. DC. LIV.

DEDICATIO ET PRAEFATIO

J. FR. GRONOVII,

ante editionem Elzevirianam anni CIↃ IↃ CXLV.

ILLUSTRISSIMO VIRO, CLAUDIO MEMMIO, COMITI DE AVAUX, UTRIUSQUE FRANCICAE TORQUIS EQUITI, COMITI SACRARUM LARGITIONUM, CHRISTIANISSIMI REGIS AD NEGOTIATIONEM PACIS PER EUROPAM LEGATO.

Quum saepe jucundissimam peregrinationis meae partem reputare mecum soleam, Vir Illustrissime, nunquam tamen felicissimum Galliae genium vel speciosius vel augustius oblatam mihi sensi, quam cum hac transiens inter meditationem tanti muneris obeundi et itineris orbi Christiano profuturi curas et salutationes, fastigio tuo congruentes, me ad colloqium et pacificatricis dextrae osculum admisisti. Cogitabam nobilitatem ab illis seculis, quibus urbs una terrarum erat domina, repetendam: quae Ecclesiae Martyres Episcopos, Reipublicae consiliorum et bellorum Praesides, Literis Vindices et Patronos, atque adeo Augustis pariter et Musis Maecenates, protulit. Virtutem illam recordabar atque ingentem vim animi, quae, ut primum in aetatem venisti, jam tum paratum instructumque velut haereditariis illis artibus, quae a magnis etiam ingeniis inter actum rerum plerumque discuntur, et gravissimis regni negociis parem te ostendit: ac tot laboribus periculisque per diversissimas mundi regiones perfunctum, ad haec mandata Regis magni,

Molem immensam humeris et vix tractabile pondus,

ferentem, nunquam fatiscere, nunquam passa est debilitari. Oboriebatur lux illa conspectae, non auditae tantum, gentibus gloriae, partim ex admiratione insitarum laudum, partim ex administrandarum legationum difficillimarum tum modo tum eventu provenientis; tot nationum linguarumque annalibus ad posteritatem prodendae, quot interventu tuo regna, respublicae, populi, pacem suam, hoc est, felicitatem, incolumitatem, quietem, vitam, Gallicae in nomen Christianum Pietati debent. In stuporem dabat illa facundi oris potentia, et succurrebat auditum olim, exercitus virorum, non suis modo majorumque odiis atque inimicitiis internecinis concitatorum, sed etiam coelo ac sidere suo ad arma proclivium, tunc cum maxime ferrum ipsum trahere virum et siti cruoris exardescere solet, cum opus manuum nihil praeter nondum canentia signa et dilatum paullo ferale classici jubilum moraretur, delinimentis velut vocis tuae placatos, subito remissis ac stratis iris dextras fidei et amicitiae miscuisse, et in Martis campo de ipso Marte commune tropaeum statuisse. Ipse vultus atque oculi respondentes dignitati mentis ac personae, castigabant pariter et invitabant

suspicientis obtutum: cum quantum verecundiae dictarent gravitate, tantum veritate et immeditata laetitia adderent fiduciae sermonem contra ordienti. Cujus post primum ingressum benigna illa interrogatio de peregrinatione, et visis per eam praeclaris viris, de studiis inceptisque meis, (cum, quicquid dicerem, te praecepisse dicturum esse me satis significares; deinde quorundam plus quam prudenter amantium mentione Tibi notum me olim fatereris; tum multa approbando, multis adhortando aeternos pectori stimulos subderes;) vicissitudo etiam colloquii extracta longius, quam recisa et iniqua temporis vestri spatia permittere consueverunt, fidem abunde faciebant, laude gentilitia et literis ex perspecta cognitaque illarum praestantia eruditorumque, ut veterum domus vestrae sub communi eruditionis tessera clientium, famae te impense studere, nec alio acroamate libentius gravia occupationum diffindere atque distinguere. Omitto ex interjectis e re nata sententiis deprehendi facilem doctae linguae facilitatem et amorem, aliaque, quae cum cogitando vix adsequi valeam, nedum ut explicare dicendo me posse confidam, sacro silentio involvo: cuncta autem ob oculos posita persuadebant mihi, compendium sui fecisse in CLAUDIO MEMMIO felicitatem Galliae, et exhibuisse largiter, quae singula in plurimis, tam concinne nexa atque juncta vix in ullo, (et sic tamen quoque disjecta personis ac separata merito fiunt magni,) ut haberet, per quem exteris uno conspectu se praeberet aestimandam. Quare admiratione multa quasi ebrius, et, ut generosi Poëtae, perfamiliares Memmiis viri et haudquaquam levis apud eos auctoritatis, dicere solent, *tempora percussus*, longe, quam veneram, recedebam a penetrali tuo ambitiosior: cupiebam erumpere hoc mihi publice gaudium licere: vovebam aliquod monumentum fortunae illius diei, quae, quod optare nunquam, minus optanti mihi promittere essem ausus, ut in gratiam tuam reciperer, id mihi subiti et momento capti consilii praemium attribuisset. Neque ex illo me ceu voti reum debitoremque appellare cessavit praesens et impiger exactor animus, ut intentus circumspicerem occasiones, et, quae princeps occurrisset, eam religione, qua me obligatum sentiebam, exsolvenda insignem facerem. Nunc agit rem tempus, siquidem Tu, Illustrissime Memmi, optimorum sensuum benignus, ut spero, fueris interpres; siquidem pati potueris, benefactorum tuorum, quam tu ea simpliciter et sine ostentatione praestas, tam jucundam et gloriosam apud eos, quibus praestitisti, esse memoriam. Etsi autem republica saepissime feliciter gesta illustrius aedificasti tibi immortalitatis theatrum, et locupletior decorum tuorum testis erit incorrupta fides annalium, quibus uberem materiam suppeditare non desinis: tamen, ne hanc veluti privatam divinae tuae humanitatis commemorationem dedigneris, exempla te monent majorum; qui cum neque ipsi historiae praedicatione deficerentur, virorum ingenii quacunque dote insignium scripta tam frequenter et patrocinio suo cohonestarunt, et bibliothecae opibus instruxerunt, ut, qui Memmianum nomen ex illis ignoret, parum legisse, parumque in studiis profecisse sit censendus. Per horum incedo dextris gressibus impressa vestigia, ut tempore forsan, ita et doctrina atque existimatione omnibus posterior, adfecta secundus ne-

mini: et quia non is ego, cujus adquisitione deterior sis factus, alium non modo, ut fidei tutelaeque tuae eum ducas, sed etiam ut in primam cohortem adsciscas, digniorem apud te mihi delego. TITUM LIVIUM vides, eorum, qui res gestas non fortuna magis, quam merito imperatoris gentium populi prodiderunt, vel magnitudine operis, vel sermonis elegantia, vel narrationum veritate, vel judicii candore et acrimonia facile principem. Nolo munus amplificare dictis: neque enim decet: sed ne vile putes, Magnanime Memmi, quod Laurentius Vallensis Alfonso Arragonum Regi, quod Johannes Andreas Episcopus Aleriensis Paullo Secundo Pontifici Maximo, quod Henricus Glareanus Carolo Quinto Augusto gratum obtulerunt. Et multis etiam tum partibus dissimilis sui, longeque tristior, atque habitu, pallore et macie confectus ac male vivus oberrabat hic noster: necdum accesserat ille ornatus, quem nostri seculi in reducenda sincera antiquitate subtilitas et doctissimorum hominum industria, meo etiam non parvo labore auctum, ei comparavit; quoque nunc certe, quatenus est superstes, integrior pulchriorque pristina damna solatur. Anni namque complures sunt, quod imperavi mihi pro nostra mediocritate omnia facere et moliri, ut tanto scriptori, qua posset, suus restitueretur nitor: ea causa nocturna diurnaque manu ille potissimum mihi versari comes in itinere, contubernalis in conducto, sodalis in triclinio, otii dispensator, negotii interpellator esse: eundem, quando copia fuit, cum aliis Romanae historiae conditoribus conferebam; ad manu exaratos codices, quot habere potui, taediosissima morositate, sed taedium vincente amore, contendebam: et, si hoc eum commendatiorem tibi reddere potest, Galliae profecto bibliothecarum membranis (etsi Angliae quoque Italiaeque et Germaniae, suae fuerint partes) praecipuum debet, in solo Annibalico bello ex laudatissimorum fratrum Puteanorum unico venerandae vetustatis libro aliquot millibus locorum (et sine figura loquor) sanatus. Talem Tibi sisto, Illustrissime Legate Regie, novum clientem inclitae et ad praesidium bonarum literarum natae domus, tuae erga me benevolentiae testem et notorem, mei obsequii et propensissimi cultus obsidem: talis sperat insacrosanctis penatibus tuis primum se receptum habiturum, ut praerogativa judicii tui tutus in lucem publicam auspicato veniat. Sic tibi quaecunque publice privatimque gessisti, geris, geres, bene verruncent. sic per te pro parte justa Regis Christianissimi et Imperii Gallici crescat majestas, et huic Pacificationis per Europam negotio, cui praeclarum omen summamque spem attulit delectus in eam provinciam cum tot illustrissimis Viris CLAUDIUS MEMMIUS, ex voto omnium Christianorum magna dies imponatur. Daventriae a. d. XVII. Kal. Sextil. CIↃ IↃ CXLIV.

Illustrissimo Nomini Dignitatique tuae devotus

JOHANNES FREDERICUS GRONOVIUS.

LECTORI BENEVOLO.

Neque hic, ut Livium commendemus, exigis, credo; neque, ut nostram in eo operam venditemus, sinit pudor. Si vacabit tibi conferre cum prioribus hanc editionem, facile praebebis diligentiae meae testimonium; et,

sicubi lasso sopor irrepsit, miti castigatione dignum putabis. Nam ut emendatissimam, quae dari possit hodie, eam esse haudquaquam gloriabor, ita prioribus omnibus emendatiorem infinitis locis esse nihil jactabundus affirmabo. Sed huic dicto tum demum plena fides fiet, cum adfectae jam majorem partem selectae et breves Notae publicum acceperint. Eas constituueram initio dividere una cum Livii libris, et singulis tomis adjungere, quasi legitimam accessionem. Sed etiam sic recisae et decimatae veluti (aeque enim aliter molem totius operis decebant) eo processerunt, ut adjici non possent, quin, quod maxime vitabant Elzevirii elegantiae studiosi, immodice producerentur et turgescerent volumina. Itaque hortatu praestantium virorum et illis placuit et mihi, ut conjectae in unum tomum singularem eadem forma et literarum charactere simul darentur omnes, qui et hanc editionem perficeret, et consuleret etiam studiis eorum, quibus hujus contextus copia forte non esset. Jamque sumus in eo toti, ut hoc tibi promissum, quam primum fieri poterit, repraesentemus. Hoc volui, nescius ne esses: de caetera instituti nostri ratione commodius Notis praefabimur. Vale et hoc labore libens fruere.

Dedicatio J. Fr. Gronovii ante notas ipsius, quae exstant in tomo quarto ejusdem editionis Elzevirianae.

ILLUSTRISSIMO VIRO CLAUDIO DE MESMES COMITI DE AVAUX, UTRIUSQUE REGII ORDINIS EQUITI, SUPREMO AERARII PRAEFECTO, CHRISTIANISSIMI REGIS AD TRACTATIONEM PACIS PER EUROPAM LEGATO.

ILLUSTRISSIME DOMINE,

Longe fidentius ad penetrale tuum nunc accedo, postquam Titum Livium a contactu et allegatu meo non tantum non fastidia meruisse, verum primo ipsum benignissime obvioque sinu exceptum, deinde in me quoque largae suae gratiae partem derivasse, Patronoque suo tam pie et fideliter me commendasse cognovi. Equidem haud dubitabam, cujus eloquentiam apud summa capita generis humani toties expressisti; cui descriptas res, viros, virtutes, exempla noscis eorum, quae in fortissima et gloriosissima natione tua, in clarissima gente et majoribus, in tua ipsius persona recordaris, vides, deprehendis, cujus celebratum a Marco Seneca et Fabio Quintiliano in aestimandis ingeniis dotibusque alienis candorem generosissimae indoli tuae et emendatissimis moribus congruentem sentis; cum velut ab ipsa natura, veteri deinde contubernio satis conciliatum, qualiscumque venisset, faciles aditus habiturum. Sed et talem, qui multis partibus juvandi, nonnunquam et ornandi, prolixam voluntatem attulisset; ejusque ergo temporis, operae, olei largiter insumsisset, ac suae curae in praesidium et decus illustrissimi Nominis tui Palladium praefigi optavisset; illum vel ipso conatus lenocinio, etsi susceptae rei gravitate minor esset inventus, haud vilem tibi fore sperabam. Superavit omnem exspectationem meam eventus. non modo ipsum studiis juvenilibus, quibus ad spes tantas illum quantovis operi suo parem animum instruebas, penitus haustum libenter recognovisti; non meis

modo exordiis favisti, et petitioni tamquam rogantis et inritantis ad officium MEMMIO dignum clementer indulsisti: sed etiam (rem peregrinam, et sicut in paucissimis celsarum dignitatum viris nostro utique aevo visam, ita magnifice semper celebratam) ut vere familiarem tuum, quod appellas, ostenderes, in eo novam agnovisse manum, loca dudum controversi juris requisivisse, eaque restituta comperisse, nonnulla prorsus hoc modo, ut ipsi tibi mens divina tua facile olim cogitanti subjecerat, et verbis et rebus testificaris. Quid ausus sum profiteri? ambiguam laudem tuam reddo, Illustrissime Memmi: clamitabunt barbari, indignum esse Regio Legato, tantis praesertim negotiis praeposito, indignum Comite, indignum tot aliis splendidissimis titulis praefulgente: sed nempe barbari, qui, quae non capiunt, vituperant, et suam infelicitatem meliore genio natis pro lege irrogare atque injungere se postulant. Te nobilioribus aggregatum gaudes exemplis: sic Magnus Alexander Homerum, quem ab Aristotele (absit invidia comparationi) recensitum accoperat, promiscuis exemplaribus puriorem et noverat et probare sciebat: sic Hispaniae Lybiaeque domitor Africanus ingeniosa Ennii Terentiique munera legendo faciebat meliora: sic Alphonsus Aragonum rex inter Laurentium Vallam et Antonium Panormitam de hujus ipsius auctoris castigatione disceptator sedit, et, quum secundum illum litem dedisset, ex sententia ejus librum suum jussit emendari. Et quid alienos advoco? Minus id mirum in Gallis illustribus, quos Reges sui, Ludovici, Francisci, Caroli, Henrici, Literarum Parentes dicti, non minus fortes, non minus laboriosi, non minus Reges, verique Hercules Musagetae, quod primi et facere potuerunt et fecerunt, ingenia literatorum ex eorundem lucubrationibus exigere, gravissimasque curas hoc elegantissimo utilissimoque lusu interstinguere docuerunt. Quis est ergo omnium, cui justius pars haec ultima et summa manus operae meae tradatur, quam tibi, Illustrissime Comes, Regie Legate? sive alicujus eam fidei tutelaeque esse velim, tu es, qui hujusmodi patrocinia in commendatissimis tueare: sive judicem et censorem, qua peritum, qua incorruptum, industriae meae quaeram, tu es, qui summae fortunae tuae maximum ornamentum pariter et instrumentum eruditionem ducas, eaque fungi legendis et censendis studiosorum scriptis inter Regiam Legationem decorum, immo accessionem honoris, arbitrere: sive meum debitum respiciam, et observantiae erga eum, cui maxime addictus, edere testimonium parem, tu es, cujus sublimis favor et ante minimum meritum anteque exspectatum beneficentia me eo redegit, ut, quidquid a me proficisci potest, tanquam acquisitum sibi suaeque ditionis, non modo grati animi obligatione, sed vel in jure manu consertum justis sacramentis et interdictis vindicare atque adserere fas habeat. Non sunt haec quidem, qualia ab Turnebis, Lambinis, Passeratiis, totque longo ordine suspiciendis ad omnem memoriam nominibus accipere Memmii consuevistis: neque enim ignoras, quod duorum, Johannis Andreae Aleriensis et Johannis Antonii Campani Interamniensis, Episcoporum, doctissimorum, ut illa tempora ferebant, virorum; quod deinde Rhenani, Gelenii, Glareani, Sigonii, Modii, Gruteri diligentes et curiosae messes nobis spicilegium reliquerint: non

est haec Phidiae Minerva aut Jupiter, quos in Athenarum arce aut Olympiae templo poni oporteat: apparet tamen e simili officina exiisse, et locis minus augustis eandem usum praestare posse. Nihil autem aberit, et sequestrato metu incidi inscribique patiar: *Introite, nam et hic Dii sunt:* si tua Victoriam et Pacem Christianissimi Regis praeferens dextra libenter accipiendo hoc, quicquid est, dedicaverit; si postibus ac tholis aris fixum mordere verebitur praesentibus inimica et parata bonis invidia, amabit suum cuique decus repensura posteritas. Vale, Illustrissime et Excellentissime Memmi, ut sit, qui cum Pace et Literarum honorem reducendum, consilio, exemplo, fama, magnatibus dictet. Deventriae a. d. VIII. Kal. Sept. CIO IO CLXV.

Illustrissimo Nomini Ordinique tuo devotus

JOH. FR. GRONOVIUS.

„Praefationem ejusdem J. Fr. „Gronovii ante primam editio„nem notarum anni CIO IO CLXV. „hic omisi, quod auctiorem an„no CIO IO CLXV ediderit, quae „mox sequitur."

DEDICATIO ET PRAEFATIO

J. FR. GRONOVII

ante editionem anni CIO IO CLXV.

REVERENDISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. FERDINANDO, D. G. EPISCOPO PADERBORNENSI, S. R. I. PRINCIPI, COMITI PYRMONTANO, ETC. DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

Habet hoc Historia, Reverendissime ac Celsissime Princeps, ut, quamvis rudius rusticiusque composita, qua legentes qua audientes ducat, et non segniter afficiat, vel si alia desint, ipsa eventuum novitate ac varietate. Quid si res ea pertineat ad Romanos? Quas quidem documentorum praestantia, hominum virile et mulibre secus omnisque aetatis et conditionis virtutibus, operum magnitudine et copia, narrationum fide ac veritate, notatione ac serie temporum, locorum, quae aperuerunt excoluerunteque, notitia et opportunitatibus, omnium gentium annales anteire in confesso est. Quid porro, si ab eo sit condita, in quo lacteum sermonis flumen et judiciorum candorem probarunt disertissimi quique jam illo aevo, quum optimo dicendi genere adeo imbutas assuetasque aures haberent, ut etiam vulgus et fortuita plebis corona bene de oratoribus judicaret? qui Augusto et Maecenate atque utriusque cohorte literatissima considentibus saepe recitavit? cujus constantia in Senatu olim celebrata, quod victarum partium duces inter victores justis elogiis prosequi, crebroque illos, ut insignes viros, nominare non dubitasset? Jamdudum intelligis, Ferdinan-

de Princeps Perfectiſſime, me de Tito Livio Patavino loqui. neque enim apud te de quoquam commemorari poteſt illuſtrium veterum, quod ignores; neque quisquam illorum significari, cui non ſtatim nomen reddas. Sed haec tanta tua et cum pauciſſimis hodie sublimis loci atque ordinis tui communicata laus propemodum consilium inceptumque conturbat atque impedit meum. Quae eſt enim gratia donantis, quod toties sine dubio habeas? toties vorsaris, volutaris, percensueris? in quo nihil sit animadversione dignum, quod non adverterit mentis acerrimae oculos? quod non de praesentibus expungat appellata memoria? quo non, si ferat animus, tanquam tuo, utare? Proverbiis quoque ineptiarum notantur, qui ad Alcinoum poma, et noctuas Athenas, et in mare aquas. Nec diffitendum eſt, his eſſe suum locum: at alia ratio eſt eorum, quibus, velut uno summeque naturali et suaviſſimo cibo, reficiuntur recreanturque ingenia elegantia: quae quanto capaciora atque avidiora sunt corporeo folle, tanto minus ea satietas adt faſtidium percipit alimentorum suorum: tam mehercule, quam nectaris ambrosiaeque nunquam poenitet apud Homerum Deos. Itaque nullum periculum reor, ne quid homini polito eorum, quae florens in Graecia et Romae eloquentia victuris chartis mandavit, intempeſtive prae manu sit. Nunquam exhauriuntur iſta: nunquam omnem abolent sitim: nunquam reguſtata ex intervallo non aliquid affigunt, quod superiores hauſtus, quantumvis largos, fefellerat. Nec vero poteſt Principi doctiſſimo et in omni judicio reconditarum etiam atque interiorum literarum terſiſſimo vilis eſſe ille, qui accedit, apparatus, siquidem praeſtat, quod pollicetur, plerisque parum adhuc intellectis lucem, remedia vitiatis. Scis enim, neque te praeterit curioſiſſime perscrutatum, quicquid habet vetuſtas, quod doceat, non tam praeclare nobiscum agi, ut in tractandis his facundiae priscae monumentis nodi, morae, scrupuli, etiam illis, quibus id unum opus aetatem fuit, difficiles passim non occurrant. Multa planiſſime dicta cum scriberentur, nunc numeris sunt obscuriora Platonicis, ignoratione alicujus ritus, moris, casus, fabulae quondam omnibus notiſſimae. Alibi gloſſemata, voces rariores, eoque significationis dubitatae, alibi verba vulgaria, sed usu ac vi secretiore vixque etiam intentis obvio, responsant. Saepe librariorum manus calvi ac fruſtrari nescio quem soporem potuiſſe apparet: et non modo vocabulis versibusve omiſſis cruciamur; sed eſt et, ubi literis aut syllabis diſſimulatis, repetitis, trajectis, gangraena succreverit; eſt, ubi, quod explanationis aut memoriae suae causa ſtudiosus ad marginem alleverat, in corpus auctoris transierit et moleſtiam creet. Nec vero, qui primi formis exprimendos scriptores veteres dederunt, semper ex probatiſſimo quemque exemplari tranſtulerunt; aut non interdum nimium in corrigendis, quae non aſſequebantur, et propterea mendosa putabant, sibi permiserunt. Et qui deinde renovatis identidem editionibus inchoatum ab illis munus perficere voluerunt, ut complura, in quibus priores defecerant, praeclare procuravere, ita in non paucis offenderunt ipsi, et aliquid rectius inveniendi occasionem praebuere secuturis. In tam ampla doctrinae induſtriaeque exercendae materia quid valuerit noſter hic tertius in eo-

dem labor, tuum judicium facio, Princeps Sapientissime: neque in hac parte Laurentio Vallae decedo, qui Alphonsum Arragonium suarum in Livium curarum censorem habuit. Num minor nobilitas tua? cujus originem ad vetustissimos et magnanimos Widekindos refers? unde nunc quoque domus praesigni diademate redimita communem cum Fürstenbergiis Baronibus sanguinem ducit? quae heroas pace belloque spectatos edidit plurimos: inter hos inclitum militari gloria et factis Guilhelmum, Ordinis Teutonici in Livonia Magnum Magistrum, et Sacri Romani Imperii Principem, quem virtute invictum et superiorem potentissimus Moschorum tyrannus confessus est eo ipso, quod non nisi scelere suorum ac perfidia vinci posse speravit. et illud ejusdem, quae sacratum caput tuum non ornat magis, quam ab eo ornatur, Principalis Mitrae maximum decus, nisi te majorem videre gauderet, Theodorum? Num pectore pleno pietatis, officii, morum, altitudine animi, sanctitate propositorum, magnitudine cogitationum, moderatione potentiae, cura civium pariter et benevolentia inferior es? Nam ne fortunam jactet, et tua regia est. Porro neque Artaxerxem sibi praeferebat Agesilaus, nisi justitia vinceret. Praeterea meritis paratur solium vestrum, et raro cruentum est; raro non purae, ut Pontificum, manus. Sed obtineat sane rex clarissimus salvam aeternamque gloriam, quia ingenia fovit, doctorum consuetudinem appetivit, inter hos et libros, quicquid ei otii relinquebat sceptri occupatio, dispertivit. Numquid non eadem parem famam et jam circumdant, et apud posteritatem spondent tibi? Ille tamen audire tantum potuit carmina: tu linenda cedro pangis, ut nemo meliora, nemo magis antiquis aemula, et quidem, ut tot generum proprium cujusque laudem impleas. Tuum est non modo saxeas moles erigere, et locorum genium, magni dici testem, coli jubere; non modo sumptum praecipuis operibus impensum subscribere, sed etiam titulos dictare, neque ad eos formandos in consilium vocare, nisi ut recites. Hoc vero vix ausi, quos sequeris, gentium domini: Cn. certe Pompejum, quid de se ad aedem Victoriae digne loqueretur, ad doctissimos civitatis retulisse accepimus. At tu Varianae cladis, quae in finibus tuis contigit, nomenque campo dedit, tropaeum Arminio posuisti, et ipse sic inscripsisti, ut idem sit liberatae Germaniae et tui ingenii monumentum. Itaque rursus hic me confundit impeditque felicitas votorum meorum: potius verendus, quam optandus talis judex, cui non possunt nisi lectissima et limatissima, et qualia ipsi domi nascuntur, satisfacere. Sed vicissim pendentem animi solatur et confirmat illa tua unica et summa benignitas, illo amor commodi universorum: et pollicentur fore, ut, quod utile studiis reperies, etsi longe infra illam, ad quam te ac tua exigis, summam sit, non rejicias. Sic soliti sunt sanctissimi decessores tui loca et lautia praebere invitatis ad se Musis, etiam illo tempore, quo propemodum omni orbe exsulabant. Nam quid admirabilis illo et divinus Meinwercus? quid tertius ab illo Imadus? de quibus in prioris vita legimus, quae eodem exemplo, non fastidita aevi simplicitate, apponi operae pretium est. *Studiorum multiplicia sub eo floruerunt exercitia. Et bonae indolis juvenes et pueri strenue instituebantur, norma*

regulari proficientes haud segniter in claustrali disciplina: omniumque literarum doctrina claruit hic sub ipsius sororio Imado episcopo: sub quo in Patherbornensi Ecclesia publica floruerunt studia. quando ibi Musici fuerunt, et Dialectici, enituerunt Rhetorici clarique Grammatici. quando magistri artium exercebant trivium, quibus omne studium erat circa quadrivium. ubi Mathematici claruerunt et Astronomici, habebantur Physici atque Geometrici. Viguit Horatius magnusque Virgilius, Crispus et Sallustius, et urbanus Statius: ludusque fuit omnibus, insudare versibus, et dictaminibus, jucundisque cantibus. Quorum tu dignissimus successor multo eadem pulcriora et splendidiora praebes tuis, quod et in omnibus profecit hic seculi nitor, et, quod maximum est, de professoribus artium, non suffragatoribus aut commendatoribus, (ut plerique Principes et magistratus, quibus saepe fucum fieri et imperitos obtrudi et necesse et palam est) sed tibi, sed tuis ponderibus credis. Denique et T. Livium jam olim beneficii sui fecit illa tua Episcopalis Paderborna. inde enim profectus P. Horrion S. J. nobile illud fragmentum, quo XXXIII. liber redintegratus, et memorabile proelium ad Cynoscephalas enarratum habemus, e membranis Bambergensibus primus eruit atque descripsit, et, quum id alii publicassent, ut fieri solet in festinatis atque interceptis, parum ad archetypon fidem, in tua urbe emendatius et eruditis notis ornatum edidit; gentilique et consanguineo tuo Principi in dedicatione Academiae, quam ille optimis auspiciis excitavit, et tibi, alteri conditori, restituendam augendamque transmisit, velut nataliciam sardonychem, obtulit. Redit igitur jure ad te, quod omnis aetas vobis debebit; non jam, ut aliquid laceri Hippolyti, *forma carens, Et turpe multo vulnere abruptum undique*, sed vivum et corpori suo insertum, ut recidivus cum humero eburneo Pelops. Quod si non opus omne approbabimus tibi, at certe nostram in colenda magna virtutum tuarum imagine devotionem. Vale, Reverendissime ac Celsissime Princeps, et ad Nestoreos annos publice domique felix, exemplum seculo, beatitudinem tuis, incrementa literis, quod facis, praesta. Lugduni ad Rhenum a. d. IX. Cal. Majas A. C. CIƆ IƆCLXV.

Reverendissimae Celsitudini Tuae
Devotissimus

JOHANNES FREDERICUS GRONOVIUS.

LECTORI BENEVOLO.

Si opus esset, amice Lector, non gravarer tibi longam de T. Livio fabulam serere: suppetit enim materia: sed tantum dictum est, ut quaedam non esse dicta praestaret, et illorum aliunde gnarus in hoc certo schedio alia lectione mavis avocari. Hoc igitur exspectas potius, ut, qua fiducia sim aggressus rem minime vulgaris animi, quam me ausurum, ut sic dicam, ante tubas, et priusquam poscerer, ne ipse quidem credidi, ut perpetuis notis historiae Romanae principem emendatiorem reddere conarer, hic in limine edisseram. Ubi primum illud relictum à prioribus occupabo, ut grata commemoratione doctorum hominum, quos curae aliquid huic scriptori vitae restituendo post literas renatas impertisse accepi, praesertim antiquiorum, et ipsorum pariter Manes et futurorum studia demerear. Illo-

rum enim plerorumque inter mortuam laudem renovavero: ex his, qui post nos eandem provinciam subituri sunt, adminiculum habebunt, quod mihi si fuisset a principio, et sollicitudine diu me vexante liber fuissem, et multis partibus meliorem tibi statim auctorem dedissem. Neque enim tantum mihi tribuo, eaque malignitate et in majores et in minores feror, fortuitis subjectus, et an audeam insonare illud, ὅστε κρότον, ambiguus, ut vel istorum Hieronicarum palmas et coronas olim certas abolere aut conterere desiderem, vel neminem posthac in eodem stadio exerceri velim. Qui mos est quorundam, ut velut desponsos sibi, usu, coëmptione, farre, in manum convenisse veteres, quos recensendos susceperunt, haberi postulent; aut quasi ab censoribus ea lege publicum conduxissent, ne id praeterea cuiquam agitare fas sit, alios ut inde omnes arceant, tentantibus opus novum nuntient, aemulamque industriam contumeliam suam interpretentur. Prima igitur, uti debebat, praeconem suum in lucem reduxit Urbs domina; adspirantibus, ut ornatiorem deduceret, disertis duobus et gravibus Viris, Johanne Andrea Aleriensi, et Johanne Antonio Campano Interamniensi, Episcopis. Quos bene gnaros, quantum interesset ad historiae fidem et apparatum, ad temporum noticiam, ad linguae Latinae omnisque eloquentiae nitorem et copiam, ad prudentiam ac civilia et mores, hoc opus, sed quam purgatissimum, in manibus haberi, ambos eodem tempore quidam movit sacer instinctus, et incessit cupido tam utilem operam simul studiis praestandi et personis ac dignitatibus suis ad posteros commendandi. Occupavit tamen, ni fallor, Andreas sub Paullo Secundo Pontifice Maximo, manibus, ex ea natione, quae librorum typis et praelis describendorum nobilem et saluberrimam invenit artem, Conradi Sweinheimi et Arnoldi Panartii. Duo ejus editionis penes me sunt exempla, alterum dono Casp. Gevartii, cui deest frons et bellum Punicum secundum; alterum Bern. Rottendorfii, quod titulo pariter et epitomis usque ad XXVII. caret. Annus appositus non est, sed MCCCCLXXI. eam antevertisse argumento est, quod hoc anno Paulus, cui dicatur, mortalitatem explevit. A Vendelino (hic est, puto, qui se Sweinheimum in calce voluminis appellat; ut solent Itali Germanica vocabula invertere) ex Victorini Feltrensis exemplari redditam fuisse anno MCCCCLXX. testatur Fr. Robortellus in Convenientia Livianae supputationis cum marmoribus Capitolinis, et in Emendationibus. Hunc enim Victorinum Feltrensem praefatur Aleriensis, principem omnium Patavii, et mox Venetiis privatim, inde Mantuam Jo. Francisci Marchionis, ut liberorum ejus disciplinam susciperet, liberalitate traductum, T. Livii annales publico auditorio, cum ingenti hominum admiratione ac fama, commisisse. Quin etiam post multa de illo honorifica, quicquid auctore in tanto profecerit, praeceptori, altori, parenti Victorino, magnanima et grata pietate acceptum refert. Hunc brevi intervallo secutus est Interamniensis Praesul: cujus curam adhuc videre non potui: sed in regiae, quae Parisiis est, bibliothecae indice scriptum legi: *Titi Livii Historiarum decas ex emendatione Antonii Campani: adjecta sunt omnium librorum epi-*

to-

tomata (ut tum loquebantur) *fol. Romae* MCCCCLXXI. et *Tertia et Quarta decas, ibidem* MCCCCLXXII. Exstant Opera ejus a Mich. Ferno collecta, et Venetiis in vulgus data: in his nuncupatio hujus lucubrationis ad Jacobum Amanatum Lucensem Cardinalem Papiensem: unde digna visa sunt haec, quae exsignarem: *Genus est in eo scribendi proprium et suum, et idipsum splendidum atque magnificum, et tanquam ad spectaculum quoddam magnitudinis sublime et elevatum, ac per omnes circumductum amplitudinis gyros: ita ut eruditorum oculos late extendere atque extollere in altum possit, imperitis caliginem afferat. Inde librariorum coorti errores, dum, quod ipsi non capiunt, nimium esse, aut, quod non cernunt, obscurum, aut, quod est inversum studio auctoris, depravatum putant; et de librariis emendatores facti, ubi plus adhibent judicii, ibi minus intelligunt. Horum igitur depravationes, quas tanta diuturnitate temporis tantaque barbarie necesse fuit esse quam plurimas, multis fretus exemplaribus corrigere aggressus feci, quod tu jussisti: etiam feci, quam potui, diligenter, ut huic novae miraeque industriae impressorum ipse quoque pro virili auxiliarer.* Deinde: *Quod ad me attinuit, nusquam curiosus interpres aut divinator, nihil praeter meum laborem et diligentiam attuli. quae utinam tanta fuerit, ut librariorum tollendis erroribus satisfecerit! Certe in hoc fuit maxima, ut Livii majestatem affectatione ingenii nusquam minuerem.* Andreae velut praescriptum una cum praefatione exprefferunt (ita tamen, ut itentidem ab eo recesserint) Mediolanensis, artem et impensas laudans Philippi Lavagniae MCCCCLXXVIII. Tarvisina utraque, referens has Decades a Luca Porro diligentissime recensitas, praelo suppositas fuisse a Jo. Vercellensi MCCCCLXXXII, et iterum quinto; quae duae sunt editiones diversae per omnia; non, ut nunc interdum illudunt, primum modo folium cum anno habent mutatum: duaeque Venetae, quae per Bartolomaeum de Zanis a Portesio summa industria se conditam cantat MCCCCXCVIII, et quae per Georgium de Rusconibus Mediolanensem MDI. Non multo serior, si non antiquior quibusdam, est Bechariana, charta ὀκταπτύχῳ, (et primam ea forma contractam hanc censeo, nec vidi, nisi quod habeo ejus specimen, a Tobia Andreae donatum) dissimulato loco et tempore unam praeferens utriusque notam, Augustini Bechari sacerdotis ad Studiosos alloquium, quod testimonio Quintiliani, Hieronymique ac Plinii narratiuncula de Gaditano Patavinum visente constat. Ab eodem Bechario Justinum M. Antonio Coccio Sabellico recognitum prodiisse testatur Matt. Berneggerus. Proxima mihi oblata est, quam Lutetiae MDXIII. emisit Jod. Badius Ascensius. is lectorem monet superiore conatu ante biennium operas suas deceptas codice, qui M. Sabellicum exactorem praedicaret, plusculas mendas non exemisse: quo serius comperto se curasse reliquias Livianas cum decem diversae monetae aut scripturae exemplaribus conferri a Gerhardo Vercellensi Burgundo. Atque hae omnes libro tertio et trigesimo magnaque parte quadragesimi, finitae scilicet in his verbis cap. 37. *per omnia fora conciliabulaque edixerunt*, desituuntur: ego autem cunctis praeter Campanicam et priorem Tarvisinam, ut inciderat, quod,

rum enim plerorumque intermortuam laudem renovavero: ex his, qui post nos eandem provinciam subituri sunt, adminiculum habebunt, quod mihi si fuisset a principio, et sollicitudine diu me vexante liber fuissem, et multis partibus meliorem tibi statim auctorem dedissem. Neque enim tantum mihi tribuo, eaque malignitate et in majores et in minores feror, fortuitis subjectus, et an audeam insonare illud, ὅστε κρότον, ambiguus, ut vel istorum Hieronicarum palmas et coronas olim certas abolere aut conterere desiderem, vel neminem posthac in eodem stadio exerceri velim. Qui mos est quorundam, ut velut desponsos sibi, usu, coëmptione, farre, in manum convenisse veteres, quos recensendos susceperunt, haberi postulent; aut quasi ab censoribus ea lege publicum conduxissent, ne id praeterea cuiquam agitare fas sit, alios ut inde omnes arceant, tentantibus opus novum nuntient, aemulamque industriam contumeliam suam interpretentur. Prima igitur, uti debebat, praeconem suum in lucem reduxit Urbs domina; adspirantibus, ut ornatiorem deduceret, disertis duobus et gravibus Viris, Johanne Andrea Aleriensi, et Johanne Antonio Campano Interamniensi, Episcopis. Quos bene gnaros, quantum interesset ad historiae fidem et apparatum, ad temporum notitiam, ad linguae Latinae omnisque eloquentiae nitorem et copiam, ad prudentiam ac civilia et mores, hoc opus, sed quam purgatissimum, in manibus haberi, ambos eodem tempore quidam movit sacer instinctus, et incessit cupido tam utilem operam simul studiis praestandi et personis ac dignitatibus suis ad posteros commendandi. Occupavit tamen, ni fallor, Andreas sub Paulo Secundo Pontifice Maximo, manibus, ex ea natione, quae librorum typis et praelis describendorum nobilem et saluberrimam invenit artem, Conradi Sweinheimi et Arnoldi Panartii. Duo ejus editionis penes me sunt exempla, alterum dono Casp. Gevertii, cui deest frons et bellum Punicum secundum; alterum Bern. Rottendorfii, quod titulo pariter et epitomis usque ad XXVII. caret. Annus appositus non est, sed MCCCCLXXI. cum antevertisse argumento est, quod hoc anno Paulus, cui dicatur, mortalitatem explevit. A Vendelino (hic est, puto, qui se Sweinheimum in calce voluminis appellat; ut solent Itali Germanica vocabula invertere) ex Victorini Feltrensis exemplari redditam fuisse anno MCCCCLXX. testatur Fr. Robortellus in Convenientia Livianae supputationis cum marmoribus Capitolinis, et in Emendationibus. Hunc enim Victorinum Feltrensem praefatur Aleriensis, principem omnium Patavii, et mox Venetiis privatim, inde Mantuam Jo. Francisci Marchionis, ut librorum ejus disciplinam susciperet, liberalitate traductum, T. Livii annales publico auditorio, cum ingenti hominum admiratione ac fama, commisisse. Quin etiam post multa de illo honorifica, quicquid auctore in tanto profecerit, praeceptori, altori, parenti Victorino, magnanima et grata pietate acceptum refert. Hunc brevi intervallo secutus est Interamniensis Praesul: cujus curam adhuc videre non potui: sed in regiae, quae Parisiis est, bibliothecae indice scriptum legi: *Titi Livii Historiarum decas ex emendatione Antonii Campani: adjecta sunt omnium librorum epi-*

to-

tomata (ut tum loquebantur) *fol. Romae* MCCCCLXXI. et *Tertia et Quarta decas, ibidem* MCCCCLXXII. Exstant Opera ejus a Mich. Ferno collecta, et Venetiis in vulgus data: in his nuncupatio hujus lucubrationis ad Jacobum Amanatum Lucensem Cardinalem Papiensem: unde digna visa sunt haec, quae exsignarem: *Genus est in eo scribendi proprium et suum, et idipsum splendidum atque magnificum, et tanquam ad spectaculum quoddam magnitudinis sublime et elevatum, ac per omnes circumductum amplitudinis gyros: ita ut eruditorum oculos late extendere atque extollere in altum possit, imperitis caliginem afferat. Inde librariorum coorti errores, dum, quod ipsi non capiunt, nimium esse, aut, quod non cernunt, obscurum, aut, quod est inversum studio auctoris, depravatum putant; et de libraris emendatores facti, ubi plus adhibent judicii, ibi minus intelligunt. Horum igitur depravationes, quas tanta diuturnitate temporis tantaque barbarie necesse fuit esse quam plurimas, multis fretus exemplaribus corrigere aggressus feci, quod tu jussisti: etiam feci, quam potui, diligenter, ut huic novae miraeque industriae impressorum ipse quoque pro virili auxiliarer.* Deinde: *Quod ad me attinuit, nusquam curiosus interpres aut divinator, nihil praeter meum laborem et diligentiam attuli. quae utinam tanta fuerit, ut librariorum tollendis erroribus satisfecerit! Certe in hoc fuit maxima, ut Livii majestatem affectatione ingenii nusquam minuerem.* Andreae velut praescriptum una cum praefatione exprefferunt (ita tamen, ut itentidem ab eo recesserint) Mediolanensis, artem et impensas laudans Philippi Lavagniae MCCCCLXXVIII. Tarvisina utraque, referens has Decades a Luca Porro diligentissime recensitas, praelo suppositas fuisse a Jo. Vercellensi MCCCCLXXXII, et iterum quinto; quae duae sunt editiones diversae per omnia; non, ut nunc interdum illudunt, primum modo folium cum anno habent mutatum: duaeque Venetae, quae per Bartolomaeum de Zanis a Portesio summa industria se conditam cantat MCCCCXCVIII, et quae per Georgium de Rusconibus Mediolanensem M D I. Non multo serior, si non antiquior quibusdam, est Bechariana, charta ὀκταπτύχῳ, (et primam ea forma contractam hanc censeo, nec vidi, nisi quod habeo ejus specimen, a Tobia Andreae donatum) dissimulato loco et tempore unam praeferens utriusque notam, Augustini Bechari sacerdotis ad Studiosos alloquium, quod testimonio Quintiliani, Hieronymique ac Plinii narratiuncula de Gaditano Patavinum visente constat. Ab eodem Bechario Justinum M. Antonio Coccio Sabellico recognitum prodiisse testatur Matt. Berneggerus. Proxima mihi oblata est, quam Lutetiae M D XIII. emisit Jod. Badius Ascensius. is lectorem monet superiore conatu ante biennium operas suas deceptas codice, qui M. Sabellicum exactorem praedicaret, plusculas mendas non eximisse: quo serius comperto se curasse reliquias Livianas cum decem diversae monetae aut scripturae exemplaribus conferri a Gerhardo Vercellensi Burgundo. Atque hae omnes libro tertio et trigesimo magnaque parte quadragesimi, finitae scilicet in his verbis cap. 37. *per omnia fora conciliabulaque edixerunt*, desituuntur: ego autem cunctis praeter Campanicam et priorem Tarvisinam, ut inciderat, quod,

quemadmodum aliquando lectum esset, noscere animus ferret, usus sum. Praeter has video laudari a Robortello Melchiori Sueffae elaboratam, et ab aliis Antonio Zarotho ex recensione Petri Justini Philelphi impensis Jo. Legnani Mediolani MCCCCLXXX. confectam: sed hae, et complures, opinor, aliae oculos meos fugerunt. Anno proximi seculi octavo decimo provenit Magontiacensis apud Jo. Schefferum, Jo. Faufti nepotem. haec addidit ex membranis bibliothecae in aede ibidem maxima et metropolitana, D. Martini appellata, partem libri tertii et trigesimi a capitis XVII. his verbis: *arctis faucibus Acarnaniae cohaerens:* etsi legatur illic, *iis partibus cohaerens:* et quod deerat libro quadragesimo usque ad finem. Ulrichus Huttenus ad Albertum Brandeburgensem Cardinalem et Episcopum Moguntinum, Erasmus Roterodamus ad Misobarbaros atque eosdem Philomusos praefixis epistolis eam honestarunt. Nicol. Carbachius et Wolfg. Angustus (quos imprimendis illic loci libris eandem operam praestare, quam post Aldum Venetiis Egnatium, Romae doctos quosdam, Basileae Beatum et Amorbachios, Argentinae Gerbellium aït Huttenus) corrigendo praefuerunt: et quia in eodem volumine, Longobardicis literis scripto, ultimi quoque septem libri de bello Macedonico reperiebantur, hoc negotio ipsis a Scheffero dato, eos cum vulgatis contulerunt. Eae lectiones variae, paucis in contextum admissis, postremas operis paginas faciunt. Circa idem tempus Aldina minoris formae incudi coepta est tradi; curam ejus habuit Franc. Asulanus, et quam plurima optima et antiqua et manu scripta exemplaria e bibliothecarum latebris collegisse, atque ex omnibus hoc tandem lucidum atque ab omni parte integrum conflavisse sese in praefatione tertii tomi ad Jo. Baptistam Turrianum profitetur. Primus est absolutus mense Decembri MDXVIII, alter mense Februario MDXIX, tertius cum augmento Magontiacensi mense Novembri MDXX: et in septem, quos dixi, libris Asulanus ubique fere istius codicis (utique aliis praeferendi, etsi nonnulla illi melius, et delectu opus fuerit) lectiones recepit. Hujus auctoritatem secutae vulgares, quae nunc habentur, tantopere in ea parte ab superioribus dissentiunt: in quo, priusquam ipsum Schefferi experimentum casus in auctione quadam ad me detulit, diu anxius et sollicitus pependi. Florentiae haeredes Philippi Juntae MDXXII. per Aldina vestigia incesserunt, praeposito etiam carmine in laudem Asulani. Successit anno MDXXVIII. Eucharii Cervicorni Coloniae, ut puto, instituta. Multa ille ad lectorem gloriatur, et imputat fiduciae plena, quae tamen in contrarium vertisse valde suspiceris, si verba considerres. Aït enim *integrum sanumque hic haberi, qui multis verborum sententiarumque vulneribus discerptus olim elanguerit; lenem et nitidum, qui nuper foedis emplastris olidisque malagmatis margini impactis horridus, deformis et obvolutus visus sit. Nam ubi lectio forte variaverit, et inter exemplaria non convenerit, ea delegisse se, idque judicio doctorum hominum, quae auctoris genuinae phrasi viciniora fuerint visa, et sententiarum verborumque commissurae magis adfinia: ne scilicet imbecilliora ingenia et variae lectioni non adsueta inter tot ambages hallucinarentur, fraudarenturque dulci intelligentiae fructu, et ne quis lectionem Livianam aggressus et mox in-*

ter tot opinionum scopulos et diversae lectionis syrtes adhaerens, velut angue conspecto, παλίνορσος ἀφισᾷ. Haec tam magnifica dicta utrum factis aequaverit, nec ne, ignoro: nam ipsius examinandae nobis otium non fuit, et, tantum quod his inde descriptis, oculis ablata est. Badianam, opinor, criminatur foedis emplastris olidisque malagmatis oblitam: cujus in ora video asteriscis signata dubiae scripturae loca, et nonnumquam eorum emendationem tentatam: sed haec potius laudanda et industria et modestia erat. Itaque nihil hac insultatione deterritus anno sequenti Lutetiae ex officina Nicol. Saveterii Livium emisit Andreas Levescatius, sane cum eo, quod Magontiaci accesserat, nec usquequaque adhaerens per Badium in ipsum corpus receptis: de marginibus tamen easdem notas, tanquam haud inutiles, repetivit. Annus delapsi seculi primus et trigesimus novo rursum nos proventu beavit: tum enim in Helvetiis Simon Grynaeus ultimos quinque libros, repertos in membranis apud Monasterium Lauriffenum, vulgo Lorffense, e regione Borbetomagi, trans Rhenum, per Jo. Frobenium, publice exhibuit. Dignatus est hanc quoque prologo Desiderius ad Car. Montiojum: et scribit, archetypon fuisse admirandae vetustatis, prisco more literarum perpetua serie ita depictum, ut difficillimum foret verbum a verbo dirimere, nisi docto, et attento, et in hoc ipsum exercitato: unde non parum negotii fuisse in parando exemplari, quod operis utendum traderetur: nec minore cura, quam fide, advigilatum esse, ne usquam in describendo ab archetypo recederetur. Adjecta est Henrici Glareani Chronologia. Haeredes Aldi Manutii et Andreae Asulani biennio post ex hac tribus prioribus quartum tomum addiderunt. Beati Rhenani et Sigismundi Gelenii quando apparuisset sociatus labor, cum dubitarem, Conr. Gesneri Bibliothecam consului; etsi citra illos, quos recensui, tanquam remotiores, aciem intentionis abruptam habuisset, hos tamen obvios, tum utique, ac propinquiores subtilius persecutam ratus. At illa me a primo magis implicuit. nam sub Beati nomine, annotationes utriusque in exstantes Livii libros Lugduni seorsum narrat exiisse anno MDXLII. sub Sigismundi Basileae cum ipso Livio et seorsum Lugduni MDXLI. cum interim Glareanus suas Carolo V. Imperatori inscriberet MDXL. et ibidem laudaret Frobenianam editionem, opera et diligentia Rhenani et Gelenii fultam. Recurro ad ea, quae sub Titi Livii nomine prius lecta parum satisfecerant: et ibi invenio Decades tres cum dimidiata una cum emendationibus et annotationibus doctorum quorundam virorum prolatas a Frobenio MDXXXV. Hanc igitur esse decrevi, quam quaerebam: et nunc ipsum, dum haec scribo, in auctione volumen nactus, praeter exspectationem video. Erasmus hic quoque in limine alloquitur Montiojum et Gelenius Franciscum Delphum, ab Rhenano in consortium hujus provinciae se ultro adscitum testatus. Decimo libro subjectum, quod in scriptis nonnullis habetur: *Nicomachus dexter V. C. emendavi ad exemplum parentis mei Clementiani. Victorianus V C emendabam Domnis Symmachis.* Hos excepit Glareanus, quo dixi, primum anno. Quid autem de his senserit P. Victorius, prodit ad quartum Rhetoricorum ad Herennium, scribens: *Germani autem nuper eum locum restituerunt,*

qui T. Livii libros, quos temporis vetustas et hominum incuria nimis corrumpsit, summa cura et diligentia emendatos edideruntq. Anno MDXV. Sebastianus Gryphius charta octonaria, et minuto charactere primus ardivit Livium, praepositis Beatii tantum ad Montiosum epistola, nihil ipse pollicitus; deprehendimus tamen quaedam movasse. Insequente MDXV. Caelius Secundus Curio Hervagianae auxilium praestitit, et super eorum, Vallaeque Laurentii et Sabellici Coccii mixtas animadversiones sese ad dudentos emendasse docet, et pristino nitori restituisse testatur. Eodemque anno Paulus Manutius auctorum maxima ab Car. Sigonio omnes vetos castigatam, cum ejusdem Scholiis et Chronologia publicavit. Quo placuit exceptum, dicap Hist. Turnebus XI. Advesariorum: *Etrusciis Livii exhaurientibus bonam fidelemque navavit operam vir eruditissimus Carolus Sigonius: quem ego tantae antiquitatis peritissimum et bonorum scriptorum intelligentissimum et eruditissimum ad hanc rem aptissimo possum ut, si quid reliquum sit in Livio, perexiguum videri debeat, in quo Lani parvaque opera illis defungantur.* Scholia sequenti anno et Chronologiam, octuplicata charta, tomo singulari dedit habenda Basilicae Nic. Episcopius. Paulus repetivit suam anno MDXVI. in qua plus detraxit scholiis, quam addidit, Sigonius: eaque tin retractata, interpositis, quae aut objectaverat Robortellus, aut suorum excusaverat Glareanus, in Francofurtensem MDXXXVII. transtulit Fr. Modius. Tertiam cum solis Sigonianis suppeditavit Aldus nepos MDXCII. cui accessere Car. Sigonii Livianorum Scholiorum aliquot defensiones adversus Glareanum et Robortellum. Jani Gruteri tribus nomen est editionibus volentis praepositum Francofurti, bis octuplici, dein duplici charta; indignissime postremae, quae per absentiam auctoris et excessum, (cui primis praefationis verbis mirificum omen dederat) per operarum incuriam et correctoris impudentiam mendis scatet. Anno MDCXV. Bambergae Hectore Cotzavio Imperialis Ecclesiae Decano bibliothecam publicam recognoscente ac transferente, Jo. Horrion S. J. Sacerdos, dum singulos codices excutit, in membranas incidit, quae complures T. Livii libros, in his partem priorem XXXIII. adhuc desideratam servabant. Unde exemplum factum Franc. Bartolino Urbinati non invidit, atque is id Venetiis cum Ant. Quarengi notitia, multo correctius ipse inventor Paderbornae MDCXVII. protulit; tacito ille quidem per modestiam nomine, sed illud me docuit, qui etiam carissimi et ad eum diem incogniti mihi libelli copiam fecit, Bern. Rottendorfius. Scio fuisse viros doctissimos, qui de hujus fragmenti veritate dubitaverint: sed hi passi sunt aliquid humanum, et quale modo ridebam in Fr. Asulano, qui in limine primi tomi Aldinae, accusatis typographis Florentinis, queritur aliud genus sceleris commisisse Basileenses: historiam enim quandam rerum Romanarum sub nomine Paterculi edidisse, in quo nihil fere Latinum legatur, quod Augusti tempora redoleat, quibus eum floruisse velint. Nimirum in similibus deprehensa fraus officit, ut nondum bene perpensis etiam veris boni diffidant. Hae maxime conspectae editiones, haec incrementa, hi vindices sunt partis T. Livii, quae Libitinam vi-

tavit: quorum in honorata turba si vel imo loco me adhaesisse feret posteritas, est, cur me laboris exhausti, de quo ne summis quidem facile concesserim, minime poeniteat. Quod autem persaepe opinionibus illorum non subscribo, cave obtrectationis id factum invidia suspiceris. Ego vero et praeclaros fuisse viros omnes et egregie animatos optimeque de Livio meritos lubens confiteor. Scio etiam nemini haec studia curiosius tractanti tam praesentem semper animum fuisse, ut nusquam impingeret: mihique nihilo majorem felicitatem spondeo: nec, si quid in quemquam acrius dixisse videbor, non tam in illos dictum dolentibus, quam ne in se idem majori jure dicatur verentibus, id quo minus ipse similiter deprehensus patiar, intercedo. Nam qui levia nonnunquam consectatum judicabunt, illud cogitent, non omnibus idem, quod ipsis, leve censeri: neque ullum tam leve erratum hominibus tantae existimationis excidere, ut non trahat imprudentes multos, nisi commonefiant: tum non se plus sapere Patriarcha Aquilejensi Hermolao Barbaro, qui negat, *in Plinio, damnandos esse*, (sic loquitur modeste: vult autem dicere, eos demum justa industria perfungi) *qui ne syllabam quidem pati possint male collocatam*. Caeterum ut, quae meis orsis praeterea fuerint auctoritates, ne ignores, fidemque meam explorare, si libeat, possis, primos decem libros de meo oleo et sedulo contendi cum scriptis Isaaci Vossii duobus, B. Rottendorfii, Gudiano, Thuaneo singulis, quorum Gudianus ab initio tres fere libros et particulam quarti, Thuaneus cum sexto reliquos integros continebant. Obiter et vellicatim consului de quibusdam locis Oxoniensem Collegii Novi, regium Lutetiae, aliquot Florentinos. Excerptas varietates optimi omnium partis hujus Florentini partim Lucas Langermannus, consobrinus meus, (qui et Halmacstadiensis) partim Marquardus Gudius subministrarunt: Buslidiani et Chifletiani Albertus Rubenius: trium quondam Palatinorum codicum fide Joni Gebhardi Suffridus Sixtinus. Puteani quoque fratres schedas parentis sui Claudii, in quibus ex Ful. Ursini et Jac. Cujacii membranis paucula quaedam properata erant, ultro ingesserunt. Ab iisdem in Bello Punico secundo Cynosura nobis fuit liber, quo de Tito Livio nihil nec antiquius nec sanctius Europa custodit, majusculis literis, et plane, qualibus clarus ille Florentinus ex Pisano Pandectos, exaratus. Hic solus largiorem bonarum rerum, quam quicquid est reliquorum, sese nobis praestitit: et inde judicium faciendum, eorum non in Livio tantum, sed in aliis quoque priscis auctoribus restituendum restet, si ad illud aevum pretiumque codices nanciscamur. Etsi autem sollicita cura nullum apicem tam fidae manus non persecutum esse me credebam, tamen, quia tantum in uno ad omnia momenti erat, diffisus oculis meis a Cl. Salmasio, ut libri, in cujus marginem plerasque minoris ponderis varias, cum chartis, in quas insigniores emendationes retulerat, quum forte in colloquio ostendisset, copiam mihi faceret, haud gravatim impetravi. Alexander Petavius Pauli F. Claudio Sarravio pararo duos, unum pervetustum et isti primigenio fideliter ut plurimum adhaerentem, aut sic ab eo deflectentem, ut causa appareat; alterum etiam non malae notae; Ismaël Bullialdus ex Bibliotheca regia; Claudius Menardus Andibus suum singulos, non nimis quidem antiquos, sed

tamen non speraendos, quia ex probatis translatos praebuerunt: ex quibus tres solidos, meliorem Petavianum, quia serius nosse coeperam, aliquamdiu perpetuum, deinde illustrioribus locis, adhibui. Idem in compluribus Florentinis et Barberino, L. Holstenii apud Cardinalem Franciscum gratia, per temporis angustias mihi Romae licuit. Accessere inter ipsum opus Vossianus, et Gudii unus integer, alterius paucae schedae opifici, qui sorores earum jam corruperat, vix pretio subductae. Per eandem nonnullis e Florentinorum praecipuo in Addendis hujus tomi frueris. Belli Macedonici primi et Asiatici cum Antiocho exemplaria scripta ex Barberina, Gabrielis Naudaei, Petaviana, Vossiana (hoc chartaceum, caetera omnia, quorum memini, in membranis erant) singula accepi, et integra cum vulgatis relegi. Oxoniensis, Florentini et Venetus coenobii D. Antonii (cujus aditum Jac. Philippus Thomasinus mihi fecerat) aliquibus locis consulti servierunt: sed in nullo plus habebatur, quam in editis ante Magontiacensem fuisse diximus. Ex Buslidiano quoque ad utrumque posteriorem tomum communicavit quaedam Rubenius. Quae Muretus alia e vett. libris notata, alia divinatione colligens, signis appositis, unde dignosci possent, ad Sigonianam primam conjecerat, ea Patrum S. J. quae Romae est, voluminis dominorum humanitati et singulari officio Gudii debeo. Sed et Tanaquillus Faber Salmurio miniatulis suis missis munus nostrum insigniter ornavit. Epitomas Barberinae, Vossianae, et binae Gudii membranae juverunt. Haec fuere coeptis meis praesidia: quae dum conquiro, vides, amice lector, quae vincula subire, quantum aeris alieni, quam difficulter atque aegre expungendi, contrahere me oportuerit. Sed adeo me stimulat, fodicat, vellicat infinita quaedam cupiditas literarum excolendarum, ut, unde T. Livii sinceritatem et dignitatem augeri, unde periculum hoc apparatius effici, et tuis studiis aliquid utilitatum afferri posse opinabar, nihil recusarim. Quare etiam libens ac prolixe animo, quotquot hoc beneficio me obnoxium tenere viros honoribus, virtutibus, eruditione ac scriptis eminentissimis merito praedicavi, iis hic publice eo nomine laudes gratesque ago: et, si quid ex sententia cessit, non tam labori meo, qui utcumque gnavus, non tamen pari ingenio doctrinaque sustentatus fuit, quam illorum copiis et benignitati adscribendum profiteor. Vale, et nostris Musis, dum frueris, fave.

PRAEFATIO
JAC. GRONOVII

ante editionem anni CIↃ IↃ CLXXIX.

LECTORI BENEVOLO JACOBUS GRONOVIUS.

Quid aliud nunc ego horter, quam ut faveas, Lector, atque etiam applaudas verbis, quibus optimum virum cum tot horarum impensis transegisse vides, et Livianas suas curas prosequutum esse, si non emendatissimae manus artificia, at opinor, et certe, ita illis satisfacientem, ut nulli priorum secundus numerari possit? Caeterum ita instituit natura et optimus naturae auctor Deus, ut sint transitus rerum, ut nova ubertate proveniant terrae, et secula in alias hominum formas transscribantur. Idcirco, quod indidem post aetatem nostram facturos speramus alios, ipse hanc vicem successi, non quo otium tam fideliter lacessitum rumperem, aut alia me sollicitarit species; sed, quum imitamentis et vitae et universae rationis paternae deludere me assuerim, indixit mihi et a me repoposcit operam typographus. En dominam necessitatem: quam tamen et gravatus fui, et dubitationem indui, sed nequivi sic esse absonus, ut non libenter nunc quoque nomen meum industria Liviana respondere cuperem, praesertim quum liceret, ut in conditionibus olim, de quibus rebus sciam poteroque. Ita subivi onus tum ex se laboriosum, tum eo vel maxime amarum et invidiae proximum, quod judicandum fuit de judiciis patris, et tanti. Sed videlicet ne sol quidem, res solo lumine constans et ob id producta, nunquam obscurari ac tenebris intervenientibus obfuscari solet. Qua fronte igitur homines optemus constanti eodemque semper acuminis tenore quidquam aggredi? Propterea quoties libere sententiam meam aperui, et mandatum vegetioris animi aut felicioris horae peragere tentavi, non reor me fecisse, ut novi operis nunciatio impingi mihi debeat, vel ad cujus poenitentiam redire non possim, ideoque vicissim tuam, sed candidam simul et eruditam, humanitatem imprecor, ut in ea Mercurium Gratiis junctum cognoscam. Quum Cantabrigiae hiberna agerem, bellum Annibalicum diligenter legi, adhibita membrana collegii Trinitatis: nec memini alium propius ab archetypo Puteanaeo dissidere. Sequentibus aestivis Lutetiae in Thuanaeis scriniis usus fui item membranaceo ad bella Philippicum et Antiochium; ex eo, quod minuta et molesta esset scriptura, nulli inspectum suspicans. Sed et ibidem Henricus Valesius ille, et nunc et olim *Χρηστώτατος*, ultro Livium, quo usus erat, ad dies mihi praestitit, ut varietates lectionum ex MS. codice S. Victoris ibi allitas, et si quid subito impetu annotatum aliud esset, meum facerem, nec neglecturus, nec sine modestia effusurus. Ea omnia quum ab patre exactum iri sperarem, intervenit Parca, et

din pro nullis jacere jussit. Adeo non potuit venire in mentem, fore unquam, ut tam sollicito et ingenti stimulo excitaretur vis nostra, et in campum, tot ante vigiliis praesidiisque occupatum, committendos lacertos nostros opperiri deberem. Nec enim defuisset instructiori apparatui, et inopinatae huic industriae ampliora fulmenta advocavissem. Nunc praeter exspectatum ajitatus, nil nisi patrem meorum studii, et affectus in Livium propensissimi indicia edere, quo detrimentum omne ab hac ejus editione averteretur. Si id agens aliquando illectus fui, ut quasi ex provocationis in atrocitatem quandam pugnarim, sancta licitaque feci: nec dubites de malentate paternae conjectura, cujus certissima et chirographo ipsius confirmata habeo signa. Quid quod etiam solebant in equis triumphantium patrum sedere filii? utrujus laudis vel imitatione vel usurpatione nequaquam absurdum esse cumus. Quae profecto plenissime firmar, si me hunc quidem Livium, sed me propter illum, ut ceteros, et hanc utriusque Genovii palaestram, et, si quem alium, qui eam legitime pulvere aspergendam praecessisse sentiet, liberali ac laeto animo spectaturus, concedas. Vale.

DEDICATIO ET PRAEFATIO

THOMAE HEARNII.

PERILLUSTRI AC NOBILISSIMO JUVENI, JACOBO COMITI SARISBURIAE, VICECOMITI GRANBURNE, ET BARONI CECIL DE ESSENDON.

Etsi vereor, ne pudore et ingenua quadam timiditate ab hac compellatione refugias, nullus tamen dubito, quin plerique munus hoc, quod Tibi jam offero, et nobilitati et aetati Tuae aptissimum arbitrentur. Num quid enim Tibi, in adolescentiae lubrico versanti, ad praesidium magis accommodatum, quam Historia: unde Tibi Tuaque Britanniae, quod imitere, capias; unde foedum inceptu, foedum exitu, quod vites? Num quid Tibi in illo, quo inclarescis, nobilitatis splendore, ad avitum decus augendum tuendumque magis utile futurum est, quam reipublicae Romanae historia; quae nulla fuit aliquam rerum varietate et amplitudine illustrior, aut egregiis illis exemplis ditior, quae vehementer Tibi animum ad virtutem accendant, quae generoso in pectore flammam excitent, non prius secundam, quam tantorum virorum dignitatem et famam adeaqueveris? Accedit, quod illius historiae scriptorem Tibi olim, augustissimi imperii maximum parem; qui res principis terrarum populi tanta ingenii libertate et gloria enarrat, quanta magnitudine animi et fortitudine erant gestae. Sed hunc tanti nominis scriptorem laudibus praeire non meae est tenuitatis; nec is est Livius, qui apud te commendatione egeat. Illum enim Tu dum in pridem magna cum diligentia nec minori cum voluptate perlegisti, et (quod Tibi maximo

est honori parique olim futurum est emolumento) propria manu in epitomen redegisti. Erunt fortasse nonnulli, qui Tibi hanc laudem ideo invidebunt, quoniam eandem ipsi recusant mereri. Sed hi fere sunt molles isti et delicati, qui, domi inter mulierculas educti, adeo pernicioso optimarum rerum fastidio tenentur, ut in fabulis audiendis legendisve aetatem terant. Quo fit, ut magnificum aliquod honestumve raro cogitent, rarius aggrediantur. Te vero ad longe pulchriora et praestantiora ducet egregia Tua indoles, praeceptis institutisque philosophiae imbuta, summaque Doctorum auctoritate, et praeclaris Academiae exemplis munita: Tibi veram gloriae semitam monstrabit Livius, heroum, omnis aevi nobilissimorum, vestigiis signatam et impressam. Perge itaque viam, quam ingressus es, insistere; qua Majores Tui inclyti, MAGNI CECILII, iverunt; qua Tibi pariter cunti certissimus est ad honoris fastigium adscensus. Perge literas, quas moribus suavissimis ornas, acri ingenio et singulari industria excolere. qua re, ut nihil Tibi ad famam illustrius, ita nihil bonis omnibus artium liberalium amantibus optatius potest accidere: nihil pubi ingenuae magis voluptuosum erit, quam ad nominis immortalitatem Tecum, juventutis Academicae principe, contendere; quem persuasum habemus lubentissime suscepturum esse literarum patrocinium, quem non vani auguramur istud patriae decus et tutamen allaturum, quod sub ELIZABETHAE MAGNANIMAE auspiciis attulerunt proavi Tui, viri virtute, sapientia, integritate clarissimi. Faxit Deus, ut spem, de Te haud temere conceptam, ratam facias, ut literatis firmissimo sis praesidio, utili optimatibus exemplo, universis summae admirationi.

Dignitatis Tuae cultor
observantissimus
THO. HEARNE.

LECTORI S.

Quum rara admodum essent Livii exemplaria emendatiora, et quae nitoris aliquid prae se ferebant, magnoque optimi historici desiderio flagrarent juvenes literis humanioribus dediti; maxime e re illorum esse visum est, ut aliquis de nova editione typis nostris adornanda cogitaret. Quum vero alii, ingenio et eruditione praestantes, hoc sibi negotii dari noluerint, me tandem ad illud aggrediendum hortatu suo impulit Vir amicissimus, bibliothecae Bodlejanae praefectus: qui, ne memet onere subtraherem, id aliqua ex parte me allevaturum esse benigne pollicitus est. Eo siquidem optimas artes promovendi studio tenetur, ut a bene agendi proposito nec horum iniquitate deterreri, potuerit, qui id genus conatibus plurimum obstant, nec improbis illorum calumniis dimoveri, quibus aeque fortuitum est ad honores evehi, ac aliis a principibus nasci. Hujus itaque auctoritati, quae apud me non parum valet, lubenti animo parui, ejusque consilio (cui cum aequis rerum aestimatoribus multum tribuendum censui) protinus morem gessi. Ita tamen, ob operis molem et difficultatem, evenit, ut non nisi post biennium, in Codd. MSS. et editis conferendis, notisque colligendis et digerendis insumptum, prelo exercendo memet accingerem. Quin et hoc lentius aliquanto, quam vellem, licet processerit: tamen ad extremum te, Lector bene-

vole, voti compotem fecit; mihique, omni cura et cogitatione operis typographicis diu intento, tandem aliquando liberum reliquit, ut te paucis alloquerer, dum Livianarum editionum historiolam pertexam, et tibi enarrem, quo pacto ingentis corporis pars non exigua e temporis naufragio emersit, et jam squallore deterso eruditorum manibus tractari non erubescit.

Dum sub artis typographicae initia Italorum juventuti T. Livium magno cum plausu praelegeret Victorinus Feltrensis, factum est, ut illum divulgandi cupiditas injiceretur Johanni Andreae, postea Aleriensi antistiti; qui vetustum, quod fuerat praeceptoris sui, exemplar nactus, illud omnium primus, sub auspiciis Paulli secundi summi pontificis, typis (*a*) edidit. Quum vero istius editionis exemplaria (nam CCLXXII. (*b*) tantummodo impressa erant) cito distraherentur, biennio post Johannes Antonius Campanus, vir excelsi et elegantis ingenii, primum Cotroniensis, deinde Interamniensis episcopus, Codicis MS. antiqui (*c*) subsidio auctorem nostrum longe emaculatiorem publico dedit. Hunc in Livio accurando subsecuti sunt alii nonnulli, in critica versatissimi; quibus tamen non licuit esse adeo beatis, ut aliquid Livii, quod non viderant duo praesules illustres, in lucem protraherent: idcoque Decadibus olim inventis, primae sc. tertiae, et quartae non integrae, (nam ita Livium fastidientium lectorum scidit ignavia) (*d*) expoliendis illustrandisque operam impenderunt. Anno vero CIↃIↃXVIII. Johannes Schefferus, celeberrimi Johannis Fausti nepos, historico nostro manum ulteriorem admovit; libro XL. et parte posteriore XXXIII. adjunctis, ex Codice membranaceo literis Longobardicis scripto, et in aedis Moguntinae bibliotheca adservato: quem, utpote lectu difficillimum, a viris impense doctis et acutissimis Nicolao Carbachio et Wolfgango Angusto summa fide describendum curavit. Quin et quum septem Livii libros ultimos de bello Macedonico et Asiatico eaedem complecterentur membranae, lectiones a vulgatis discrepantes notatas et excerptas esse voluit, et in editionis suae calcem velut auctarium nobilissimum conjecit. Opus hoc magna cum gratulatione exceptum est ab orbe erudito: et Erasmus, ut palam fieret, quam immortalis honos iis debetur, qui veterum monumentis eruendis et elimandis operam dant,

(*a*) Vide Ughelli Ital. Sacram, Tom. III. pag. 603. Aleriensis Praefat. in Liv. et Editionum conspectum, qui testimonia subsequitur. (*b*) Vide Aleriensis Epistolam quintae parti Annotationum Nicolaï Lyrani Brabanti in biblia Edit. Romanae anni CIↃCCCCLXXII. praefixam, et Xysto IV. Pontif. Max. nomine Conradi Suveynhem et Arnoldi Pannartii, in alma urbe typographicam artem tunc exercentium, inscriptam. Vide item Boxhornii Diss. de arte typograph. p. 46. (*c*) Vide Campani Epist. p. 154. ex Edit. Jo. Burchardi Menckenii, et Ughelli Ital. Sacr. Tom. I. p 411. (*d*) Vide Franc. Petarchae primum lib. rer. memoratarum, sub T. Livio, et epistolam ad Johan. Boccatium, p. 1104. operum, edit. Bas. CIↃIↃLIV. Petri Criniti de honesta disciplina lib. 7. c. 12. Joan. Saxonii Comm. ad Livii lib. 21. sub initio, L. Pignorii Symbolic. Epist. 44. et Vossii Art. hist. c. 25.

illud mirifice laudibus extulit in epistola Misobarbaris et Philomusis inscripta. Istae magni pretii reliquiae alios ad bibliothecarum forulos excutiendos incenderunt: multisque locis perlustratis tandem Simon Grynaeus, vir ut omni literarum genere praecellens, ita optimarum artium studiis provehendis natus, in quinque libros priores Decadis quintae (verum hic illic, pro dolor! mancos et hiulcos) in monasterio (*e*) Larisseno, aut, ut vulgo, Lorensi, conservatos forte incidit; et, opera doctissimorum virorum Rhenani et Gelenii usus, una cum reliquis libris Basileae excudit anno CIƆIƆXXXI, Erasmi epistola elegantissima ei praefixa ad generosum adolescentem Carolum Montiojum, Britanniae suae gloriam.

Hisce viris egregiis Livium, sed lacerum et vulneribus foedatum, acceptum referimus, mendisque adeo innumeris scatentem, ut paucissimi ex illius lectione utilitatem aliquam aut voluptatem perciperent, donec ei manum medicam porrexit vir maximus Carolus Sigonius, Italorum post literas renatas disertissimus, et in erudita antiquitate peritissimus. Is ex diuturna Romanae historiae lectione, diligenti scriptorum librorum collatione, lapidum veterum et nummorum inspectione, ingenio plane divino et admirando fretus, infinitas fere labes, quas alii non vidissent aut neglexissent, aut idoneis testimoniis destituti non sustulissent, amovit prorsus, et genuinam auctori scripturam restituit. textumque, hoc modo perpolitum et integritati suae redditum, iterum atque iterum publicavit, typis adeo nitidis, adeo venustis, ut nihil supra. Adhuc tamen, quamvis nihil Sigonii diligentiam effugisse videretur, Livianae historiae particulam non contemnendam, ex tam immani mole resectam, Bambergae reperit Joannes Horrion anno MDCXV. quam, Bartholino Urbinati statim communicatam, Venetiis cum notulis impressit Antonius Quaerengus anno (*f*) MDCXVI. sequenti autem anno Paderbornae non paullo correctiorem tacito nomine publicavit ipse inventor. id quod J. F. Gronovium (*g*) docuit Bernardus Rottendorfius. Quin genuinum sit Livii fragmentum, non est quod dubitemus, licet illud a Livii manu esse nonnulli pernegarint: inter quos utinam non recenseretur cl. J. G. Vossius, (*h*) vir in aliis plerisque acris ac subtilis judicii.

Livii nihil praeterea alicubi latere plane persuasum habeo, quum nemo adhuc, qui post Horrionem sollicite Codices MSS. evolverit, aliquid hactenus ineditum deprehenderit, praeter breviculum illud ἀποσπασμάτιον, in membranis Laudinis repertum; de quo dissertationem egregiam ad nos perhumaniter misit (*i*) cl. H. Dodwellus. Nam quae de Livio, Constantinopoli, vel in Mauritaniae bibliothecis conservato, narrata (*k*) compe-

(*e*) Iste Codex hodie in bibliotheca Vindobonensi conservatur, teste Lambecio in Catalogo lib. 2. pag. 522, 923. etc.

(*f*) Vide Catalogum bibliothecae Francof. (*g*) Vide J. F. Gronovii praef. ad Liv. (*h*) De Hist. Lat. l. 1. c. 19. (*i*) Vide Annott. ad Livii Vol. 6. pag. 210. [sive hoc tom. pag. 350.]

(*k*) Vide Pet. de Vall. Itin. Part. 1. cap. 9. et Morhof. de Livii Patavin. pag. 478. [sive hoc tom. pag. 54.]

rimus, mera hominum vanissimorum figmenta esse suspicamur; atque illis simillima, quae ex Hectore Boëthio (ut videtur) de Fergusianis Livii voluminibus ex Italia in Scotiam deportatis tradidit (*l*) Paullus Jovius, aut quae de Drunthemensi Codice refert Martinus (*m*) Groning Bremensis.

Equidem ista, (ut pergam) quae post annos aliquot Sigonianas excepit editio, Grateri nomen ementita, et Francofurti ad Moenum anno MDCXXVIII. excusa, Horrionium fragmentum habet; sed ad finem libri rejectum, mendisque foedissimis obsessum. Primus illud suo loco et nitori restituit vir de Livio praeclare meritus Joannes Fredericus Gronovius. Is, Livianis omne genus Codicibus undique conquisitis, et ingenio, quo valuit, acerrimo nixus, ceteris fere omnibus, qui eum praecessere, palmam eripuisse, secuturis rara gloriae spicilegia reliquisse videtur. Livii tamen editioni Gronovianae, quae in lucem prodiit Amstelodami anno CIOIOCLXV, altera cognominis succedit decimo quarto post anno sub filii ejus amplissimi auspiciis emissa; elegantia par, priori; et (quod ad annotationes spectat) e MSS. et patris scriptis locupletata, suisque conjecturis plurimum aucta.

Jam vero, post immensam tot eruditorum diligentiam, quid ipse praestiterim, si forte quaeras, paucis (quod in aliis fuerim prolixior) respondebo: hinc opus est, ut quid ultimis praefantibus solenni te suspensum detineam, praesertim quum adminiculorum, quae mihi praesto erant, conspectum paullo infra tibi exhibuerim. In textu exprimendo, quae res mihi summae curae fuit, vix latum unguem ab J. F. Gronovio discessi; et, ut commoda interpunctione juvaretur, erratisque typothetarum (quoad ejus fieri potuit) liberaretur, enixe operam dedi. Proxime, ad ostendendum, quo modo errorum monstra eliminarunt viri κριτικώτατοι, ad conjecturas eorum sumendas, aliorumque librorum lectiones habilitandas, aut ad judicii maturiores locis obscuris afferendum, libros meliores in pressos magno (praefacine dixerim) labore contuli, ut et sex Codd. MSS. quos mihi suppeditarunt bibliothecae nostrae, scripturarumque in iis diversitates lectionibus ab aliis antea notatis inserui, et ad imum paginae collocavi. Quibus etiam adjunxi Sigonii, Gronovii utriusque, aliorumque observationes quoad versum integras, et quicquid ipse ex antiquis marmoribus et tabulis, ex priscis nummis et scriptoribus Philologicis, ab editoribus ante me non inspectis aut leviter excussis, potui haurire. Dein, ad historiae studiosos plenius adhuc deserendos, in exteriore margine seriem Chronologicam, a cl. Dodwello pro hypothesi Catoniana (Aera Varroniana biennio recentiore) (*n*) quam eum Dionysio secutus est Livius, (*o*) consignatam, posui: annos etiam Christi; annis ante urbem conditam respondentes, adscripsi, quibus securandis non parvulo mihi adjumento erat Livii ex-

(*l*) Descript. Hebrid. pag. 77. Edit. Bas. MDLXI. 8vo.
(*m*) Vide Morhof. pag. 478. etc. [sive hoc tom. pag. 54.]
(*n*) Vide cl. Dodwelli Diss. de Cyclis ad init. tab. 13. Append. ad Praelect. Camd. et Apparat. ad Dionysii Hal. Chronolog. ut et Chronologiam ipsam.
(*o*) Vide cl. Dodwelli Diss. de Cyclis 10. §. 59, 80, 87.

emplar, quod a viro doctissimo et optimo chronologo Guilielmo Lloydio episcopo Vigorniensi accepi.

Eandem etiam, quam in textu Liviano adhibui, curam ad Epitomas transtuli, quae opera nostra non indignae visae sunt: quum et antiquitatem prae se (p) ferant, et tristem plus quam dimidii Livii jacturam aliqua ex parte resarciant. In iis illustrandis adjutus eram notulis, quas docta Pithoei manus sui exemplaris oras alloverat, et Codice MS. in Collegio Novo, (cujus, ut obiter id dicam, varietates aliquammultas mihi ad levandum laboris taedium mecum communicarunt viri eruditissimi Franciscus Cherrius et Henricus Dodwellus, amici inter paucos mihi summe colendi) ut et altero membranaceo optimae notae, quem ad me (opere jam longius provecto) comiter transmisit Antistes reverendus Joannes Morus, a sede Norvicensi ad Eliensem nuperrime promotus. Hisce demum fragmenta adjeci; et mox annotationes prolixiores, quae suis in locis commode non potuerunt intimam paginae partem occupare; deinde et Doujatii supplementa lacunarum, quae in quinque libris postremis hodie superstitibus a Freinshemio erant praetermissae: Freinshemiana librorum deperditorum supplementa (spissum opus et magnae diligentiae) seorsim editurus, modo tantae ordiundae rei faveant nostrates, et ab iis auxilium sit, è quibus summum esse deberet.

Postremo ad opus claudendum et absolvendum Indices de novo (prioribus diffisus) concinnavi; satis, ut opinor, locupletes, satis accuratos. In animo etiam habui tabulas Geographicas conficere, auctori nostro accommodatas; donec illud me monuerunt amici, eas exiguo fore usui, nisi, ad instar Cluverianarum aut Ametianarum, singula fere nomina complecterentur. quae res longe ampliores deposcebat chartas, quam minoris formae volumini congruerent.

Jam nihil reliqui esse arbitror, nisi ut, commissis omissisque ignosceres, postularem; teque orem et obtester, Lector benevole, ut mecum gratias agas Viro egregio supra laudato, qui promissis mihi factis religiose stetit: et, semet solita benignitate ad minutissima quaeque demittendo, non modo spem meam sustinuit, sed et superavit. Vale, et Ciceronem a nobis exspecta.

Ex bibl. Bodl.
tertio Iduum Maji
MDCCVIII.

(p) Vide Voss. de Vitiis serm. pag. 109. Jac. Gohorii praef. in Animadvers. T. Livii lib. 1, 2, 3. et Historiae Augustae Scriptorum per Sylburgium Vol. 1. pag. 485. in Andreae Schotti praef.

rimus, mera hominum vanissimorum figmenta esse suspicamur; atque illis simillima, quae ex Hectore Boëthio (ut videtur) de Fergusianis Livii voluminibus ex Italia in Scotiam deportatis tradidit (*l*) Paullus Jovius, aut quae de Drunthemensi Codice refert Martinus (*m*) Groning Bremensis.

Equidem ista, (ut pergam) quae post annos aliquot Sigonianas excepit editio, Gruteri nomen ementita, et Francofurti ad Moenum anno MDCXXVIII. excusa, Horrionium fragmentum habet; sed ad finem libri rejectum, mendisque foedissimis obsessum. Primus illud suo loco et nitori restituit vir de Livio praeclare meritus Joannes Fredericus Gronovius. Is, Livianis omne genus Codicibus undique conquisitis, et ingenio, quo valuit, acerrimo nixus, ceteris fere omnibus, qui eum praecessere, palmam eripuisse, secuturis rara gloriae spicilegia reliquisse videtur. Livii tamen editioni Gronovianae, quae in lucem prodiit Amstelodami anno CIOIOCLXV, altera cognominis succedit decimo quarto post anno sub filii ejus amplissimi auspiciis emissa; elegantia par priori, et (quod ad annotationes spectat) e MSS. et patris accessit locupletata, suisque conjecturis plurimum aucta.

Jam vero, post immensam tot eruditorum diligentiam, quid ipse praestiterim, si forte quaeras, paucis (quod in aliis fuerim prolixior) respondebo: hoc opus est, ut quod ultimum praefantibus solenni te suspensum detineam, praesertim quum adminiculorum, quae mihi praesto erant, conspectum paullo infra tibi exhibuerim. In textu exprimendo, quae res mihi summae curae fuit, vix latum unguem ab J. F. Gronovio discessi; et, ut commoda interpunctione juvaretur, erratisque typothetarum (quoad ejus fieri potuit) liberaretur, enixe operam dedi. Bronzino, ad offendendum, quo modo errorum monstra eliminarunt viri κριτικώτατοι, ad conjecturas eorum firmandas, aliorumque librorum lectiones habilioribus, aut ad judicii majorem lectionis obscuriorem asserendam, libros meliores in prelum magno (praefecine dixerim) labore contuli, ut et ex Codd. MSS. quos mihi suppeditarunt bibliothecae nostrae, scripturarumque in iis diversitates lectionibus ab aliis antea notatis inserui, et ad imum paginae collocavi. Quibus etiam adjunxi Sigonii, Gronovii utriusque, aliorumque observationes quoad textum integras, et quicquid ipse ex antiquis marmoribus et tabulis, ex priscis nummis, ex scriptoribus Philologicis, ab editoribus ante me non inspectis aut leviter excussis, potui hausire. Dein, ad historiae studiosos plenius adhuc demerendos, in exteriore margine seriem Chronologicam, a cl. Dodwello pro hypothesi Catoniana (Aera Varroniana biennio recentiore) (*n*) quam eum Dionysio secutus est Livius, (*o*) consignatam, posui: annos etiam Christi, annis ante urbem conditam respondentes, adscripsi, quibus accurandis non parvulo mihi adjumento erat Livii ex-

(*l*) Descript. Hebrid. pag. 77. Edit. Bas. MDLXI. 8vo.
(*m*) Vide Morhof. pag. 478. etc. [sive hoc tom. pag. 54.]
(*n*) Vide cl. Dodwelli Diss. de Cyclis ad init. tab. 13. Append. ad Praelect. Camd. et Apparat. ad Dionysii Hal. Chronolog. ut et Chronologiam ipsam.
(*o*) Vide cl. Dodwelli Diss. de Cyclis 10. §. 59, 80, 87.

emplar, quod a viro doctissimo et optimo chronologo Guilielmo Lloydio episcopo Vigorniensi accepi.

Eandem etiam, quam in textu Liviano adhibui, curam ad Epitomas transtuli, quae opera nostra non indignae visae sunt: quum et antiquitatem prae se (p) ferant, et tristem plus quam dimidii Livii jacturam aliqua ex parte resarciant. In iis illustrandis adjutus eram notulis, quas docta Pithoei manus sui exemplaris oras alloverat, et Codice MS. in Collegio Novo, (cujus, ut obiter id dicam, varietates aliquammultas mihi ad levandum laboris taedium mecum communicarunt viri eruditissimi Franciscus Cherrius et Henricus Dodwellus, amici inter paucos mihi summe colendi) ut et altero membranaceo optimae notae, quem ad me (opere jam longius provecto) comiter transmisit Antistes reverendus Joannes Morus, a sede Norvicensi ad Eliensem nuperrime promotus. Hisce demum fragmenta adjeci; et mox annotationes prolixiores, quae suis in locis commode non potuerunt infimam paginae partem occupare; deinde et Doujatii supplementa lacunarum, quae in quinque libris postremis bodie superstitibus a Freinshemio erant praetermissae: Freinshemiana librorum deperditorum supplementa (spissum opus et magnae diligentiae) seorsim editurus, modo tantae ordiundae rei faveant nostrates, et ab iis auxilium sit, a quibus summum esse deberet.

Postremo ad opus claudendum et absolvendum Indices de novo (prioribus diffusus) concinnavi; satis, ut opinor, locupletes, satis accurates. In animo etiam habui tabulas Geographicas conficere, auctori nostro accommodatas; donec illud me monuerunt amici, eas exiguo fore usui, nisi, ad instar Cluverianarum aut Ametianarum, singula fere nomina complecterentur. quae res longe ampliores deposcebat chartas, quam minoris formae voluminibus congruerent.

Jam nihil reliqui esse arbitror, nisi ut, commissis omissisque ignosceres, postularem; teque orem et obtester, Lector benevole, ut mecum gratias agas Viro egregio supra laudato, qui promissis mihi factis religiose stetit: et, semet solita benignitate ad minutissima quaeque demittendo, non modo spem meam sustinuit, sed et superavit. Vale, et Ciceronem a nobis exspecta.

Ex bibl. Bodl.
tertio Idum Maji
MDCCVIII.

(p) Vide Voss. de Vitiis serm. pag. 109. Jac. Gohorii praef. in Animadvers. T. Livii lib. 1, 2, 3. et Historiae Augustae Scriptorum per Sylburgium Vol. 1. pag. 485. in Andreae Schotti praef.

PRAEFATIO
SCHURZFLEISCHII
ANTE SPECIMEN NOTARUM JANI GEBHARDI IN LIVIUM.

ERUDITIS LIVII AESTIMATORIBUS HENRICUS LEONARDUS SCHURZFLEISCHIUS S. P. D.

Semel, iterumque, ac saepius, Benevole Lector, post divi Fratris mortem crebris doctissimorum Virorum literis, exterorum etiam, admonitus sum, ut Jani Gebhardi, Viri omnibus doctrinae opibus copiisque affluentissimi, in Titi Livii Historiarum, qui exstant, libros, Varias lectiones et Animadversiones, manu tua subnotatas, atque in Bibliotheca olim Palatina, trium instituta Codicum comparatione, conscriptas, nec huc usque editas, luci publicae exponerem, dudumque desideratas tandem eum eruditis sine ulteriori mora communicarem. Sat videlicet temporis celeberrimi hi Viri existimarunt in scriniis et Bibliothecis, tum Sixtiniana, in qua obiter et vellicatim, ut ipse loquitur, consuluit eas Gronovius Pater, tum Heinsiana, tum Goesiana, tum denique nostra, ingenti literarum damno delituisse, maturatoque nunc opus esse, ut tanti viri difficilis et operosus labor formis exscribatur, atque in lucem prodeat, ne imposterum vel plane is intereidat, vel fata denuo acerba, quae pridem ei impenderunt, experiatur. Memoratu sane dignum est, quod relatum legimus, notas has emendationesque durissimi intestinique tricennalis belli tempore à praedationibus militum haud immunes fuisse, auctoremque tum istarum, tum aliarum ab iis surreptarum rerum, fecisse jacturam. Qui calamitatis impetus doctissimum Virum vehementer perturbavit, tantamque ipsi animi aegritudinem attulit, ut eam, spe omni harum recuperandarum praeclusa, depellere nunquam potuerit. Quorsum autem ab Harpyiis istis fuerit delatus tam pretiosus thesaurus, non constat: quantum tamen conjectura assequi nobis licet, affirmandum forte, quod vel in angulum ab iis projectus, vel lucello aliquo venditus, apud hominem elegantiorum literarum expertem tantisper latuerit, dum ad Doctorum manus Bibliothecasque perveniret, atque ex situ et squalore in lucem produceretur. Ita, ut de vita ejus aliquid addamus, κριτικώτατος hic Vir, qui totum se literis dedit, easque summa animi alacritate excoluit, veraeque et antiquae eruditionis fontes consectatus est, et, auctore in primis Jano Grutero, tum editos, tum ineditos libros Heidelbergae maxima industriae contentione versavit, rebus bello afflictis multa perpessus est, hoeque nomine, ut miseriam levaret, Marpurgum profectus a literatorum consuetudine neutiquam se disjunxit. Hinc Cassellas venit, atque eruditae juven-

tuti adhibitus, et re atque opera principis adjutus, nec tamen cura et sollicitudine vacuus, Rostochium adiit, neque in aerumnis et difficili fortuna animum abjecit. Ibi cum aliquamdiu substitisset, et Gustrovii etiam in Preenisno convictu diligentiam comprobasset, reversus, spem consequendi muneris professorii cepit. Sed, ne id fieret, religio impediebat. In Sueciam quoque accitus est a Skytta; sed res exitu caruit ob sacra diversa. Tandem virum religione disjunctum, sed doli fallaciaeque expertem, suscepit extorrem Groninga, quam ornavit, Ubbonis Emmii successor factus, sed in maximis conatibus discessit. Qua de re, dum haec mecum reputo, statui denique de celeberrimorum Virorum sententia, et semel iterumque facta interpellatione, has Jani Gebhardi ad prelum paratas lectiones varias et Animadversiones in Titi Livii Historiarum libros nunquam editas, publici juris facere, idque adeo necessarium duxi, ut non solum officio, verum etiam Reipublicae literariae commodo, imo mihi ipsi, defuturum existimarem, si aliquam ei rei moram ulterius interponerem: praesertim cum non ad Livium tantum, sed et ad totam Romanam antiquitatem solidius illustrandam permultum eae conferant, et locorum vexatorum varie hinc inde ab interpretibus distortorum enodatione, rerumque, quae in iis continentur, utilitate et pondere maximarum gravissimarumque expositione, atque e Graecis auctoribus instituta illustratione, citra meum testimonium se satis rerum peritis commendent. Verum enimvero cum negotium hoc Bibliopolam flagitet, cujus sumtibus imprimatur opus, et in doctorum adeo manus ususque perveniat: propterea omnes, qui literarum studia amant, fovent, ac tuentur, ea, qua par est, observantia rogatos volo, ut, si quem promovendae harum castigationum editionis modum consiliumve sciant, resciscantve, suum mihi gratificandi studium, pro communi literarum emolumento susceptum, haud denegent, sibique persuadeant, non minus facilem, si id requiratur, me praebiturum esse tam in divi Fratris, quam in A. Buchneri, Notis ad Livium, nunquam antea editis, cum eruditis vel separatim communicandis, vel etiam, quod meum suffragium esset, operi huic subjiciendis aut interserendis. Interea, dum illud fiat, ut Tibi, Lector humanissime, de ipso instituto satius constet, quidque de ipso opere judicandum, tui judicii sit quodammodo dignoscere, speciminis loco primum Livii Historiarum librum Jani Gebhardi Notis illustratum explicatumque in praesenti do, reliquos, si Deus dederit, neque fortuna me benignior neglexerit, prima quaque occasione usibus tuis commodaturus. Dabam e Museo, Vitembergae Saxonum, pridie Nonarum Maji A. R. G. CIↃ IↃ CCXII.

ELOGIA AUCTORUM AC
JUDICIA DE T. LIVIO.

Seneca pater Suasoria VI.

Quoties magni alicujus mors ab Historicis narrata est, toties fere totius consummatio vitae, et quasi funebris laudatio redditur. Hoc semel atque iterum a Thucydide factum: idem in paucissimis personis usurpatum a Sallustio. Livius benignius omnibus magnis viris praestitit. Sequentes Historici multo id effusius fecerunt.

Mox eadem.

Ut est natura candidissimus omnium magnorum ingeniorum aestimator T. Livius, plenissimum testimonium Ciceroni reddidit.

Prooemio lib. V. *Controvers.*

Pertinere ad rem non puto, quomodo Lucius Magius gener Titi Livii declamaverit, quamvis aliquo tempore suum populum habuit; cum illum homines non in ipsius honorem laudarent, sed in soceri.

Controvers. XXIV.

Titus Livius tam iniquus Sallustio fuit, ut hanc ipsam sententiam (*Res secundae mire sunt vitiis obtentui*) et tanquam translatam, et tanquam corruptam dum transfertur, objiceret Sallustio. Nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum praeferat. Laudat, quem non timet; et facilius putat posse a se Sallustium vinci, si ante a Thucydide vincatur.

Controvers. XXV.

Titus Livius, de Oratoribus, qui verba antiqua et sordida consectantur, et orationis obscuritatem severitatem putant, ajebat, Miltiadem rhetorem eleganter dixisse, Ἐπὶ τῷ πλησίον μαίνονται.

Vellejus Paterculus lib. I. *cap.* XVII.

Historicos (ut et Livium quoque priorum aetati adstruas) praeter Catonem, et quosdam veteres et obscuros, minus octoginta annis circumdatum aevum tulit, etc.

Idem lib. II. *cap.* XXXVI.

Pene stulta est inhaerentium oculis ingeniorum enumeratio. inter quae maxime nostri aevi eminent, princeps carminum Virgilius Rabiriusque, et consecutus Sallustium Livius, Tibullusque et Naso, etc.

Valerius Maximus lib. I. *c. ult.*

Quia supra usitatam rationem excedentia attigimus, serpentis quoque a Tito Livio curiose pariter ac facunde relatae fiat mentio. is enim aït, in Africa apud Bagradam flumen tantae magnitudinis anguem fuisse, ut Atilii Reguli exercitum usu amnis prohiberet: multisque militibus ingenti ore correptis, compluribus caudae voluminibus elisis, cum telorum jactu perforari nequiret, ad ultimum ballistarum tormentis undique petitam, silicum crebris et ponderosis verberibus procubuisse: omnibus-

que

que et cohortibus et legionibus ipsa Carthagine visam terribiliorem, atque etiam cruore suo gurgitibus imbutis, corporisque jacentis pestifero afflatu vicina regione polluta, Romana inde submovisse castra. Dicit etiam belluae corium, centum viginti pedes longum, in Urbem missum.

Seneca filius lib. 3. de Ira c. XVI.

Non est, quod existimes verum esse, quod apud disertissimum virum Livium dicitur, *Vir ingenii magni magis quam boni.* Non potest illud separari: aut et bonum erit, aut nec magnum, etc.

Idem lib. de Tranquillitate c. IX.

Quadringenta millia librorum Alexandriae arserunt; pulcherrimum regiae opulentiae monumentum. Alius laudaverit, sicut Livius, qui elegantiae regum curaeque egregium ait opus fuisse. Non fuit elegantia illud aut cura, sed studiosa luxuria.

Idem epistola XLVI.

Librum tuum, quem mihi promiseras, accepi, et, tanquam lecturus ex commodo, adaperui, ac tantum degustare volui. Deinde blanditus est ipse, ut procederem longius. Qui quam disertus fuerit, ex hoc intelligas licet: brevis mihi visus est; cum esset nec mei, nec tui corporis; sed qui primo adspectu aut T. Livii, aut Epicuri posset videri. Tanta autem dulcedine me tenuit et traxit, ut illum sine ulla dilatione perlegerem.

Idem epistola c.

Adfer, quem Fabiano possis praeponere. Dic Ciceronem, cujus libri ad philosophiam pertinentes paene totidem sunt, quot Fabiani. Cedam, sed non statim pusillum est, si quid maximo minus est. Dic Asinium Pollionem. Cedam, sed ut respondeam, *in re tanta eminere est et post duos esse.* Nomina adhuc Livium: scripsit enim et Dialogos, quos non magis Philosophiae annumerare possis, quam Historiae; et ex professo Philosophiam continentes libros. huic quoque dabo locum. Vide tamen, quam multos antecedat, qui a tribus vincitur, et tribus eloquentissimis.

Idem lib. V. *Natur. quaest. cap.* XVIII.

Nunc quod de Caesare olim majore vulgo dictitatum est, et a Tito Livio positum: *In incerto esse, utrum illum magis nasci reipublicae profuerit, an non nasci;* dici etiam de ventis potest.

Fabius Quintil. lib. I. *Instit. Orat. cap.* IX.

Peregrina porro ex omnibus prope dixerim gentibus, ut homines, ut instituta etiam multa, venerant. Taceo de Tuscis et Sabinis et Praenestinis quoque. nam, ut eorum sermone utentem, Vectium Lucilius insectatur, quemadmodum Pollio deprehendit in Livio Patavinitatem: licet omnia Italica pro Latinis habeam.

Lib. II. *Instit. cap.* IV.

Saepe etiam quaeri solet de tempore, de loco, quo gesta res dicitur. nonnunquam de persona quoque: sicut Livius frequentissime dubitat, et alii ab aliis Historici dissentiunt.

Lib. ejusdem cap. VI.

Ego optimos quidem, et statim et semper, sed tamen eorum candidissimum quemque, et maxime expositum, velim: ut Livium a puaris magis, quam Sallustium. et hic historiae majoris est auctor: ad quem tamen intelligendum jam profectu opus sit. Cicero, ut mihi quidem videtur, et jucundus incipientibus quoque, et apertus est satis: nec

prodesse tantum, sed etiam amari potest. tum (quemadmodum Livius praecipit) *ut quisque erit Ciceroni simillimus.*

Idem lib. VIII. *cap.* I.

Attica anus Theophrastum, hominem alioqui disertissimum, annotata unius affectatione verbi, hospitem dixit: nec alio se id deprehendisse interrogata respondit, quam quod nimium Attice loqueretur. Et in T. Livio, mirae facundiae viro, putat inesse Pollio Asinius quandam Patavinitatem, etc.

Lib. IX. *cap.* II.

Apud Historicos reperiuntur obliquae allocutiones: ut in T. Livii primo statim libro, *Urbes quoque, ut caetera, ex infimo nasci.*

Lib. IX. *cap.* IV.

T. Livius hexametri exordio coepit: *Facturusne operae pretium sim.* Nam ita edidit: estque melius, quam quomodo emendatur.

Lib. X. *cap.* I.

Fuerit igitur brevitas illa tutissima, quae est apud Livium, in epistola ad Filium scripta: *Legendos Demosthenem atque Ciceronem; tum ita, ut quisque esset Demostheni et Ciceroni simillimus.*

Eodem capite.

Neque illa Sallustiana brevitas, qua nihil apud aures vacuas atque eruditas potest esse perfectius, apud occupatum variis cogitationibus judicem, et saepius incruditum, captanda nobis est. neque illa Livii lactea ubertas satis docebit eum, qui non speciem expositionis, sed fidem, quaerit.

Post multa ibidem.

At non historia cesserit Graecis; nec opponere Thucydidi Sallustium verear. Nec indignetur sibi Herodotus aequari T. Livium; cum in narrando mirae jucunditatis, clarissimique candoris; tum in concionibus, supra quam enarrari potest, eloquentem. ita dicuntur omnia cum rebus, tum personis accommodata. Sed affectus quidem, praecipue eos, qui sunt dulciores, ut parcissime dicam, nemo Historicorum commendavit magis. ideoque immortalem illam Sallustii velocitatem diversis virtutibus consecutus est. Nam mihi egregie dixisse videtur Servilius Nonianus, pares eos magis, quam similes.

Plinius Avunculus Praefat. Natur. Hist. ad Vespas. Imp.

Equidem ita sentio, peculiarem in studiis caussam eorum esse, qui, difficultatibus victis, utilitatem juvandi praetulerunt gratiae placendi. idque et in aliis operibus ipse feci, et profiteor mirari me T. Livium, auctorem celeberrimum, in Historiarum suarum, quae repetit ab origine Urbis, quodam volumine sic orsum: Satis jam sibi gloriae quaesitum, et potuisse se desinere, ni animus inquies pacceretur opere. Profecto enim populi gentium victoris et Romani nominis gloriae, non suae, composuisse illa decuit. Majus meritum esset, operis amore, non animi causa, perseveraffe; et hoc populo Romano praestitisse, non sibi.

Cornelius Tacitus Oratione Cremutii Cordi, lib. IV. *Annal. cap.* XXXIV.

Brutum et Cassium laudavisse dicor. quorum res gestas cum plurimi composuerint, nemo sine honore memoravit. Titus Livius, eloquentiae ac fidei praeclarus inprimis, Cn. Pompejum tantis laudibus tulit, ut Pompejanum eum Augustus appellaret. neque id amicitiae eorum offecit. Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cassium, hunc Brutum, nusquam latrones et parricidas, quae nunc vocabula imponuntur, saepe ut insignes viros nominat.

Suetonius Tranquillus Caligula cap. XXXIV.

Sed et Virgilii et T. Livii scripta et imagines, paulum abfuit, quin ex omnibus bibliothecis amoverit. quorum alterum, ut nullius ingenii minimaeque doctrinae; alterum, ut verbosum in historia negligentemque carpebat.

Idem Claudii cap. XLI.

Historiam in adolescentia, hortante T. Livio, Sulpicio vero Flavo etiam adjuvante, scribere aggressus est.

Idem Domitiani cap. X.

Metium Pomposianum, quod habere imperatoriam genesin vulgo ferebatur, et quod depictum orbem terrae in membranis, concionesque regum ac ducum ex T. Livio circumferret, interemit.

Martialis lib. XIV. *Epigr.* CXC. *de Livio in membranis.*

Pellibus exiguis arctatur Livius ingens,
Quem mea non totum bibliotheca capit.

Plinius Junior lib. II. *epist.* III.

Nunquamne legisti, Gaditanum quemdam Titi Livii nomine gloriaque commotum, ad visendum eum ab ultimo terrarum orbe venisse, statimque, ut viderat, abiisse?

Statius Papinius, lib. IV. *Silv.* VII. *ad Maximum Junium.*

Sed tuas artes puer ante discat;
Omne quis mundi senium remensus,
Orsa Sallusti brevis, et Timavi
Reddis alumnum.

Justinus, qui Trogum contraxit, lib. XXXVIII. *Histor. c.* VI.

Quam orationem dignam duxi, cujus exemplum brevitati hujus operis insererem; quam obliquam Pompejus Trogus exposuit: quoniam in Livio et in Sallustio reprehendit, quod, concciones directas pro sua oratione operi suo inserendo, historiae modum excesserint.

Ausonius, de Staphylio Rhetore, in Profess. carm. XX.

Grammatice ad Scaurum atque Probum, promtissime rhetor,
Historiam callens Livii et Herodoti.

Flavius Vopiscus in Aureliano, cap. II.

Afferente Tiberiano, quod Pollio multa incuriose, multa breviter prodidisset; me contra dicente, neminem scriptorum, quantum ad historiam pertinet, non aliquid esse mentitum; prodente quin etiam, in quo Livius, in quo Sallustius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus, manifestis testibus convincerentur.

Idem in Probo, cap. II.

Cn. Pompejum, tribus fulgentem triumphis, belli Piratici, belli Sertoriani, belli Mithridatici, multarumque rerum gestarum majestate sublimem, quis tandem nosset, nisi eum M. Tullius, et T. Livius in literas retulissent? etc.

Mox eodem capite.

Et mihi quidem id animi fuit, non ut Sallustios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes disertissimos imitarer viros, in vita Principum et temporibus dirigendis, sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargilium Martialem, Julium Capitolinum, Aelium Lampridium, caeterosque, qui haec et talia, non tam diserte, quam vere, memoriae prodiderunt.

Eusebius in Chronico num. 1955.

Ea quae de Catilina, Cethego, Lentulo, et consule Cicerone, Sallustius scribit et Livius, hoc gesta sunt tempore.

Idem, num. 1958.

Messala Corvinus orator nascitur, et T. Livius Patavinus scriptor historicus.

ab urbe condita lib. VIIII. explicit. Incipit lib. X. feliciter.

Idem hic codex Leidensis olim Chifletii fuit, in cujus bibliotheca eum vidit ac versavit Gottefr. Wendelinus; in Dissert. enim de Natali Solo Legum Salicarum cap. 16. pag. 128. easdem formulas, quas ad plerorumque librorum Livii finem in nostro codice adscriptas dedi, exhibuit, tanta inter has et illas similitudine, ut in apertis etiam mendis, quae ex librarii aberratione natae sunt, constanter consentiant. Jocosa autem est Wendelini expositio, quum per *urbem apud Hennam*, in formula finali libri 7. memoratam, quae Nicomachum Flavianum Dextrum tertium ac quartum sibi delegerit amplissimi nominis praefectum, intelligit Bagacum Nerviorum. Nam Romae quidem, quae ad ripas Tiberis condita est, nomen fuisse *urbs ad Tiberim*; Bagaco vero *urbs apud Hennam*, quoniam Henna fluvius, quae nunc incolis: *l'Haine* dicitur, ad Montes usque Hannoniae magnarum navium patiens, duabus leucis ab ea abest: ob hanc autem distantiam, quum *urbs ad Hennam* dici nequeat, vocatam esse *urbem apud Hennam*. Verba igitur, quae ad finem libri 7. adscripta sunt, ita intellexit, Nicomachum Flavianum Dextrum, qui codicem illum antiquiorem, cujus Chifletianus tantum est exemplar, emendavit, fuisse tertium jam praefectum urbis apud Hennam, sive prope fluvium Hennam, id est Bagaci Nerviorum. Verum fluvius ille, ut et regio, cui nomen dedit, semper a scriptoribus Latinis et Francis per primam vocalem, et vel simplicem vel duplicem n, dictum *Haina*, *Hayna*, *pagus Haynocensis*, *Hanoniensis*, aut *Hannoniensis* vocatur, *Hanioum* etiam vel *Hanotum* in Instrumento divisionis regni Lotharingici inter Ludovicum Germanicum et Carolum Calvum, nunquam *Henna* vel *Hennoniensis*, multo minus Bagacum Nerviorum homine *urbis apud Hennam* indicatur. Longe igitur praeferenda est sententia Henrici Valesii lib. 1. de Critic. cap. 34. existimantis, Flavianum Nicomachum V. C. Praefectum urbis Romae, apud Hennam urbem Siciliae Livii historias emendasse; ubi, ut et in Notis Clariss. viri P. Burmanni, plura de viris Illustribus, qui apud Romanos interpretandis et emendandis libris operam dederunt, videri possunt. Similiter illud *apud Hennam* Reinesius exposuit Epist. ad Hoffmann. et Rupert. 69. pag. 624. et ad Inscript. Class. 1. num. 40. pag. 78. Flavianum, quum Livii codicem emendaret, apud Hennam in Sicilia moratum esse. Sententia haec multis adstrui posset, sed paucis contenti erimus. Is igitur, qui Livium emendavit, in subscriptionibus variorum librorum vocatur *Nicomachus Dexter*. Vide ad finem lib. 3. 4. et 5. *Nicomachus Favianus*. Vide ad finem lib. 6. *Nicomachus Liviani*. Vide ad finem lib. 7. *Nicomachus Flavianus*. Vide ad finem lib. 7. et 8. Dicitur *III.* vel *IIII. Praefect. urb.* Vide ad finem lib. 6. *ter.* vel *ter Pref. urb.* Vide ad finem lib. 7. *ter Praef. urb.* Vide ad finem lib. 8. Livium emendavit *apud Hennam*. Vide ad

nus COS (forte V. C.) emendabam Domnis Symmachis. Incipit liber X.

finem libri 7. *apud Term.* Vide ad finem libri 8. Parens ejus appellatur *Clementianus.* Vide ad finem libri 5. Has formulas pessime a librariis, aeque in Mediceo ac Leidensi codice, habitas, multosque in iis errores commissos esse, nemo, credo, negabit. Eo refero, quod in cod. Med lib. 1. pro *V. C.* legatur *vero*, et *Gymnachis* pro *Symmachis.* lib. 2. *VIC* pro *V. C.* lib. 8. *VEC.* pro *V. C.* et *Term.* pro *Henn.* Similiter quod in Leid. cod. lib. 2. *CIC* legatur pro *V. C.* lib. 5. *Dexterum* pro *Dexter V C.* lib. 7. *VOC.* pro *V. C.* in quibus omnes mihi facile adsensuros existimo; sed ulterius pergendum, et codicis Leid. lib. 6. *Favianus*, ac Medicei l. 7. *Liviañ.* in *Flavianus* mutandum arbitror, ut codicis Liviani emendator *Nicomachus Flavianus Dexter* vocetur. Deinde codicis Medicei lib. 6. *III.* lib. 7. *ter.* lib. 8. *ter Praef. urb.* codicis Leid. lib. 6. *IIII.* lib. 7. *ter̄ Pref. urb.* emendandum conjicio in *iter̄.* sive *iterum Praef. urb.* Et quidem primo praefecturam urbis obtinuisse videtur post mortem Valentiniani II. ab Eugenio tyranno, anno cccxciii. vel cccxciv. quam Theodosius M. tyranno devicto et interfecto, ei iterum eripuit. Certe quum postea ab Honorio Praefectus urbis fieret, *praestitisse illi AMISSIONEM PRAEFECTVRAE*, *quod mutavit auctorem*, testatur Symmach. lib. 7. Ep. 104. et *cum illo HONOREM AMISSVM revertisse in gratiam*, *eique INTEGRATVM esse HONOREM*, lib. 4. Epist. 7. Quum autem post ereptam Praefecturam aula et conspectu Imperatoris abstinuisset, mortuo Theodosio M. ab Honorio Imperatore evocatus est in aulam, ut Theodori consulis, qui dignitatem illam anno cccxcix. gesturus erat, officio interesset. Vide Symm. lib. 5. Epist. 6. et lib. 7. Ep. 95. in qua re eum testimonii auctoritate adjuvit Stilico. Vide Symm. lib. 4. Ep. 5. quem diem obire ne negligeret, suasit ipsi Symmachus lib. 6. Ep. 36. Ea occasione revocatus Praefecturam urbanam, antea sub Eugenio administratam, sed a Theodosio M. ademtam, a filio ejus Honorio recepit, ut ex laudatis Symmachi locis lib. 4. Epist. 7. et lib. 7. Epist. 104. constat. Eam autem recepit anno eodem cccxcix. ad quem Praefectum urbis 8. Id. Jun. Brixiae data est Cod. Theod. lib. 14. tit. 10. lex 3. Hunc honorem etiam anno sequenti continuavit, ad quem missa, et 9. Kal. Febr. Romae in foro Aproniani proposita est Cod. Theod. lib. 13. tit. 5. lex 19. Brixiae data 14. Kal. Sept. lib. 11. tit. 30. lex 61. et Mediolani data 6. Id. Nov. lib. 15. tit. 2. lex 9. Quo usque honorem retinuerit, incertum est. Id constat, Decium ei in Praefectura successisse, ut colligi potest ex Symm. lib. 7. epist. 50. ad quem Ravennae 8. Id. Dec. anno cccciii. data est in Cod. Theod. lib. 7. tit. 13. lex 15. Tandem in nomine *Clementiani*, quo pater Flaviani appellatus fuisse dicitur, errorem commissum esse, et in eo *Flaviani* nomen latere existimo. Inter doctos enim constat, Flaviani Praefecti Urbis patrem esse, qui in lapide apud Reines. class. 6. num. 91. vocatur *Virius Nicomachus Flavianus*; ubi etiam omnium, quos gessit, honorum magnus catalogus occurrit. Ut autem reliquos missos faciamus, tantum observandum puto,

eum etiam *Vicarium Siciliae* in eo lapide vocari. Vel igitur in hoc magistratu villam ac praedia non longe a Siciliae urbe Henna emendi occasionem habuit, vel ex haereditate majorum nactus est, et ad filium transmisit, qui postea huc secedens Livium emendavit. Certe, Flavianum filium aliquid rei in Sicilia habuisse, constat ex Symmacho, qui ei scribens lib. 6. epist. 57. inter alia inquit: *suadeam, ut ad Praefectos Praetorio Siciliensis caussae vestrae actio transferatur.* Et Epist. 66. *De Siculo negotio vestro sanctus Comazon, me quoque assentiente, rescripsit.* Hoc etiam uno verbo addendum est Victorianum V. C. ad finem librorum Livii in codd. Mediceo et Leidensi memoratum, qui Livium Symmachis emendavit, Nicomacho Flaviano juniorem fuisse, eumque sua ex hujus exemplaribus descripsisse; utrumque vero ante Apollinarem Sidonium vixisse. Id enim colligi potest ex Sidon. Apoll. lib. 8. Epist. 3. *Apollonii Pythagorici vitam, non ut Nicomachus senior e Philostrati, sed ut Tascius Victorianus e Nicomachi schedis exscripsit, quia jusseras, misi.* Symmachum autem non sibi tantum, sed etiam amicis, Livium emendari curasse, ipse testatur lib. 9. Epist. 13. *Munus totius Liviani operis, quod spopondi, etiam nunc diligentia emendationis moratur.* Ut ex hoc deverticulo, in quod me verba, ad finem librorum Livii in codice Leidensi primo obvia, pellexerunt, in viam redeam, codex Livii Chifletianus postea ad Focaltium pervenit; in cujus bibliotheca eum Parisiis anno cIↃ IↃ ccxiv. primum versavi. Postea in Belgium allatum, et Hagae Comitum voci praeconis subjectum aere suo sibi vindicavit Amplissimus Samuel Hulsius, vir apud Haganos Consularis. Verum neque diu apud eum hospitatus est. Quum enim anno cIↃ IↃ cc xxx. bibliothecam proscripsisset, facta auctione, Livium cum multis aliis insignioribus Mstis Vir Celeberrimus Petrus Burmannus ὁ μακαρίτης bibliothecae Batavae, quae Leidae est, emit. Antequam vero in digniorem et augustiorem hanc sedem migraret, Illustrissimis Academiae Hollandicae Curatoribus et Amplissimis Urbis Leidae Consulibus id singulari benignitate permittentibus, usui meo concessus praeclarum hujus editionis ornamentum est.

VIII. Leidensis Secundus est codex chartaceus, forma majori, vetusto satis charactere exaratus, sed qui ratione bonitatis Leidensi priori longe cedit. Hunc olim Justus Lipsius possedisse videtur: postea ad Illustr. Zulichemium pervenit. Cujus supellex libraria quum auctione publica distraheretur, eum cum plurimis aliis Mstis, imprimis vero cum tribus spissis Epistolarum Lipsianorum voluminibus postea a se editis, bibliothecae Batavae, quae Leidae est, coëmit Celeberrimus Burmannus. Quo suffragante, ejus excutiendi facultatem perquam benevole mihi concesserunt Illustrissimi Curatores et Amplissimi urbis Leidae Consules.

IX. Lipsiensis est codex membranaceus, qui servatur Lipsiae in bibliotheca Senatoria, legibili satis manu, sive eleganti litera exaratus, sed paullo recentior, vel non nimis antiquus, continens omnes, praeter quinque posteriores, libros, quemadmodum Livius sub initiis artis typographicae

edi solebat, id est, deficientibus etiam libro 33. et ultima parte libri 40. a capitis 12. §. 16. verbis *imponerent Macedoniae regem*, ut Goetzius testatur in Descript. Biblioth. Lipsiens. Senatoriae pag. 27. insuper addens, codicem hunc primas literas auro ac figuris, pro aetatis, qua effictae sunt, modulo, fulgidas ostendere. Hic primum mihi innotuit ex τοῦ μακαρίτου Cortii literis, qui simul se omnem lapidem moturum promisit, ut ejus excerpta acciperem. Rem etiam perfecisset, nisi invida mors eum non mihi magis, quam universo orbi literato inmature in ipso aetatis flore praeripuisset. Ei defuncto mox benigne successit Vir Clarissimus Paullus Daniel Longolius, qui primo specimen submisit, unde didici, codicem hunc maximam partem convenire Gebhardi Palatino primo; cui et Gebhardus et J. Fr. Gronovius haud postremam laudem tribuerunt. Ad libri igitur collationem sese accingens, quatuor priorum librorum excerpta submisit. Verum quum ulterius pergere conaretur, quaedam insperata intervenere, quae effecerunt, ut subsistere coactus fidem datam liberare non potuerit. Quum igitur per eum non steterit, quo minus integri codicis variantes lectiones habere potuerim, aeque me ipsi obstrictum agnosco, ac si rem ex voto confecisset.

X. Lovelianus Primus est codex admodum spissus, formae majoris, non tantum primam, sed insuper tertiam ac quartam decadas librorum Livii continens, deficiente tamen libro 33. et ultima parte libri 40. scriptus in pergameno purissimo, qualibet ejus pagina in duas columnas divisa, et non tantum in superiore et inferiore cujusque parte, verum etiam in interstitio, inter duas paginarum columnas medio, picturis exornata. Hunc librum ad Alphonsum, Sapientem dictum, primum Siciliae Arragonicae regem Siculum ac Neapolitanum, pertinuisse, ejusque manu notatum esse, eumdem postea ordine ad Cujacium, Lipsium, ac Wouwerium pervenisse, haec verba, recentiori manu in initio ejus adscripta, testantur. „Titi Livii Patavini historiae principis codex manuscriptus, Alphonsi regis Arrag. Sicil. Neapolis, etc. manu notatus; qui e Gallia in Belgium a Jacobo Cujacio ad Justum Lipsium dono missus, Joannis Wouwerii Antwerpiensis in potestatem tandem pervenit. Spectator, codicis venerandam vetustatem et inclitam invicti regis eruditionem suspice." Codicem hunc regis Alphonsi olim fuisse, Wouwerio, vel quisquis testimonium dixit, adfirmanti credo. Non tamen existimo, esse illum regis Alphonsi codicem, quo nullum in omni Italia augustiorum occurrere, quemque aemulorum manu emendatum vel corruptum fuisse, Valla testatur ad Livii libr. 23. cap. 18. §. 12. non quoniam ornatus ac splendor, quem Valla commendat, ei desit, (merito enim inter splendidissimos codices refertur) sed potius, quod ipsius Vallae, non autem aemulorum ejus lectionem, quam tamen in eo receptam vel invectam esse testatur, eo loco praeferat. Praeterea quod codex ille augustissimus, quem Cosmus Mediceus vir primarius Florentia regi dono misit, et Antonius Panhormita, Bartholomaeus Facius et Jacobus Curlus emendarunt, dum-

texat bellum Punicum secundum continere Valla testatur lib. 4. Recriminant. in Facium pag. 605. quum noster Lovelianus primus tres decades librorum complectatur. Habuisse igitur videtur rex Alphonsus, insignis literarum suo tempore patronus, plures codices Livianos. Certe exemplar regium, quod bellum Punicum secundum describens Florentiae emendatum erat, et lectionem diversam ab emendatione Panhormitae ac Facii praeferebat, laudat Valla ad Livii lib. 22. cap. 51. §. 2. Codicem etiam regum Arragonum Neapolitanum, et a modo memoratis et a nostro diversum, Romae vidit et contulit Latinus Latinius; eum enim tantum decem priores Livii libros exhibuisse inde verisimile fit, quoniam eorum tantum excerpta dederit, quum antea memorati etiam bellum Punicum secundum, noster adhuc insuper bella Macedonicum et Asiaticum describant. Neque mirum vel incredibile videri potest, regem primo illo renascentium literarum crepusculo, arte typographica nondum inventa, tot unius Livii codices in bibliothecam suam recepisse: tanti enim Livium aestimasse constat, ut cadaveris ejus, quod in urbe sua supersesse Patavini sibi persuadebant, brachum, misso Antonio Panormita legato, petere dignatus sit. Vide Tomasini Livium Patavinum cap. 10. ipsumque Livium *regem librorum* appellare consueverit. Vide Panormitae Epistolam apud Bayle in Diction. Histor. Crit. in voce *Panormita*. Eumdem codicem a Jacobo Cujacio ad Justum Lipsium pervenisse, inde verisimile fit, quod se Cujacii Livios recepisse Petro Egmondo nunciat Lipsius in Epistola, quam edidit Caleb. Burmann. in Syntagm. Epistol. tom. 1. pag. 56. Illis autem mittendis id forsitan occasionem dederit, quod ipse Cujacio scripserit, se aliquid in Livio exorsum, quod detexere pergeret, si paullo firmius librorum auxilium sibi foret. Vide ejus Centur. I. Miscellan. Epist. 67. Postea idem ille codex Alphonsinus migravit in Hispaniam, et illatus est in bibliothecam Caspari de Haro Marchionis Lichei, (Eliche) qui filius erat illustrissimi Ludovici de Haro, Comitis Ducis Olivaresii, Philippi IV. Hispaniarum regis aulici ac primarii rerum administratoris, frater major Johannis Dominici de Haro, Comitis Montisregii, (Monterrey) qui seculo proximo nomine Caroli II. Hispaniarum regis Belgii Hispanici praefecturam gessit. Verba sunt viri Celeberrimi Jac. Gronovii in epistola, Mantuae in Carpetanis a. d. 5. Nonas Julias anno CIO IO CLXXIII. ad Nic. Heinsium scripta, et a celeberrimo Burmanno edita in Syllog. Epist. tom. 3. pag. 553. „Quum publica fama nos „excitasset ad videndam elegantiam Marchionis Lichei, „(is filius Ludovici de Haro, „frater major hodierni Flandriae praefecti) quam in colligendas tabulas pictas pulcherrimi operis ex more horum procerum contulit. praeter exspectatum inducti sumus in bibliothecam satis egregiam, ubi inter alia erant „Missi Plautus, Livius, quondam Alphonsi Arragonum regis, postea a Cujacio missus „ad Lipsium, deinde Jani Wouwerii Antverpiensis; Caesar, „Ovidius cum commentariis, „Plinii historia naturalis, Curtius, Suetonius, Claudianus, „Donatus in Terentium, em-

„nia non antiquissima.“ Tandem hic codex illatus est in Magnam Britanniam, et adservatur in bibliotheca instructissima viri Illustrissimi et Honoratissimi Thomae Coke Baronis de Lovel, optime, si quis alius, de hac Livii editione meriti, qui et hunc et reliquos Livii codices, *Lovelianos* a me appellatos, ut et vetustas editiones, quas subinde memorabimus, insigni favore ac benevolentia in usus meos huc Trajectum transmitti consensit.

XI. Lovelianus Secundus itidem scriptus est in membranis, forma majori, cujus etiam quaelibet pagina duas columnas continet. Hoc autem volumen pari modo decadas librorum primam, tertiam et quartam complectitur, cujus ultimae subscriptionem suo loco infra exhibebimus. Prima hujus codicis pagina picturis, et postea cujusque libri initium pictis et variegatis literis excultus est. Ceterum praecedenti recentior esse videtur.

XII. Lovelianus Tertius est etiam codex membranaceus, forma majori, cujus titulus et primae singulorum librorum literae auro variisque coloribus eleganter pictae erant. Liber hic fuit recentior, qui Vossiano secundo, inferius recensendo, in multis lectionibus adsentiebatur. In fine haec verba minio adscripta legebantur. *Johan Rainaldus Mennius Surrentinus scripsit.*

XIII. Lovelianus Quartus similiter codex est in membranis forma majori exaratus, cujus frons et primae omnium librorum literae auro variisque coloribus pictae praefulgebant.

XIV. Lovelianus Quintus scriptus est in pergameno, forma majori, cujus pari modo frons et literae singulorum librorum initiales auro et diversis coloribus depictae sunt. Complectitur autem septem priores Livii libros cum parte libri octavi, usque ad cap. 14. §. 5. vocem *abductus*. In libro septimo deerat etiam unum folium a capitis 26. §. 10. voce *concione*, usque a cap. 30. §. 7. dictionem *quandocumque*.

XV. Portugallicus est codex membranaceus in forma majori; cujus olim Hagae Comitum in auctione, Sanphilippi Hispaniarum regis legati nomen praeferente, venalis expositi usus, ut eum cum vulgatis editionibus conferrem, benigne mihi concessus est. Eum autem voco *Portugallicum*, quia eum Portugalliae regi plus offerenti cessisse renunciatum est.

XVI. Vossianus Primus codex est in membranis scriptus, forma majori, qualibet ejus pagina in duas columnas divisa, qui cum reliquis Vossianae bibliothecae Mssis a Curatoribus Academiae Batavae redemtus, cum bibliotheca publica Universitatis Lugduno-Batavae coaluit; in cujus catalogo pag. 369. num. 21. memoratur. De codicibus Livii Vossianis in genere testatur J. Fr. Gronovius, a. d. 4. Non. Majas cIↃ IↃ C LXIII. Nic. Heinsio scribens, eos quidem secundi generis esse, tamen quibus carere nollet. Vide ejus epistolam in Syllog. Burmann. tom. 3. pag. 485. Ipse observasse visus sum, cum saepe Leidensi secundo et Loveliano primo consentire. Vide, quae notavi ad Livii lib. 4. cap. 3. §. 9. Hunc et reliquos codices Vossianos mei caussa excuti, ac cum vulgatis committi indulserunt Illustrissimi Academiae Batavae Curatores, quam laboris ac taedii plenam pro-

vinciam in se benigne susceptam diligenter perfecit Vir Cl. Francisc. Oudendorpius.

XVII. Vossianus Secundus codex itidem membranaceus est, majori forma, qui in bibliothecam publicam Academiae Lugduno-Batavae illatus recenseatur in ejus Catalogo pag. 369. num. 20. In hoc codice ad finem cujuslibet libri Liviani, solo tantum ultimo excepto, adscripta erat formula in aliis nonnullis codicibus obvia, *Victorianus V. S.* (in quibusdam locis pro *V. S.* legebatur *nunc*; sed emendandum videtur *V. C.*) *emendabam domnis Symachis.* Septimus vero liber hac formula claudebatur: *Emendabam Nic.* (vox illa *Nic.* delenda est) *Nicomachus Titi Livii terpra ff* (lege *ter praef.*) *urbis apud Hennam, ab urbe condita. Victorianus V. c.* (lege *V. C.*) *emendabam domnis Symachis.* Eadem verba, sed longe emendatiora, itidem Livii libro septimo in Codicibus Florentino et Leidensi primo reperiri, supra notavi. Iisdem etiam codicibus bonitate plurimum cedit. Vossiano hoc secundo J. Fr. Gronovius quidem usus est, sed demum cum adhibere coepit ad Livii lib. 5. cap. 3. §. 5. ut ipse ad illum locum notavit.

Ad Decada tertiam his codicibus Mstis usus sum.

I. Berolinensis est Mstum in membranis, forma majori, quod Vir Optimus ὁ μακαρίτης Maturinus Veyssiere la Croze ex bibliotheca regia Berolinensi, cui summa cum laude praefuit, officiose depromtum usibus meis indulsit. Erat autem codex paullo recentior, quem ferme cum priscis editionibus convenire deprehendi.

II. Cantabrigiensis est codex membranaceus, qui Cantabrigiae in bibliotheca Trinitatis adservatur. Eum vir Clarissimus Jac. Gronovius, quum Cantabrigiae hiberna ageret, diligenter excussit, ac testatus est, se non meminisse alium propius ab archetypo Puteaneo discedere. Ejusdem excerpta, ad oram ultimae editionis Gronovianae adscripta, benigne mihi obtulit vir Clariss. Joseph. Wesse: unde testimonium, quod Gronovius ei dixit, verissimum, et librum hunc optimae notae esse passim expertus sum.

III. Florentinus est codex membranaceus, qui Florentiae ad D. Laurentii in bibliotheca Serenissimi Magni Etruriae Ducis exstat pluteo 63. num. 20. omnium hujus partis, post antiquissimum et Sanctissimum Puteaneum, optimus. Hujus codicis librum primum et exiguam partem libri secundi olim Gudius in Italia degens cum vulgatis contulerat, et in Hollandiam redux excerpta sua cum Gronovio, Livium anno cIↃ IↃ c LXIV. edente communicarat. Vide Gronov. ad Livii lib. 22. cap. 6. §. 4. Reliquorum librorum variantes lectiones opera Viri Celeberrimi atque Amicissimi Jac. Philippi D'Orvillii nactus sum, quae insigni usui fuerunt, et in plurimis locis cum omnium praestantissimo Puteaneo amice conspirarunt. Postea Illustrissimus Lovelius integri ejusdem codicis excerpta, quae, erudita Clarissimi Salvinii manu facta, ex Italia in patriam deportarat, una cum multis aliis

ad Livium facientibus subsidiis, benignissime ad me submisit. Id longe gratissimum accidit. Quum enim tantae auctoritatis et fidei codex sit, ex duplici illa collatione, a diversis viris doctis instituta, eo certius de vera ejus lectione dijudicare, et, quum nemo omnibus horis in negotio hoc taedii plenissimo ad quaevis minima intento animo esse possit, quidquid alter forte neglexisset, ex altero supplere potui.

IV. Gabrybrianus ille est, de quo jam supra inter codices, quibus ad primam librorum decada usus sum, num. III. egi. in hac autem parte plerumque a primis editionibus parum dissidet.

V. Hafniensis codex est membranaceus in forma majori, eleganti manu ante annos admodum trecentos quinquaginta scriptus, quemadmodum judicarunt, qui eum viderunt. Hujus Msti primam apud me mentionem fecit Vir Clarissimus Jac. Phil. D'Orvillius, optime de Livio meo meritus; qui, codicem illum in bibliotheca Viri Illustrissimi Friderici Rostgaardii, auctione publica anno hujus seculi vigesimo quinto vel sexto distrahenda, notans, eumdem suae bibliothecae eo consilio emere destinarat, ut mihi Livium edituro commodaret. Verum, vel mandatis serius Hafniam perlatis, vel aliis animosius licitantibus, se spe excidisse postea nunciavit. Anno deinde sequenti vigesimo septimo Vir doctissimus Fridericus Lutkens codicem hunc ex bibliotheca Rostgaardiana in splendidissimam Illustrissimi Comitis Christiani Danneskiold transmigrasse indicavit, simulque obtulit, se eumdem mei causa cum editis collaturum. Licet autem, officium ejus ambabus ulnis amplexus, id mihi gratissimum futurum rescripserim, aliquid tamen intervenisse, forsitan etiam responsum aberrasse, suspicor, ne deinceps promissis stare, et excerptas lectionum varietates mittere potuerit. Tandem vero Vir plurimum Reverendus Jo. Christophorus Wolfius, qui ultimo itinere, anno cIo Io ccxxxiv. una cum fratre Celeberrimo Jo. Christiano in Belgium instituto, me alloquii honore dignatus Livium typis imprimi viderat, in patriam redux a Viro Clarissimo Jo. Grammio, Graecarum literarum in Academia Hafniensi professore, ejusdem Msti collationem obtinuit; ex quo etiam didici, codicem hunc, quem olim Illustriss. Rostgaardius possederat, nunc in bibliotheca regia Hafniensi adservari.

VI. Harlejanus codex est Honoratissimi Comitis Oxoniensis, quem circa artis typographicae inventionem exaratum fuisse testes oculati retulerunt. Hunc una cum Hearnii Msto D. plerumque vitiosissimo Rhenani Spirensi consentire expertus sum.

VII. Havercampianus est codex Viri Clarissimi Sigeberti Havercampii membranaceus, forma majori; quem, simul cum decadis primae fragmento et alio codice primam librorum decada continente in idem volumen compactum, in auctione bibliothecae Markianiae sibi comparavit, ut in Msstis Decadis primae num. II. supra monui, mihique petenti benigne utendum concessit. Codex est recentissimus, cujus calci haec temporis nota adjecta est *Finis. die 24. mensis Decembris* 1460. Quum autem characterum forma fidem faciat,

adjunctos decem primos Livii libros, supra in Mstis Decadis primae num. VI. memoratos, ab eadem manu profectos fuisse, eos etiam ad idem tempus referendos esse arbitror.

VIII. Lovelianus Primus. De hoc codice videndum est supra inter illos libros, qui mihi ad primos decem libros praesto fuerunt, num. X.

IX. Lovelianus Secundus. De hoc etiam Msto ibidem egi num. XI.

X. Lovelianus Tertius codex est scriptus in pergameno, forma majori. Est autem paullo rerentior.

XI. Lovelianus Quartus codex est membranaceus, forma similiter majori, neque etiam admodum antiquus.

XII. Lovelianus Quintus pariter codex est membranaceus, forma majori, qui paullo tantum ante artem typographicam repertam exaratus esse videtur.

XIII. Recanatianus est codex, quem servat Joannis Baptistae Recanati Patricii Veneti bibliotheca. Ejus excerpta Vir Clarissimus atque amicissimus Jac. Philippus D'Orvillius, quum in itinere Italico Venetias adiens ibidem moraretur, impetravit, et patriis laribus postea restitutus officiose ad me transmisit. Utrum codex ille in membranis, an in charta exaratus sit, nihil habeo, quod dicam: neque certiora de ejus aetate adferre possum. Ex usu tamen mihi constitit, non inter integerrimos ac primae auctoritatis referendum esse. In multis consentiebat codici bibliothecae Bodlejanae inter Laudinos, quem Hearnius consuluit, et hac nota *L. I.* indicare solitus est. Praesertim vero solus ex omnibus meis exhibuit illam periodum, quem Hearnius ad lib. 22. cap. 18. §. 5. ex Laudino primo protulit, et Dodwellus Dissertatione, huic tomo pag. 350. inserta, illustravit. Quum autem in notis ad eum locum uno verbo monuerim, Recanatianum in paucis a Laudino primo dissentire, integram nostri codicis lectionem hic adscribere in rem fore visum est. Ita igitur praefert: *Et reparando subgressus haud magis Alifae moenia quum palans perveniens ex oppido bellum constā a Romanis erupit. quam consul vi captam, trucidatis, qui in ea constiterant, resservat ad pugnam. Sed oppidani, sicut qaeis curae pusillum inerat in diem altum umbonibus heluatis paucos fugaces invadunt, elephantemque meliorem receptant. Et Alifas Rufrium quondam vocitatas ab dextro sequente sinisteriorum augurio nomen imponunt accolae.*

XIV. Vossianus est codex scriptus in membranis, forma majori, conjectus in idem volumen, in quod Vossianus primus, decem priores Livii libros continens, de quo supra egi, codices, qui mihi ad primam decada praesto fuerunt, recensens num. XVI. Est vero ultima sui parte truncatus, et, amisso unico folio, desinit in libri 30. cap. penult. §. 6. in vocibus *risum esse.*

Ad Decada quartam opem tulerunt hi codices Msti.

I. Gaertnerianus. De hoc codice supra dixi, quum illos codices, quibus in recensenda prima librorum Livii decade usus sum, describerem num. III.

II. Harlejanus est codex Hono-

noratissimi Comitis Oxoniensis, hanc solam librorum decada continens; cujus cum vulgatis editionibus comparandi potestatem mihi impetravit Vir Celeberrimus Jacobus Philippus D'Orvillius; cujus itidem officiis numquam satis praedicandis acceptum refero, quod Virum Nobilissimum permoverit, ut etiam reliquorum bibliothecae suae codicum excerpta mihi parari liberalissime concesserit. Dicitur autem trecentorum admodum annorum fuisse.

III. Lovelianus Primus. De hoc codice supra vidimus, quum subsidia enarrarem, quibus in decem prioribus Livii libris usus sum, num. IV.

IV. Lovelianus Secundus. De hoc etiam codice ibidem videndum est num. V. Ad finem autem libri 40. Livii, qui desinebat, ut uno excepto reliqui omnes, in lib. ejus cap. 37. §. 3. verbis *per omnia fora conciliabulaque edixerunt*, sequentia adscripta inveni: *Periit hujus XL. libri finis, quemadmodum et ceteri omnes post hunc librum. Fiebat autem in hoc fine post quaedam alia mentio de Philippo rege, qui aegritudine animi confectus, quod Demetrium filium, falsis Persei alterius filii in eum delationibus impulsus, veneno sustulisset, cum de poena Persei cogitaret, velletque Antigonum potius amicum suum regni successorem relinquere, raptus e medio est. Perseus vero regnum excepit. Hic finem Decadis quartae, id est libri XL. ab urbe condita Historiae T. Livii Patavini ante operis ejus naufragium fuisse, Guinifortis invenit. Deo gratias amen.*

V. Lovelianus Tertius est codex scriptus in membranis, forma majori, seculo, ut videtur, vel tertio vel quartodecimo. Sed erat mutilus. Quaedam enim deërant ab initio, et demum incipiebat libr. 32. cap. 8. §. 11. in vocibus *ipsi praesidium*. Quaedam etiam deërant a fine. Nam desinit lib. 40. cap. 27. §. 7. in verbis *manere jussi*.

VI. Lovelianus Quartus codex est membranaceus, forma majori, plerumque consentiens Loveliano primo. Scriptum esse seculo quintodecimo ineunte, haec ad finem ejus adjecta verba testantur: *Gerhardus Magistri Lanfranchi de Bononia scripsit MCCCCVIIII.*

VII. Lovelianus Quintus est etiam codex membranaceus, forma majore, nata jam arte typographica exaratus. Ad calcem enim libri adscripta sunt haec verba: *Finis. pro reverendissimo Domino Cardinali Theanensi Franciscus de Tianis Pistoriensis scripsit anno Domini MCCCCLXX.* Convenit plerumque cum Loveliano secundo, et cum editionibus principibus; inprimis autem cum editione Campani, quae ex simili exemplari typis descripta esse videtur.

VIII. Lovelianus Sextus est codex chartaceus, forma majori, ac ferme cum codice Vossiano, de quo mox num. XI. agam, convenire solet.

IX. Meadianus Primus est codex Viri Clarissimi Richardi Mead, celeberrimi apud Londinenses medici, qui scriptis et editis variis libris insigne in orbe erudito sibi nomen paravit. Ejus codex hic, qui in pergameno scriptus quadringentorum admodum annorum esse dicitur, complectitur primam, tertiam, et quartam decadas

librorum Livii; et in principio cujusque libri res, quae in ipso libro describuntur, picturis exhibet. Praeterea in cujusque Decadis initio contenta singulorum librorum praemittuntur, quibus in prima decade hic titulus appositus est: *Tabula inprimis de decem libris Titi Livii, edita a magistro Donato de Casentino Gramatico.* Harum Decadum ultimam, ut et codicem sequentem, mei caussa cum editis conferri, Viro Celeberrimo Jac. Philippo D'Orvillio, quum studiorum ergo per Angliam peregrinaretur, deprecante, possessor ejus benignissime permisit.

X. Meadianus Secundus est codex membranaceus modo laudati Richardi Mead, qui, quartam tantum Decada continens, trecentorum annorum aetatem praeferre creditur. Hujus etiam Missi collationem munifice ab ejus domino consecutus D'Orvillii, cui tot ac tantis Livius et ego debemus, beneficio debeo.

XI. Vossianus est codex chartaceus, forma majori, qui olim pars bibliothecae Vossianae extitit, nunc vero in bibliotheca publica Universitatis Lugduno-Batavae adservatur, continens solam decade quartam. De eo vide Catalogum Bibl. publ. Lugduno-Bat. pag. 378. num. 66. In limine hujus codicis sequentia reperiuntur: *Codex hic est Francisci Philelfi, et inprimis amicorum. Federici Ceruti nunc est, dono Petri Nasarii, militum strenui praefecti, dum Veronae esset anno MDXXXVII.* Ad finem vero haec adscripta sunt: *Titi Livii liber decimus de bello Macedonico feliciter explicit amen. qui liber est mei Petri de Compostellis notarii.*

Ad Epitomas Livianas hos codices Manuscriptos adhibui.

I. Bergianus est codex chartaceus, forma majore, quem olim possedit Nic. Heinsius, a quo pervenit ad Virum Amplissimum ac Nobilissimum Joannem van den Bergh. J. C. saepius civitatis Lugdunensis consulem, summum Rhenolandiae Praetorem, et aggerum ac viarum publicarum ea regione Praefectum, qui etiamnum possidet, ejusque usum benignissime mihi concessit.

II. Boendermakerianus est codex membranaceus, forma majori, olim pars bibliothecae, quam in usus suos et amicorum collegit Vir Nobilissimus Theodorus Boendermaker, S. Martini apud Trajectinos Canonicus. Hunc, praeter Epitomas Livianas etiam Plinium sive, ut vulgo vocatur, Aurelium Victorem de Viris Illustribus continentem, cum editis contulit Vir Celeberrimus Carolus Andreas Dukerus, ejusdem collegii et amicitiae vinculo mihi conjunctissimus, et benigne mecum communicavit.

III. Leidensis codex est chartaceus, forma majori, optimae notae, cui subjuncti sunt multi alii scriptores, enumerati in Catalogo Bibl. Leid. pag. 385. num. 19. Eum cum sequentibus Vossianis ad libros editos in usum meum officiose exegit Vir Clarissimus Franciscus Oudendorpius.

IV. Lovelianus est ille codex, quem inter eos, quibus ad decada primam usus sum, num. XI. latius descripsi. Is enim praeter tres decadas librorum Livii insuper complectebatur omnium deperditorum librorum historici nostri Epitomas.

V. Vossianus est codex membranaceus recentissimus, in forma quadruplice, omnium librorum Livii Epitomas continens, qui cum omnibus reliquis bibliothecae Vossianae libris in Leidensem migravit. Eidem C. Plinius, sive Aurelius Victor, de Viris Illustribus, et alia quaedam subjunguntur. Vide Catalogum Bibl. Leid. pag. 388. num. 54. Hunc codicem in septem priorum librorum Epitomis, in quibus mihi etiam alii Vossiani ad manus fuerunt, *Vossianum primum*, postea, ubi reliqui desinunt, simpliciter *Vossianum* vocavi.

VI. VII. VIII. Vossiani secundus, tertius, quartus tres sunt codices bibliothecae nunc Lugduno-Batavae membranacei, quorum duo vetustissimi forma sunt quadruplice, unus paullo recentior forma octuplice. Hi omnes post L. Annaeum Florum nobis exhibent septem primorum Livii librorum Epitomas et quidem duplicem ac diversam libri primi. Recensentur autem in Catalogo Bibl. Leidensis unus pag. 386. num. 5. alter pag. ead. num. 14. tertius pag. 389. num. 77.

SYLLABUS CODICUM,

QUIBUS HEARNIUS

USUS EST, QUORUMQUE VARIANTES LECTIONES NOTIS MEIS INSERUI.

I. *B.* est codex Oxonii servatus in bibliotheca Bodlejana, decada primam continens.

II. *C.* est codex Oxonii in bibliotheca collegii Corporis Christi, decada primam continens.

III. *D.* est Codex K. Digbaei Oxonii in bibliotheca Bodlejana, decada tertiam continens.

IV. *L.* 1. est codex Oxonii in bibliotheca Bodlejana inter codices Laudinos, decadas primam, secundam et tertiam continens.

V. *L.* 2. est codex Oxonii in bibliotheca Bodlejana inter codices Laudinos, decada primam continens.

VI. *N.* est Codex Oxonii in bibliotheca collegii novi Oxoniensis, decadas primam, tertiam, et quartam continens. Complectitur etiam, si non omnes, certe quasdam Epitomas Livianas. Ejus enim Hearnius meminit usque ad Epitomen libri 22.

VII. Norvicensis est codex Mstus, Epitomas Livianas continens, quem possedit admodum Reverendus Johannes Morus, olim Norvicensis, postea Eliensis Episcopus.

SYLLABUS

EDITIONUM PRAECIPUARUM

TITI LIVII

Romae per Conr. Sweynheym et Arn. Pannartz, cura Jo. An. Episcopi Alariensis, qui editionem hanc a se recognitam, addita praefatione, quam pleraeque editiones seculi xv. et initio seculi xvi. excusae servarunt, dedicavit summo Pontifici Paulo II. Veneto, et Marco Sancti Marci Cardinali, in forma majori.

Huic editioni annus, quo prodiit, non adscribitur; antevertisse tamen annum MCCCCLXXI. eo argumento probat J. Fr. Gronovius in Praefat. quod illo anno Paulus Pontifex, cui dicatur, mortalitatem explevit. Hinc Fabric. in Bibl. Latin. eam retulit ad annum MCCCCLXX. similiterque viri Clariss. Thom. Hearne et Job. Clericus in Indice praecipuarum Livii editionum. Verum Clariss. Mich. Maittaire in Annal. Typograph. tom. 1. pag. 66. et tom 4. pag. 283. potius referendam contendit ad annum MCCCCLXXII. quia Veneta Livii editio, quae sequitur, et lucem adspexit anno MCCCCLXX. eamdem, quam haec Romana, Episcopi Alariensis epistolam praefert, et hinc posterior, quam illa, censenda est. Alariensis enim epistola indicat, se editioni, quae Romae excusa est, dedicandae conscriptam esse: neque facile credi potest, utramque editionem alteram Romae, alteram Venetiis eodem anno exiisse. Non convenit etiam de ipsius editoris nomine. *Joannes Antonius de Buxiis* vocatur Ughello in Ital. Sacr. tom. 3. pag. 503. ubi ipsi, in Ecclesia S. Petri ad Vincula sepulto, sequens epitaphium positum fuisse refertur: *Joanni Antonio Episcopo Alariensi, patria Viglevanensi, Sixti IV. Pontif. Max. Ref. Biblioth. Secretarioque, venerando senatui ac toti Ecclesiae charo, qui fuit pietate, fide, literis insignis, de patria, parentibus, amicis, et omnibus bene meritus, Jacobus frater germanus pientiss. vix. ann. LII. mens. VI. dies II. obiit anno Jubilei M.CCCC.LXXV. prid. Non. Febr.* Contra *Joannes Andreas* vocatur apud Pomponium Infortunatum in vita Lucani, quam ex Lucani editione Romana anni MCCCCLXIX. in sua repetiit Clariss. Oudendorpius. Similiter apud Raph. Volaterr. lib. 21. Comment. Urban. fol. 246. verso, et apud Petr. Cyrneum lib. 4. de Reb. Corsic. (quem edidit Murator. tom. 24. Rer. Ital. Script.) pag. 490. His synchronis, aut certe aetate proximis, scriptoribus consentiunt J. Fr. Gronovius in Praefat. Livianae, et Maittaire in Annal. Typogr. tom. 1. pag. 43. et tom. 4. pag. 112. Insuper tomo 2. commentariorum Lyrani in SS. Biblia, qui ab ipso Alariensi anno MCCCCLXXII. editi sunt, prae-

missa est ejus epistola hoc titulo: *In tertium volumen Nicolai de Lyra Jo. Andreae Alerien. Episcopi Sanctissimi D. N. Papae Bibliothecarii ad Xystum IIII. Pont. Maximum Epistola.* Quaenam virorum doctorum sententia, haec, an illa, verior sit, certius adfirmare poterunt, quibus memorati Epitaphii inspiciundi copia erit. Mihi verisimilius videtur, in Epitaphio per compendium scriptum fuisse *Jo. An. Episcopo Aleriensi*, quemadmodum nomen ejus in multis epistolis, quas libris a se editis ipse addidit, exaratum occurrit, ut inter alias in his, quas Livio, tum tomo 1. Commentariorum Lyrani in SS. Biblia, et aliis praemisit: illum vero, qui Epitaphium ex lapide descripsit, sive Ughellus, sive quis alius fuerit, inde perperam *Joanni Antonio Episcopo Aleriensi* fecisse.

1470. Venetiis per Vindelinum Spirensem, sive de Spira, in forma majori.

In hac editione denuo apparere epistolam Joannis Andreae Episcopi Aleriensis, quae jam in praecedenti Romana data erat, monuit Clar. Maittaire in Annal. Typograph. tom. 1, p. 69. et tom. 4. pag. 289. Ad finem hujus editionis adscribitur annus MCCCCLXX. et subjiciuntur sex et quadraginta versus, quorum laudatus Maittaire priori loco sex, posteriori eosdem sex et insuper decem alios exhibuit. Eos omnes ex raro obvia editione hac, quae Lipsiae in bibliotheca Senatoria extat, mihi descripsit Clarissimus Sacheius, quos libens lubens cum lectore communicabo. Erant autem tales:

Praderat haud multum,
Livi, abs te scripta fuisse
Maxima, si Romae facta
pari eloquio:
Quae seu desidiis, alio seu
crimine quovis,
Sive et temporibus cuncta
fere occiderant:
Quaeque superfuerant opera, haec tam rara videri,
Ut pene ipsorum copia nulla foret.
Et VINDELINO debebis tu
quoque, formis
Egregie impressit has modo qui decodas:
Atque ipsas iisdem scaevis
(sic) *velut hostibus acri*
Bello oppugnatas fortiter
eripuit.
Hac etenim studiis non tantum Romulidumve
Historiis opera, quam tibi,
consuluit.
Quippe tuo hac in re cum
Romae nomine juncto,
Alterutrum servans servat
utrumque simul.
Ergo tua ut perdens opera
est invisus habendus,
Horum servator sic tibi amandus erit.
Magna loquar, sed vera tamen. Conferre putatur
Ad famam natos progenuisse probos.
Non parvo majora tamen
monumenta putanda
Sunt opera, excellens quae
parit ingenium.
Nec vero tantum fluxi quia
corporis illi
Existunt foetus, perpetui
haec animi:
Verum etiam nati quia non
a patribus omnes,
Sunt quibus affecti dotibus,
accipiunt.
Si qua autem gravis atque
ornata oratio, qualem
Cernimus esse tuam, composita extiterit:
Huic nihil est prorsus, quod
non suus afferat auctor:
Sive ejus formam, sive alia aspicias.

S Y L L A B U S

EDITIONUM PRAECIPUARUM

T I T I L I V I I.

....Romae per Conr. Swerwherm et Arn. Pannartz, cura Jo. An. Episcopi Aleriensis, qui editionem hanc a se recognitam, adjuta praefatione, quam plerasque editiones saeculo XV. et initio saeculi XVI. exornare servarunt, dedicavit suae Pontifici Paulo II. Venetos, et Marco Sancti Marci Cardinali, in forma maiori.

Haec editioni annus, quo prodiit, non adscribitur: asseverat tamen eamdem [illegible] eo argumento probat: [illegible] Fr. Gravinaeus in Praecid. [illegible] [illegible] convenit etiam de ipsius editoris nomine. *Joannes Antonius de Buxiis* vocatur Ughello in Ital. Sacr. tom. 3. pag. 503. ubi ipsi, in Ecclesia S. Petri ad Vincula sepulto, sequens epitaphium positum fuisse refertur: *Joanni Antonio Episcopo Aleriensi, patriae Viglevanensi, Sixti IV. Pontif. Max. Ref. Biblioth. Secretariaeque, venerando senatui ac toti Ecclesiae charo, qui suis virtute, fide, literis insignis, de patria, parentibus [illegible], et omnibus bene [illegible]. Jacobus frater [illegible] Sixtus II. obiit [illegible] M.CCCC.LXXV. [illegible] Ann. Jubi.* Contra Jo[illegible] Aleriensis vocatur apud [illegible] in [illegible] quam ex Lucani [illegible] Claud. Oudin[illegible] Scriptor apud Rapi[illegible] in [illegible] Comment. [illegible] verso, et a[illegible] Commentar. [illegible] de [illegible] Scrip.) [illegible] sin [illegible] J. Fr. [illegible] Lucius, [illegible] Typogr. [illegible] obit anno. prae-

IV. Lovelianus est ille codex, quem inter eos, quibus ad decada primam usus sum, num. XI. latius descripsi. Is enim praeter tres decadas librorum Livii insuper complectebatur omnium deperditorum librorum historici nostri Epitomas.

V. Vossianus est codex membranaceus recentissimus, in forma quadruplice, omnium librorum Livii Epitomas continens, qui cum omnibus reliquis bibliothecae Vossianae libris in Leidensem migravit. Eidem C. Plinius, sive Aurelius Victor, de Viris Illustribus, et alia quaedam subjunguntur. Vide Catalogum Bibl. Leid. pag. 388. num. 54. Hunc codicem in septem priorum librorum Epitomis, in quibus mihi etiam alii Vossiani ad manus fuerunt, *Vossianum primum*, postea, ubi reliqui desinunt, simpliciter *Vossianum* vocavi.

VI. VII. VIII. Vossiani secundus, tertius, quartus tres sunt codices bibliothecae nunc Lugduno-Batavae membranacei, quorum duo vetustissimi forma sunt quadruplice, unus paullo recentior forma octuplice. Hi omnes post L. Annaeum Florum nobis exhibent septem primorum Livii librorum Epitomas et quidem duplicem ac diversam libri primi. Recensentur autem in Catalogo Bibl. Leidensis unus pag. 386. num. 5. alter pag. ead. num. 14. tertius pag. 389. num. 77.

SYLLABUS CODICUM,

QUIBUS HEARNIUS

USUS EST, QUORUMQUE VARIANTES LECTIONES NOTIS MEIS INSERUI.

I. *B.* est codex Oxonii servatus in bibliotheca Bodlejana, decada primam continens.

II. *C.* est codex Oxonii in bibliotheca collegii Corporis Christi, decada primam continens.

III. *D.* est Codex K. Digbaei Oxonii in bibliotheca Bodlejana, decada tertiam continens.

IV. *L.* 1. est codex Oxonii in bibliotheca Bodlejana inter codices Laudinos, decadas primam, secundam et tertiam continens.

V. *L.* 2. est codex Oxonii in bibliotheca Bodlejana inter codices Laudinos, decada primam continens.

VI. *N.* est Codex Oxonii in bibliotheca collegii novi Oxoniensis, decadas primam, tertiam, et quartam continens. Complectitur etiam, si non omnes, certe quasdam Epitomas Livianas. Ejus enim Hearnius meminit usque ad Epitomen libri 22.

VII. Norvicensis est codex Msus, Epitomas Livianas continens, quem possedit admodum Reverendus Johannes Morus, olim Norvicensis, postea Eliensis Episcopus.

Ipse hanc effingit, polit hanc, atque induit ipse,
Ipse, anima tamquam, sensibus instituit.
An natos igitur servanti cuncta putares
Te debere, nihil haec opera eximia?
Adde, quod et perpulchra effinxit et optima, cunctis
Hoc(sic)etiam ut placeant, haec monumenta tua.
Atque tot impressit, totum his jam possit in orbem
Diffundi, atque aevum nomen in omne tuum.
Sed tua quae probitas, dignas non ambiget ullus
Quin habeas grates ipse tuo artifici.
Id superest, quando nulla est tam digna suppellex, (sic)
Quaeque tot ac tantis usibus esse queat.
Si neque jam magno sumptu magnove labore,
Sed sibi quem minimo quisque parare valet:
Historias quisquis, quisquis sua commoda curat,
Impressa haec frustra non sinat esse opera.
Verum sic etenim sua quemque industria multum
Juverit, ipsa paret, lectitet ipsa diu.

Hanc editionem numquam vidisse videtur J. Fr. Gronovius; qui, quum in Franc. Robortelli Convenientia Supputationis Livianae cum marmoribus Capitolinis cap. 3. et in Emendationibus lib. 2. cap. 54. memoratum vidisset librum Livii, qui a Vendelino impressus fuit anno MCCCCLXX. ex Victorini Feltrensis exemplari, hanc et praecedentem editionem unam eamdemque esse, et, qui se in calce voluminis Sweynheymum appellat, ab Italis, Germanica vocabula invertere solitis, Vendelinum vocatum fuisse credit: quum tamen Conradus Sweynheym et Arnoldus Pannartz, qui priorem impresserunt, typographiam Romae, at Vendelinus de Spira, qui posteriorem hanc edidit, eamdem artem Venetiis exercuerint. Verisimile etiam videtur, editionem Livianam, quam Augustae Vindelicorum anno MCCCCLXX. excusam Lipsiae in bibliotheca amplissimi Senatus adservari Fabricius in Biblioth. Lat. retulit, non aliam, quam hanc Venetam, esse, et nomen typographi Vendelini ei, ex quo Fabricius hujus editionis notitiam nactus est, persuasisse, ut crederet, librum Augustae Vindelicorum editum esse: editionem certe eo anno in illa urbe emissam ibidem non occurrere, ex testibus fide dignis accepi. Ex eodem errore etiam Vir Doctus in vita Livii, quam Niceronius inseruit Memoriis, virorum Illustrium Historiae inservientibus, tom. 5. pag. 177. affirmasse videtur, primam Livii editionem esse, quae Augustae Vindelicorum anno MCCCCLXX. in forma majori prodiit.

1471. Romae per Udalricum Gallum, studio Joannis Antonii Campani, cujus praefatio ad Cardinalem Papiensem praemittitur, tribus voluminibus, in forma majore.

Huic editioni annum adscriptum non fuisse, testatur Clariss. Maittaire in Annal. Typogr. tom 1. pag. 72. Ipse non nisi quarta decade, sive libro 31. et sequentibus, usus sum beneficio Illustrissimi Lovelii, et hujus partis fini nullum etiam annum adscriptum vidi, sed hos tantum sex versus, qui, teste Meyero in Annal. Flandr. ad annum MCCCCXL.

pag. m. 297. Antonium Campanum auctorem habuerunt.

Anser Tarpeji custos Jovis, unde, quod alis
Constreperes, Gallus decidit, ultor adest.
Vuldricus Gallus, ne quem poscantur in usum,
Edocuit pennis nil opus esse tuis.
Imprimit ille die, quantum non scribitur anno:
Ingenio, haud noceas, omnia vincit homo.
Campanus.

Eosdem versus etiam fini primi voluminis exstare testatur Maittaire ibid. tom. 4. pag. 292. Contra Thom. Hearne et J. Clericus eam ad annum 1472. referunt: sed J. Fr. Gronovius in Praefatione ex bibliothecae regiae, quae Parisiis est, indice monet, decada primam ann. MCCCCLXXI. tertiam et quartam anno MCCCCLXXII. lucem vidisse. Vide etiam Maittaire loc. laud. qui testem hujus rei advocat Fabric. in Bibl. Lat. lib. 1. cap. 11. editionis annorum 1712. et 1721.

1472. Romae per Conradum Sweynheym et Arnoldum Pannartz, in forma majore.

Ad finem Livii hi versus legebantur:

Aspicis, illustris lector, quicumque libellos,
Si cupis artificum nomina nosse, lege.
Aspera ridebis cognomina Teutona, fortan
Mitiget ars Musis inscia verba virûm.
Conradus Sauenheym, Arnoldus Pannartzque magistri
Romae impresserunt talia multa simul.

In domo Petri de Maximis M. CCCC. LXXII. die XVI. Julii. Hanc editionem ex Illustrissimi Lovelii bibliotheca utendam accepi.

1478. Mediolani per Philippum de Lavagnia, in forma majore.

1480. Mediolani per Antonium Zarothum, in forma majore.

In fine hujus editionis, quam adhibui, adscripta erant haec verba: *Has tris Titi Livii decadas Petrus Justinus Philelfus, ut amicis quibusdam suis morem gereret, quam diligentissime recognovit. Impressit autem Mediolani opifex consummatissimus Antonius Zarothus, opera et impensis Johannis Legnani, decimo Kalendas Novembres: regnantibus illustrissimis Mediolani ducibus Bona, et Joanne Galeacio Maria Sphortia, anno a natali Christiano millesimo quadringentesimo octogesimo.*

1480. ----- per Michaëlem Manzolinum Parmensem, in forma majore.

In fine hujus editionis, qua ex munificentia Illustrissimi Lovelii usus sum, haec adscripta inveni: *Titi Livii Patavini historici illustris decadis quartae libri finiunt, quos Michaël Manzolinus Parmensis ductu, impensa, solertique diligentia viventibus posterisque imprimi curavit anno salutis M. CCCC. LXXX. pridie Calendas Novembres.* Locus, ubi liber impressus est, non additur. Monet autem Maittaire in Annal. Typograph. tom. 4. pag. 406. librum impressum quidem esse a typographo Parmensi, non tamen, ut Orland. pag. 148. putabat, Parmae; putat autem eum deceptum esse a Cornelio Beughe-

mio pag. 85. quem saepius describere solet. Eodem errore ego etiam ubique hanc editionem in notis Parmensem vocavi, perperam ad id inductus, quod Mansellius se Parmensem dixerit. Verum postea ex Clariss. Maittaire Annal. Typograph. tom. 1. p. 84. et tom. 4. p. 285. didici, Michaelem Mansellium Parmensem typographiam Tarvisii exercuisse, ibidemque ab anno MCCCCLXXVII. ad annum MCCCCLXXXI. varios libros emisisse. Quam igitur in notis editionem Parmensem vocavi, Tarvisina prima; quam vero Tarvisinam primam et secundam, Tarvisina secunda et quarta dicendae erant. Parmensem tamen editionem hujus anni MCCCCLXXX. a Melchiore Sneffa excusam memorat Fabricius in Bibliotheca Latina lib. 1. cap. 11. testatus se ejus notitiam ex Beughemio accepisse. Sed perperam. Nullus enim Melchior Sneffa sive Sessa inter typographos seculo XV. sive anno MXXD. memoratur, sed demum occurrit anno MDVIII. qui sibi anno MDXVII. socium adscivit Petrum de Ravanis, et cum eo Livium anno MDXX. Venetiis edidit, ut inferius suo loco videndum erit.

1481. Parisiis, in forma majore.

Hanc editionem memorat Maittaire Annalium Typogr. tom. 5. part. 2. pag. 532.

1482. Tarvisii per Johannem Vercellium, in forma majori.

Ad calcem hujus editionis sequentia adjecta invenio: *Has Titi Livii decadas, a Luca Porro quam diligentissime recognitas, Tarvisii Johannes Vercellius impressit anno salutis millesimo quadringentesimo octogesimo secundo.* Hanc editionem ubique in notis Tarvisinam primam perperam vocavi, quam Tarvisina secunda dicenda fuisset. Vide, quae de editione praecedente dicta sunt.

1483. . . . . per Michaelem Mansellinum Parmensem, in forma majore.

Hanc editionem in bibliotheca Hohendorfiana laudat Maittaire in Annal. Typogr. tom. 4. pag. 450. Ex illis autem, quae ad similem editionem, anno MCCCCLXXX. excusam, dixi, constat, hanc etiam impressam fuisse Tarvisii. Ita fuit Tarvisina tertia.

1485. Tarvisii per Johannem Vercellensem, in forma majore.

Hanc etiam editionem a Luca Porro recognitam esse, ex illis, quae ad finem libri subjiciuntur, constat. Eam usibus meis commodavit Vir Clarissimus, Sigebertus Havercampius; quam male in notis Tarvisinam secundam pro quarta a me appellatam esse, praecedentibus consequens est. Alibi etiam memoratam inveni editionem T. Livii Tarvisinam ex recognitione Lucae typis Johannis Vercellensis anno MCCCCXCV. sed eamnam illam operarum errore pro anno MCCCCLXXXV. datum esse verisimile est. Certe Maittaire recentiorem hanc in Annal. Typogr. non memoravit, neque etiam Johannes Vercellensis anno MCCCCXCV. Tarvisii typographiam exercuisse videtur.

1486. Parisiis, forma majore.

Hanc editionem memorat Maittaire in Annal. Typogr. tom. 5. part. 2. pag. 532.

1491. Venetiis cum Annotationibus Sabellici, in forma majore.

Hanc editionem ex Fabricii Bibliotheca Latina memorat Maittaire in Annal. Typograph. tom. 1. pag. 309. Sed tom. 4. pag. 532. addit, ad ejus calcem hanc formulam adjectam esse: *Impress. die V. Novembris, M. CCCC. LXXXXI. regnante Augustino Barbadico duce Venetiarum.* Cujus vero typis excusa fuerit, neutro loco memoratur. Ipse Sabellicus in praefatione refert, se Livium ad vetustum exemplar, ex bibliotheca Benedicti Cornarii Patricii Veneti depromtum, contulisse, petente Bernardino Herasmio Novocomensi, homine fide et industria singulari, ut clarissimam historiam aliquanto integriorem novae impressioni subjiceret. Verum licet plures circa annum hunc typographi Bernardini Venetiis floruerint, nullus tamen memoratur Bernardinus Herasmius Novocomensis.

1492. Venetiis, in forma majore.

Haec editio ex bibliotheca Adr. Pauw recensetur apud Maittaire in Annal. Typogr. tom. 1. pag. 314. et tom. 4. pag. 545. Suspicio tamen est, hanc et praecedentem eamdem esse, earumque alteram, et quidem hanc, ex solo operarum errore natam esse.

1493. Venetiis per Mattheum Capcasa Parmensem, in forma majore.

Maittaire in Annal. Typogr. tom. 5. part. 2. pag. 23. editionem hanc memoravit ex Orland. pag. 418.

1495. Mediolani per Uldericum Scinzenzeller, impensis Alexandri Minutiani, in forma majore.

Editionem hanc memorans Maittaire in Annal. Typogr. tom. 1. pag. 332. et tom. 4. pag. 590. testatur, ad finem ejus legi haec verba: *Impressit Uldericus Sinzenzeler impensis Alexandri Minutiani; ex quam emendato exemplari, si cum ceteris conferes, quam facillime intelliges, candidissime lector; cui etiam librariorum culpam, quantum licuit, idem Alexander praestare conatus est, Mediolani pridie quam Lud. M. SF. Anglus princeps sapientissimus hujus incliti imperii sceptrum et ducalia insignia a Maximiliano imperatore per legatum acciperet. Anno salutis M. CCCC. LXXXXV. die XXV. Maji.*

1495. Venetiis per Philippum Pincium Mantuanum, in forma majori.

In hac editione repetuntur *M. Antonii Sabellici brevissimae in Livium annotationes, locis suo ordine aut in integrum restitutis, aut in fronte, ne quid temere offenderetur, brevi indice relictis.* Iis autem praemittitur ipsius Sabellici praefatio *ad Magnificum et praestantem virum Benedictum Cornarium Patricium Venetum.* Ad finem libri haec verba subjuncta video: *T. Livii Patavini decades expliciunt, Venetiis per Philippum Pincium Mantuanum summa cura et diligenti studio impressae. Anno ab Incarnatione Domini M. CCCC. XCV. III. Nonas Novembris, Imperante Serenissimo Augustino Barbadico, Venetiarum duce felicissimo.*

1498. Venetiis per Bartholo-

macum de Zanis de Portesio, in forma majore.

Recensuit hanc editionem Maittaire in Annal. Typogr. tom. 1. pag. 353. et tom. 4. pag. 662. addens, eam sine notis prodiisse. Eadem servatur in bibliotheca Trajectina, unde utendam accepi, ac didici, in ea repetitas fuisse Sabellici Annotationes. Ad calcem ejus libri haec adscribuntur verba: *T. Livii Patavini decades expliciunt, Venetiis per Bartholomaeum de Zanis de Portesio summa cura et diligenti studio impressae. Anno ab Incarnatione Domini* 1498. *die XX. Junii.*

1501. Venetiis per Georgium de Rusconibus Mediolanensem, in forma majori.

Hanc editionem, quae in locupletissima bibliotheca Leidensi exstat, eadem continere, quae ambae praecedentes, amice me monuit Cl. Oudendorpius, qui eam mei caussa examinavit. Ex eodem didici, ad finem ejus hanc temporis, quo lucem adspexit, et typographi notitiam reperiri: *Titi Livii Patavini decades expliciunt, Venetiis per Georgium de Rusconibus Mediolanensem summa cura et diligenti studio impressae, anno ab Incarnatione Domini* 1501. *die* 4. *Decembris.*

..... apud Alexandrum Minutianum, in forma majore.

Huic editioni praefixa Minutiani epistola data est *Mediolani Idib. Sept.* 1505. ad finem autem libri hunc temporis characterem inveni: *Apud Alexandrum Minutianum Nonis Quintilibus men. Julii.* Ex his editionem illam referendam puto ad annum MDV. ac verisimile videtur, excusam esse Mediolani. In ea enim urbe Minutianus tabernam librariam etiam seculo praecedente exeunte exercuit, et impensas in editionem Livii, quae anno MCCCCXCV. in ea urbe prodiit, contulit, ut supra vidimus. Ipse etiam hoc seculo XVI. ineunte ibidem varios libros typis impressit. Anno MDII. Justinum. Vide Maittaire Annal. Typogr. tom. 1. pag. 156. Anno MDIII. Bernardi Corii Historiam Mediolanensem. Vide Maittaire ibid pag. 163. et 165. Anno MDXIII. Josephi opera Latine, et Egesippum. Vide Maittaire ibid. pag. 247. Livium hunc a se editum Minutianus dedicavit Jaffredo Carolo Jurisconsultissimo, Delphinatus ac Mediolanensis senatus Praesidi sapientissimo, testatus, *se non imitatum esse eorum temeritatem, qui, ut scire videantur, omnia corrigere ac emendare profitentur: sed quae sibi aut dubia aut obscura visa fuerunt, ea se intentata reliquisse, ut per pristina dictionum aliqua vestigia vera et sincera lectio investigari possit.* Verum ut pateat, quid de hoc sive editore, sive typographo sentiendum sit, adscribam locum, licet paullo longiorem, ex Parrhasii Epistola, qua Commentarium in Claudiani libros de Raptu Proserpinae eidem Jaffredo Carolo dedicat. Ita inquit: *Non est (ne nobis blandiamur) hodie, non est Horatio bene monenti parere, scriptaque vel in paucos menses, nedum (quod illi placet) in annos novem comprimere, nisi laboris sui*

fructu fraudari quis velit. Adsunt enim ignavissimi quidam fuci, qui favis alienisque mellificationibus insidiantur: et quae multo longoque studio comperta sunt ab aliis, impudentissime pro suis ostentant. Ut iste vix satis idoneus impressor, qui castigationes in Livium meas ex magna parte subripere, tibique nuncupatim dicare non erubuit: in quo non minus existimationi tuae, quam mihi, fecit injuriam. quasi vero divinus tuus animus interceptis gaudeat rebus, et in hoc etiam Superos non imitetur, quibus (ut Porphyrius auctor est) furta non litant. Ego, vir integerrime, triennio jam Livii bellum Macedonicum, frequenti professus auditorio, singulis lectionibus emendavi, quod ante nos (absit verbo invidia) nemo tentavit: ostendique certissimis argumentis, ab eo, quam dixi, decada depravatam locis amplius mille. Veritus itaque, ne sua laniena per nos in publicum proderetur, editione praevenire festinavit: eamque rem dissimulanter me laturum speravit, si sub umbra tui nominis emitterentur: ac si non eadem gratiora tibi futura sint a proprio justoque domino, quam ab inverecundo plagiario. Quum praesertim nusquam ille potuerit afferre correctionis alienae rationem, quod nos inter legendum fecimus, quae propediem sub tuis auspiciis exibit in publicum, sex in toto Livio vulnerum millibus a me curatis aut splene contectis.

1506. Venetiis, per fratres Joannem et Bernardinum Vercellenses, in forma majori.

Hanc editionem, a Maittaire tom. 5. Annal. Typogr. part. 2. pag. 21. recensitam, et a Fabric. in Bibl. Latina ex Graevii bibliotheca memoratam, possideo. Exhibet autem simul Sabellici in Livium annotationes, omissa tamen ejus ad Cornarium Praefatione. Ad finem libri haec leguntur: *T. Livii Patavini decades expliciunt, Venetiis per Joannem ac Bernardinum ejus fratrem Vercellenses summa cura et diligenti studio impressae, anno Domini M. CCCCC. VI. XXVII. Nonas Januarii imperante Serenissimo Leonardo Lauridano Venetiarum duce felicissimo.*

1510. Parisiis impensis Johannis Parvi et Ascensii, in forma majore.

Hanc editionem, a Maittaire in Annal. Typogr. tom. 2. p. 216. memoratam, possideo. Ei autem praefigitur Jodoci Badii Ascensii epistola ad Georgium Aloïnum, hanc temporis notam praeferens: *Ex Chalcographia nostra apud Parrhisios, pridie annuntiationis atque incarnationis dominicae M. D. XI.* Praeterea Sabellici in Livium Annotationes, deficiente tamen ejus ad Cornarium praefatione, tum ipsius Badii Ascensii in Livianam lectionem Isagogen cum prooemii primi expositione. Ad calcem editionis haec verba reperiuntur: *Diligentiore cura, in aedibus Ascensianis, in illustri Parrhisiorum Academia, impensis Joannis Parvi et ipsius Ascensii. Anno salutis Christianae M. D. X. ad Idus Martias.*

1511. Venetiis per Philippum Pincium Mantuanum, in forma majore.

Hanc editionem, a Maittaire in Annal. Typographicis omissam, servat bibliotheca publica Amstelaedamensis. Ad ejus autem calcem hanc subscriptionem legi, Vir Clarissimus Petrus Burmannus, Historiarum, Eloquentiae et Poëseos ibidem Professor meritissimus, me monuit: *T. Livii decades feliciter expliciunt, Venetiis a Philippo Pincio Mantuano impressae anno Domini MCCCCCXI. die XVII. Septembr. incliti domini, Domini Leonardi Lauredani Venetiarum ducis tempestate.*

1511. Parisiis apud Badium Ascensium, in forma octuplice.

Hanc editionem primam fuisse censet J. Fr. Gronovius in praef. quae hac forma contracta, charta δκταπτύχῳ, prodiit. Neque aliam ea antiquiorem vidi. Testatur autem se non ipsam editionem, sed tantum specimen vidisse, dissimulato loco et tempore, quo prodiit, unam utriusque notam praeferens Augustini Becharii Sacerdotis ad studiosos alloquium; unde etiam passim in notis Becharii nomine eam laudat. Suspicabatur insuper, non multo seriorem, si non antiquiorem, esse ea, quam Georgius de Rusconibus Mediolanensis anno MCCCCI. Venetiis procuravit. Verum eandem rectius retinuit Fabr. in Bibl. Latina, ita mutatus est, prodisse Parisiis apud Badium Ascensium anno MCCCCI. ex Sabellici recognitione cum Augustini Becharii ad studiosos alloquio. Eam a Maittaire in Annal. Typographicis memorari, reperire non potui.

1513. Parisiis apud Badium Ascensium, in forma majore.

In hac editione, quam etiam Maittaire in Annal. Typographicis omisisse videtur, continentur eadem omnia, quae in antea memorata anni MDX. exstabant; ita tamen, ut Ascensii in Livianam lectionem Isagoge auctior prodierit, et insuper addatur vocabulorum Livianorum compendiaria explanatio. Praeterea, contextum Livianum cum decem diversae monetae aut scripturae codicibus collatum esse, nova Ascensii Praefatio priori subjecta docet, quae hanc notam Chronologicam praeferebat: *Pridie natalis Dominici. M. D. XIII.* In calce vero libri haec formula adscripta reperitur: *Ex aedibus Ascensianis longe accuratiore, quam pridem, vigilantia, collato videlicet exemplari cum decem venerandae vetustatis codicibus, et non oscitantis judicio recognito, atque plus quam sexcentis locis illustrato, in illustri Parrisiorum Academia, impensis Johannis Parvi, et ipsius, qui impressit, Ascensii, anno redemptionis humanae M. D. XIII. ad Nonas Decembres.*

1516. Parisiis ex aedibus Ascensianis, in forma majore.

Haec editio, quam itidem Maittaire in Annal. Typographicis non recognovit, eadem omnia exhibet, quae proxime praecedens, eique quam simillima est, adeo ut utraque totidem foliis absolvatur. Non tamen propterea existimandum est, eam tan-

tum fraude, bibliopolis nostris hodie admodum frequenti, se a priori diversam esse mentiri. Plura enim exstant indicia, unde colligi potest, eam hoc anno revera totam iterum excusam esse. Titulus enim praecedentis editionis exhibet signum, quo Johannes Parvus, sive Petit, quem Ascensius artis suae socium adsumserat, uti solitus erat; nempe duos Leones, scutum lilio et literis I. P. inscriptum sustinentes, adjecto subtus nomine ejus, JEHAN PETIT. Hujus contra titulus praefert binos Leones, scutum bipartitum sustinentes, cujus superiori parte conspiciuntur tres coronae, aequali ordine aliae ad latus aliarum dispositae, pars autem inferior pellis murinae imaginem imitatur, addito subtus nomine LODOVICUS HORNKEN. Deinde in priori editione haec verba sub descripto signo leguntur: *vaenundantur ab Johanne Parvo et Jodoco Badio Ascensio*; in posteriori autem haec: *vaenüdantur ab Gotfrido Hittorpio*. Insuper formula ad finem hujus editionis addita in quibusdam differt ab illa, quam praecedenti adjectam esse modo vidimus. In hac enim ultima ejus pars his verbis concipitur: *in illustri Parrhisiorum academia, rursus opera et accuratione Ascensiana, anno redemptionis humanae M. D. XVI. ad Nonas Junias*. Denique ex toto passim contextu Liviano duas diversas editiones esse clarissime elucet. Quamvis enim posteriores paginae illis prioris ferme semper respondeant, nulla tamen earum est, in qua non aliquot occurrant versus, qui in hac editione vel plures vel pauciores, quam in illa, literas contineant: in qua non itidem plures voces reperiantur, quae in hac editione per quaedam scribendi compendia, in illa vero omnibus literis exarantur.

1518. vel 1519. Moguntiae apud Johannem Scheffer, in forma majori.

Ad finem librorum Livii haec temporis nota a typographo adscripta est: *Moguntiae in aedibus Joannis Scheffer, mense Novembri anno MDXVIII.* Praemissum Imperatoris Maximiliani privilegium datum est *die mensis Decembris an. M. D. XVIII.* Sed Erasmi Praefatio *VII. Cal. Mart. an. M. D. XIX.* et Nicolaï Carbachii Praefatio *Idibus Martiis M. D. XIX.* In hac editione, post Imperatoris Maximiliani privilegium, continentur primo Ulrichi Hutteni equitis Praefatio ad Albertum Brandenburgensem, Cardinalem, Archiepiscopum Moguntinum et Magdeburgensem, principem Electorem; tum Erasmi ad Misobarbaros atque eosdem Philomusos Praefatio, quam utramque supra dedi hoc tomo pag. 512. et viri docti memoratu dignam judicant, quoniam illi, qui Moguntiam artis typographicae inventricem venditant, ex illis etiam sententiam firmare soleant. Post indicem deinde in Livium ejusque epitomas, et consules in Livio et epitomis occurrentes, ordine Chronologico dispositos, sequuntur epitomae Livianae et ipsius Livii contextus. Admodum autem memorabilis est haec editio, quia prima

omnium exhibuit maximam partem libri 33. a cap. 17. §. 6. usque ad libri istius finem, qui integer antea pro deperdito habitus est, et ultimam partem lib. 40. a cap. 37. §. 3. usque ad finem: quae operis Liviani particulae in lucem protractae sunt ex bibliothecae Moguntinae, quae in aede maxima ac metropolitana est, perquam vetusto codice, characteribus Longobardicis in membrana scripto. Quum autem codex ille, omnium hujus partis praestantissimus, qui partem lib. 33. ultimam et libros sequentes usque ad finem libri 40. continebat, passim a vulgata priorum editionum lectione diversus abiret, Nic. Carbachius eum dignum esse censuit, quem diligenter cum olim excusis committeret, ejusque excerptas variantes huic Livii editioni subjiceret, praemissa Praefatione, qua consilii rationem reddidit. Eo autem facto optime de Livio meritus est, atque hunc thesaurum, aut certe ejus partem, nobis servavit; qui utrum hodie adhuc supersit, aut ubi lateat, incertum est.

1518. Venetiis apud Aldum quin-
1519. que tomis, in forma octu-
1520. plice.
1521. Primus tomus continet de-
et cem primos Livii libros, ad
1523. cujus calcem haec adjecta sunt: *Venetiis in aedibus Aldi, et Andreae soceri, mense Decembri, M. D. XVIII.* Secundus bellum Punicum secundum: ad finem autem haec nota chronologica adscripta est: *Venetiis in aedibus Aldi, et Andreae soceri, mense Februario. M. D. XIX.* Tertius quartam librorum decadem, hac ad finem addita subscriptione: *Venetiis in aedibus Aldi, et Andreae soceri, mense Novembri. M. D. XX.* Quartus complectitur primo omnium decadum epitomas, licet cuique superstitum librorum Livii, qui praecedentibus tomis exhibentur, sua praefigatur epitome; secundo L. Florum; tertio Polybii Historiarum libros quinque, Nicolao Perotto interprete in linguam Latinam conversos. Ad finem tandem tomi exstat haec temporis nota: *Venetiis in aedibus Aldi, et Andreae soceri, mense Martio. M. D. XXI.* Quum postea liber Livii quadragesimus primus et quatuor sequentes, sive eorum fragmenta, ex bibliothecarum tenebris eruti et in apertam lucem protracti essent, haeredes Aldi, ne quid editioni suae deesset, recens publicatos Livii libros ipsi quoque typis suis descripserunt, et quatuor prioribus tomis quintum hunc, quasi appendicem, addiderunt. Ejus fini subjecta est haec temporis nota: *Venetiis in aedibus haeredum Aldi Manutii Romani, et Andreae Asulani soceri, mense Majo. M. D. XXXIII.* Quinque hi tomi, suo quisque anno, memorantur apud Maittaire in Annal. Typograph. tom. 2. pag. 316. 335. 598. 613. et 787. Hujus editionis quartus tomus hodie plerumque a reliquis dividitur, et quasi huc non pertinens separatim memoratur; quum tamen titulus, qui tomo primo praefigitur, illa, quae toto opere continebantur, exhibens, etiam tomo quarto inserta nominatim memoret. Is autem titulus ei appositus est, si non quum tomus primus

ederetur, certe quum quartus prodiret, antequam quintus adderetur; cujus nulla ibi mentio occurrit.

1520. Venetiis, in forma majori.

Hanc editionem, quam me umquam videre non memini, memorat Maittaire in Annal. Typograph. tom. 2. pag. 598. eamque excusam esse dicit per Melchiorem Sessam et Petrum de Ravanis socios, die 3. Maji. Eamdem neque Hearnius, neque Clericus memorarunt. Editionem Venetam hujus anni, in forma majori ab Aldo excusam, memorat Catalogus Henr. Hadr. van der Marck toparchae in Leur pag. 20. Ejus tamen apud alios mentionem nondum reperi.

1521. Venetiis apud Aldum, in forma majore.

Hanc editionem recensent Hearnius et Clericus. Gesneri Catalogum librorum, qui in officina Aldi Manutii Venetiis excusi sunt, tom. 3. Annal. Typogr. inseruit Maittaire, in quo pag. 245. memorantur Livii omnia, accurate denuo impressa, in folio (1521.) Occurrit etiam in modo laudato Catalogo Henr. Hadr. van der Marck, ubi pag. 21. inter editiones Aldinas in folio hoc titulo, qui forte ex ipso libro petitus est, describitur: *Ex XIV. T. Livii decadibus prima, tertia, quarta; duplex epitome, altera a T. Livio, altera a L. Floro; Polybii libri V. de rebus Romanis in Latinum a Nic. Perotto, quos in locum secundae decadis substituimus, quia multa in illis leguntur, quae secunda decade continebantur. Venet. apud Aldum* 1521.

1522. Florentiae apud haeredes et Philippi Juntae, forma
1532. octuplice.

Hanc editionem habuit et consuluit J. Fr. Gronovius, qui in praefatione testatur, eam per Aldina vestigia incessisse, carmine etiam in laudem Asulani praeposito. Eamdem recensuit etiam Maittaire in Annal. Typograph. tom. 5. part. 2. pag. 22. qui docet, singulis tomis, decadas primam, tertiam et quartam continentibus, ad calcem adjectam esse hanc formulam: *Florentiae per haeredes Philippi Juntae M. D. XXII. septimo Idus Augusti.* Postea vero repertos quintae decadis priores quinque libros, sive eorum fragmenta, itidem ex Juntarum officina prodiisse, hac subscriptione ad finem addita: *impress. Florentiae in aedibus Bernardi Juntae, anno XXXII. supra M. et D. duodecimo Cal. Majas.*

1525. Coloniae apud Joannem Soterem, in forma majore.

Hujus editionis titulus testatur, Livii libros triginta, qui soli ex centum quadraginta supersunt, auctore Jacobo Sobio, castigatiores, quam ante hac umquam visi sunt, prodire anno M. D. XXV. mense Septemb. Dedicatio Sobii subscriptas praefert *Calendas Septembres ann. Domini M. D. XXV.* Denique ad calcem libri haec verba adjecta exstant: *Coloniae apud Jo. Soterem, impensis honesti civis Petri Quentel anno MDXXV. mense Augusto.* Sobium, Livii editorem, laudans Sturmius in Epist. dedicator. ante tom. 2. Orat. Ciceronis dicit, Coloniae literas floruisse, quum in ea Sobius aliique docerent, Sobium vero

tunc vim morbi abstulisse. Editionem hanc Livianam, quam curavit Sobius, ut ceteris castigatiorem laudat Rhenanus ad Livii lib. 27. cap. 16. §. 10. et ad cap. 17. §. 11. Ejus conjecturam, quam in contextum recepit, quamvis praeter Mstorum auctoritatem, nihilominus ut ingeniosam praedicat Gruter. ad Livii lib. 1. cap. 23. §. 6. Perperam Fabricius in Bibl. Latin. editionem hanc Basileensem vocavit, dicens Livium anno MDXXV. Basileae ex Jacobi Sobii castigatione prodiisse.

1527. Parisiis apud Petrum Vidovaeum, in forma majore.

Hanc editionem recensuit Maittaire in Annal. Typogr. tom. 2. pag. 688. ac testatur, eam venumdatam fuisse a Joanne Parvo, bibliopola adscriptitio, impressam vero a Petro Vidovaeo mense Aprili, M. D. XXVII.

1528. Coloniae apud Eucharium Cervicornum, in forma majore.

Huic editioni locus, ubi prodiit, adscriptus non apparet, sed tantum excusus esse dicitur ab Euchario Cervicorno. Eum vero chalcographiam et ante et post annum MDXXVIII. Coloniae exercuisse, ibique varios libros Godefrido Hittorpio, civi et bibliopolae Coloniensi, typis suis descripsisse constat. Maittaire ullam hujus editionis mentionem in Annal. Typograph. fecisse non memini, quam tamen memorarunt Fabricius in Bibl. Lat. et Hearnius ac Clericus in Indice editionum Livianarum. Eamdem tantum se vidisse, sed consulere non potuisse, J. Fr. Gronovius in Praefatione testatur.

1529. Parisiis apud Nicolaum Savetier, in forma majore.

Hanc editionem recensuit Maittaire in Annal. Typogr. tom. 2. pag. 721. et auctor est, ei hanc notam additam esse: *Veneunt in aedibus Ambrosii Girauli, in vico Divi Jacobi, sub insigni regis David, imprimebat Nicolaus Savetier, mense Aprili* 1529. Contra ejus exemplaris, quod oculis meis subjectum est, initio haec adscripta vidi: *Vaeneunt in Clauso Brunelli apud Nicolaum Crespin, sub signo Divae Catharinae*; ad ejus finem vero sequentia: *Imprimebat Nicolaus Savetier mense Aprili* 1529. Hinc colligo, vel Nicolaum Savetier Livium, suis impensis excusum, distrahendum dedisse duobus bibliopolis, Ambrosio Girault, et Nicolao Crespin; vel ambos illos, inita societate, Livium opera Savetierii imprimi curasse, et quemque eorum recepta exemplaria suis nominibus notasse. Editionem hanc Levescatium curasse, J. Fr. Gronovius in Praefat. Fabricius in Biblioth. Latin. et Hearnius ac Clericus in Indice Editt. Liv. testantur. Certe ejus Dedicatio ad Joh. de Tartas J. U. consultissimum in capite hujus editionis exstat. Vix tamen aliquid de suo contulit, sed ubique ferme editionem Ascensianam anni MDXIII. vel anni MDXVI. secutus est, et lectiones illis solis proprias adoptavit.

1530. Parisiis apud Badium Ascensium, in forma majore.

In titulo libri haec nota conspicitur: *Vaenundantur ipsi Ascensio.* 1530. Dedicatio-

cationis subscriptio his verbis concipitur: *E Chalcographia nostra apud Parrhisios rursum ad sextum Calendas Novemb. M. D. XXX.* Ad finem autem libri 40. haec formula additur: *Sub prelo Ascensiano ad VI. Cal. Novemb.* 1530. Quum autem anno sequenti MDXXXI. Simon Grynaeus quinque postremos Livii libros, a se in Mso vetusto repertos, opera Frobenii primum Basileae edidisset, mox eodem adhuc anno Ascensius non modo recens inventos ac publicatos Livii libros typis suis Parisiis descripsit, hoc temporis charactere post libri 45. finem addito: *Sub prelo Ascensiano M. D. XXXI. mense Julio*: verum etiam Chronologiam Glareani, quae in eadem editione Basileensi primum lucem adspexit, in ordinem literarum digessit, ac libro 45. subjecit, addita hac subscriptione: *Sub praelo Ascensiano ad Idus Julias Anno M. D. XXXI.* Insuper editio haec eadem omnia complectitur, quae editiones priores Ascensianas annorum MDXIII. et MDXVI. continere antea suo loco dixi.

1531. Basileae apud Frobenium, in forma majore.

Titulus splendidae hujus editionis testatur, librum excusum esse *Basileae in officina Frobeniana mense Martio anno M. D. XXXI.* Apposita Erasmi ad Carolum Montioium Praefatio data est *apud Friburgum Brisgoiae Calend. Martiis anno M. D. XXXI.* Praefationem ejus excipiunt decades Livii prima, tertia, et quarta, ac cuique earum praefixae librorum, quas continent, Epitomae: hinc decadis quintae libri quinque priores, quos nunc primum typis excusos Grynaeus ex vetusto monasterii Laurishaimensis codice in apricam lucem protulit. De hoc codice Erasmus in memorata ad Montioium Praefatione, superius hoc tomo in Sylloge variarum Praefationum pag. 521. a me edita, egit. Libro ultimo, sive 45, iterum subjicitur, libros hos editos esse *Basileae, in officina Frobeniana, per Hieronymum Frob. Jo. Hervagium, et Nicolaum Episcopium, MDXXXI.* Tum sequuntur omnium Livii librorum, et superstitum, et deperditorum, Epitomae; postea Indices in libros Livii: ad quorum calcem apponitur Allocutio ad Lectorem; qua, quantum injuria temporis ex recens editis quinque posterioribus Livii libris deperditum sit, accurata diligentia docemur: quam descriptionem, in hac sola editione obviam, et in Lambeciana codicis Laurishaimensis notitia, ex ejus Bibliotheca Vindobonensi supra hoc tomo p. 428. recusa, omissam, supplementi loco eidem subjunxi. Tandem ultimo loco in editione hac Basileensi sequitur Glareani Chronologia in omnes Livii decadas, ab urbe condita in sextum Tiberii Caesaris annum, praefixo iterum novo titulo; cui itidem, ut et ejus calci, additur, Chronologiam hanc editam esse *Basileae, ex officina Frobeniana, anno M. D. XXXI. mense Martio.*

1532. Venetiis apud Lucam Antonium Juntam, in forma majore.

Innotuit mihi haec editio ex solo Maittaire, qui eam recensuit in Annal. Typogr. tom. 2. pag. 771. et hoc modo descripsit: *T. Livius; accesserunt decadis V. libri quinque, numquam, antehac editi, cum Chronologia Henrici Glareani, in aedibus Lucae Antonii Juntae Florentini. MDXXXII.* in initio additur, *Mense Februario*; in fine *die decima Januarii.*

1532. Parisiis apud Simonem Colinaeum prodierunt conciones Livii cum notis Joachimi Perionii, in forma octuplice.

Hanc editionem memorarunt Crenii, Hulsii, aliorumque catalogi. Vide etiam Maittaire Annal. Typogr. tom. 5. part. 2. pag. 23. Postea alibi etiam haec editio repetita est.

1535. Basileae ex officina Frobeniana, in forma majore.

Ad finem hujus editionis illa temporis nota addita est: *Basileae in officina Frobeniana per Hieronymum Frobenium et Nicolaum Episcopium mense Decembri an. M D. XXXIV.* sed titulus libri *annum MDXXXV.* praefert. Continet autem eadem ferme, quae praecedens Frobeniana anni MDXXXI. nisi quod in hac jam primum appareant Rhenani et Gelenii in Livium notae; et quod Glareani Chronologia ab ipso recognita, auctior prodeat, a Troja capta usque ad Justinianum Caesarem. Testatur insuper titulus hujus libri, historiam Livianam longe, quam nuper, emaculatiorem prodire, quod nunc demum ad vetera exemplaria collata sit.

1537. Lugduni quatuor voluminibus, in forma octuplice.

Recenset hanc editionem Maittaire tom. 5. Annal. Typogr. part. 2. pag. 22. ac testatur, excusam esse *Lugduni apud haeredes Simonis Vincentii. M. D. XXXVII.* continere autem etiam Notas Glareani. Quod si verum est, haec prima erit Notarum Glareani editio. Alii tamen testantur, prodiisse cum Annotationibus Rhenani et Gelenii, et ita forte erit eadem, atque illa, quae mox sequitur.

1537. Lugduni, in forma octuplice.

Hanc editionem refero fide Fabricii in Bibliotheca Latina; ubi testatur, eam prodiisse ex Trechseliorum officina, et continere Rhenani ac Gelenii Notas.

1537. Francofurti, in forma octuplice.

Haec editio memoratur in bibliothecae Crenianae Catalogo pag. 68.

1538. Parisiis apud Vascosanum, in forma quadruplice.

In una bibliotheca Hulsiana tom. 2. num. 5535. hanc editionem memoratam invenio, ubi prodiisse dicitur ex typographia Vascosani, et tres decadas continere.

1539. Basileae ex officina Hervagiana, in forma majori.

Editio haec eadem continet, quae Basileensis Frobeniana anni MDXXXV.

1540. Lugduni, in forma majore.

Memoratur haec editio in Indice editionum Livianarum Hearnii et Clerici.

1540. Basileae, in forma majore.

Hanc editionem cum No-

tis Glareani memoratam vidi in bibliotheca Mallinckrotiana. Fabricius vero in Biblioth. Latin. testatur, Henr. Loriti Glareani Notas in Livium Carolo quinto Imperatori inscriptas esse, cum Chronologia historiae Romanae recognita, anno MDXL. in forma majore. Utrum vero solae, an simul cum Livio prodierint, nec ubi, vel a quo typographo excusae sint, retulit. Neque certiora referre possum, quum editionem hujus anni non viderim. Id ex Glareani Praefatione ad Caesarem Ferdinandum, quae annum MDXL. praefert, et in editione Lugdunensi anni MDXLII. et alibi exstat, didici, ex officina Michaëlis Isingrini, qui Basileae officinam exercuit, et Joannis Bebelii typographi Basileensis gener exstitit, Glareani Chronologiam separatim prodiisse, ut, qui antea Livii codices habebant, neque eumdem auctorem bis parare volebant, hoc ejus labore frui possent.

1541. Venetiis apud haeredes Luceae Antonii Juntae, in forma majore.

Hanc editionem memorat Fabric. in Bibl. Lat. non addens, qua forma prodierit. Eadem editione usus est Latinus Latinius ad Livium cum Mssis conferendum, qui nec ipse formam, qua editio illa excusa est, indicavit. Ex numero tamen foliorum, quem subinde edit, satis constat, non alia, quam majori, in lucem exiisse. Utram Heumius et Clericus, in Indice editionum Livianarum recensentes editionem Venetam, quae anno MDXLII. cum Glareani epitome Chronologiae in forma majore impressa sit, hanc, an aliam ab hac diversam, intellexerint, despicere nequeo, quum neutram viderim.

1542. Lugduni apud Sebastianum Gryphium quatuor voluminibus, in forma octuplice.

Tres priores tomi continent superstites Livii libros: quartus Glareani notas, praemissa ejus ad Carolum V. Imperatorem Praefatione, data *Friburgi Brisgoiae, anno a Jesu Christi natali M. D. XL. Calen. Majis*; tum Laurentii Vallae de Tarquiniis adversum Livium disputationes, ejusque emendationes ad sex libros priores Livii de bello Punico secundo; deinde Glareani Chronologiam, per Jodocum Badium Ascensium in seriem literarum redactam; et ultimo loco ipsam Glareani Chronologiam auctam, cum Praefatione ad Ferdinandum Caesarem, data *Friburgi Brisgoiae, anno a Christo nato M. D. XL. Calend. Septembrib.* Gesnerus in Pandectis lib. de Historiis duodecimo apud Maittaire Annal. Typogr. tom. 2. pag. 572. refert, hac editione contineri Annotationes Beati Rhenani, Sigismundi Gelenii, Henrici Glareani, de Chronologiam ejusdem Glareani. Editio exstat in Biblioth. Trajectina, verum Rhenani et Gelenii Annotationes non adsunt.

1543. Parisiis apud Michaëlem Vascosanum, in forma majore.

Appositus quidem titulus testatur, Livium hunc prodiisse *Parisiis apud Audoenum Parvum sub Lilio aureo ad Divum Jacobum. M. D. XLIII.* verum privile-

gium, ut Livius hoc modo imprimeretur, senatus Parisiensis anno M. D. XLII. nono Calend. Novemb. concessit *Michaëli Vascosano et Audoëno Parvo*. Titulus etiam, qui Annotationibus adjunctis praemittitur, desinit hac formula: *Parisiis imprimebat Michaël Vascosanus sibi et Odoino Parvo*. Unde colligo, editionem hanc excusam esse typis Vascosani; venditam autem fuisse partim ab eo, partim ab Odoino Parvo. Haec autem editio non modo continet omnia, quae praecedens Lugdunensis Gryphiana anni M. D. XLII. verum etiam Sabellici paucias Annotationes.

1543. Basileae apud Joannem Hervagium, in forma majore.

Hanc editionem adjunctas habere Annotationes Rhenani, Gelenii, et Glareani, hujusque Chronologiam, auctor est Fabric. in Bibl. Latin. Eandem memorant etiam Hearnius et Clericus, testati eam prodiisse *ex recensione Hervagii*, nullamque Annotationum Glareani mentionem fecisse.

1544. Argentorati, in forma octuplice, prodierunt Jo. Velsurionis Notae in Livii lib. 1. et 2. quae postea saepius aliis editionibus insertae sunt. Memoravit hanc editionem Fabricius in Biblioth. Latin.

1545. Lovanii, in forma quadruplice, lucem vidisse Notas Petri Nannii in Livii lib. 3. testatur Fabricius in Bibl. Latin. Utrum vero eaedem sint, atque illae, quas ineditas putavi, et huic editioni suis locis inserui, an diversae, quum librum non viderim, dicere nequeo.

1548. Lugduni apud Sebastianum Gryphium quatuor voluminibus, in forma duodecima.

Editionem Lugdunensem Gryphianam hujus ejusdem anni, sed in forma octuplice, memorant Hearnius et Clericus in Indice Editt. Livian. quam me umquam vidisse non memini.

1549. Basileae apud Johannem Hervagium, in forma majore.

Titulo hujus editionis illa adscripta est formula: *Basileae per Joannem Hervagium, anno M. D. XLIX. mense Martio*. quae eadem ferme in fine libri occurrit. Recensuit hanc editionem Caelius Secundus Curio, qui in Praefatione, data *Basileae Cal. Jan. M.D.XLVIIII.* testatur, se Livium cum veteribus et novis aliquot exemplaribus ex iis, quae emendatiora atque meliora habentur, contulisse: et ex eo labore hunc se fructum retulisse affirmavit, ut Livii ad ducenta loca emendarit, et pristino nitori restituerit. Adjectae sunt Rhenani ac Gelenii Annotationes, et Glareani Chronologia. Verperam Hearnius et Clericus in Indice Editt. Livian. referunt, editionem hanc recensuisse Hervagium, qui eam tantum typis suis descripsit.

1551. Francofurti duobus voluminibus cum Notis Guilielmi Godelevaei, in forma octuplice.

Has ejus Notas variae aliae editiones post adoptarunt.

1552. Parisiis apud Michaëlem Vascosanum, in forma majore.

Maittaire in Annal. Typ. tom. 3. p. 518. refert, Mich. Vascosanum hanc editionem

dedicasse Jacobo Varadeo, in supremo Parisiensi senatu regio consiliario, epistola data 10. Cal. Jun. M. D. LII. Prodiisse autem cum Annotationibus diversorum, et in Glareani Annotationum fronte legi, typis descriptam esse apud Michaëlem Vascosanum et Audoënum Parvum. Fabricius in Biblioth. Lat. testatur, eam adjunctas habuisse Laur. Vallae Emendationes et Epistolam Apologeticam de duobus Tarquiniis ad Alphonsum Siciliae Regem; Sabellici item et Rhenani ac Gelenii Notas. Editionem hanc nondum videre contigit, et hinc verbis ejus controversiam movere nequeo. Dicere tamen liceat, suspicionem mihi natam esse, Vascosanum tantum repetiisse priorem editionem anni M. D. XLIII. et hinc pro Rhenano et Gelenio Glareanum memorandum esse. Potuit autem ipsi fraudi fuisse titulus obiter inspectus. Certe ille, qui priori editioni praefigitur, et in hac verisimiliter repetitus est, testatur, in editione Vascosana Livium diligenti observatione Annotationum Rhenani et Gelenii recognitum ac restitutum esse: quod forsitan ita acceperit, quasi Rhenani et Gelenii Annotationes additae fuerint; quae certe in prima Vascosani editione omissae sunt.

1553. Lugduni, in forma majore.

In hujus editionis titulo haec nota conspicitur: *Lugduni apud Antonium Vincentium M. D. LIII.* Illa vero in ejus fine: *Lugduni, excudebat Johannes Frellonius, M. D. LIII.* Hinc colligendum est, Livium typis Frellonii, sed sumtibus Vincentii descriptum fuisse. Certe, Frellonium Vincentio libros excudere solitum fuisse, observat Maittaire Annal. Typograph. tom. 3. pag. 141. Continet haec editio, quae Valla, Sabellicus, Rhenanus, Gelenius, Glareanus, Velcurio et alii Livio illustrando contulerunt. Gelenii autem Annotationibus subjiciuntur paucae quaedam Emendationes ex codice Theodorici Morelli.

1554. Lugduni apud Sebastianum Gryphium quatuor voluminibus, in forma octuplice.

Eamdem editionem memorat etiam Maittaire tom. 5. Annal. Typogr. part. 2. pag. 22. ex quo, ut et ex bibliotheca Henr. Hadr. van der Marck, Toparchae in Leur, part. 2. pag. 59. constat, anno sequenti ibidem ex eadem officina, quasi hujus editionis appendicem, novum tomum prodiisse, continentem Rhenani, Gelenii, et Glareani in Livium Annotationes. Sed Fabricius in Bibl. Lat. Gryphium eo anno in forma octuplice excudisse refert notas Rhenani, Gelenii, Sabellici, Jo. Velcurionis, et Jo. Saxonii, cum Chronologia Glareani.

1554. Lugduni apud Sebastianum Gryphium tribus voluminibus, in forma duodecima.

Haec editio recensetur etiam in modo laudata bibliotheca Marchiana, et apud Fabricium in Biblioth. Latina.

1554. Basileae apud Nicolaum Episcopium juniorem quatuor voluminibus, in forma octuplice.

Idem Episcopius anno MDLVI. haic editioni, tamquam

appendicem, adjecit tomum 5. qui continet Scholia et Chronologiam Sigonii.

1554. Basileae apud Joannem Hervagium duobus voluminibus, in forma octuplica.

Hanc editionem memorat Fabricius in Biblioth. Latin. ac testatur, ei adjectas esse Castigationes et Notas Vallae, Sabellici, et Caelii Secundi Curionis. Verum nullas umquam Castigationes aut notas in Livium Curio conscripsit. Dicere itaque voluit, Livium editum esse ex recognitione Curionis. V. Maittaire in Annal. Typogr. tom. 5. part. 2. p. 22.

1555. Basileae per Joannes Hervagios, in forma majore.

Haec editio continet omnia, quae viri docti ad Livii emendationem vel illustrationem hoc tempore in lucem emiserant; ita tamen, ut Vallae, Sabellici, Rhenani, Gelenii, et Theodorici Morelli in Livium Castigationes in ipsis Annotationibus Glareani suis locis insertae sint, atque editor ac illas, quas futiles et nullius momenti judicarat, inde rejecisse testatus fuerit, ne inutili labore lectorem gravaretur.

1555. Venetiis apud Paulum Manutium, Aldi filium, in forma majore.

Haec editio prima exhibet Caroli Sigonii Scholia, quibus Livii historiae et earum epitomae partim emendantur, partim explanantur; ut et ejusdem Sigonii in eosdem libros Chronologia, ipsorummet auctorum verbis confirmata. Erravit itaque Hearnius, qui Scholiis Sigonii Chronologiam Glareani junctam in hac et aliis Sigonii editionibus credidit, quem ejus errorem improvide adoptavit Joannes Clericus.

1566. Venetiis apud Paulum Manutium, Aldi filium, in forma majore.

Hac editione repetita sunt Sigonii in Livium Scholia, ejusdemque, non vero, ut Hearnius et Clericus affirmant, Glareani, Chronologia Liviana. In Scholiis autem Sigonius multa mutavit, meliora sive sponte, sive a Faërno, Robortello, aliisque, edoctus.

1568. Francofurti, in forma majore.

Fabricius in Biblioth. Lat. ubi hanc editionem recenset, testatur, eam prodiisse cum Vallae Emendationibus, Notisque Sabellici, Velcurionis, Rhenani, Gelenii, Glareani, et Sigonii, Joannis item Saxonii et Godelevaei Observationibus. Ipsam hanc editionem numquam videre contigit, sed ei similem atque ex hac expressam puto, quae decennio postea prodiit anno MDLXXVIII. quia in ea quaedam Praefationes occurrunt, quae hujus editionis annum praescriptum habent, et inde repetitae sunt.

1572. Venetiis in aedibus Manutianis, in forma majore.

Haec tertia et Scholiorum et Chronologiae Liviana editio. Scholia autem ab auctore multis in partibus aucta esse, titulus testatur.

1573. Lutetiae Parisiorum apud Michaëlem Sonnium via Jacobaea, sub scuto Basileensi, in forma majore.

Hac editione continentur

omnium interpretum Commentarii, e regione verborum Livii inserti. Praeterea Sigonii in Livium Scholiis et Chronologiae interpositae sunt Glareani defensiones et antilogiae; sive id primum in hac editione factum sit, sive, ut potius credo, jam antea in editione anni MDLXVIII. quam videre numquam mihi contigit. Praefuisse videtur huic editioni, aut certe eam D. Nicolao Thuano, Carnutum Antistiti, dedicavit Jacobus Gohorius, cujus etiam paucae in Livii libros tres priores Animadversiones praemittuntur.

1578. Francofurti ad Moenum apud Johannem et Sigismundum Feyerabendt duobus voluminibus, in forma majore.

In tomi 1. hujus editionis titulo illa adscribitur nota; *Francofurti ad Moenum apud Johannem et Sigismundum Feyerabendt. M. D. LXXVII.* ad finem dedicationis, inverso ordine, memorantur *Sigismundus et Johannes Feyerabendt cognati*. Eodemque iterum modo ad finem primi et secundi tomi; *Impressum Francofurti ad Moenum, apud Georgium Corvinum, impensis Sigismundi et Johannis Feierabendinorum, M. D. LXXVIII.* Tomo primo, praeter contextum Livianum, picturis et sculptis tabulis exornatum, omniumque librorum Epitomas, continetur insuper Chronologia Liviana, a Joachimo Grellio ex Glareani et Sigonii Chronologiis quasi in unum conflatis constans, quae ex auctoris praefationi subscripta temporis nota jam in editione Francofurtana, quae decennii spatium hanc praecessit, comparuisse videtur. In tomum secundum digestae sunt Annotationes, Castigationes et Scholia virorum doctorum, qui eo et superiori seculo floruerunt, praefixa Godelevaei Praefatione, quae quum etiam anum MDLXVIII. adscriptum habeat, omnia itidem ex decennio priore editione repetita esse verisimile sit.

1588. Francofurti impensis Sigism. Feyerabendii et sociorum, in forma majori.

Ex titulo, Grellii Chronologiae, et alio virorum doctorum Annotationibus praefixo, et ex nota ad calcem operis obvia constat, librum hunc excusum esse typis Joannis Wechelii, et impensis Sigismundi Feyrabendii, Henrici Thaehii, et Petri Vischeri, sociorum. Edidit autem et recognovit Franciscus Modius. Et quidem continet eadem omnia ferme, quae praecedens editio anni MDLXXVIII; nisi quod huic insuper accesserint Notae ipsius Modii, una cum fragmentis vetustiorum historicorum, quos Livius secutus est. Hearne, tres Francofurtenses editiones annorum MDLXXVIII. MDCVIII. et MDCXXVIII. simul memorans, imprudenter addidit, omnes a Modio recensitas cum Notis Gruteri et aliorum prodiisse. Pejus deinde erravit Joh. Clericus, qui quamque earum, ordine suo illas referens, a Modio recensitam et Notis Gruteri aliorumque instructam esse lectori persuadere voluit; quem errorem sponte deprehendere et emendare potuisset, si ipsas editiones, in omnium bibliothecis obvias, consulendi ex-

iguam molestiam subire voluisset.

1588. Francofurti tribus voluminibus, in forma octuplice.

Hanc editionem laudarunt Fabricius in Biblioth. Lat. Hearnius et Clericus. Pars etiam exstitit bibliothecae Hulsianae. Vide ejus Catalog. tom. 3. num. 5917.

1588. Francofurti tribus voluminibus, in forma duodecima.

Hanc memorat Fabricius in Biblioth. Lat. Exstat etiam in Appendice Biblioth. Leidens. pag. 519.

1589. Londini, in forma quadruplice.

Fabricius in Biblioth. Lat. auctor est, huic editioni additas fuisse Chronologiam ac Notas Robortelli et Godelevaei.

1589. Lugduni, in forma octuplice.

Memorarunt hanc editionem Hearnius et Clericus, ac testati sunt, ei additam esse Chronologiam, accommodatam ad tabulas Capitolinas Verrii Flacci, (forte intelligitur illa, quam Joachimus Grellius ex prioribus Glareani et Sigonii composuit) et Annotationes Godelevaei.

1592. Venetiis apud Aldum, in forma majore.

Addita sunt Car. Sigonii Scholia, quae ab auctore multis in partibus aucta et emendata esse, libri titulus testatur.

1595. Antwerpiae, ex officina Plantiniana apud Viduam et Joannem Moretum prodiérunt Fragmenta Historicorum, dudum ab Antonio Augustino collecta, et a Fulvio Ursino emendata: quibus subjunctae sunt ejusdem Ursini in varios historicos, et inter illas etiam in Livium, Notae, in forma octuplice.

1599. Francofurti tribus voluminibus, in forma octuplice.

Editio haec memoratur in Catalogo bibliothecae Hulsianae tom. 3. num. 5918.

1608. Francofurti ad Moenum, ex officina Typographica Joannis Saurii, impensis haeredum Petri Fischeri, in forma majore.

Titulus alteri operis parti additus refert, prodisse quidem ex officina Saurianae, sed impensis Jonae Rhodii anno M. DC. VII. Jonas Rhodius autem a Gretero in Praefatione Jonas Rosa vocatur. Hanc Livii editionem recensuit Janus Gruterus, et Notas virorum doctorum ferme omnium, quae priores editiones continebant, exhibuit, exceptis tamen illis Velcurionis et Sabaudii; recenter vero addidit Notas Fulvii Ursini et Marcelli Donati.

1609. Francofurti, in forma octuplice.

Hanc editionem memorant Hearnius et Clericus, testati adjunctas esse Godelevaei Observationes.

1609. Genevae, in forma majore.

Eo anno Genevae exstitit sunt scriptores Latini veteres Historiae Romanae, atque inter illos etiam Livius.

1614. Lugduni, in forma octuplice.

Hanc editionem memorat

Fabricius in Bibliotheca Latina.

1616. Romae apud Bartholomaeum Zannettum, in forma octuplice.

Haec editio continet tantum librum 33. Livii, et in ea primum nunc ex codice bibliothecae Cathedralis Bambergensis Caspar Lusignanus evulgavit principium hujus libri, sive 17. priora capita, quae antea desiderabantur, additis Francisci Bartholini Urbinatis, qui ex cod. descriptum Romam attulerat, et Antonii Quaerengi Castigationibus. Observat autem Fabricius in Biblioth. Lat. male in fronte atque per omnes paginas inscribi librum 43. Error tamen ab editore, libro jam absoluto, deprehensus est, unde etiam pag. ultimae sive 79. haec verba adduntur: *Ubicumque impressum est lib. XLIII. lege XXXIII.* Quin etiam, divenditis jam aliquibus exemplaribus, primum folium recusum, et error emendatus est. Certe duplex ejus editionis exemplar haec scribens ante oculos habeo, quorum alterum observationem Fabricii veram esse probat, in alterius fronte et sedecim prioribus paginis recte editur *liber XXXIII.* In illo exemplari, quod habuit G. Joh. Vossius, folium primum non mutatum fuisse videtur. Ab eo enim in errorem inductus lib. 1. de Histor. Lat. non tantum in inscriptione capitis 19. sed etiam in ipso capite, de hoc fragmento recens invento agens, semper meminit libri 43. Incaute dein, Vossii vestigia premens, eumdem errorem commisit Jo. Christianus Neu in Accession. ad Whear. Select. Hiemal. pag. 113.

1616. Venetiis apud Jo. Baptistam Ciottum idem liber 33. cum eodem fragmento editus est, in forma octuplice.

Hanc editionem memorarunt Fabricius in Biblioth. Latina, Hearnius et Clericus.

1616. Parisiis idem liber 33. simul cum eodem fragmento editus est, in forma octuplice.

Hanc editionem recensuit Fabricius in Biblioth. Latina.

1617. Paderbornae idem etiam lib. 33. simul cum eodem fragmento editus est, in forma octuplice.

Ejus editorem esse Joannem Horrion e Societate Jesu, qui etiam Notas, nomine suppresso, addidit, monuerunt viri docti. Vide J. Fr. Gronovii Praefationem supra datam hoc tomo pag. 588. Ipsius Notas postea editioni suae, quam cum notis Variorum curavit anno MDCLXV. inseruit J. Fr. Gronovius.

1619. Francofurti, in forma octuplice.

Hanc denuo a se eo tempore recensitam, et a tutoribus Fischerianis impressam esse, testatur Gruterus in praefatione editionis anni MDCXXVIII.

1621. Lugduni cum Chronologia et Indicibus, in forma quadruplice.

Memorant hanc editionem Hearnius et Clericus.

1622. Genevae, in forma minore.

Refertur a Fabricio in Biblioth. Lat. pag. 186.

1625. Parisiis apud societatem minimam, in forma majore.

In calce libri hi quinque bibliopolae, tamquam socii, memorantur, Josephus Cottereau, Sebastianus Chappelet, Jacobus Quesnel, Dionysius Moreau, et Samuel Thiboust. Hi primam Gruteri editionem anni MDCVIII. et omnia in illam recepta, eo lascio et non consulto, tanta superstitione exprimere conati sunt, ut paginae paginis responderent. Verum pessime a librariis habita innumeris eorum negligentia commissis erroribus scatet; quos insuper Gruterus in Praefat. editionis tertiae anni MDCXXVIII. eo nomine traduxit, quod, curis suis secundis relictis, primas secuti sint, quasi frugibus repertis adhuc glandium amarore delectarentur. Insuper observat, nihil boni in tam vasti operis progressu exspectandum esse de illis, qui in ipso statim titulo, sive, ut loquitur, in frontispicii moditulio tantopere impegerunt, ut ridiculis soloecismis se prostituerint. In fine hujus editionis conspiciuntur *Excerpta ex Livii Decadibus moralia, politica, et historica, cum aliis Latinorum et Graecorum scriptorum dictis et Eclogis collata ordine Alphabetico, Ped. Morelli Professorum et Interpretum regiorum Decani opera ac studio.* Perperam Hearnius hanc editionem retulit ad annum MDCXXIII. quem tamen secutus est Clericus.

1628. Francofurti ad Moenum typis Guolphgangi Hofmanni, impensis haeredum Jacobi Fischeri, in forma majori.

Est haec tertia Gruteri editio, cui Notae ejus criticae et politicae, et quinquaginta in Tacitum Discursus additi sunt, nec non observationes Godelevaei, et veterum historicorum fragmenta, per Franciscum (immo Antonium) Riccobonum collecta. Parum huic editioni Gruterus supervixit. Nam praefatio ejus his verbis definit: *Deproperabam animo ac corpore aeger, fine Augusti mensis CIↃIↃCXXVII. Heidelbergae.* et obiit die XX. Septembris, eodem anno CIOIOCXXVII. In hac autem primum omnium Livii libri in capita divisi sunt.

1633. Amsterdami apud Guilielmum Blaeu, in forma duodecima.

1634. Lugduni Batavorum ex officina Elzeviriana ac recensione Heinsiana, tribus voluminibus, in forma duodecima.

Fabricius in Biblioth. Latin. testatur, Livium ex recensione Dan. Heinsii nitide admodum ex officina Elzeviriana Lugduni Batavorum vulgatum esse anno MDCXXIV. Nescio utrum vere, an operarum errore. Fatetur tamen J. Fr. Gronovius in Praefatione anni MDCXLV. Livium bis ante suam editionem ex officina Elzeviriana prodiisse.

1634. Francofurti, tribus voluminibus, in forma octuplice.

1645. Lugduni Batavorum ex officina Elzeviriana quatuor voluminibus, in forma duodecima.

Prima haec est editio, quae prodiit ex recensione J. Fr. Gronovii. Hic autem tomus quartus continet J. Fr. Gronovii Notas in Livium.

1654. Lugduni Batavorum apud

Elzevirium ex recensione J. Fr. Gronovii, tribus voluminibus, in forma duodecima.

